Pag. 429 — *Idem archiepiscopo decano et preceptori lugdunensi* (sic). De sententia excommunicationis. Incipit: *Cum pro causa...* Desinit: *consulere voluisti.* Ibi pag. 421.

Pag. 436 — *Idem ferrariensi episcopo.* De pre-

SBYTERO NONDUM BAPTIZATO. Incipit: *Veniens ad apostolicam...* Desinit: *contrarium probaretur.* Ibi pag. 426.

Pag. 437 — *Idem colubriensi et aliis episcopis in regno portugalie constitutis.* DE VERBORUM SIGNIFICATIONE. Incipit: *Cum in partibus...* Desinit: *ex habundanti de parendo iuri suffi.....* Ibi pag. 427. Desiderantur in Codice finis huius Capituli VII. et Capitula VIII, IX et X huius tituli: *De verborum significatione*, cum quo desinit Collectio in editione. Ibi a linea 13 pag. 429, usque ad finem pag. 430.

Rarius occurrunt in hac Collectione glossae, seu notae marginales, quae tamen eiusdem manus videntur. Sequentem adnotationem damus, quae legitur in margine Codicis pag. 242, ad haec verba textus: *Cum igitur plus iuris habeat....* (Ibi Libro I huius Collectionis, Titulo XIX, *De officio legati.* Cap. V. p. 272.)

Videtur quod non possit stare quod hic dicitur. non enim minus iuris habet patronus in presemtando quam episcopus in concedendo. preterea si plus iuris habeat episcopus in concedendo quam patronus in presemptando. non tamen sequitur. quod si non fit preiuditium; episcopo; non fiat preiudicium patrono cum diversa et discreta sint illa iura. et unum non sequatur ad aliud. Item videtur secundum. quod ex concessione legati non preiudicatur prelato cum saltim ea vice adeo ei preiudicetur quod suo iure uti non possit in concedendo. Respondeo. proculdubio plus iuris habet episcopus in concedendo quam patronus maxime laicus in presentando. cum ius episcopi ex quo competit concedere vel investire sit merum spirituale. set ius patronatus ex quo competit presentare sit annexum tantummodo spirituali. Item de subtilitate iuris ad episcopum pertinet dare curam animarum et ecclesias. ut XVI. T. VII. Nullus omnino et extra. Alexand. de iure patronatus. Dilecti. licet ex benignitate canonum patronus sit permissa licentia presentandi. Ut XVI. T. VII. decernimus quod capit. videtur isti cap. obviare ad secundum. Respondeo quia licet fuerit patrono preiudicatum et forte de subtilitate iuris potuerit illa concessio irritari; tamen dominus papa ut verecundie legati parceret; eam sustinuit cum fuisset idonee persone ecclesia ipsa concessa. et ex hoc patronus quasi in nullo lederetur quam idem magister ut patronum recognoscebat. vel dicas quia dictus patronus malitiose distulerat presentare. vel aliter dominus papa non approbavit nec reprobavit concessionem illam set mandat quod patronus cesset ab indebilita molestatione instituti. Quasi dicat non molestet patronus institutum indebite. set ius suum in iudicio prosequatur. Ad tertium Respondeo quia in veritate ne iniuria fit prelato non preiudicatur ei; cum ad legatum pertineat huiusmodi concessio de iure. Ut supra de elec. cum ecclesia vultana et ff. de regulis iuris. non vim facere videtur.

Pag. 439—Spatium quarumdam linearum scriptura vacuum et titulo destinatum reliquit amanuensis. Haec Collectio quae differt a Collectionibus Petri Beneventani, Rainerii, et ab omnibus editis in editione Cujacii, Gilberto vel Alano forsan tribuenda est.

Continet decretales Summorum Pontificum Alexandri III, Lucii III, Urbani III, Gregorii VIII, Clementis III, Coelestini III, Innocentii III, et partem Canonis Concilii quod in Cod. *Lateranense*, in editione supradicta *arelatense* vocatur. Brevitatis causa, relicto nomine eorum ad quos decretales directae fuerunt, rubricas, nomen Pontificis, et principium decretalium dabimus; lectorem monitum esse volentes, rubricas ab amanuense saepe omissas fuisse, et in hac Collectione, sicut et in Sequenti quasdam forsan Decretales inveniri, quae nondum lucem aspexerunt.

Anconitano episcopo. pars. C. significavit. Preterea de lege illa... Alexander III. Cum ordinem cystrentium... Lucius III. Ad hoc sumus in sede... Innocentius III. Ad audientiam nostram te significante..... Alexander III. Suffraneis autem alicuius... Clemens III. Cum te audierimus ante consecrationem... Cum monasterium de pell... Celestinus III. Cum terra que funiculus... Idem. Transmissam dudum sicut... Innocentius III. Cum ad nostram nuper... Innocentius III. Cum electus a vobis... Innocentius III. Cum ex utriusque partis... Clemens III. Cum super aliqua re.... Item Celestinus III. Ad hec quia... Alexander III. De multa liberalitate.... Clemens III. Ex insinuatione tua... Clemens III. Super hoc quod... Idem. Quod in dubiis... optineat firmitatem.

Pag. 444 — *Innocentius III.* DE TRANSLATIONIBUS PRELATORUM. *Cum ex illo. etc. et infra. usque movemur. quod cum... Innocentius III. Inter cor-*

poralia et spiritualia... Idem. Nuper preterea qui beneficium... Innocentius III. Quoniam diversitatem corporum... electionis assumant.

Pag. 447 — In margine: *Rubrica. De supplenda negligentia prelatorum. Idem. Audivimus quod venerabilis frater.... Inn. III. Sicut nobis tua fraternitas... preiudicium generetur.*

Pag. 448 — In margine: *De temporibus ordinationum. Clemens III. Tua quidem significatione... Celestinus III. Cum secundum ecclesiasticas... Innoc. III. Litteras vestras recepimus... Clemens III. Ad aures nostras te significante... Idem. Ex tue fraternitatis consulto... Celestinus III. Cum bone memorie... Innocent. III. Petrus diaconus... Celestinus III. Intimatum est nobis... Innocent. III. Ex litteris dilectorum... non obmittat.*

Pag. 451 — *Clemens. III.* De filiis presbyterorum. *Ad hoc ex tua parte... Celestinus III. Michael presbyter..... Idem. Litteras vestre dilectionis... Innoc. III. Innotuit nobis olim.... Celestinus III. Ex parte Bartholomei... diligentiam indulgemus.*

Pag. 454 — *Idem.* De bigamis. *Ex litteris tue fraternitatis.... Innoc. III. Tertius et ultimus.... Alexander III. Cum te consulente... Celestin. III. Prudentiam tuam... Innoc. III. Licet is cui... Celestin. III. Significavit nobis... Innoc. III. Duo simul consultationem... Celest. III. pars C. Si mandatis. Sane dilecto... Alex. III. Super hoc quod quesisti... Idem. Clemens* (sic) *ad presentiam... Celestinus III. Bone memorie. Preterea quarto... Celest. III. Ut in civitate... Alex. III. Querelam A... Clem. III. Si matrimonii.... Clem. III. Ex insinuatione dilecti.... Innoc. III. Cum pro causa que inter... Innoc. III. Quod sedem apostolicam... Clemens III. Ad aures nostras te...canonice irritanda.*

Pag 460— Amanuensis quoddam spatium titulo secundi Libri destinatum, scriptura vacuum reliquit. *Innocentius III. Cum non ab homine... Innoc. III. Cum ab omni specie mala... legibus reprobentur.*

Alexander III. De foro competenti. *Licet universis... rationabiliter terminetur.*

Pag 461 — *Celestinus III. rothomagensi decano.* De mutuis petitionibus. *Prudentiam tuam... iustitia respondere.*

In margine: *De dilationibus. Celestinus III. pars C. plerumque. Preterea in tuo petitorio...... debitum imponendum.*

De feriis. *Cappellanus tuus frater episcope.... valeat celebrari.*

Pag. 462.—*Clemens III. pars. C. Bone memorie.* De causa proprietatis. *Ad ultimum interrogati... fieri respondemus.*

Celestinus III. De restitutione spoliatorum. *Gravis nos querela... Innoc. III. Ad hoc deus... Idem. Veritati est verbum... Clemens III. Cum sicut accepimus... Alexander III. Memoria nostra... Celest. III. Laudabilem. etc... Clem. III. Iuravit quidam... Innocent III. De testibus qui ad... Celest. III. Denique quod indicta... Innoc. III. Finem litibus... Clem. III. Series tui rescripti... Celest. III. Preterea cum... comperierit confirmabit.*

Pag. 468 — *Idem. pars. C. Significavit.* De testibus cogendis. *Preterea si testes.... Clem. III. Pervenit ad nos.... Idem. pars. C. Significavit. Ceterum quod super.... penitus fateatur.*

Pag. 469—*Alexander III.* De fide instrumentorum. *Ex litteris quas... Alex. III. Pervenit ad audientiam nostram... Idem. Litteris tue fraternitatis... maneat.*

Pag. 470 — *Clemens III.* De iure iurando. *Veritatis amica simplicitas... Gregorius VIII. Ex amministrationis.... Idem. pars. C. Cum non ab homine. Verum in ea questione... Celestin. III. pars. C. Significavit. Item si quis iuraverit..... Urbanus III. Sicut ex litteris... Innoc. III. Brevi sedem apostolicam...... Idem. Ad nostram noveris...... non omittas.*

Pag. 471 — *Clemens III.* De sententia et re iudicata. *Tenor litterarum tuarum... Idem. Consanguinei E. latoris... Innocent. III. Quid ad consultationem etc... canonicus excedatur.*

Pag. 472 — *Alexander III.* De appellationibus. *Consuluit nos... Alex. III. De priore qui... Clemens III. Significavit nobis...* (Clemens III.) *Tenor litterarum tuarum... Idem. Cum in ecclesia... Idem. Licet appellationis... Celestinus III. pars. C. A nobis fuit. Preterea requisiti sumus.....* (Idem) *Quia requisisti a nobis... Clemens III. Directe nobis tue littere... Celestin. III. pars. C. Prudentiam. Secundo requiris.... Celestin. III. An sit deferendum... Innoc. III. Sepe contigit quod... volumus observari.*

Pag. 476 — *Celestinus III.* De confirmatione

UTILI VEL INUTILI. *Bone momorie alanus... plenior haberetur.*

Pag. 477 — *Lutius III.* DE COHABITATIONE CLERICORUM ET MULIERUM. Spatio quarundam linearum sine scriptura ad titulum tertii libri exarandum relicto, incipit: *Vestra duxit devotio... Innocent. III. Tua nos duxit... animadversione punire.*

Celestin. III. DE CLERICIS CONIUGATIS. *Ea est sedis apostolice... venire presumunt.*

Pag. 478 — *Celestin. III.* DE PREBENDIS. *Ad audientiam nostram... poteris emendare.*

Clemens III. ravennati archiepiscopo. DE CLERICO EGROTANTI. *Significavit nobis.... Celestin. III. Tua nos duxit... Ex concilio lateranensi* (in editione Cuiacii: *arelatensi.*). *Non amplius suscipiantur... Eugenius I.* (sic) *In congregandis... Idem. In ecclesia vestra... Idem. Ea noscitur... statuenda.*

Pag. 479 — *Lutius III.* DE CONCESSIONE PREBENDE NON VACANTIS. *Ad aures nostras... Clemens III. Ea noscitur... impediri.*

Celestinus III. DE HIS QUE FIUNT A PRELATO SINE CONSENSU CANONICORUM. *Ea noscitur... requiri consensum.*

Pag. 480 — *Celestinus III.* DE HIS QUE FIUNT A MAIORI PARTE CAPITULI. *Fraternitatis tue prudentiam... Celestinus III. Quesivit a nobis... excedente repertum.*

Idem ravennati archiepiscopo. DE REBUS ALIENANDIS. *Ut super aliqua re..... concedimus facultatem.*

Celestinus III. DE EMPTIONIBUS ET VENDITIONIBUS. *Pervenit ad nos... ulterius fatigari.*

Pag. 481 — *Celestinus III.* DE LOCATIONIBUS. *Ex rescripto litterarum... infringere etc.*

Urbanus III. DE PERMUTATIONE REDDITUUM. *Quesitum est ex parte... Clemens III. Ad questiones... Innoc. III. Cum universorum.... gaudere.*

Pag. 482 — *Innoc. III.* DE PIGNORIBUS. *Significante dilecto... obstaculo conpellatis.*

Pag. 483 — *Alexander III.* DE TESTAMENTIS. *Ad audientiam.... Clemens III. Certificari voluisti.... attendatur.*

Celestinus III. DE PARROCCHIIS ET ALIORUM PARROCHIANIS. *Significavit nobis... cogatur.*

Celestinus III. DE DECIMIS. *Non est in potestate... Celest. III. Ex parte dilectorum... Alexander. III. Quamvis sit grave... Idem. Ex transmissa querela... Alex. III. Cum apostolica... recipere laicali.*

Pag. 485 — *Clemens. III.* DE TRANSEUNTIBUS AD REGULAM. *Cum virum te prudentem... Celest. III. Cum simus... Innoc. III. Ad apostolicam sedem... Idem. Porrectum nobis... Idem. Sicut nobis est... Innoc. III. Referente dilecto fratre... Idem. Sicut tenor litterarum... monachalem.*

Pag. 488 — *Celestinus. III.* DE CONVERSIONE CONIUGATORUM. *Carissimus in christo... Clemens. III. Consuluit nos... Celest. III. Placet nobis... Clemens III. Interrogatum est.... Idem. Laudabilem etc... Idem. Quanto te magis. Idem nos consulere voluistis... Idem. Laudemus in domino... Clemens III. Perpendimus etc... Alex. III. Sicut aliquo.... Clem. III. Super quodam canonico regulari... Celestin. III. De minori possemus... Alex. III. Dilectus noster. S... Clem. III. Nobis fuit... Innoc. III. Per nostras postulasti... Idem. Cum propter discordias... patronatus.*

Pag. 494 — *Clemens. III.* DE ECCLESIASTICIS (ecclesiis) EDIFICANDIS. *Gravis admodum... Alex. III. Si hospitale... in omnibus servata.*

INCIPIT LIBER QUARTUS. DE SPONSALIBUS. Spatio ad litteras initiales exarandas relicto, incipit: *Veniens ad nos... Clemens III. Accepimus fraternitatis... Idem. Inter opera caritatis... Idem. Nobis ex tuarum... Idem. Ad id quod nobis.... Innocentius III. Cum apud sedem.... Innocent. III. Alioquin etc... processus.*

Pag. 497 — *Clemens. III.* DE SPONSATIONE IMPUBERUM. *Duo pueri... requisito.*

Idem. DE CLANDESTINA DESPONSATIONE. *Ex litteris tuis... Celest. III. Fraternitatis tue... suo dimittat.*

Pag. 498 — DE EO QUI DUXIT IN MATRIMONIUM QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM. *Clemens. III. Ex litterarum tuarum... Celest. III. Cum haberet uxorem... Innoc. III. Significastis nobis... ecclesiasticam inpensuri.*

Pag. 499 — *Clemens. III.* DE CONGNATIONE SPIRITUALI. *Martinus bertam duxit... Idem. Contracto matrimonio... Idem. Laudabilem pontificalis... esse censemus.*

Pag. 500 — *Celestinus III.* DE EO QUI CONGNOVIT CONSANGUINEAM UXORIS SUE. *Transmisse nobis... Idem. pars C. Martinus bertam. Super alio*

vero... Alex. III. Super eo quod... Idem. De illo autem qui... plectendi.

Pag. 501 — *Celestinus III.* De consanguinitate et affinitate. *Quod dilectio tua.... adhibita statuendum.* Tres columnae scriptura carent in Codice; sed nihil deesse videtur in textu. In Codice, rubrica sequentis Tituli desideratur ut frequenter occurrit; sed continet tres decretales quae leguntur in Editionis supradictae secunda Collectione, quae cum nostra multam habet affinitatem. Ibi pag. 208. *Celestinus III. Laudabilem etc... Alexand. III. Ex litteris tuis... Lutius III. Consultationi tue... Clem. III. Cum sis preditus... Innocentius. III. Per tuas... Clemens. III. Ex litteris tue.... Idem. Dilectus filius... Celest. III. pars C. Laudabilem. Insuper adiecisti... Idem. A nobis est... Idem. Sicut ex litteris... Alexand. III. Ad aures etc... probetur commisse.*

Pag 506 — *Clemens. III.* De divortiis. *Comes W. de rumere... Celestin. III. Plerumque accidit... Innocent. III. De prudentia vestra..... Alex. III. Cappellanum nichilominus... destinare postponas.*

Pag. 507 — *Alexander III.* Amanuensis ad titulum libri quinti exarandum, spatium scriptura vacuum reliquit. *Meminimus iam... Alex. III. Veniens ad nos.... Clemens. III. Super eo vero.... Innocent. III. Quamvis ad abolendam... Idem. De regularibus canonicis... Alex. III. Ex tue fraternitatis.... Celest. III. Nobis fuit ex parte tua.... Clemens. III. Venerunt ad clementiam.... Innoc. III. pars C. quamvis ad abolendam. Significasti siquidem... facultatem.*

Pag. 509 — *Alexander. III.* De iudeis et sarracenis. *Consuluit. etc... Clemens. III. Quam sit laudabile..... Idem. Significavit nobis.... Innocent. III. Vergentis in senium.... Clemens III. Ad audientiam... Idem. Cum monasterium... Idem. Scripsisti nobis... Idem. Suggestum est... Clemens III. Inspectis litteris..... Celestin. III. Clericus presbyter... Idem. Cura suscepti... Innocent. III. Quod in dubiis... Lutius III. Improba pestis... Urbanus III. Ad audientiam... Celestin. III. Per falsarios... Innocent. III. Cum sepe mandata... Innocent. III. Ad falsariorum.... Clemens. III. Continentia litterarum... Idem. Innotuit nobis... Idem. Cum. H. lator... Idem. Innotuit nobis... Innocent. III. Cum ad quorumdam.... Innocent. III. De causa illa.... Alexander III. De muliere que... Clemens III. Quesitum est.... Celestinus III. Perpendimus ex litteris.... Clemens III. Ea noscitur.... Clemens. III. Inspectis litteris... Clemens III. Cum non ab homine... Idem. Cum desideres... Idem. Veniens ad apostolicam... Idem. Pervenit ad nos... Idem. Significavit nobis.... Idem. Tua nos duxit.... Idem. Ad eminentiam sedis...... Celest. III. Universitati vestre... Idem. In audientia nostra... Idem. Quod de his de quibus... Clemens III. Nobis fuit ex parte... Innocentius III. Cum illorum.... A nobis est sepe quesitum... compellantur.*

Pag. 523 — *Idem.* De sententia excomunicationis. *Nuper a nobis... Idem. Nec excomunicato... Innocent. III. Gravis ex parte... celebretis.*

Pag. 525 — *Innocentius III.* De sententia interdictis. *Cum in partibus vestris... Innocent. III. Officii nostri... compellere et artare.*

Alexand. III. De baptismos puerorum. *Si quis sane... Idem. De quibus dubium... ego te baptizo etc.*

Hic videtur amanuensis quinto libro finem imposuisse. Sequitur spatium quarumdam linearum scriptura vacuum, titulo alterius Collectionis destinatum, quae Decretales Innocentii III. continet sub diversis rubricis, quae aliarum compilationum ordinem non sequuntur.

De electione et electi potestate. *Innocentius III. archiepiscopo et canonico Sutrinis. Dilecti filii clerici... perpetuum imponentes.*

Pag. 526 — *Innocentius III. Alberto presbytero de Sancta maria de porta raven.* De offficio et potestatis (sic) iudicis delegati. *Coram dilecto etc... aliquatenus deferendum.*

Innocentius III. Linconiensi episcopo. De his que (vi) fiunt metusve causa. *Ad audientiam nostram... Idem massilien. et Agath. episcopis. Cum dilectus filius abbas... spiritualiter imponendum.*

Pag. 527 — *Innocent. III. pars. C. Cum tempore bone.* De arbitris. *Quia tam per confessiones... voluit generari.*

Idem burgn. et palentn. episcopis. De restitutione spoliatorum. *Olim vobis dedisse..... Idem narnaten. episcopo. Dilectus filius abbas... non habentur.*

Pag. 528 — *Innocent. III. Illustri regi rageon.* De iure iurando. *Ex tenore litterarum tuarum... iuramentum observari.*

Innocent. III. decano et cancellario ludon. DE SENTENTIA ET RE IUDICATA. *Sicut nobis vestris..... Idem conventuali Sancti Zenonis. Cum inter vos... Idem cant. archiepiscopo. In nostra presentia.... imponendum volumus autem etc.*

Pag. 529 — *Idem Sancti Augustini et sancti gregorii prioribus cant.* DE APPELLATIONIBUS. *Dilecti filii. I. et N... Idem Luccen. episcopo et abbati de molon. Cum dilecti filii etc... Idem artisiodoren. episcopo. Cum tibi de benignitate... decedere intestatus.*

Pag 530 — *Innocentius III. abbati et conventui Lundonien.* DE DECIMIS. *Exposuisti tu nobis... Idem Vercellensi episcopo. Tua nobis fraternitas... Idem pistoriensi episcopo. A nobis tua fraternitas... sint immunes.*

Pag. 531 — *Idem.* DE REGULARIBUS ET TRANSEUNTIBUS AD MONASTERIUM. *Quod dei... Idem abbati et conventui belle ville. Quanto creatori... Idem primicerio et clerico mediolanensi. Cum instantia nostra... compescatur.*

Pag. 533 — *Idem regi datie.* DE MUNITATE (sic) ECCLESIE. *Inter alia.... Idem mutin. episcopo. Ex parte tua... Idem preposito Sancte Marie magdeburgensis. Discretionem tuam... Idem ianuensi episcopo. Accedens ad presentiam... Idem Vianensi et Burgdegalensi episcopis. Ad nostram noveris... ydoneus censeatur.*

Pag. 535 — *Idem Liconiensi episcopo.* DE HOMICIDIO. *Dilectus filius. A... celebrare.*

Idem Mutiniensi episcopo. DE USURIS. *Dudum ex parte... Idem narbonensi episcopo et eius suffraganeis. Post miserabile... omnimodam denegari.*

Pag. 536—*Idem archidiacono et Canonicis mediolanen.* DE FALSARIIS. *Licet ad regimen... falsitas cognoscatur.*

Pag. 537 — *Idem archiepiscopo Lugdunensi.* DE PRIVILEGIIS. *Tuarum nos... impedimento compellas.*

Idem doctoribus decretorum bononie. DE SENTENTIA EXCOMUNICATIONIS. *Inter alia...*

Pag 538 — *Idem archiepiscopo decano et preceptori* (sic) *lugdunensi. Cum pro causa que inter.... remota cogatis.*

Idem. C. tituli sancti laurentii in lucina presbytero cardinali apostolice sedis legato. Officii tui laudabilem prosequeris actionem... et inanem. Verum postquam in regula fuerit conpetenter instructus; si urgens... Sic incompletus desinit Codex, exarata in ima pagina prima voce quaternionis sequentis: *necessitas.*

CODEX XLVII.

SIGNATUS NUMERO EXTERIORI 47 INTERIORI 1020 PLUTEO N.

Codex in folio, paginarum 644, si numerentur omnia folia; nam ex diversis Codicibus coalescere nobis videtur, longitudinis metri 35/₀, latitudinis vero 24/₀, membranaceus, characteribus longobardis, et capitalibus litteris auro variisque coloribus distinctis pulchre exornatus. Titulum a tergo exhibet: EMORTUALE MONACHORUM ILLUSTRIUM, MARTYROLOGIUM S. HIERONYMI, ET ALIA. De isto Codice haec tradit Montfauconius (1): *Martyrologium, Homiliae, Regula sancti Benedicti, et Necrologium Monachorum amplissimum. In Martyrologio ad Nonas Martii dicitur sanctum Thomam Aquinatem fuisse primo Cassinensem Monachum.* Et infra in pag. 221: *Chronicon ab anno millesimo usque ad... Synodus Cassinensis. Martyrologium Hieronimi. Regula Sancti Benedicti. Mortuale, seu memoriale illustrium virorum Monastici ordinis.* Saeculo XI illum assignat Mabillonius (2), monens *quod annos sexcentos praefert.* Prima pars Codicis a pag. 6, usque ad pag. 48, charactere minutiori Longobardico scripta, ad XII Saeculum pertinet. Continet Calendarium, Tabulas Computi Ecclesiastici et Chronologiam magni momenti, quae ab anno 1000 usque ad annum 1152 (1153) prosequitur. Ad idem Saeculum referenda est scriptura primitiva Necrologii, quod a pag. 551, usque ad pag. 622 excurrit; nam nota de morte Pp. Adriani IV (1159) scripturam prioris amanuensis omnino sapit. Pars vero praecipua Codicis, a pag. 57, usque ad pag. 550 charactere longobardo amplioris formae scripta, et initialibus litteris auro, variisque coloribus decoratis, quae a tempore Abbatis Desiderii abscedunt, continet: Martyrologium Usuardi, Regulam S. Benedicti, et breves Homilias de tempore et de Sanctis, quae in variis Bibliotecae nostrae Codicibus occurrunt, et quae differunt ab illis, quas Marquard Hergott in *Veteri Disciplina Monastica*, pag. 586, edidit. Haec pars Codicis fuit scripta post Consecrationem ecclesiae S. Andreae in Monte Cassino sitae. In pagina enim Cod. 75 ad III. Kal. Februarii leguntur haec verba, quae Codicis amanuensis manum indubie produnt: HIC IN CASINO DEDICATIO ECCLESIE SANCTI ANDREE APOSTOLI. Haec Consecratio peracta fuit Anno Domini 1094, ut in pag. 48 Cod. legitur; ideo a Gattulae sententia nobis discedendum duximus dicentis (3): *qui quidem Codex iussu Desiderii Abbatis conscriptus, continet Martyrologium pluraque alia.* Folia vero, quae initio et fine Manuscripti fuerunt addita, diversorum Codicum membra male discerpta, in proprias sedes nostro studio aliquando reductura sunt; et de his quae continent, in successiva Manuscripti explanatione disseremus. Nonnulla quae nobis luce digna visa sunt, uti Martyrologium, Emortuale, partim tantum edita, aliaque in lucem dabimus. A multis Codex iste habitus est magni momenti, et ex eo plura edenda excerpsere Antonius Caracciolus, Angelus de Nuce, Mabillonius, Montfauconius, Muratorius, Gattula, Camillus Peregrinus, Caravita etc.

Pag. 1 — Occurrit sacramentum fidelitatis a Senebaldo Abbate S. Nicolai in Trunto Roffrido Ab-

(1) *Bibl. Bibl.* Tomo I. pag. 219.

(2) *Iter Italicum* (1685) pag. 123.

(3) *Accessiones ad Histor. Cas.* Tomo II. pag. 823.

bati Casinensi factum. Incipit: (*In presentia?*) *subscriptorum iuravit*... Desinit: *Sancti Nycolai in trunto*. Vide Erasmum Gattulam *Hist. Cas.* part. secund. pag. 473. Muratorium, *Rerum italicar. scriptores*, Tom. VII. col. 952, et Andream Caravita, *I Codici e le Arti a Monte Cassino* Tom. II. pag. 114.

Pro his qui se commendant in orationibus. Sequuntur. preces quas edidit Muratorius loco citato, et post eum Caravita, loco citato pag. 115.

Modus interdicti secundum Magistrum Raymundum domini pape primarium. Incipit: *Nota quod cum generale*... Desinit: *de pen. Quod in te*. Vide Clementinas, *De foro Competenti*, in glossa, Lib. II. Tit. 2. fol. 21 editionis Lugdun. 1529, per Franciscum Fradin. Edidit Caravita loco citato, pag. 115.

Pag. 2 — Deleto titulo, incipit: *Vigilias egregii confessoris beati videlicet Benedicti fratres karissimi hodie colimus*... Desinit: *cum eo pariter gloriari*. Est fragmentum sermonis, qui in Codice 453 integer occurrit et Domno Petro Hostiensi Episcopo tribuitur. Reperitur inter Opera S. Petri Damiani.

Deleto titulo sequitur: *Exurgens Maria abiit... helisabeth. Meliores ad deteriores veniunt*... Desinit: *et in sublimioribus commorari*. Est principium VII homiliae Origenis in Lucam. Edit. Parisiens. 1740. Tom. III. pag. 939.

Pag. 3 — Alia manus, priori scriptura abrasa, haec calami tentamina scripsit: *Oportebat quoque Mariam dei prolem dignissimam*. (*C*) *artula nostra tibi portat raynalde salutem*. Sequitur admissio Nicolai de Plumbarola in societatem Casinensem: *Anno domini. M. CCC. quarto decimo*... Vide Caravita pag. 117.

Alia manu imperfectissima: *Clemens episcopus servus servorum dei dilectus filiis Iohannes de sancto germano salutem et Apostolicam benedictionem. noveritis per gratiam spiritus sancti quia ego sum sanus. Rogo vos salutetis et sparte mea conventum ecclesie casinensis frater Iohannes vicedecanus casin... Ego sum... salutem in domino sempiternam*.

Sequitur bulla Innocentii III. Incipit: *Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Roffrido tituli sanctorum Marcellini et petri presbytero Cardinali Salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii*... Desinit: *debitum conpellamus*. Edidit Gattula Tomo II. *Accessionum ad Hist. Cas.* pag. 837. Edidit etiam Caravita loco citato, pag. 117. In duabus paginis sequentibus occurrunt diversae admissiones in societatem Conventus Casinensis, data mortis Ludovici IX regis Francorum, et inventarium Sacristiae Casinensis. Vide Gattulam, Muratorium et Caravitam locis citatis.

Pag. 6 — Occurrit Calendarium, in quo indicantur numerus dierum, dies Egyptii, locus solis in zodiaco etc. Octavo Calend. Octobris legitur: *Hic indictiones incipiunt et finiuntur*. Posterior manus haec abrasit, et in Calendis Septembris scripsit: *Hic mutatur indictio*.

Pag. 12 — Lectio mensium. per kalendas. nonas. et idus. Incipit: *Ianuarius. Augustus*... Desinit: *VIII idus habent*. Confer cum Beda Edit. Basil. 1563. Tomo I. pag. 279.

Regulares mensium ad inveniendas ferias kalendarum. Sequitur tabula, deinde legitur: *Ciclus lunaris mutatur in kalend. ianuar. Acta vel indictiones, in kalend. septemb*... Desinit: *talem epactam ipso anno habebis*.

Ad inveniendam Lunam. Epactae. Sequitur tabula astronomica.

Pag. 13 — Extat tabula computi ecclesiastici, cuius explanatio incipit: *In hac pagina cernis lune circuitus*... Desinit: *embolismorum ratio*.

Pag. 14 — Occurrit alia tabula eiusdem generis, quae ab anno 1072 incipit et producitur usque ad annum 1492.

Pag. 15 — Tabula duplici constans columna dies Septuagesimae et Paschae indicat: deinde sequitur explicatio tabulae, quae sequenti pagina occurrit. Incipit: *Titulus sequentis pagine insignitur grecis caracteribus*... Desinit: *uniuscuiusque bissexti*.

Pag. 16 — Occurrit pulcherrima tabula, quae magnum annum paschalem 532 constantem annis, exhibet ab anno Incarnationis 855 ad annum 1387. Indicatur mors S. Benedicti in anno respondenti anno 509 praecedentis anni magni, qui incipit ab anno 323 et protenditur usque ad annum 855, in quo incipit nostra tabula. De morte S. Benedicti, vide Bedam edit. citata, Tomo I. pag. 308, et *Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti* Tomo I. pag. XI et seqq. Praefationis.

Abrasis tribus lineis scripturae, quae in parte in-

feriori huius paginae legebantur, alia manus scripsit: *Anni incarnationis Dominice Millesimo. CCC. LXXX. VII. Incepit ista tabula. de supra scripta. Et litera dominicalis erat. fons. scilicet. f. in ciclo solaris. sancti ysidori. Que portat XXVIII. dictiones. Scilicet; fert. ea. dux. cor. amat: gens. factor. enim. collit. Bis. ars. genus. est: de. corde. bono. genit(?) ferus. ensis. dicto. beant: Aqua. gens. fons. det: cunctis. bonus. actor. Unde littera. t. est indictione. supra scriptas. est annus bissextilis.*

Pag. 17 — Occurrit alia tabula indicans terminos, regulares, dies Paschae, septuagesimae, quadragesimae, rogationum et pentecostes.

Pag. 18 — Occurrunt duae tabulae, quarum prior hanc habet explicationem: *Ad feriam cuiusque diei inveniendam hec est facta figura... queris feriam ascriptam*; posterioris vero explanatio incipit: *Sequens vero minor paginula; bissextilibus tantum annis est necessaria...* Desinit: *hanc rursum repetas.*

Pag. 19 — Explicatio alterius tabulae in hac pagina occurrentis incipit: *Paginula ista quinque constans vocalibus cuiusque diei Lunam...* Desinit: *numerum requiris.*

Pag. 20 — Alia manu: *Anno domini M.° CCC.° XLVIIII.° III. indictionis Die nono Septembris fuit Maximus Terremotus... propter timorem.* Vide Caravita, loco citato pag. 121.

IN FESTO NIVIS. Incipit: *Extollens vocem... suxisti. Vere enim beata...* Desinit: *manebat eterna. Tu autem...* Vide Bedam edit. citat. Tomo V. Lib. IIII. Cap. XI. Col. 358.

Fit mentio apparitionis stellae cometes anno 1456 et terraemotus anni sequentis. Incipit: *Ad memoriam...* Desinit: *tumulati extiterunt.* Ediderunt Gattula in *Access. ad histor. Cas.* pag. 837 et Caravita loco citato pag. 122.

Pag. 21 — Manus posterioris aevi scripsit fragmenta homiliarum quae in pagg. 2 et 3 Codicis occurrunt.

Pag. 22 — Ab hac pagina usque ad pag. 36. occurrunt pulchrae tabulae chronologicae, in quibus Anni Domini, Indictiones, Concurrentes, Terminus Septuagesimae, Initium Septuagesimae, Epactae, Terminus paschae, Initium paschae, cum factis historicis, aliisque eventibus cuiuslibet anni indicantur. Haec chronologia incipit ab anno M. et prosequitur usque ad annum MCLII. Ad annum 1034 Lucas Holstenius propria manu in margine scripsit: *Adverte Lector ab hoc anno MXXXIIII. ad finem usque, irrepsisse hic anticipationem unius anni, ex errore librarii, corrigendo ex Codice 199 et ex Codice Chronicorum Leonis et Petri* et in fine harum tabularum addidit: *In codice Chronicorum Leonis et Petri haec Anonymi Casinensis chronographia producitur usque ad annum 1212.* Hanc chronologiam ediderunt Antonius Caracciolus in libro suo cui titulus: *Antiqui Chronologi quattuor.* Neapoli, Typis Scorigianis 1626, pag. 128, Camillus Peregrinus in *Historia Principum Langobardorum,* Neapoli 1643, post primam partem secundi libri pag. 98, et Gattula parte secunda *Accessionum ad Historiam Casinensem* pag. 827.

Perutiliter leges praefationem Gattulae ad hoc Chronicon, ibi pag. 822; in qua errores Carracioli corrigit, castigationesque Peregrini castigat. Hae tabulae fine carent; desinunt enim ad annum 1152 (1153) his verbis: *Abbas monasterii Sancti Mauri ad hoc monasterium....* Lineis rubeis divisiones 4 sequentium paginarum indicaverat amanuensis, qui inchoatum opus imperfectum reliquit.

Pag. 37 — In spatio scriptura vacuo huius paginae, sequentia diversis manibus scripta leguntur: *Anno domini M.° CCC.° XLVIIII.° III. indictionis...* et refertur terremotus huius anni. In sequentibus notis fit mentio cometes anni 1362, apparitionis innumerabilium bruchorum in eodem anno, et fulminis quod anno 1507 campanile ecclesiae casinensis percussit. Haec edidit Caracciolus, loco citato pag. 162, non ex Cod. 199 desumpta, ut ipse, teste Gattula, falso asserit, sed ex hoc Cod. 47. Vide etiam Caravita loco citato pag. 123.

Pag. 38 — Alia manus scripsit: *Anno domini MCCXIII. sanctificavit Beatus Franciscus.*

Pag. 41 — Haec recentiori manu scripta leguntur: *Quod nullus agat contra votum castitatis... vel Conventum dicere.* Edidit Caravita loco citato pag. 125.

Pag. 42 — Sequuntur sine titulo versus de situ, constructione ac renovatione monasterii Casinensis, qui videntur tribuendi Alfano; Petrus enim Diaconus in suo libro *De viris illustribus Casinensibus,* de Alfano tradit illum scripsisse: *De situ, constructione ac renovatione eiusdem Coenobii... Versus*

de Ecclesia Sancti Ioannis Baptistae in Casino; adde etiam in Codicis 280 margine, haec a Ioanne Baptista Federicio de his versibus, qui ibi pariter occurrunt, scripta fuisse: *De situ constructione ac renovatione Coenobii Casinensis Alphani Salernitani carmen acephalum.* Incipit: *Quanta tibi bone christe tua...* Desinit*: lucida regna subire poli.* Hos versus edidit Caravita loco citato, Tomo I, pag. 208.

Pag. 45 — Incipit sine titulo: *Opere pretium michi videtur ad laudem et gloriam omnipotentis dei, qualiter huius sancti et venerabilis cenobii nova ecclesia...* Desinit*: domino iuvante scribemus.* Haec edidit Caracciolus loco superius citato, pag. 167. Hanc descriptionem renovationis et consecrationis ecclesiae Casinensis Alfano, ob verba de eo a Petro Diacono superius relata, tribuendam censeremus, sed seriae obiectiones nostrae opponuntur opinioni; Caracciolus enim ad ultima verba huius descriptionis haec profert: *Ex his postremis verbis coniici forte potest, auctorem huius narrationis fuisse Petrum Diaconum Cassinensem: is enim hanc ipsam celeberrimam Dedicationem trium iam dictorum Altarium, videlicet Sancti Martini, Sancti Erasmi et Sancti Ambrosii, recitatis sacrarum Reliquiarum nominibus, rite describit lib. 4. Chron. Casinen. Cap. 8*; dum e contra Angelus de Nuce in aliam abit sententiam in Chronica sacri Monasterii Casinensis Leonis et Petri ab eo Parisiis edita 1668 pag. 433, nota 1621*: Mutuatus est haec Petrus a Leone Ostiensi, quem auctorem agnoscimus descriptionis consecrationis Casinensis Basilicae in Codice 47. argumento ducto tum a stylo, tum quod descriptor testatur, visa a se, quae scribit: quod Petro aptari non potest; alioqui vero Leoni hoc unus incumbebat, tunc Bibliothecario, et chronicorum compilatori. Scio aliter a Viro docto creditum, editumque*; *et tamen a mea sententia non recedo.*

Pag. 49 — Haec pagina et 7 sequentes sunt diversarum manuum et ad idem tempus non pertinent. Incipit: *Hertnidus de hort Ministerialis ducis austrie...* Desinit: *vel si opus fuerit cogant. et scrib.* Edidit Muratorius loco citato col. 953, et post eum Caravita loco citato Tomo II. pag. 126.

Sequitur donatio Raynonis filii Raynaldi de adelmario 1187 facta; hanc ediderunt Muratorius et Caravita locis citatis.

In vigilia Pentecosten. Incipit: *Si diligitis me... dabit vobis. Paraclytus quippe. consolator....* Desinit*: sancti spiritus replebatur.* Edidit Caravita loco citato, pag. 128.

Pag. 50 — Occurrit bulla Gregorii IX, cuius priorem partem edidit Gattula in *Historiae Casinensis* parte secunda pag. 444, non ex hoc Codice, sed ex bulla originali. Incipit*: Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis... Pro confessoris reverentia gloriosi...* Desinit: *noverit incursurum. Data Viterbii Nonis Septembrii Pontificatus nostri Anno Undecimo.* Edidit Caravita loco citato.

Pag. 51 — Extant Constitutiones Domini Andreae Faventini Casin. Abbatis cum constitutione Benedicti XII, quae editae reperiuntur apud Muratorium, loco citato, col. 955, Gattulam in secunda parte *Hist. Cas.* pag. 534, et Caravita Tomo 2. pag. 131.

Pag. 54 — Sequitur series oblationum a diversis Monasterio Casinensi factarum. Incipit: *Nos frater ugo de fonella Casinensis monachus. Ad futurorum memoriam...* Desinit: *debet ova habere.* Haec oblationum series, quae in pagina sequenti prosequitur, sed alia manu scripta: *Item est quedam clausura... pro anima sua.* reperitur edita apud Muratorium, pag. 953, et Caravita, pag. 141. locis citatis.

Pag. 55 — Isti sunt casus reservati domino Abbati. Videlicet. *Ut nullus agat contra votum castitatis corporaliter.... tacita veritate.*

Isti sunt casus reservati Priori et suppriori. Videlicet. *In primis. quod nullus presumat dare... in persona alterius.* Hos casus edidit Gattula loco citato pag. 536, et Caravita, Tomo II, pag. 143.

Pag. 56 — Quae sequuntur, rubeis maiusculis literis scripta, totam occupant paginam.

Cena Domini; quando cenavit cum discipulis suis.

Parasceve; Dominus noster ihesus christus crucifisus est.

Sabbato; Dominus noster ihesus christus quievit in sepulcro.

Resurrectio Domini nostri ihesu Christi.

Ascensio Domini nostri ihesu Christi ad celos.

Adventus Spiritus sancti in discipulos domini.

Festivitas Sanctissime heucaristie.

Pag. 57 — Incipit epistola chromatii et heliodori episcoporum ad ieronimum presbiterum.

Incipit: *Domino sancto et venerabili ieronimo presbytero. Cromatius et eliodorus episcopi, in domino salu... Cum religiosissimus...* Desinit: *dei martyribus exhiberi.*

Pag. 58 — Explicit epistola Cromatii et heliodori ad ieronimum. Incipit rescriptum eiusdem ieronimi ad eosdem. *Chromatio et heliodoro episcopis. Ieronimus presbyter.* Incipit: *Constat dominum nostrum...* Desinit: *fecit esse sublimes.* Has epistolas edidit multisque notis adnotavit Franciscus Maria Florentinius. (*Vetustius Occidentalis ecclesiae martyrologium.... Lucae 1668.* Tomo I, pag. 55.) Illas etiam reperies inter opera S. Hieronimi (Tomo XI editionis Migne, pag. 447.). Manus impia, ut litteram depictam auferret, partem huius paginae avulsit.

Pag. 61 — Ianuarius habet dies xxxi. Luna xxx. Kalendis Ianuariis. Circumcisio Domini Nostri Ihesu Christi. *Rome, Natale sancti almachii martyris...* Hoc martyrologium in multis differt a Martyrologio Usuardi edito in Actis Sanctorum Iunii, Tomo VI, studiis Ioannis Baptistae Sollerii. Ex nostro martyrologio ad usum huius monasterii scripto, nonnulla edidit Muratorius, loco superius citato, pag. 935; illud integrum edemus. Vide Gattulam, Parte II *Accessionum ad Historiam Cas.* pag. 824.

Pag. 265 — Avulsa pagina in qua scriptor titulum Regulae Sancti Benedicti litteris depictis scripserat, incipit: *et inclina aurem cordis tui...* Alia manus recentioris aevi scripsit tamen in margine: Incipit prefatio Regulae sancti Benedicti Abbatis. *Obsculta o fili precepta magistri...* Sequitur Regula S. Benedicti, quae in paucis differt ab ea quam edidit Napoli 1659 D. Paulus Augustinus de Ferrariis Ianuensis Casinas.

Pag. 394 — Dominica in adventu domini. Sine alio titulo cum littera initiali variis depicta coloribus, pagina sequenti, incipit: *Erunt signa in sole et luna, et stellis. et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum. Dominus ac redemptor noster paratos nos invenire desiderans...* Sequuntur homiliae breves de tempore et de Sanctis desumptae ex Sanctis Patribus, quas integras in alio loco edemus. Occurrunt etiam istae homiliae in Codd. 344 et 179.

Pag. 550 — Diverso charactere scripta, haec oblatio legitur: *Dominus. Ludovicus. de Flisco diaconus cardinalis. sancti Adriani. obtulit. se beato. Benedicto. et. sociavit. se nostre. congregacioni. sub anno domini. M.° CCCC.° XXI.°* Edidit Muratorius loco citato col. 938, post quaedam excerpta e Martyrologio de quo supra, haec addens: *Apud hoc Martyrologium est alligata Regula. S. Benedicti literis Longobardicis conscripta, et Lectiones Evangeliorum Dominicalium, et Festorum quae in Capitulo legebantur... In fine harum Lectionum, et ante Kalendarium, in quo legebantur Fratrum, et Benefactorum mortuorum nomina, in Capitulo, haec memoria literis aureis et minio notatis habetur:* Dominus Flisco... *Postquam in Capitulo persolvissent Martyrologium, dicebant:* Obierunt *etc.* De hac memoria consule Gattulam, qui eam cum notis edidit Tomo II. *Hist. Cas.* pag. 607. Edidit pariter Caravita loco citato pag. 144.

Pag. 551 — Sine titulo sequitur necrologium hujus monasterii. Incipit: *A. Kalendis ianuarii. Obierunt fratres nostrae congregationis. Stephanus sacerdos et monachus...* De usu recitandi nomina mortuorum haec habet Gattula in Tomo I. *Hist. Cas.* pag. 348. *Exarabant praeterea nedum monachorum, qui obierant nomina, verum etiam pontificum, cardinalium, episcoporum, imperatorum, regum, principum, aliorumque utriusque sexus hominum, vel in emortualibus, ut in nostro Codice signato num. 47, vel in Kalendario, missalibus, aut breviariis praeposito etc....* Quaedam nomina ex hoc Necrologio desumpta edidit Camillus Peregrinius, loco citato pag. 144. Maiorem numerum nominum offert Muratorius loco citato col. 939 et seqq. sed de editione huius necrologii ab eo facta haec dicit Gattula in parte secunda *Accessionum ad Historiam Casinensem* pag. 824: *Columna 939, et sequentibus descripta sunt quolibet mense nomina quorumdam Monachorum, et Benefactorum defunctorum, necnon monasteriorum, et personarum ad Cassinensem Societatem pertinentium, quae desumta sunt ex Necrologio Cassinensi contento in dicto codice num. 47. circa finem eiusdem, quod literis Longobardicis scriptum est. Eidem autem adiuncta sunt nomina multarum personarum quolibet die literis Latinis, et manu admodum posteriori, et Amanuensis nedum nullum discrimen ponit inter ea, quae literis Longobardicis, et ea quae Latinis*

notata sunt; verum ulterius plurimum érravit in nominibus, cognominibus, annis etc. multa insuper verba desunt, ut clare patebit consulenti nostram editionem, quam ex originali desumtam ea omnia, qua potuimus, diligentia publieae luci donamus. Qua in re adnotandum eorum nomina, quae manu posteriori adiuncta sunt, et litteris Latinis, parva Cruce signata nos voluisse. In Tomo II. *Historiae Cas.* pag. 585, quaedam ex hoc Necrologio dedit Gattula, scilicet de commemorationibus, quae fiebant a Casinensibus per totum annum, Fratrum nostrorum in aliis pluribus Monasteriis defunctorum, ratione initae spiritualis Societatis; quodque ibidem omiserat, supplet in *Addendis, et corrigendis* Tomo II ibidem pag. 939 col. 1. In pagina 585 parva Cruce signat quae manu posteriori fuerunt addita, sed in Tomo II. *Additionum ad Historiam Cas.* pag. 850 ubi hoc Necrologium edidit, forte difficultate impeditus discernendi manuum differentiam, crucis signum nominibus posteriori manu additis non praemisit; et quia plura ipse, ut Muratorius, nomina omisit, nobis integrum Necrologium viris doctis plurimi faciendum, typis edendi munus reliquit. Saepissime utitur hoc Necrologio in *Hist. Cas.* noster Gattula, illud passim citat Ughellius in *Italia sacra* et Mabillonius in *Annalibus Benedictinis* Lib. 41, num. 36. Advertendum a Muratorio, loco citato, col. 915 et 947, hunc Codicem sub antiquo numero 62 citari.

Pag. 622 — Sequuntur quaedam de admissione ad fraternitatem Casinensem edita a Caravita loco citato pag. 145.

Pag. 623 —Occurrunt cum versiculis, orationibus, et notis musicis, Responsoria quaedam ad alium Codicem pertinentia, et diversa ab illis, quae in Missali Romano ad *Mandatum* Fer. V. in Coen. Dom. extant.

Pag. 626 — Adest bulla Alexandri III edita a Caravita loco citato pag. 146: Incipit: *Alexander episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis Petro abbati et capitulo casinensi salutem et apostolicam benedictionem. Bone memorie M. quondam Prenestinus episcopus...* Desinit: *duraverint esse. Datum. Anagni III Kalendas februarii.*

Sequitur Constitutio Abbatis Casinensis Theodini edita a Muratorio, loco citato, col. 959. Hanc constitutionem cum sequenti, quae est Abbatis Casinensis Dominici, edidit Caravita, loco citato, pag. 146 et seqq.

Pag. 627 — Haec capitula divinae auctoritatis aedita; A beato Gregorio urbis romae pontifice; legenda sunt Coram hospitibus in capitulo. iuxta preceptum sanctissimi patris nostri Benedicti. ut edificentur. Incipit: *Pensemus fratres karissimi.....* Desinit: *offerens munus tuum. Adiuvante illo qui hoc precepit. domino nostro ihesu christo. qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat per aeterna saecula saeculorum. Amen.* De his capitulis confer Angelum Nuceum in notis ad *Chron. Casin.* Libro II Cap. 53, Gattulam in Tomo I *Hist. Cas.* pag. 167. et Marquard Hergott in *Veteri Disciplina Monastica* pag. 586.

Primum horum capitulorum desumptum est ex libro II Homiliarum S. Gregorii in Evangelia, hom. XXXIV, Tomo I edit. Benedictinae 1705, col. 1610. 1611; secundum ex homilia XXXVI col. 1624 et seqq.; tertium quod incipit: *Dominus et salvator noster ait in Evangelio. Si offers munus tuum... offeres munus tuum. Ac si diceret. Si volueris munera deo offerre...* et desinit: *ad id quod agere ceperas. Adiuvante...* non invenimus.

Pag. 636—Sine titulo incipit: *Karissimi. Nunc filii dei sumus. et nondum apparuit quid erimus...* Desinit incompletum: *diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus...* Haec passim fuerunt desumpta ex epistola prima B. Ioannis Apostoli.

Quae occurrunt a pagina 627 ad pag. 640 ad alium manuscriptum XI saec. ad finem vergentis pertinuisse videntur; folia duo sequentia a Missali eiusdem saeculi avulsa, continent missas secundae, tertiae et quartae feriae post Dominicam Passionis, cum notis musicis.

CODEX XLVIII.

**SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 48 ET 115, INTERIORI VERO 141.
PLUTEO B.**

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 35/$_0$, latitudinis 26/$_0$, paginarum 476, foliorum scilicet 238, duplici columna exaratus, charactere Longobardo initio saeculi XI. hoc titulo exteriori manu saeculi XVII inscriptus: CLAUDII EPISCOPI ANTISIODORENSIS COMMENTARIA IN EPISTOLAS PAULI. Montfauconius (1) hunc Codicem laudat his verbis: *Notae Claudii Episcopi Antisiodorensis in Epistolas Pauli*. Continet quidem Claudii Commentaria super Epistolas Pauli *ad Romanos, ad Thessalonicenses*, primam et secundam, *ad Thimotheum*, primam et secundam, *ad Titum, ad Philemonem, ad Hebreos*; sed falso Claudius Antisiodorensis dicitur, utpote qui certo a Ludovico Pio in Taurinensem episcopalem sedem fuerit evectus. Nec dubium de hoc movet Labbe, qui firmis testimoniis docet esse exploratum, nec Scotum, nec Antisiodorensem, uti Syxto Senensi et Possevinio placuerat, sed *Taurinensem* esse nuncupandum (2). Licet a coevis de sacrarum imaginum, Crucisque infractione, velut iconoclastes, fuerit insimulatus (3) a Iona Aurelianensi et Theodemiro Abbate, magnam in S. Scripturae libros operam impendisse patet (4). Mabillonius inter sua *Analecta* edidit Claudii Epistolam ad Theodemirum Abbatem, sive prologum ad suum Commentarium supra *Leviticum*, quod MS. extitisse apud Benedictinos Parisienses S. Germani a Pratis tradit Oudin (5), et ex codice Remigiano derivatum habuisse Mabillonius monet (6). Exodi et Geneseos libros a Claudio declaratos habes in eiusdem epistola ad Theodemirum; et si Trithemio fides tribuenda, in alios V. T. libros Claudius commentator extitit. Casimirus Oudin Commentarium in *Librum Ruth* a se inter Codices MSS. Bibliothecae Bonae-spei in Hannonia tradit inventum (7). *Triginta quaestiones super Libros Regum* Claudii, quem Episcopum Taurinensem appellat Theodemirus in praecedenti epistola, acceptas a Dominico Mansi in lucem protulit Chrys. Trombelli. A Codice Vaticano, Claudio coaevo, eruit Maj Epistolam tantum, praefixam Commentario, sive *Catenae super Matthaeum*, et in suo *Spicilegio* edidit (8); Claudii vero Commentariorum in Epistolas Pauli Praefationem idem Maj (9) ex Bobiensi Codice, nunc in Vaticana extanti, typis tradidit, omissis Commentariis, quorum postea divulgandorum otium, ut ipse ait, expectabat. Luce donatam habemus inter *Analecta Vet.* Mabillonii *Praefationem* Claudii Commentarii in *Epist. ad Ephesios*, cuius pauca verba inde adnectuntur. Duarum tantum expositionum Claudii in paulinas Epistolas integra extat editio; una *ad Epist. ad Galatas*, quae in Max. Patrum Bibliotheca legitur (10); altera in *Epistola ad Philemonem* a Maio vulgata (11). Licet cl. hic veterum monumentorum investigator haud magni momenti Claudiana Commentaria facere vi-

(1) *Bibl. Bibl.* p. 221. n. 48.
(2) *Bibl.* PP. Lugd. T. XIV. p. 140.
(3) Cf. *Bibl.* PP. Colon. T. IX. p. 876
(4) MABILLON *Analecta*. Parisiis 1723. p. 90 92. — FABRICII *Bibl. med. et inf. latin.* T. I. 388. et seq.
(5) *Suppl. de Script. Ecclesiast.* p. 224.
(6) *Analecta* p. 40.
(7) Ibi. 225.
(8) T. IV. 501.
(9) *Script. Veter. Collectio Nova.* T. VII. 271.
(10) *T.* XIV.
(11) *Spicileg.* T. IX.

deatur, utpote quae ex SS. Patrum scriptis selectas et in unum assutas prae se ferant sententias, luce tamen digna apprime censuimus quae in hoc Casinensi Codice Commentaria occurrunt, ad quae nullus adhuc eruditorum manus accessit. Nonne et in hoc Patrum sententiarum delectu et earumdem instituta ratione viri ingenium se prodit? Adde: quod ipse Claudius in praefatione Commentarii in *Epist. ad Romanos*, quam habet Codex noster, id affirmat. Dicit enim: *aliqua ex Origenis expositione ibidem adiunximus, et nonnulla etiam, ut nobis visum est, pertractavimus*. Nonnulla igitur propria quoque minerva pertractavit, quae scitu indigna non erunt; quapropter septem, quae in Codice Casinensi Claudii occurrunt Commentaria in paulinas Epistolas adhuc delitescentia, inter *Analecta Casinensia* in lucem tradere curabimus, omisso Commentario in Epist. ad Philemonem, iam a Maio vulgato, et altero in Epist. ad Hebreos, quod inter *Opp.* Alcuini (Migne *Curs. Compl. Patrol.*) legitur.

Difficilis explicandus nodus in huius Codicis pag. 408 nobis occurrit ad calcem Commentarii in Epistolam *ad Philemonem.* Nam litteris maiusculis, rubro et viridi colore distinctis, legitur: Explicit Expositio in Epistola ad Philemonem. Amatus. Cur huius Codicis scriptor Amati nomen in paginam invexit? Est ne commentarium in Epist. ad *Philemonem*, vel subsequens in Epist. ad *Hebreos* Claudio abiudicandum et Amato Casinensi monacho tribuendum? Hunc Petrus Diaconus tradit in Scripturis disertissimum extitisse (*De Viris ill.* c. 20); sed Amatum auctorem huius expositionis ne salutemus nos prohibet chronologiae ratio. Codex scriptus initio Saec. XI. haud aequalem se exhibet Amati, cuius meminit Petrus Diaconus scribentis ad Gregorium VII, post dimidium saec. XI, versus in honorem Apost. Petri et Pauli. An potius vox *Amatus* est interpretatio verbi *Philemonem*?

Pag. 1 — In margine superiori huius primae paginae, quam Amanuensis scriptura vacuam reliquit, adest hic titulus diversa manu saec. XIV. inscriptus: *Epistole pauli exposite a claudio episcopo.* In medio autem haec leguntur: *Claudius super epistolas Pauli ad Romanos — Ad Thessalonicenses prima et secunda — Ad Timotheum prima et secunda — Ad Titum. Ad philemonem — Ad hebreos.* Praeter haec in hac pagina nihil aliud legitur.

Pag. 2 — In christi nomine incipit prephatio. in Aepistola. ad romanos. Inc. *Amantissimus domini sanctissimus augustinus. talamus trinitatis lingua spiritus sancti...* Desinit: *extitit orbis.*

Pag. 3 — Incipit argumentum in epistola pauli ad romanos. Incipit: *In aepistola quam paulus apostolus...* Desinit: *ita exorsus est dicere.*

Incipit epistola. pauli apostoli ad romanos. exposita a claudio episcopo. Incipit: *Paulus servus christi ihesu. Prima questio de nomine ipsius pauli...* Desinit: *plurimum et labore et temporum desudatum est. Finit deo gratias. Amen.*

Pag. 215—Item retractatio claudii episcopi de auctoribus explanationum super praedictam epistolam. Incipit: *Illud quoque in prefationem commoneo mi karissime.....* Desinit: *hoc opus vel alienum esse. vel nostrum. finit.*

Pag. 216 — Incipit tractatus in epistola ad thesalonicenses. Incipit: *Thessalonicenses sunt macedones sicut et philippenses. Hii accepto...* Desinit: *scribebantur aperiret.*

Pag. 217 — Incipit expositio sine titulo: *Paulus et silvanus et timotheus. Quur autem non solus...* Desinit: *scit. dei gratiam contineri.*

Pag. 276 — Incipit epistola ad thessalonicenses secunda. Incipit: *Ad thessalonicenses aliam scribit epistolam...* Desinit: *ut ferunt per titum et honesimum.*

Incipit expositio sine titulo: *Paulus et silvanus et timotheus. aecclesiae... Sollempnibus verbis...* Desinit: *manu propria scriptam reciperet.*

Pag. 291 — Incipit tractatus claudii episcopi in epistola ad timotheum prima. Incipit: *Timotheus filius fuit mulieri iudeae...* Desinit: *monet esse vitandos.*

Sine titulo expositio incipit: *Paulus apostolus christi saecundum... Patris et filii imperio apostolum se factum...* Desinit: *fatemur non meritis propriis.*

Pag. 340 — Explicit tractatus in epistola ad timotheum prima. Incipit ad eiusdem secunda. Incipit: *Paulus apostolus cum esset rome...* Desinit: *in ceteris epistolis tale est.*

Incipit sine titulo expositio: *Paulus apostolus christi iesu per voluntatem...... Consueta veritate et humilitate...* Desinit: *qua ratione sunt posita nomina.*

Pag. 367 — EXPLICIT EXPOSITIO IN EPISTOLA AD TIMOTHEUM SECUNDA. Incipit sine titulo praefatio in epistolam ad Titum: *Titum apostolus ordinavit episcopum*... Desinit: *sensu iudaico corrumpere nituntur*.

Pag. 368 — INCIPIT EXPOSITIO CLAUDII EPISCOPI IN EPISTOLA AD TITUM. Incipit: *Paulus servus dei. Quid est quod salvatur*... Desinit: *benedicens prebere voluisset*.

Pag. 397 — EXPLICIT AD TITUM. INCIPIT EPISTOLA AD PHILEMONEM. Incipit: *Philemoni familiares literas facit*.... Desinit: *necessitatibus causa devotionis*.

Pag. 398 — Sine titulo incipit expositio: *Paulus vinctus ihesu christi. Ut dignitatem epistolae a se missae faceret*...... Desinit: *quoties auditus vel electus fuerit*. Initium commentarii aliquantisper differt ab edito per Card. Mai in suo *Spic. Rom.* T. IX. p. 109. Commentarium vero ad extrema huius Epistolae Pauli verba: *Gratia domini nostri* etc. apud Mai male corruptum et mutilum legitur; Codex autem noster melius et integrum habet. Andreas Quercetanus et Frobenius, qui successive Alcuini scripta typis ediderunt, Commentarium in hanc Epistolam, quod in nostro Cod. et in illo, quo Mai usus est, Claudio Taurinensi adiudicatur, inter *Opp.* Alcuini recenserunt.

EXPLICIT EXPOSITIO IN EPISTOLA AD PHILEMONEM. AMATUS.

Pag. 408 — *Multifariae et multis modis*... *Tota intentio beati apostoli fuit*... Desinit: *Illi autem corpora mundabant nos*... Sic desinit Codex in medio posterioris columnae pag. 476.

CODEX XLIX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 49 ET 218, INTERIORI VERO 361. PLUTEO X.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 35/₀, latitudinis 22/₀, paginarum 322, duplici columna distinctarum, quae pernitido charactere XII saeculi exaratae, capitum initiales literas exhibent in forma piscis, avis, anguis vel hominis colore depictas. Continet *Codicis* Iustiniani Imperatoris novem libros, qui marginalibus et interlinearibus glossis diversae aetatis et manus scatent. Pro compactura habet quoddam instrumentum XIII Saeculi a Caravita editum; fragmentum secundi Libri Dialogorum S. Gregorii, saec. XI; epistolam viduae uxoris Ioannis Comitis Sancti Germani ad Ioannem Cappellanum Papae, et aliam Pauli Lagii de Caieta saeculi XIV, quas adhuc ineditas inferius damus. De huius Codicis praestantia Cl. Doctoris Bluhmi sententiam attulimus in Prolegomenis, pag. XXXII, quam eruditorum omnium iudicium obfirmat, et studium, quo Codex noster Berolinum devectus fuit anno 1867, ut novae Iustiniani Codicis editioni adornandae variantium lectionum segetem offerret. Primum huius textus librum contulimus cum editione Pauli Krueger, Berolini 1873; caeteros vero cum editione Lugdunensi 1662.

Pag. 1 — In nomine domini nostri ihesu christi. Codicis dompni iustiniani repetite prelectionis liber. i. Incipit Rubrica. De novo codice componendo.

Imperator iustinianus augustus ad senatum. Incipit: *Haec quae necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt. Interea tamen nullus eorum... volumus. censemus igitur prolixitatem litium amputare. Multitudinè..... Illarum etiam.... Uno autem... In quem collectas tam.... constitutiones esse oportet... respicientes opus efficiendum; aelegimus tanto fastidio... et questorem nostri palatii... sublimissimum et prefecto pretorio consularem.... Phocam virum excellentissimum... consularem ac patricium.... et prefecto.... et exconsulem. Tribunianum... magistri adignitate inter gentes... phori amplissimi pretoriani. quibus..... permisimus. resecatis..... in desuetudine habierunt certo et brevi sermone conscriptis; ex hisdem... et congruis subdere titulis... Colligentes... Ita tamen... consule in veteribus codicibus..... ita is ponendis..... personas perscriptae; vel per pragmaticam sanctionem... inclitae... super rerum communium utilitate... litium divisiones fiat iudiciis... dompno iustiniano. pp. a II. cons.*

De novo codice confirmando. Rubrica. *Imperator Iustinianus. a. Pius. felix. Inclitus. victor. ac triumphator. semper augustus. Mene. VI. pp. II.* Incipit: *Ex precepto huius almae urbis constant. ac patricii; summae reipublicae....* Desinit: *ex eodem solo nostro codice fierent. Data VII idus aprilis. constantinopoli decio viro clarissimo consule.* Ibi pag. 2.

Pag. 2 — Rubrica. De emendatione codicis iustiniani. et secunda eius editione. *In nomine domini nostri ihesu christi. Imperator. Cesar. flavius.... constantinopolitanae.* Incipit: *Cordi nobis est...* Desinit: *duximus destinandam. Data. XVI. Kalend. decembr. Constantinopoli dompno iustiniano pp. a. IIII. et paulino vic. cons.* Ibi pag. 4.

Pag. 3 — De summa trinitate et fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat. In christi nomine. incipit capitulum primum. Imppp. Gratianus. Valentinianus. et Theodosius. *aaa. ad populum urbis constantinopolita-*

nae. Incipit: *Cunctos populos quos clementiae nostrae....* Desinit primus liber: *vel defensores plebis habita fuisse diceretur.* Ibi a pag. 7 ad pag. 162. Rubricas tantum, sicut in Codice occurrunt, lectori offerendas iudicavimus, quia Codex a Paulo Kreuger integre fuit enucleatus. Commentaria seu postillae, quae in Codicis marginibus recurrunt, ad diversas pertinent manus. Sic incipit postilla, quae in initio primi tituli legitur. *Cum intentio suasit aequitatem per diversa negotia constituere; aequitas autem seu iustitia vertitur; non tantum in rebus humanis; set etiam in divinis; ideo ea premittit que circa religionem consistunt; et fides maximam partem religionis sibi vindicat; ideoque ea anteponitur; in credulitate autem precipua causa est ipsius trinitatis; eaque ratione precedere et in tractatu debet.....* In secundo titulo inter alia: *Intendit hic de sacrosanctis ecclesiis et rebus earum constituere. nova iura pro re nova ponendo. Item de privilegiis ecclesiasticis. magna pars quorum spectat ad remittenda munera; set haec solummodo quae sunt sordida et extraordinaria. Horum enim quaedam sunt personalia quedam patrimonialia. quaedam mixta ut parangaria. item personalia quaedam sunt sordida; quaedam non. ut sulfuraria calcem coquere... Constitutio. I. In collatione. VIIII. et II. Hoc ius porrectum est ad omnem locum venerabilem. omne collegium quod actio pia constituit; ut nec pignorentur...*

De sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis earum. — Rubrica. De episcopis. et clericis orphanotrophiis. et brephotrophiis. et ptochiis. et exonochiis; et ascyteriis. et monachis; et de privilegiis eorum. et castrensi peculio; et de redimendis captivis. et de nuptiis clericorum vetitis seu permissis. — R. *De episcopali audientia et de diversis capitulis quae ad ius curamque et reverentiam pontificalem pertinent.* R. — *De hereticis et manicheis et samaritis. — Ne sanctum baptisma iteretur. — De apostatis.* — R. *Nemini licere signum salvatoris christi humo vel in silice vel in marmore aut sculpere aut pingere.* R. — R. *De iudaeis et caelicolis.* R. — R. *Ne iudeus vel hereticus aut paganus christianum mancipium habeat vel possideat. ac circumcidat.* R. — R. *De sacrificiis paganis et templis.* R. — *De his qui ad aecclesias confugiunt vel ibi exclamant. — De his qui in aecclesiis manumittuntur. R. — De legibus et constitutionibus principum et dictis.* R. — R. *De mandatis principum.* R. — *De senatus consulto.* R. — R. *De veteri iure enucleando et auctoritate iuris prudentium qui in digestis referuntur.* R. — *De iuris et facti ignorantia.* — R. *De precibus imperatoris offerendis et de quibus supplicari licet vel non.* R. — R. *Quando libellus principi datus contestationem facit.* R. — R. *Ut lite pendente vel post provocationem ante diffinitivam sententiam nulli liceat imperatori supplicare.* — R. *Si contra ius utilitatemque publicam aliquid fuerit postulatum vel impetratum.* R. — R. *De diversis rescriptis et de pragmaticis sanctionibus.* — R. *De statuis et ymaginibus.* — R. *De his qui ad statuas confugiunt.* — R. *De officio prefecti pretorio orientis et illirici.* R. — R. *De officio prefecti pretorio africae. et de omni eidem dioceseos statu.* — (In pag. Codicis 36, verba: *Et est notitia deo auxiliante.... Item officiis eius ita...* et in pag. 39, ista alia: *Et est notitia...* rubro colore sunt scripta. Ibi pagg. 127 et 134.) R. *De officio prefecti urbis.* — R. *De officio magistri militum.* — R. *De officio quaestoris.* — R. *De officio magistri officiorum.* — R. *De officio comitis sacrarum largitionum.* — R. *De officio comitis rerum privatorum.* Omittitur in Cod. Titulus XXXIIII. Editionis. *R. De officio proconsulis et legati.* — R. *De officio comitis orientis.* — R. *De officio prefecti augustalis. — De officio vicarii. — De officio pretorum. — De officio rectoris provincie.* — Titulos XLI et XLII omisit amanuensis. *De officio prefecti vigilum.* — Titulus XLIV desideratur in Codice. *De officio civilium iudicum. — De officio iudicum militarium.* — R. *Ne comitibus rei militaris vel tribunis lavacra prestentur.* R. — *De officio diversorum iudicum.* — R. *Ut omnes tam civiles quam militares iudices post administrationem depositam per quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.* R. — R. *De officio eius qui vicem alicuius iudicis obtinet.* R. — R. *De assessoribus et domesticis et cancellariis iudicum.* R. — R. *De annonis et capitu amministrantium vel assessorum aliorumve publicas sollicitudines gerentium vel eorum qui aliquas consecuti sunt dignitates. — De contractibus iudicum vel eorum qui sunt circa eos et inhibendis donationibus in eos faciendis; et ne amministrationis tempore proprias aedes hedificent sine sanctione pragmatica. — De modo*

mulctarum quae a iudicibus infliguntur. R. — *De officio defensorum.* — *De magistratibus municipalibus.* — *De officio iuridici alexandriae.*

Pag. 47 — Codicis Domni iustiniani repetite prelectionis. explicit liber primus. Incipit liber secundus. Rubrica. De edendo. Incipit: Imperator Pius. A. Mannilio. *Ipse dispice quemadmodum pecuniam...* Desinit: *sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrent tramite.* Vide Editionem Lugduni cum notis Dionysii Gothofredi. 1662. a col. 135, ad col. 198. *R. De in ius vocando.* R. — R. *De pactis. Const. greca.* — *De transactionibus.* — *De calculi errore.* — *De postulando.* — *De advocatis diversorum iudiciorum.* — Sequens rubrica in margine fuit addita. *De advocatis diversorum iudicum.* — *De advocatis fisci.* — *De errore advocatorum vel libellos seu preces concipientium.* — *Ut quae desunt advocatis partium iudex suppleat.* R. — R. *De causis ex quibus infamia alicui irrogatur.* R. — R. *De procuratoribus. R.* — *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus prestare. vel actiones in se transferre.* — *De his qui potentiorum nomine titulos prediis affigunt vel libellos vel eorum nomina in lite pretendunt.* — *Ut nemo privatus titulos prediis suis vel alienis imponat vel vela regalia suspendat.* — *Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa imprimere rebus quas alius tenet.* — *Ne fiscus vel res publica procurationem alicui patrocinii causa inlicite prestet.* — *De negotiis gestis.* — *De his quae vi metusve causa gesta sunt.* R. — *De dolo malo.* — R. *De in integrum restitutione minorum.* — R. *De filio familias minore.* R. — R. *De fideiussoribus minorum.* — R. *Si tutor vel curator intervenerit.* R. — *R. Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur.* R. — R. *Si adversus rem iudicatam.* R. — R. *Si adversus venditionem.* R. — R. *Si adversus venditionem pignoris.* R. — R. *Si adversus donationem.* R. — R. *Si adversus libertatem.* R. — R. *Si adversus transactionem vel divisionem minor restitui velit.* R. — R. *Si adversus solutionem a debitore vel a se factam.* R. — R. *Si adversus dotem.* R. — R. *Si adversus delictum suum.* — R. *Si adversus usucapionem.* R. — R. *Si adversus fiscum.* R. — R. *Si adversus creditorem.* R. — R. *Si ut se hereditate abstineat.* R. — R. *Si omissam hereditatem vel bonorum possessionem vel quid aliud adquirat.* R. — R. *In quibus causis. restitutio in integrum non est necessaria.* R. — R. *Qui et adversus quos in integrum restitutio* (alia manu: *restitui*) *non possunt.* R. — R. *Si minor se maiorem dixerit vel probatum fuerit.* R. — R. *Si sepius in integrum restitutio postuletur.* R. — R. *De his qui veniam etatis impetraverunt.* R. — *Si maior factus ratum habuerit.* R. — R. *Ubi et apud quem cognitio restitutionis agenda sit.* R. — R. *De reputationibus quae fiunt in iudicio in integrum restitutionis.* — *R. Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.* R. — R. *Ne quid novi fiat in integrum restitutione postulata.* — R. *De restitutione militum et eorum qui rei publicae causa affuerunt.* — R. *De uxoribus militum vel eorum qui reipublice causa absunt.* R. — R. *De temporibus in integrum restitutionis tam minorum aliarumque personarum que restitui possunt quam heredum eorum.* R. — R. *Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.* R. — R. *De alienatione iudicii mutandi causa facta.* R. — *De receptis.* — *De satis dando.* R. — R. *De formulis et impetratione actionum sublatis. R.* — R. *De iure iurando propter calumpniam dando. R.* —

Pag. 74 — Codicis iustiniani repetite prelectionis liber. II. explicit. incipit liber. III. R. De iudiciis. Incipit: Impp. Severus et Anton. AA. *Clementi. Iudicio cepto usurarum stipulatio....* Desinit: *sine augustis affatibus transferat.* Ibi a col. 199, ad col. 364.

R. *De sportulis et sumptibus in diversis iudiciis faciendis et de executoribus litium.* R. — R. *De padeis iudicibus.* R. — R. *Qui pro sua iurisdictione iudices dare darive possunt.* R. — R. *Ne quis in sua causa iudicet vel ne sibi ius dicat.* R. — R. *Qui legitimam personam in iudiciis habent vel non.* R. — R. *Ut nemo invitus agere vel accusare cogetur.* R. — *De ordine iudiciorum.* — R. *De litis contestatione.* R. — R. *De plus petitionibus.* R. Sub hoc titulo una tantum datur constitutio, cuius initium: *Odiosa contrahentium...* Ibi col. 212. — *De dilationibus.* — *De feriis.* — *R. De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti.* R. — R. *Quando imperator inter pupillos et viduas et miserabiles personas cognoscat et ne exhibeantur.* R. — R. *Ubi de criminibus agi oportet.* R. — *Ubi de possessione agi oportet.* — *Ubi fidei commissum peti oportet.* — *Ubi con-*

veniatur qui certo loco dare promisit. — R. *Ubi in rem actio exerceri debeat.* — *Ubi de hereditate agatur et ubi scripti heredes in possessionem mitti postulare debent.* — *Ubi agi oportet de ratiociniis tam privatis quam publicis.* — *Ubi causa status agi debeat.* R. — R. *Ubi quis de curiali vel cohortali aliave condictione conveniatur.* R. — R. *Ubi senatores vel clarissimi civiliter. vel criminaliter conveniatur.* R. — R. *In quibus causis militantes fori prescriptione uti non possunt.* R. — R. *Ubi causa fiscalis vel divinae domus hominumque eius agantur.* R. — R. *Ubi vel quando licet unicuique sine iudice vendicare se vel publicam devotionem.* R. — R. *De inofficioso testamento.* R. — R. *De inofficiosis donationibus.* R. — *De inofficiosis dotibus.* — R. *De petitione hereditatis.* R. — R. *De rei vendicatione* — R. *De usufructu et habitatione et ministerio servorum.* — *De servitutibus et de aqua.* — *De lege aquilia.* — *De familiae herciscundae.* — *De communi dividundo.* — *De communia utriusque iudicii tam familiae herciscundae quam communi dividundo.* — R. *De finium regundorum.* R. — R. *De consortibus eiusdem litis.* R. — R. *De noxalibus actionibus.* R. — R. *Ad exhibendum actio in personam. et viv. XXX. annis.* — Sequens rubrica titulum non habet. *De aleae usu vel de aleatoribus.* — *De religiosis et sumptibus funerum.*

Pag. 100 — Explicit liber tertius. Incipit liber IIII. De rebus creditis. et de iureiurando. — Incipit: Imperator Antoninus Augustus. Herculiano. *Causa iure iurando ex consensu utriusque partis...* Desinit: *nostra constitutio disposuit; iure emphiteutico cadat.* Ibi a col. 263, ad col. 364. R. *Si certum petetur.* R. — R. *De suffragio.* R. — R. *De prohibita sequestratione pecuniae.* — R. *De condictione indebiti.* — R. *De condictione ob causam datorum.* — R. *De condictione ob turpem causam.* R. — *De condictione furtiva.* — *De condictione ex lege et sine causa vel iniusta causa.* — R. *De obligationibus et actionibus.* R. — R. *Ut actiones et ab herede; et contra heredem incipiat.* R — R. *Ne uxor pro marito vel maritus pro uxore. vel mater pro filio conveniatur.* R. — R. *Ne filius pro patre. vel pater pro filio emancipato. vel libertus pro patrono conveniatur.* R. — R. *An servus ex suo facto post manumissionem teneatur.* R. — R. *Quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores exigere possunt.* R. — R. *De actionibus hereditariis.* R. — R. *Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur.* R. — R. *De constituta pecunia.* R. — *De probationibus* R. — R. *De testibus.* R. — R. *De fide instrumentorum et de ammissione eorum et antopachis faciendis; et de his quae in scriptura fieri possunt.* — *Plus valere quod agitur quam quod simulatae concipitur.* R. — *De commodato.* R. — *De actione pignoraticia.* Prima constitutio huius tituli deest in Codice. — R. *De exercitoria et institoria actione.* R. — R. *Quod cum eo qui in aliena est potestate gestum esse negotium dicitur; vel de peculio; seu quod iussu; et de in rem verso.* — R. *Per quas personas nobis acquiritur.* R. — R. *Ad senatus consultum macedonianum.* R. — R. *Ad senatus consultum velleianum.* — R. *De non numerata pecunia.* R. — *De compensationibus.* R. — R. *De usuris.* R. — *De nautico fenore.* — R. *Depositi.* R. — *De mandatis.* — R. *Si servus se emi mandaverit.* — R. *Pro socio.* R. — R. *De contrahenda emptione et venditione.* — R. *De hereditate et actione vendita.* R. — R. *Que res venire non possunt; et qui vendere vel emere vetantur.* — R. *Que res exportari non debent.* R. — R. *De eunuchis.* R. — R. *De patribus qui filios distraxerunt.* — R. *De rescindenda venditione.* — R. *Quando liceat ab emptione discedere.* R. — R. *Si propter publicas pensitationes venditio fuerit caelebrata.* R. — R. *Sine censu vel reliquis fundum comparare non posse.* R. — R. *De periculo et commodo rei venditae.* R. — R. *De actionibus empti et venditi.* R. — R. *Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine. vel pecunia emerit.* R. — R. *De rebus alienis non alienandis; et de prohibita rerum alienatione. vel ypotheca.* R. — R. *De communium rerum alienatione.* R. — R. *Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.* R. — R. *De pactis inter emptorem et venditorem compositis.* R. — R. *Si servus exportandus veneat.* R. — R. *Si mancipium ita venierit ne prostituatur.* R. — R. *Si mancipium ita fuerit alienatum; ut manumittatur vel contra.* R. — R. *De aediliciis actionibus.* R. — R. *De monopolis et de conventu negotiatorum inlicito. vel artificum labarorumque. nec non balneatorum prohibitis illicitisque pactionibus.* R. — *De nundinis.* — *De vectigalibus et commissis.* R. — R. *Nova vectigalia institui non posse.* R. — R. *De commerciis et mercatoribus.* R. — R. *De rerum permu-*

tatione et de prescriptis verbis actione. R. — R. *De locato et conducto*. R.—R. *De emphiteotico iure*. R.

Pag. 138 — CODICIS IUSTINIANI REPETITE PRELECTIONIS LIBER. IIII. EXPLICIT. INCIPIT LIBER. V. RUBRICA DE SPONSALIBUS ET ARRIS SPONSALICIIS ET PROXINETICIS. RUBRICA. Incipit: IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAXIM. AUGUSTI. DIANORI. *Alii desponsatae renuntiare conditioni. ac nubere....* Desinit: *passus est occultari legibus erit agendum.* Ibi a col. 365, ad col. 469. R. *Si rector provinciae vel ad eum pertinentes sponsalia dederint*. R. — R. *De donationibus ante nuptias vel propter nuptias et sponsaliciis*. R. — R. *De nuptiis* R. — R. *De incestis et inutilibus nuptiis*. R. — R. *De interdicto matrimonio inter pupillam et tutorem seu curatorem liberosque eorum*. R. — R. *Si quacumque preditus potestate vel ad eum pertinentes ad supposítarum iuris dictionis suae aspirare temptaverit nuptias*. R. — R. *Si nuptiae ex rescripto petantur*. R. — R. *De secundis nuptiis*. R. — R. *Si secundo nupserit mulier cui maritus usum fructum reliquerit*. R.—R. *De dotis promissione. vel nuda pollicitatione*.—R. *De iure dotium*. R.—R. *De rei uxoriae in extipulatu actione transfusa; et de natura dotibus prestita*. R. — R. *De pactis conventis; tam super dotem quam super donationes ante nuptias et parafernis*. R. — R. *De dote cauta et non numerata*. R. — R. *De donationibus inter virum et uxorem; et a parentibus in liberos factis et de ratihabitione*. — R. *De repudiis et iudicio de moribus sublato*. — R. *Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur*. R. — R. *Si dos constante matrimonio soluta fuerit*. R. — R. *Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur*. R. — R. *Rerum amotarum*. R. — R. *Ne pro dote mulieri bona quondam mariti abdicantur*. R. —. R. *De fundo dotali*. R. — R. *Divortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant*. R. — R. *De alendis liberis a parentibus*. — R. *De concubinis*. R. — R. *De naturalibus liberis; et matribus eorum; et quibus casibus iusti efficiuntur*. R. — R. *De tutela testamentaria*. R. — R. *De confirmando tutore*. R. — R. *De legitima tutela* — R. *Qui petant tutores vel curatores*. R. — R. *Ubi petantur tutores vel curatores*. R. — R. *De tutoribus et curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum*. R. — R. *Qui dare tutores vel curatores et qui dari non possunt*. R. — R. *Quando mulier tutelae officio fungi potest*. R. — R. *In quibus causis tutorem habenti; tutor vel curator dari potest*. — R. *De amministatione tutorum et curatorum; et de pecunia pupillari. feneranda vel deponenda*. R. — R. *De periculo tutorum et curatorum*. R. — R. *Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri possint*. — R. *Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus; omnes vel unus agere pro minore vel conveniri possint*. R. — R. *Ne tutor vel curator vectigal conducat*. R. — R. *De tutore vel curatore; qui satis non dedit*. R. — R. *De suspectis tutoribus*. R. — R. *De in litem dando tutore vel curatore*. R. — R. *De eo qui pro tutore negotia gessit*. — R. *Si mater indempnitatem promiserit*. R. — R. *Si contra matris voluntatem tutor datus sit*. R. — R. *Ut causae post pubertatem adsit tutor*. R. — R. *Ubi pupillus educetur*. R. — R. *De alimentis pupillo prestandis*. R. — R. *Arbitrium tutelae*. — R. *De dividenda tutela et pro qua parte quisque tutorum conveniatur*. R. — R. *De in litem iurando*. R. — R. *De heredibus tutorum*. R. — R. *Si tutor non gesserit*. R. — R. *De usuris pupillaribus*. R. — R. *De fide iussoribus tutorum seu curatorum*. R.— R. *De contrario iudicio*. R. — R. *De auctoritate prestanda*. R. — R. *Quando curatores vel tutores esse desinant*. R. — R. *De actore a tutore seu curatore dando*. R. — R. *De excusationibus et temporibus*. R. — R. *Si falsis allegationibus excusatus sit*. R. — R. *Si tutor reipublice causa aberit*. R. — R. *De excusatione veteranorum*. R. Constitutio, qua incipit iste titulus in Editione, ad titulum praecedentem in Codice pertinet. — R. *Qui numero liberorum se excuserit*. R. — R. *Qui etate*. R. — R. *Qui morbo*. R. Titulus iste praecedenti praeponitur in Editione. — R. *Qui numero tutelarum*. R. — R. *De curatore furiosi vel prodigi*. R. — *De prediis vel aliis rebus minorum sine decreto non alienandis. vel obligandis*. R. — R. *Quando decreto opus non est*. R. — R. *Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparavit*. R. — R. *Si maior factus sine decreto factam alienationem ratam habuerit*. R. — R. *De magistratibus conveniendis*. R.

Pag. 183 — EXPLICIT LIBER. V. INCIPIT LIBER VI. DE FUGITIVIS SERVIS ET LIBERTIS MANCIPIISQUE CIVITATUM ARTIFICIBUS ET AD DIVERSA OPERA DE-

PUTATIS; ET AD REM PRIVATAM VEL DOMINICAM PERTINENTIBUS. Incipit: IMPERATORES DIOCLETIANUS ET MAX. *augusti et consules. Emilie. Servum fugitivum sui furtum*... Desinit: *qui dampnis ac detrimentis tenentur obnoxii. Idem augustus. Iohanni pp.* (praefecto praetorii). *Cum non solum in maternis... patri potest adquiri.* In margine legitur: *Ponas istam legem supra proprio titulo. ante principium.* Ibi a col. 469, ad col. 594. R. *De furtis et de servo corrupto.* R. — R. *De operis libertorum.* R. — R. *De bonis libertorum; et de iure patronatus.* R. — R. *Si in fraude patroni a libertis alienatio facta est.* — R. *De obsequiis patronis prestandis.* Duae primae constitutiones Tituli VI Editionis pertinent in Codice ad titulum praecedentem. — R. *De libertis et eorum liberis.* R. — R. *De iure anulorum aureorum et natalibus restituendis.* R. — R. *Qui admitti ad bonorum possessionem possunt et intra quod tempus.* R. — R. *Quando non petentium partes petentibus adcrescunt.* — R. *De bonorum possessione secundum tabulas.* — R. *De bonorum possessione contra tabulas quam pretor liberis pollicetur.* — R. *De bonorum possessione contra tabulas liberti quae patronis vel liberis eorum datur.* — R. *Unde liberi.* R. — R. *Unde legitimi et unde cognati.* R. — R. *De edicto successorio.* R. — R. *De carboniano edicto.* R. — R. *Unde vir et uxor.* R. — R. *De repudianda bonorum possessionem.* R. — R. *De collationibus.* R. — R. *De testamento militis.* R. — R. *Qui possunt facere testamentum vel non.* R. — R. *De testamentis et quemadmodum testamenta ordinentur.* R. — *De heredibus instituendis; et quae personae heredes institui non possunt.* — *De institutionibus vel substitutionibus seu restitutionibus sub condicione factis.* — *De impuberum et aliis substitutionibus.* — *De necessariis et servis heredibus instituendis vel substituendis.* — *De liberis preteritis vel exheredatis.* — *De postumis heredibus instituendis vel exheredandis vel preteritis.* — *De iure deliberandi; et de adeunda vel adquirenda hereditate.* — *De repudianda vel abstinenda hereditate.* — *Quemadmodum aperiantur testamenta et inspiciantur et describantur.* — *De edicto divi adriani tollendo; et quemadmodum scriptus heres in possessione mittatur.* — *Constitutio greca. Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit.* — *Constitutio greca. De his quibus hereditates ut indignis auferuntur et ad senatus consultum silvianum.* — *De codicillis.* — *De legatis.* — *De verborum et rerum significatione.* — *Si omissa sit causa testamenti.* Constitutio, qua incipit in Editione Titulus XXXIX, pertinet in Codice ad Titulum XXXVIII. *De indicta viduitate et de lege iulia miscella tollenda.* — *De his quae pene nomine in testamentis vel codicillis relinquentur.* — *De fidei commissis.* — *Communia delegatis et fidei commissis et de in rem missione tollenda.* — *De falsa causa adiecta legato vel fidei commisso.* — *De his quae sub modo legata seu fidei commissa relinquuntur.* — *De condicionibus insertis tam in legatis quam fidei commissis et libertatibus.* — *De usuris vel fructibus legatorum vel fidei commissorum.* — Deest in Codice titulus XLVIII. editionis; rubrica autem illius sequenti coadunatur. *De incertis personis ad senatum consultum trebellianum. Constitutio greca.* — *Ad legem falcidiam.* — *De caducis tollendis.* — *De his qui ante apertas tabulas hereditates transmittunt.* — *Quando dies legati vel fidei commissi cedit.* — *Ut in possessione legatorum vel fidei commissorum servandorum causa mittantur; et quando satis dare debet.* — *De suis et legitimis et liberis et ex filia nepotibus ab intestato venientibus.* — *Ad senatus consultum tertullianum.* — *Ad senatus consultum orphianum.* — *De legitimis heredibus.* — *Communia de successionibus.* — *De bonis paternis et materni generis.* — *De bonis quae liberis in potestate constitutis ex matrimonio vel aliter adquiruntur et eorum administratione.* — *De hereditatibus decurionum et cohortalium militum et fabricensium.*

Pag. 231. — EXPLICIT LIBER VI. INCIPIT LIBER VII. DE VINDICTA LIBERTATE ET APUT CONSILIUM MANUMISSIONE. Incipit: IMPERATOR ANTONINUS AUGUSTUS. TERTIO. *Eorum qui apud consilium*... Desinit: *aedicto perpetuo tantum actionem permitti.* Ibi a col.595. ad col. 675. Desideratur in Codice rubrica tituli II. — *De lege fusia caninia solvenda.* — *De fidei commissariis libertatibus.* — *De deticia libertate tollenda.* — *De latina libertate tollenda; et per certos modos in civitatem romanam transfusam.* — *De servo communi manumisso.* — *De servo pignori dato manumisso.* — *De servis rei publicae manumittendis.* — *De his qui a non domino manumissi sunt.* — *Qui manumittere non possunt;*

et ne in fraudem creditorum manumittatur. — Qui non possunt ad libertatem pervenire. — Pro quibus causis servi premium accipiunt libertatem. — De ingenuis manumissis. — De communia manumissionibus. — De liberali causa. — De assertione tollenda. — Quibus ad libertatem proclamare non licet; et de rebus eorum quibus ad libertatem proclamare non prohibentur. — De ordine cognitionum. — De collusione detegenda. — Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur. — De longi temporis prescriptione quae pro libertate non adversus libertatem opponitur. — De peculio eius qui libertatem meruit. — De senatus consulto claudiano tollendo. — De nudo ex iure quiritio tollendo. — De usucapione pro emptore vel transactione. — De usucapione pro donato. — De usucapione pro dote. — De usucapione pro herede. — Communia de usucapionibus. — De usucapione transformanda et de sublata differentia mancipi et nec mancipi. — De acquirenda et retinenda possessione. — De prescriptione longi temporis decem vel viginti annorum. — In quibus causis cessat longi temporis prescriptio. — Quibus non obiciatur longi temporis prescriptio. — Adversus creditorem. — De quadrienni prescriptione. — Ne rei dominicae vel templorum vindicatio temporis exceptione submoveatur. — De prescriptione XXX. vel quadraginta annorum. — De annali exceptione italici contractus tollenda; et de diversis temporibus. et exceptionibus; et prescriptionibus; et interruptionibus eorum. — De alluvionibus; et de paludibus. et de pascuis ad alium statum translatis. — De sententiis prefectorum pretorio. — Quomodo et quando iudex sententiam proferre debet presentibus vel uno absente. — De sententiis ex periculo recitandis. — De sententiis et interlocutionibus omnium iudicum. — De sententia quae sine certa quantitate prolata est. — De sententiis quae pro eo quod interest proferuntur. — Si non a competenti iudice iudicatum esse dicatur. — De pena iudicis quae male iudicavit; vel eius qui iudicem vel adversarium corrumpere curabit. — Sententiam rescindi non posse. — De fructibus et litis expensis. — De re iudicata. — De executione re (rei) *iudicatae. — De usuris rei iudicatae. — Si plures una sententia condempnati sunt. — Quibus res iudicata non nocet. — Comminationes epistolas propragmata subscriptiones auctoritatem rei iudicatae non habet* (habere). — *Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum erit. — De confessis. — Inter alios acta vel iudicata aliis non nocere. — De relationibus. — De appellationibus et consultationibus. — De temporibus et de reparationibus appellationum seu consultationum. — Quando provocare necesse non sit. — Quorum appellationes non recipiantur. — Si pendente appellatione mors intervenerit. — De his qui per metu iudicis non appellaverunt. — Si unus ex pluribus appellaverit. — Si de momentaria possessione fuerit appellatum. — Ne liceat in una eademque causa tertio provocare vel post duas sententias iudicum quas defuncto* (definitio) *prefectorum revocavit eas retractare. — Qui bonis cedere possunt.* — In Codicis pag. 266 legitur: *fungi. Apud Acta. Imperator Theodosius...* Verba: *Apud acta* rubro colore instar rubricarum titulorum fuerunt scripta. (Ibi col. 671. Titulo LXX.) *De bonis auctoritate iudicis possidentis; seu venundendis et de separationibus. — De privilegio fisci. — De privilegio dotis. — De revocandis his quae per fraudem alienata sunt.*

Pag. 268. — Explicit liber VII. Incipit liber. VIII. De interdictis. Incipit: Imperator Alexander. VIII. Augustus. Evocato. *Cum proponas radicibus...* Desinit: *vel libertina quattuor minime peperit.* Ibi a col. 675, ad col. 754. *Quorum bonorum. — Quorum legatorum. — Unde vi. — Si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio. — Uti possidetis. — De tabulis exhibendis. — De liberis exhibendis seu deducendis et de homine libero exponendo. — De precario et salviano interdicto. — De aedificiis privatis.* — In initio ultimae constitutionis Tituli X Editionis, amanuensis rubro colore scripsit: *Constitutio graeca*; rubricam vero Tituli sequentis: *De operis novi nuntiatione.* non delineavit. — *De operibus publicis. — De ratiociniis operum publicorum et de pateria civitatium.* (sic) — *De pignoribus. — In quibus causis pignus tacita* (tacite) *contrahitur. — Si aliena res pignori data sit. — Que res pignori obligari possunt; vel non. et qualiter pignus contrahatur. — Qui potiores in pignore habentur. — De his qui in priorum creditorum locum succedunt. — Si antiquior creditor pignus vendidit. — Si communis res pignorata sit. — De pretorio pignore et ut in actionibus etiam debitorum*

missio pretorii pignoris procedebat. (procedat.) — *Sine* (Si in) *causa iudicati pignus captum sit.* — *Si pignus pignori datum sit.* — *De partu pignoris et omni causa.* — *De remissione pignoris.* — *Etiam ob cyrographariam pecuniam pignus teneri.* — *De distractione pignorum.* — *Debitorem venditionem pignorum impedire non posse.* — *Si vendito pignore agatur.* — *De luitione pignoris.* — *Si unus ex pluribus heredibus creditoris; vel debitoris partem suam debiti solverit vel acceperit.* — *Si pignoris conventionem numeratio secuta non sit.* — *De iure dominii impetrando.* — *De pactis pignorum et de commissoria lege in pignoribus rescindenda.* — *De exceptionibus sive prescriptionibus.* — *De litigiosis.* — *De contrahenda et committenda stipulatione.* — *De inutilibus stipulationibus.* — *De duobus reis stipulandis. et de duobus reis promittendis.* Prima Constitutio Tituli XL Editionis deest in Codice. *De fide iussoribus et mandatoribus.* — *De novationibus et delegationibus.* — *De solutionibus et liberationibus.* — *De acceptilationibus.* — *De evictionibus.* — *Creditorem evictionem non debere.* — *De patria potestate.* — *De adoptionibus.* — *De emancipationibus liberorum.* — *De ingratis liberis.* —In margine: *De captivis. et postliminio reversis.* R. —*De infantibus expositis liberis et servis. et de his quam sanguinolentes* (sic) *vel nutriendos accipiunt.*— *Quae sit longa consuetudo.* — *De donationibus.* — *De donationibus quae sub modo; vel condicione. vel ex certo tempore conficiuntur.* — *De revocandis donationibus.* — *De mortis causa donationibus.* — *De infirmandis penis caelibatus et orbitatis et decemariis sublatis.* — *De iure liberorum.*

Pag. 300 — Explicit liber. viii. Incipit liber. viiii. Qui accusare non possunt. Incipit: Imperatores Severus et Antoninus Augusti. Silvano. *Prius est ut criminibus quae tibi*... Ibi col. 755. *De accusationibus et inscriptionibus.* — *De exhibendis vel transmittendis reis.* — *De custodia reorum.* Titulus IV sic desinit in Codice: *multandum esse censemus*; titulus sequens ultimam Editionis Constitutionem, et titulus VI primam non exhibent. *De privatis carceribus inhibendis.* — *Si reus vel accusator mortuus fuerit.* — *Si quis imperatori maledixerit.* — *Ad legem iuliam maiestatis.* In pag. 304 sic legitur in Codice: *tantum hac venia dignus habebitur. Constitutio greca. Sequitur. Paulus de publicis iudiciis*... Verba: *Constitutio greca. Sequitur.* rubro colore sunt scripta. *Ad legem iuliam de adulteriis et de stupro.* — *Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit.* — *De mulieribus quae servis propriis se iuncxerunt.* — *Ad legem iuliam de vi publica seu privata.* — *De raptu virginum seu viduarum; necnon sanctimonialium.* — *De emendatione servorum.* — *De emendatione propinquorum.* — *Ad legem corneliam de sicariis.* — *De his qui parentes vel liberos occiderint.* — *De maleficiis et mathematicis et caeteris similibus.* — *De sepulchro violato.* — *Ad legem faviam* (alia manu: *De plagiariis).* — *Ad legem viselliam.* — *Ad legem corneliam de falsis.* — *De his qui sibi adscribunt in testamento.* — *De falsa moneta.* — *De mutatione nominis.* — *Ad legem iuliam de ambitu.* — *Ad legem iuliam repetundarum.* — *De crimine peculatus.* — *De crimine sacrilegii.* — *De seditiosis et his qui plebem audent contra publicam quite colligant* (quietem colligere?) — *Quando civilis actio criminali preiudicet tam* (et an) *utraque ab eodem exercere potest* (sic). — *De crimine expilatae hereditatis.* — *De vi bonorum raptorum.* — *De crimine stellionatus.* Ultima constitutio huius tituli, quae in Editione est prima sequentis, perperam sic se habet in Codice: *Imperator. Alexander. Augustus. Syrone. Servis* (Syro. Ne servis) *quidem alienis licet facere iniuriam.* — *De iniuriis.* — *De famosis libellis. Constitutio greca.* — *De abigeis.* — *De nili aggeribus non rumpendis.* — *De his qui latrones vel in aliis criminibus reos occultaverit.* — *De requirendis.* — *De questionibus.* — *De abolitionibus.* — *De generali abolitione.* — *Ut intra certum tempus criminalis questio terminetur.* — *Ad senatus consultus turpilianum.*—*De calumpniatoribus.*—*De penis.* — *Ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare.* — *De bonis prescriptorum* (sic); *seu dampnatorum.* — *De bonis mortem sibi conscientium.* — *De sententia passis et restitutis.* Desinit liber: *set lenitatis paternae testem habeant.* Explicit liber. viiii. Ibi col. 808. Caeteri libri desunt.

Tres posteriores libri, loco litterae initialis, habent effigiem Imperatoris stantis, sceptrumque et globum in manibus ferentis.

In ultimo folio, quod ad Codicem non pertinet, sed illius internae compactioni inservit, legitur quidam donationis contractus anni 1143, quem in pu-

blicam lucem dedit Andreas Caravita in opere saepius citato: *I Codici e le arti a Monte Cassino*. Tomo II. pag. 176.

In aversa pagina haec leguntur: *Provido magistro Iohanni de Sancto Germano domini pape cappellano eorum tamquam domino. Tuscana. relicta domini Ioannis comitis sancti Germani cum filiis suis recommendationem in domino absque dolore gravi et cordis amaritudine graviori. ad vestram duco memoriam presentibus proferendo quod dominus vir meus sicut domino placuit. feliciter viam est universe carnis ingressus. qui pridie quam moreretur. ex testamento me et filios meos de vobis gerens fiduciam pleniorem in manu et protectione vestra reliquid sicut bartholomeus sororis... adfuit morti eius potuit audivisse. Quare rogo suppliciter et devote ut me et filios meos tenentes et habentes in vestros qui cum hiis omnibus que habemus esse disponimus ad... et beneplacitum vestrum. commendationis et dilectionis nos amplectamini brachiis quia nulla nobis nocebit adversitas si vestre clementie nos oculus intuetur pro deo ergo et propter...* sic desinit incompleta.

Paulus lagius de gaieta suo luces (?) *salutes quam plurimas dicit. Pretermissis amicitie ambagibus et longis amoris circuitis quantum erga cum desiderio opus esset explicare sis potens, dum hec ad te mea pervenit tabella et que recitanda forent; ipse recordaris; Profecto si vales bene est. Valeo quidem. te spatiari... sane credo, et ut tutius iocundiori animo vivas; facito ut preludas in cordis et sequimini citharedos ut docet quoniam magis atque magis anima gratulatur philosopho. dicenti animam delectari in musicis, tuisque in rebus propines. Quid enim amenius amore... ve delectabilius, ibi pios plurimos coniunctos invenite patres patria est; qui suis reiectis brachiis nonnullos eorum civitatis alumpnos amplecti ardent et merito peroptant, ut simili civium dylectione* (?) *congaudeant Sepissime quidem ne otio marcescant una confabulantur seriis etenim plurimis miscendo iocos, moralissime ut vivant; quod sanum est plura plura antiquorum magnalia sepe pernarrare, ut hic illum istumque ille hostiliter invasit; Hic armorum vi sagictatur ille nempe superavit, lapsis animorum brachiis constrati sunt hic enarrat; miles in bello extitit Ranaldus; alius amoris rector dicit alto bello. post gravissimas tantarum rerum recitationes, animis tamdiu lapsatis, senescenti phebo clara amplaque maria inspicere placitum est, et ea quidem nonnullis legere naviculis; vacare cupidini egregie tunc opus est, senescentes ne curant garritum fundere, spatio repleti iocalia compti querent. Iuvenes summa cum aviditate anelant, et ut urbaniter vivas gregem sequere. Quid paradisus? summum ubi viget bonum est. Hic colitur amatur ille, solatia plura animos sublevant; dulcius delectabilius nichil aliud in seculo voluptati adherere, sicqui sanctissime vivent sola voce aerem astringunt et eorum gressu pectora inflantur; abhorreant ab eorum mentibus litterarum studia; quid conferunt? ea hilares malitia conscios, gaudentes tristes, faciunt; liberos corde cogitantes, vagos carceratos, epicureos sobrios, valida debilitant corpora. Profecto quidem medicina est; infirmitates fugare; et liberum ne perdamus arbitrium, sepe ambules ut et bene digeras, et octio non conprimaris ludos queras cenato pulcre, olera fuge, falerno sepe te adhibeas, et mellifluis ac aromatibus; et sapienter ut agas, consilium hoc est. quoniam et quos deus velit fortuna bona sequatur beatos solum hiis putes in rebus iocari fortunam, et quanto plus queritur evolat et aufugit. Sum tuus sisque meus. Ubique locatus. Rescribas precor dulcis amice. Valeas in tuis pariter ovilibus iocalibus ipse. Ex neapoli.*

CODEX L.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 50 ET 106, INTERIORI VERO DEFICIENTE. PLUTEO MM.

Codex membranaceus in fol. longitudinis metri 35/₀, latitudinis 25/₀, Longobardis characteribus duplici columna exaratus. Sec. XI. Fragmentum Isaiae et duarum Homiliarum in eius compactura legitur. Harum prior, de panum multiplicatione in deserto, desinit: *portare consuevit quo etiam nos et ferri mereamur, prestante domino nostro* etc. Quo ex frustulo de auctore divinari non licet. Posterior Origeni inscripta incipit: *Attendite a falsis... Quod paulo superius spatiosam et latam viam nominavit*, et legitur in libro Homiliarum S. Maximi Taurinensis sub nomine Origenis.

Continet Codex Collationes SS. Patrum, et sententias eorum, e graeco translatas per Martinum Episc. Dumensem, nec non et librum Palladii, qui appellatur *Paradisus*, cum epistola S. Athanasii Episcopi *de Instituto et observatione Monachorum*. Cf. Mabillonium de sententiis Martini, ubi de sententiis Paschasii Diaconi loquitur (1). Primo caret folio, nempe initio indicis capitum, quae sunt num. 92. Huius Codicis meminit Montfauconius his verbis, quae exterius Codici inscripta sunt: *Collationes et sententiae SS. PP. translatae e Graeco per Martinum Epis. Dumensem. Liber Palladii Episcopi, appellatus Paradisus. Epistola Athanasii Episcopi de Instituto et observatione monachorum.*

Prima pagina avulsa a Codice, index capitum usque ad numerum XLIV. desideratur; quorum tituli iterum occurrunt in textu. Quia vero, Codice cum editione Heriberti Rosweidi ann. 1628 collato, invenimus primam Codicis partem differre in rerum ordinatione, damus hic indicem capitum cum eorumdem initio et fine.

(1) *Annal. Benedict.* T. I. p. 145.162.

Pag. 2 — I. QUALITER IN CENOBIO VIVENDUM SIT. Hoc caput incipit: *Cum frater requisisset abbatem agathonem...* Desinit: *Et sic transivimus omne tempus vitae nostrae cum quiete et pace.*

Verba *incipit* et *desinit* brevitatis causa negligenda deinceps putamus.

Pag. 5 — II. NON DEBERE DE COENOBIO IN COENOBIUM MUTARI. *Quidam senex dixit. Si in coenobio...... frequenter de loco in locum transgrediens.*

III. DE OBOEDIENTIA MONACHORUM. *Dixit quidam senex. grande ornamentum est monachorum... quemammodum abraham patriarcha.*

Pag. 9, in extrema parte.—IIII. QUIA OBOEDIENTIA DE QUOVIS PERICULO LIBERAT. Et in sequenti pagina: *Dicebant de iohanne qui fuit discipulus abbatis pauli... et restitutus est inlesus ad abbatem suum.*

Pag. 12, in extrema parte.—DE HEREMO ET QUARE FUGIANT HOMINES IN SOLITUDINEM. Et in sequenti pagina: *Beatus antonius dicere solebat... Et glorificantes deum qui est omnium protector. recesserunt inde.*

Pag. 15 — VI. QUIA IN SOLITUDINE AB OMNI STREPITU SUMMUM DEBET ESSE SILENTIUM. *Abbas arsenius dum ad aliquos fratres... si potestis in requiem sedere. satis admiror.*

VII. QUAE SIT OBSERVANTIA HEREMITAE. *Abbas moyses ad solitarios... Et ut omni hora ponat sibi prae oculis mortem.*

VIII. QUOMODO IN PROPRIA CELLA SOLITARIAE VIVATUR. *Quidam frater quemadmodum in cella propria... quae levior est et facilis.*

Pag. 17 — IX. DE IRRUMPENDO IEIUNIO IN AD-

VENTU FRATRUM. *Abbas silvanus dum cum discipulo suo zacharia... quam ille qui parum comedit, et satiatur.*

Pag. 19 — X. De vincendo desiderio gulae. *Dixit quidam senex. ne quod desideraveris... sensus hominis non accenditur inpugnatione diaboli.*

Pag. 20—XI. Quia perfectis memoria cibi subtrahatur. *Abbati sisoy, frequenter dicebat suus discipulus... heu. quomodo obliti sumus referre pulmentum istud.*

Pag. 21 — XII. De abstinentia occultanda. *Abbas macharius quotiens cum fratribus... quam hunc presentibus fratribus audire sermonem.*

Pag. 22—XIII. Non debere manducare monachum sine opere aliquo. *Venit quidam frater ad abbatem silvanum... ignosce michi frater. quia peccavi.*

Pag. 23 — XIIII. Contra spiritum blasphemiae. *Quidam frater impugnabatur a spiritu blasphemiae... Et ita sanus frater ille; discessit.*

Pag. 24 — XV. Quia oportet contra demones orando resistere. *Dixit quidam senex. Sicut venenata animalia...Memoria mortis, et tormentorum futuri saeculi.*

Pag. 25 — XVI. Quia passiones per abstinentiam et vigilias vincantur. *Quidam frater requisivit quendam senem... Pallor enim cum humilitate et macies, decus est monachi.*

Pag. 26 — XVII. Passiones carnales fame et siti interire. *Dicebat abbas moyses. Si voluerit imperator... et omnis virtus eius humiliatur.*

XVIII. De perfecta abrenuntiatione divitiarum. *Quidam iuvenis volebat renuntiare mundo... Ergo tuum est eligere aut deum, deum. aut mammona, mammona.*

Pag. 29—XVIIII. Nihil dolendum monacho si aliquid amiserit. *Abbas macharius cum esset in aegipto.... exemplum sumens de actibus magni illius senis.*

Pag. 30 — XX. Quia tolerantia paupertatis in requiem aeternam perducat. *Dicebat unus ex senibus. Nihil invenimus... in abraae sinu susceptus est.*

XXI. Non debere scrupulosum esse in largiendo. *Dicebat quidam senum. quia est quidam faciens... et fecisti verecundiam mulieri.*

Pag. 31 — XXII. De reprimenda avaritia. *Abbas silvanus dum esset absens a cella sua.... ut aliquem permittam in sacramento peccare.*

Pag. 32 — XXIII. De vilitate vestis. *Abbas agaton dispensabat semetipsum...... viliora pre caeteris habere vestimenta studebat.*

XXIIII. De origine ire. *Ira per has quattuor res surgit... hic secundum naturam diabolus est.*

Pag. 33 — (XXV. De non) retribuendo malum pro malo. *(Quidam fratres?) ad beatum (Antonium venientes?) postulabant... quia propter peccata mea contingunt michi haec.*

Pag. 34 — XXVI. De retribuendo bonum pro malo. *Dicebat frequenter abbas poemen. Malitia... Quod si longius manebat. transmittebat ei munera.*

Pag. 35 — XXVII. Non resistendum Inimicis. *Quidam frater interrogabat abbatem sisoy dicens. Si latrones... et excutiens latrones de carcere publicae liberavit eos.*

Pag. 36 — XXVIII. De perfecta patientia. *Dicebat abbas iohannes quibusdam fratribus. Quia fuerunt tres philosophi... Nec enim ut alterum salvet. se debet perdere.*

Pag. 37 — XXIX. De temptatione patientiae. *Quendam fratrem sub presentia abbatis antonii... Etsi conturbatus sum. tamen non sum locutus.*

Pag. 39 — XXX. Non loquendum in ira. *Quidam frater requisivit abbatem ysaac... nec passiones carnis suae aliquando poterit continere.*

Pag. 40 — XXXI. Quia invidia per patientiam vincatur. *Abbas iohannes dum sederet inter fratres... Et ab illo die amicus ei factus est.*

Pag. 41 — XXXII. Quia oportet pro pace quodvis bonum contemni. *Abbas motues aedificavit monasterium in loco... nisi prius cum illo in pacem revertere.*

Pag. 42 — XXXIII. De perfecta concordia. *Erant duo senes pariter sedentes... Et ita exurgens. reversus est in locum suum.*
Pag. 226 — DE RE IUDICATA. RUBRICA. Incipit: Ut calumpniis. LANDINUS. Sententias. *Prima questio qualiter debent sumi....* Desinit: *adversario competere exceptionem.*

Pag. 240 — DE APPELLATIONIBUS. RUBRICA. Incipit: Si. A. Iudicibus. LANDINUS. *Prima questio conclusio textus...* Desinit: *supra eodem titulo capitulo finali. Explicit liber secundus Clementinarum.*

Pag. 256 — DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM. RUBRICA. Incipit: Diocesani. LANDINUS.

Prima questio numquid inferiores... Desinit: *et honestate clericorum clerici.*

Pag. 265 — De prebendis. Rubrica. Incipit: Si dignitatem. Landinus. *Quedam preeminentia quoad forum...* Desinit: *de electionibus cap. finali.*

Pag. 281 — De concessione prebende. Rubrica. Capitulum primum incipit. Cum ei quem. Idoneum. Landinus. *numquid super ista ydoneitate...* Desinit: *de prebendis supra libro VI.*

Pag. 286 — De rebus ecclesie non alienandis. Incipit: Monasteriorum. Landinus. *Hec decretalis secundum Io. An. est promulgatoria.....* Desinit: *consuetudinem de novo inducendam.*

Pag. 297 — De rerum permutatione. Rubrica. Incipit: Ne ex concessione. Landinus. Iuris. *iuris enim beneficium......* Desinit: *et videtur equior per cap. si tibi concesso. de prebendis libro VI.°*

Pag. 306 — De testamentis. Rubrica. Incipit: Religiosis. Landinus. Auctoritate. *hec constitucio saltem quantum ad exemptos...* Desinit: *iure facto.*

Pag. 310 — De sepulturis. Rubrica. Incipit: Eos. Landinus. eos *supple masculos.....* Desinit: *VIII. queritur.*

Pag. 341 — De decimis. Rubrica. Sequitur. Incipit: Religiosi. Landinus. *idest sub aliqua de tribus regulis...* Desinit: *decima solvatur.*

Pag. 350 — Sequitur Rubrica de Regularibus. Incipit: Ut professores. Landinus. Mendicantes *dicuntur a mene quod est defectus...* Desinit: *beneficium libro VI.*

Pag. 360 — Ne in agro. Deficiente Rubrica, incipit: Landinus. In segetem. *Hoc enim sub primis...* Desinit: *paulus hoc tenet.*

Pag. 382 — De Religiosis domibus. Rubrica. Incipit: Cum de quibusdam. Landinus. aliquam regulam *in genere nulla expressa....* Desinit: *de testament. capitulo finali.*

Pag. 389 — De iure patronatus. Rubrica. Incipit: Ut costitucio. Landinus. Dyocesanis *numquam alii prelati...* Desinit: *supra in capitulo. I. de censibus.*

Pag. 401 — De censibus et procurationibus. Incipit: Cum. sit. Landinus: iura episcopalia. *Nota procurationes legatorum sedis apostolice....* Desinit: *postquam de hiis episcopis constiterit. etc.*

Pag. 407 De celebratione missarum et aliorum divinorum officiorum. Incipit: Gravi. Landinus. fructum labiorum. *nota quod in reddendo censum...* Desinit: *alias artaretur ad monasticum.*

Pag. 412 — De baptismo et eius effectu. Rubrica. Incipit: Presenti. Landinus. Principum. *Deferendum est talibus dignitatibus...* Desinit: *firmissime.*

Pag. 415 — De reliquiis et veneratione sanctorum. Rubrica. Incipit: Si Dominum. Landinus. *Nota dominum in laudis...* Desinit: *Secundum probatur l. scriniarios.*

Pag. 419 — De immunitate ecclesiarum. Incipit: Quoniam. Landinus. Scandala. *Nota pro vitando scandalo...* Desinit: *preiudicare non potuit.* Explicit liber tercius Clementinarum.

Pag. 420 — Incipit liber quartus Clementinarum. De consanguinitate et affinitate. Incipit: Eos. Landinus. Scienter. *loquitur de scientia facti et ignorancia...* Desinit: *idem quod Io. An. et Laud.* Explicit liber quartus.

Pag. 423 — Incipit Quintus. De magistris. Rubrica. Incipit: Gracia. Landinus. cooperante. *nota quod non est aliquis...* Desinit: *cap. uno libro VI.*

Pag. 426 — De Iudeis et sarracenis. Rubrica. Incipit: Cedit. Landinus. Sarraceni. *bene dicit de viris quia mulieres...* Desinit: *idem genzelinus.*

Pag. 427 — De hereticis. Rubrica. Incipit: Multorum. Landinus. communem. *nota quod carcer episcopi est communis...* Desinit: *scire deposcit plura bona.*

Pag. 433 — De homicidio. Rubrica. Incipit: Si furiosus. Landinus. *Hic idem quod Io. An.* infamis... Desinit: *allegat tamen ibi pro et contra Io. de lignano.*

Pag. 434 — De Usuris. Rubrica. Incipit: Ex gravi. Landinus. pravitatem. *sed unde surgit hec pravitas...* Desinit: *qui recepta pecunia cancellant processus.*

Pag. 438 — De excessibus prelatorum. Rubrica. Incipit: frequens. Landinus. Non concessis. *concessum est eis in causa...* Desinit: *paulus. genzelinus et stephanus.*

Pag. 440 — De privilegiis. Rubrica. Incipit:

Religiosi. LANDINUS. *Sollempniter banna edantur..* Desinit: *Ad textum et ad nichil aliud.*

Pag. 445 — DE PENIS. RUBRICA. Incipit: Si quis suadente. LANDINUS. percusserit. *Sed numquid capientes equum...* Desinit: *vita eterna. XVI. questione. 1. decime.*

Pag. 449 — DE PENITENCIIS ET REMISSIONIBUS. RUBRICA. Incipit: Cum secundum. LANDINUS. *Quero quis locus talibus dampnatis...* Desinit: *de celebratione missarum cum marthe etc.*

Pag. 451 — DE SENTENCIA EXCOMUNICACIONIS. RUBRICA. Incipit: Ex frequentibus. LANDINUS. religiosi *ergo non extenduntur...* Desinit: *litteris de probationibus.*

Pag. 456 — DE VERBORUM SIGNIFICATIONE. RUBRICA. Incipit: Sepe. LANDINUS. significatione verborum. *nota quod verbum accipitur.....* Desinit: *ad primam questionem factam in contrarium.* FINIS LIBRI.

CODEX LVII.

**SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 57 ET 39, INTERIORI VERO 205.
PLUTEO EE.**

Codex membranaceus in folio maximo, longitudinis metri 50/$_0$, latitudinis 35/$_0$, paginarum 588, characteribus Longobardis Saeculi XI. duplici columna distinctis scriptus. Continet Commentaria in *Psalmos* ex Augustino et Hieronymo. In eius compactione, primum occurrunt duo folia lectionarii, quorum unum exhibet passionem SS. Martyrum Nicandri et Marciani, quae omnino concordat cum illa, edita a Mabillonio (*Museum Italicum* T. 1. p. 247) ex veteri Codice Vallicelliano. Eadem acta Laurentius Zaccagni eidem Mabillonio in Vaticano Codice graece extare asseruit. Narratio mutila est in hoc folio, incipiens a verbis.... *in eo deliberato*, una tantum pagina detruncata. Legitur quoque in nostris Codicibus sign. 140 in comp. et integra in 145. p. 261. et 146, p. 395. Sequitur *Passio SS. Marcelliani et Marci*, quae apud Bolland. T. III. 18. Iunii, parum discrepans legitur; deinde nonnulla de Ezechiele propheta, ac tandem in separato folio, quod Federicius scriptum censet *characteribus Latinis antiquissimis*, et quos ultra Saec. XII. non amandandos ducimus, occurrit fragmentum vitae S. Ioannis Evang. quae in Codicibus 139, et 144 legitur. Sed in hoc folio plura scripta de Ioanne invenies, desiderata in his Codicibus, quae in *Florilegio* dabimus.

Hic Codex, quem Montfauconius eodem titulo et numero recenset, unus est ex Theobaldinis anno 1023 exaratis.

Enarrationes, quae in hoc Codice Augustino tribuuntur, cum T. IV. Operum eiusdem a J. P. Migne edit. contulimus; quae autem Hieronymo inscribuntur, cum T. VII. Operum eiusdem, et inferius lectionum variantium specimen dabimus.

Pag. 1 — Praeposita in praecedenti pagina Psalmorum serie cum auctorum expositionis nomine, sequitur: INCIPIT PSALMUS. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Beatus vir..... Quae Catedra Pestilentiae ideo recte... et plures* (vox plures fuit addita) *aut poene..... posita non est..... aut* (haec vox fuit addita) *diem esse in laetitia; noctem in tribulationibus... dicitur enim* (vox *enim* fuit addita) *de letitia. Abraham.... increpaverunt me..... secus decursus. aquarum. Idest... Potest enim hoc... ipse vos baptizat... si scires utique donum* (vox *utique* fuit addita).... *trahens eos in radices..... in fiduciam.... in populis.... non defluet... foenum aruit. flos... et exaltavit te... projecit ventus... quia inflatur... inebriabatur... ab aquilone... de ligno prohibito...per superbiam...resurgunt quidem sed non... dominus nescit* (alia manu: *nesciat*)... *perivit. Pro eo...* (Verba: *ut hoc sit nesciri a domino quod est perire* ab alia manu fuerunt addita). Desinit: *et qui est misit me.* Ibi Tomo IV. col. 67.

Pag. 2 — INCIPIT PROLOGUS SANCTI IERONIMI. Incipit: *Porta et clavis scripturarum spiritus sanctus est. quae unam....* Desinit: *ita incipit.* Ibi folio 1355.

Pag. 3 — PSALMUS SANCTI IERONIMI. I. Incipit: *Beatus vir... Quidam putant....* Desinit: *et benedicamus deum. cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.* Ibi f. 1355.

Pag. 7 — INCIPIT SANCTI AUGUSTINI, manu posterioris aevi: *in psalmo II.* Incipit: *Ut quid fremuerunt... Pro eo dictum est...* Desinit: *peccatores existimabant.* Ibi f. 70.

Pag. 9—INCIPIT PROLOGUS SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO III. Incipit: *Psalmus david... sui. Hunc*

psalmum... Desinit: *ille non habuit.* In editione Prologus huius Psalmi et sequentium non dividitur ab expositione.

Pag. 10 — DOMINE QUID MULTIPLICATI SUNT QUI TRIBULANT ME. Incipit: *Tam scilicet*... Desinit: *unumquemque nostrum.* Ibi f. 71.

Pag. 13 — EXPLICIT EXPOSITIO (verbum DE fuit abrasum) PSALMO TERTIO. INCIPIT EXPOSITIO (verbum DE quoque abrasum fuit) PSALMO IIII. Incipit: *Ad finem psalmus canticum david. finis*... Desinit: *et sperantis in eo.*

Pag. 14 — CUM INVOCAREM... MEAE. Incipit: *A quo est iustitia mea*.... Desinit: *cupimus inherere.* Ibi f. 83.

Pag. 17 — EXPLICIT EXPOSITIO DE PSALMO. IIII. INCIPIT EXPOSITIO DE PSALMO. V. Incipit: *Titulus psalmi est*.... *intelligitur*.... Desinit: *hereditas domini.*

VERBA MEA EXAUDI DOMINE..... Incipit: *Vocata invocat*..... Desinit: *usque in finem psalmi.* Ibi f. 83.

Pag. 22 — INCIPIT EXPOSITIO DE PSALMO. V. INCIPIT (alia manu *item*) EXPOSITIO SANCTI IERONIMI. (alia manu superscriptum *eodem*) PSALMO. V. Incipit: *Quintus psalmus*... Desinit: *discernere nitemur.* Ibi f. 1361.

VERBA MEA AURIBUS... Incipit: *Nullus habet*... Desinit: *non laboravi.* Ad calcem paginae, manus eiusdem aevi adiunxit quae sequuntur usque ad caetera verba editionis. Ibi f. 877.

Pag. 26 — EXPLICIT TRACTATUS DE PSALMO. V. INCIPIT. *Prologus de psalmo VI.* Incipit: *In finem in ymnis*... Desinit: *in hoc psalmo dicens.*

Domine ne in ira tua argueris me. dicit etiam... Desinit: *celeritate convertit.* S. Aug. Ibi f. 90.

Pag. 32 — EXPLICIT. (alia manu *tractatus*) DE PSALMO. VI. INCIPIT DE PSALMO. VII. PSALMUS DAVID QUEM CANTAVIT DOMINO PRO VERBIS CHUSI FILII IEMINI. Incipit: *Historia quidem*... Desinit: *filii iemini.*

DOMINE DEUS MEUS.... ERUE ME. Incipit: *Tamquam cui non*.... Desinit: *quam ille gestabat.* Aug. Ibi f. 97.

Pag. 41 — EXPLICIT verbo PSALMUS deleto, (superscriptum fuit *expositio*) SANCTI AUGUSTINI (alia manu: *de psalmo VII*). INCIPIT PROLOGUS SANCTI IERONIMI DE (alia manu: *eodem*) PSALMO VII. Incipit: *Singulis rebus*... Desinit: *manibus saul.* Hier. Ibi f. 1362.

Post verba: *psalmus est,* quibus in edit. hoc Breviarium in psalmum VII. concluditur, Codex haec alia habet: *et gratias agit deo. et deprecatur auxilium eius; ne incurrat in manibus saul.*

Pag. 43 — INCIPIT SANCTI IERONIMI. Incipit: *Domine deus meus in te speravi. non speravi in gladio*.... Desinit: *dominus exaltatus est.* Hier. Ibi col. 884. sed Codex multis variantibus lectionibus scatet.

Pag. 45 — INCIPIT TRACTATUS. SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO VIII. Incipit: *In finem pro torcularibus psalmus ipsi david. Nichil de*... Desinit: *itaque dicitur.*

Domine deus noster quam admirabile... Incipit: *Quaero unde*..... Desinit: *referendus est.* Aug. Ibi col. 109.

Pag. 50—INCIPIT EXPOSITIO caeteris verbis tituli deletis, et hoc modo restitutis: *sancti augustini episcopi in psalmo nono.* Incipit: *Psalmi huius*... Desinit: *dominus eius est.* Aug. Ibi f. 116.

Pag. 61 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI IERONIMI DE PSALMO X. Incipit: *Ihesus filius nave*... Desinit: *manifestis filii.* Hier. Ibi col. 1364.

Pag. 62 — EXPLICIT EXPOSITIO SANCTI IERONIMI. INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMI. X. Incipit: *In fine psalmus david. noba tractatione*....... Desinit: *in finem psalmi.* Aug. Ibi col. 131.

Pag. 67 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE PSALMO XI. Incipit: *In finem pro octaba psalmus ipsi david. Octavum diem*..... Desinit: *in virtutem.* Aug. Ibi col. 138.

Pag. 69 — INCIPIT. EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE. PSALMO. XII. Incipit: *In finem psalmus ipsi david. finis enim*... Desinit: *nobis est utile.* Aug. Ibi col. 140.

Pag. 70 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO. XIII. Incipit: *In fine psalmus ipsi david. quid si*..... Desinit: *exultavit iacob.* Hier. Ibi col. 141.

Pag. 72 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO. XIIII. Incipit: *Psalmus david. de hoc titulo*... Desinit: *in aeternum.* Aug. Ibi col. 143.

Pag. 73 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI IERONIMI DE PSALMO XIIII. Incipit: *Oportune quartus deci-*

mus... Desinit: *redditurus est. Amen.* Praefatiunculam huic commentario Psalmi XIV. in Cod. praefixam, quae deest in edit. Migne, et totum Commentarium ab eadem editione passim omnino diversum, in Florilegio dabimus.

Pag. 75 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI AEPISCOPI DE PSALMO. XV. Incipit: *Tituli inscriptio psalmus david. rex noster.....* Desinit: *conspectus tui.* Aug. Ibi col. 144.

Pag. 77 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMO XVI. Incipit: *Oratio ipsi david. hoc est...* Desinit: *me intelligunt.* Tres ultimae periodi editionis desiderantur in Codice. Ibi pag. 148.

Pag. 79 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMI XVII. Incipit: *In fine puero domini ipsi david. Hoc est....* Desinit: *membra eius.* Aug. Ibi col. 148.

Pag. 83 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMI XVIII. Incipit: *In finem psalmus ipsi david. notus est titulus... perveniamus ad te.* Ibi col. 154. Manus posterioris aevi scripsit: *Deficit alia copiosior expositio eiusdem super eodem predicto psalmo.* Haec nota recurrit, ubi desideratur in Codice quaedam expositio.

Pag. 84 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI PSALMI. XVIIII. Incipit: *In finem psalmus david notus est titulus nec....* Desinit: *invocaverimus te.* Aug. ibi col. 164.

Pag. 85 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. EPISCOPI. DE PSALMO XX. Incipit: *In finem psalmus ipsi david titulus notus est de christo canitur...* Desinit: *Mirabilia tua.* Aug. ibi col. 165.

Pag. 87 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMI. XXI. Incipit: *In finem pro susceptione matutina psalmus ipsi david pro resurrectione...* Desinit: *fide domino.* Aug. ibi col. 167

Pag. 89 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMO XXII. PROLOGUS. Incipit: *Quinque michi...* Desinit: *habere testamur.* Aug. Epistola CXL ad Honoratum, T. II. col. 539. ed. cit.

Pag. 119 — INCIPIT PSALMUS XXII. PSALMUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Psalmus ipsi david. ecclesia loquitur...* Desinit: *in eternum. Amen.* Aug. Tom. IV. col. 182.

INCIPIT PSALMUS XXIII. PSALMUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Psalmus ipsi david. de clarificatione...* Desinit: *regem esse gloriae.* Aug. ibi col. 183. Codex autem hoc alio Commentario ad ultimum Vers. *Quis est iste rex gloriae,* uberior est. *Iterum propheta clamat ad principes tenebrarum harum ut se ad colendum interponant; et aperiantur aditus ad colendum christus* (*christum*). *Ac si aperte diceret; quoniam virtus testimonio cui contradici nefarium est. didicistis dignum esse christum dicere regem gloriae. auferte errore de mentibus vestris. nemo enim potest participari cum christi; nisi emundaverit cor suum ab omni immunditia idolatriae. nisi enim innovatus fuerit homo; non intravitur spiritus sanctus in eum. Virtus enim et potentia quae subaegit et praessit diabolum cum satellitibus eius. hec ostendunt illum regem esse gloriae.*

Pag. 120 — INCIPIT PROLOGUS SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO XXIIII. Incipit: *In finem psalmus ipsi david christus. Sed in aecclesia.* Desinit: *intus tolerat.* Aug. ibi col. 184.

Pag. 122 — EXPLICIT PSALMUS XXIIII. INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI PSALMUS XXV. Incipit: *Ipsi david. non mediatori...* Desinit: *proximi dilectione.* Aug. ibi col. 187.

Pag. 123 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI PSALMUS. XXVI. Incipit: *Priusquam liniretur tyro christi loquitur...* Desinit: *sustine dominum.* Aug. ibi col. 197.

Pag. 124 — INCIPIT SANCTI AUGUSTINI PSALMI XXVII. Incipit: *Ipsius mediatoris...* Desinit: *tolle eos.* Aug. ibi col. 211.

Pag. 125 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI PSALMUS XXVIII. Incipit: *Psalmus ipsi david consummationis tavernaculi. psalmus ipsi mediatori.....* Desinit: *relinquo vobis.* Aug. ibi col. 213.

Pag. 126 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMUS XXVIIII. IN FINE PSALMI CANTICI DEDICATIONIS DOMUS. IPSI DAVID. Incipit: *In finem psalmus laetitiae...* Desinit: *in omnibus.* Aug. ibi col. 214.

Pag. 127 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMUS. XXX. Incipit: *In finem psalmus ipsi david extasis. in finem psalmus ipsi mediatoris...* Desinit: *Omnes qui speratis in dominum. Amen.* Aug. ibi col. 226. Codex caret postremis verbis ed. et alia expositione in eundem Psalmum.

Pag. 129 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMO XXXI. INCIPIT SERMO (haec duo po-

strema verba deleta sunt) HABITUS QUINTA FERIA IN BASILICA RESTITUTA. Incipit: *Psalmus gratiae...* Desinit: *iustificat ex fide.* Aug. ibi col. 257 usque ad n. 9. *Enarrationis II.* seu *Sermonis ad plebem.*

Pag. 134 — ITEM PSALMI EIUSDEM. Incipit: *Beati quorum... dolus. Iam psalmus...* Desinit: *recti corde.* Aug. col. 263. a n. 9. usque ad finem eiusdem *Enarrationis* seu *Sermonis.*

Pag. 142 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMUS. XXXII. Incipit: *Psalmus istae ammonet...* Desinit: *Haec vobis sufficiant. Conversi ad dominum.* Aug. col. 277.

Pag. 147 — INCIPIT SEQUENS EIUSDEM PSALMUS SERMO. alia manu: *sancti augustini episcopi habitus ad domum* SANCTI CYPRIANI QUARTA FERIA. Incipit: *Et annuntiando. et audiendo.* Desinit: *ad basilicam triturarum.* Aug. ibi col. 286.

Pag. 159 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMI. XXXIII. Incipit: *Psalmus iste nichil... titulus psalmi.*

PSALMUS DAVID CUM MUTAVIT VULTUM SUUM CORAM*ABIMELEC ET MISIT EUM ET HABIT. *Quaerimus...* Desinit: *libenter audiatis.* Aug. ibi col. 300.

Pag. 164 — EXPLICIT SERMO DE EODEM PSALMO. INCIPIT SERMO DE EODEM PSALMO. Incipit: *Qui hesterna die...* Desinit: *remissio delictorum.* Aug. ibi col. 307.

Pag. 176 — INCIPIT DE PSALMI SANCTI AUGUSTINI XXXIIII. APUD THAGASTE. Incipit: *Psalmus* (psalmum) *istum nobis.....* Desinit: *facit et sanguinem suum ut emeret dedit et servos suos fecit.* Aug. ibi col. 322.

Pag. 183 — INCIPIT SERMO EIUSDEM PSALMI. Incipit: *Ad reliqua psalmi...* Desinit: *tota die.* Aug. ibi col. 333. Ad vers. 19-21. ed. circa finem, col. 339.) post verba: *patientiam demonstrabat:* haec alia sequuntur in Codice: *Demonia autem nobis cotidiae pacifice loquuntur. pacifica res est concupiscentiae fructus. Sed super iram dolose cogitabant; sicut in amo esca. dulcis in aspectu laetalis in gustu. Quid enim* etc. ut in editione.

Pag. 190 — INCIPIT DE PSALMI XXXV. EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Intendat caritas vestra...* Desinit: *et corda devota.* Aug. ibi col. 342.

Pag. 199 — INCIPIT DE PSALMI XXXVI. PROLOGUS. Incipit: *Novissimus...* Desinit: *quid audis.* Aug. ibi a col. 354. ad medium n. 3. col. 357. in qua non est divisio, quam Codex habet.

Pag. 201 — ITEM PSALMUS EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Noli aemulari... cadent. Quod tibi...* Desinit: *homini pacifico.* Aug. ibi col. 357. ubi incipit a medio n. 3.

Pag. 205 — INCIPIT DE EODEM PSALMO SERMO. I. Incipit: *De psalmo isto...* Desinit: *pacem meam.* Aug. ibi col. 363.

Pag. 219 — EXPLICIT SERMO. II. INCIPIT SERMO III. EIUSDEM. Incipit: *Pars nobissima.....* Desinit: *et calumniosus inquiris.* Aug. ibi col. 383.

Pag. 227—INCIPIT PSALMI. XXXVII. ITEM EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Oportunae ad id quod... titulus eius est.*

IPSI DAVID IN RECORDATIONEM SABBATI. *Querimus...* Desinit: *clamare possimus.* Aug. ibi. col. 396.

Pag. 239 — DE PSALMI SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. XXXVIII. HABITUS IN CARTHAGINEM AD MENSA SANCTI CIPRIANI QUARTA FERIA. Incipit: *Psalmi uius quemadmodum....* Desinit: *cito tacerem.* Aug. ibi col. 412.

Pag. 254 — INCIPIT DE PSALMI. XXXVIIII. EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Omnia quae praedixit...* Desinit: *iste psalmus.* Aug. ibi col. 431 usque ad n. 2.

Pag. 255 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Sustinens sustinui.... non quemlibet...* Desinit: *pro infinito bono.* Aug. col. 433. n. 2.

Pag. 271 — INCIPIT DE PSALMO XL. EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI. ARNOVIUS. BEATISSIMIS PATRIBUS LAURENTIO ET RUSTICO EPISCOPIS. Incipit: *Quinque sensus esse...* Desinit: *in conspectu tuo in aeternum qui regnas in saecula saeculorum. Amen.* Tom. LIII. *Patrol. Lat.* Migne, ubi hoc Commentarium sub Arnobii nomine refertur.

Pag. 272 — Incipit: *Inter caetera fratres dilectissimi opera iustitiae...* Desinit: *protegere dignetur. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.* Non invenimus.

Pag. 273 — Incipit: *Olim est ut desidera anima nostra..... ipse psalmus a sancto quodam desiderio et ait.* SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE PSALMO XLI. *Quemadmodum cervus... ad te deus.*

Quis ergo est..... Desinit: *vultus mei deus meus.* Aug. ibi col. 464.

Pag. 283 — INCIPIT EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE PSALMO. XLII. Incipit: *Psalmus brebis est...* Desinit: *pro nobis mortem.* Aug. ibi col. 476.

Pag. 288 — INCIPIT SERMO SANCTI AUGUSTINI ET PROLOGUS DE PSALMUS XLIII. Incipit: *Psalmus istae filiis chore dicitur...* Desinit: *propter nomen tuum.* Aug. ibi col. 482.

Pag. 295 — INCIPIT PROLOGUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE PSALMO XLIIII. Incipit: *Hunc psalmum sicut vobiscum...* Desinit: *cuius aliquid lateat.* Aug. ibi col. 493.

Pag. 311 — INCIPIT. PROLOGUS SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. DE EIUSDEM PSALMI. Incipit: *Scio me principia...* Desinit: *et totum canticum canticorum.* Hier. T. I. col. 622.

Pag. 321 — INCIPIT PROLOGUS SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO. XLV. Incipit: *Iam caritati vestrae quaedam...* Desinit: *noster deus iacob.* Aug. ibi. col. 513.

Pag. 328 — ITEM PSALMUS. XLVI. PROLOGUS SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Dominus deus noster fidem...* Desinit: *supervire timeamus.* Aug. ibi col. 524.

Pag. 333 — ITEM SERMO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMI XLVII. Incipit: *Titulus psalmi est. Laus cantici filiis chore...* Desinit: *reget nos in saeculo.* Aug. ibi col. 532.

Pag. 341 — ITEM PSALMUS XLVIII. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Omnia divina eloquia...* Desinit: *placuerit audietis.* Aug. ibi col. 543.

Pag. 352 — EXPLICIT SERMO I. INCIPIT SERMO II. DE EODEM PSALMO. Incipit: *Hesterno diae cepto...* Desinit: *efficimini illis.* Aug. ibi col. 555.

Pag. 359. — INCIPIT EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI. DE PSALMO. XLVIIII. Incipit: *Quantum nobis valeat...* Desinit: *christum salutare dei.* Aug. ibi col. 564.

Pag. 374 — ITEM EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI DE PSALMO. L. INCIPIT FROLOGUS EIUSDEM. Incipit: *Multitudinis huius...* Desinit: *haec et dic cum illo.* Aug. ibi col. 585. usque ad n. 6. a quo deinde incipit in ed. sequens commentarium.

Pag. 376 — ITEM PSALMI L. EXPOSITIO. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Miserere mei... Qui magnam...* Desinit: *exigit suam. Amen.* Aug. col. 588.

Pag. 385 — INCIPIT DE PSALMUS L. SANCTI HIERONIMI. Incipit: *In finem psalmus david cum venit ad eum nathan... Miserere mei deus... Qui beatam misericordiam...* Desinit: *eius aedificare templum.* Differt ab edito a Migne inter *Opp.* eiusdem, T. VII. col. 1030. et in *Florilegio* dabimus.

Pag. 386 — ITEM PSALMUS LI. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Psalmus braebis est de quo...* Desinit: *sed his qui gustarunt.* Aug. Tom. IV. col. 599.

Pag. 395 — Sine titulo incipit: *Psalmum istum vobiscum tractandum.....* Desinit: *quia ipse cognoscet.* Aug. ibi col. 612.

Pag. 400 — Deficiente titulo, incipit: *Psalmi huius titulus habet fructum...* Desinit: *super inimicos vestros.* Aug. ibi col. 619.

Pag. 407 — INCIPIT. DE PSALMO LIIII EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Psalmus huius titulus est in finem in ymnis....* Desinit: *speravi domine.* Aug. ibi col. 628. Quamvis in medio commentariii integra columna vacua extet, et sequens folium avulsum ex Codice fuerit, nihil tamen deest.

Pag. 421 — INCIPIT DE PSALMUS LV. EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Sicut in aliquam domum intraturi...* Desinit: *domini placeamus.* Aug. ibi col. 646.

Pag. 431 — CAEPTUS ALIUS DE PSALMO. LVI. EIUSDEM. SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Audivimus in evangelio. modo fratres quantum...* Desinit: *ergo dicamus et nos.* Aug. ibi col. 661.

Pag. 441 — CAEPTUS. DE PSALMO. LVII. HABITUS CHARTAGINE. IN BASILICA. RESTITUTA. Incipit: *Vox quam cantabimus* (*b.* pro *v.* ut passim in hoc Cod.) *audienda...* Desinit: *et quod audimus faciamus.* Aug. ibi col. 673.

Pag. 454 — CAEPTUS. ALIUS PSALMUS. LVIIII. (LVIII.) SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Sicut scriptu* (alia manus superscripsit *ra*) *psalmorum misteria...* Desinit: *de nobis promittimus.* Aug. ibi col. 692.

Pag. 463 — EXPLICIT SERMO. DE PRINCIPIO PSALMI. LVIII. INCIPIT DE EIUSDEM PSALMI. SEQUENTIA. Incipit: *Haesternus sermo protractus...* Desinit: *misericordia mea.* Aug. Ibi col. 706.

Pag. 468 — INCIPIT PSALMUS. L.VIIII. SANCTI

AUGUSTINI HABITUS IN CARTAGINE. Incipit: *Titulus huius psalmi aliquantum*... Desinit: *lapidibus furiosi persequaebantur*. Aug. Ibi col. 713.

Pag. 476 — INCIPIT PSALMUS LX. EIUSDEM SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Considerandum cum vestra caritate*... Desinit: *salvus erit*. Ibi col. 723.

Pag. 480 — INCIPIT PSALMUS SANCTI AUGUSTINI. LXI. Incipit: *Delectatio divinorum*..... *eius est*. IN FINEM PRO HIDITHUM. PSALMUS IPSI. DAVID. *Iam vobis*... Desinit: *opera eius*. Aug. Ibi col. 729.

Pag. 491 — INCIPIT DE PSALMUS LXII. SANCTI AUGUSTINI. Incipit: *Propter eos qui*..... *iste psalmus*.

IPSI DAVID. CUM ESSET. IN DESERTO. IDUMEAE. *Per idumeae nomen*...... Desinit: *loquentium iniqua*. Aug. Ibi col. 747.

Pag. 500 — INCIPIT DE PSALMO LXIII. SANCTI AUGUSTINI. EPISCOPI. INCIPIT. PROLOGUS. Incipit: *Passiones sanctorum martyrum*.... *in temptatione dicamus ergo et nos*.

EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. *Exaudi deus*.... *animam meam. Servierunt*..... Desinit: *si non fiat*. Aug. Ibi 760.

Pag. 509—INCIPIT DE PSALMUS. LX.IIII. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Agnoscenda est vox*... Desinit: *habunda frumento. Amen*. Aug. Ibi col. 772.

Pag. 529—INCIPIT. EXPOSITIO DE PSALMO LXV. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Inscribitur in titulo*..... Desinit: *misericordiam ipsius*. Aug. Ibi col. 785.

Pag. 530 — INCIPIT DE PSALMO. LXVI. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Meminit cum in duobus psalmis*.... Desinit: *coronare dignetur. Amen*. Aug. Ibi col. 802.

Pag. 537 — INCIPIT PSALMUS SANCTI HIERONIMI. PRESBYTERI. Incipit: *Deus misereatur nobis. Non noster iudex sit*...... Desinit: *et misereatur nostri. Cui*... *saeculorum. Amen*. Hier. Ibi col. 1068.

Pag. 540—EXPLICIT SANCTI HIERONIMI PRESBYTERI. INCIPIT SANCTI AUGUSTINI DE PSALMUS LXVII. Incipit: *Psalmi huius titulus non videtur*.... *ita se habet*. IN FINEM IPSI DAVID PSALMUS CANTICI. *In multis autem iam psalmis*... Desinit: *finivimus. Benedictus deus*. Aug. ibi col. 812.

Pag. 561 — INCIPIT PSALMUS SANCTI. HIERONIMI PRESBYTERI. *Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Et specialiter*... Desinit: *caeteris creaturis*. Codex brevior est *Breviario in Psalmos* Hier. T. VII. col. 1073. et ab eo passim discrepat.

Pag. 564 — INCIPIT. EXPOSITIO SANCTI AUGUSTINI DE PSALMUS LXVIII. Incipit: *Eo tempore in hoc saeculo*... Desinit: *tu esto accusator*. Aug. ibi col. 840.

Pag. 573—EXPLICIT. PARS. I. INCIPIT EIUSDEM. SEQUENTIA. Incipit: *Posterior pars psalmi*.... Desinit: *semen servorum eius*. Aug. ibi col. 854.

Pag. 581 — INCIPIT DE PSALMO LXVIIII. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. INCIPIT PROLOGUS EIUSDEM PSALMI. Incipit: *Gratias grano tritici quia*... Desinit: *in illo die iustus iudex*. Aug. Ibi col. 865.

¶ Pag. 587—Occurrit series Codicum, quos Theobaldus, anno secundo ordinationis suae, nempe 1023. exscribi curavit. Eadem est ac illa, quam in Codice 28 invenimus, et in nostrae *Biblioth*. T. I. p. 275. protulimus.

CODEX LVIII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 58 ET 186, INTERIORI VERO 396.
PLUTEO XX.

Codex membranaceus, in folio parvo, longitudinis metri 34/₀, latitudinis 23/₀. Continet paginas 658, duplici columna distinctas. Habet pro compactura duo folia a manuscripto XI. saec. ineuntis avulsa, quae continent fragmenta vitae S. Mercurii et S. Petri Alexandrini Episcopi. Has vitas reperies integras in Codice 149. Exteriori titulo notatur: *Commentaria incerti in tres postremos libros Codicis. Roffredus de libellis.* Sed diligentius nobis huiusmodi commentaria excutientibus, ultro auctor nobis occurrit, et seipsum prodit Rolandum vel Ronaldum, uti alibi in manuscripto legitur, Lucensem civem, imo Iudicem eiusdem civitatis. Haec eius verba: *Et sic ego rolandus iudex dictus civitatis antique oriundus. antepotentis quidem et federis quod cum omnibus percussit. Set et circa imperium insignis. et egregie fidei tenacissime que dum fuit pagana. septimo speculeo fulsit miraculo. subdita vero proxime signo sancte crucis eximio. cuius quoque planitiem ab impetu parendis fluminis. sanctus fridianus in proximi nomine suo baculo aliunde adveniendo liberavit.* In ea civitate, ut ipse in prologo asserit, *turrem* appellatam *regiam* habitavit, ex qua originem duxerat. Difficillimis legationibus, tamquam in agone positum, saepe perfunctum fuisse testatur pag. 49. Hisce expletis, domi quiescens, Henrici Imperatoris gratia, opibus florescens, ad huiusmodi Commentaria concinnanda animum vertit. Quae vero mens eius fuerit id opus aggredientis, liquido patet in Prologo eidem praefixo, quem totum inferius damus. Nam pro certo habemus Rolandi commentaria adhuc expectare lucem, nisi alteri datum fuerit feliciori exitu, eius librum inter typis excusos detegere. Quo anno obierit Rolandus coniicere haud possumus, sed quo tempore floruerit, pro comperto habebit lector, si ad illa auctoris verba, quae in pagina 69 leguntur, attendat: *ut nuper bolonie concessit imperator heinricus.....* Indubium est Rolandum de Henrico VII loqui, qui imperialem coronam anno 1312 adeptus est; non vero de Henrico VI, qui saeculo duodecimo desinente, imperavit.

A pagina prima ad pag. 90, Codex pertinet ad XIV. saec. et habet opus Rolandi Lucensis; a pag. vero 91, opus Ranfredi Beneventani, a nonnullis etiam Odofridi appellati. Aetatis suae hic inter iurisconsultos apprime claruit, in Bononiensi Academia excultus. In hac, legum interpres, magister docuit, et plura de his scripsit. Aretium profectus anno 1215, ibi auditores habuit: sed in ea civitate diu non immoratus, Friderico II in Pontifices Romanos infesto, plurimum favit, quem a Gregorio IX anathemate perculsum, in Capitolio apologia edita, enixe tutatus fuit. Nonnullis elapsis annis, in Pontificis partes transiit, a quo Camerae Apostolicae clericus dictus, licet ab Imperatore per Petrum de Vineis (1) tentatus, a fide tamen Pontificis non descivit. Beneventi vita functus est. Inter eius opera, duo praecipue memorantur, unum de Ordine Iudiciorum in foro civili, alterum in foro ecclesiastico, quae pluries typis prodierunt. (2) Huiusmodi tractatus in nostro Codice habentur, quorum editionis cum nulla nobis sit copia; de eorum concordantia cum vulgatis nullum proferemus iudicium. Excus-

(1) MARTENE *Collectio amplissima.*

(2) TIRABOSCHI *Stor. della letteratura Ital.* Tomo IV. p. 214.

sio vero Codicis nostri in sententiam dubiam animum nostrum flexit, quod praeter supradictos duos tractatus, amanuensis nonnulla, quae forte lucem nondum aspexerint, in textum invexerit. De Codicis aetate lector pro certo habeat postremam eius partem saeculo XIII desinente, fuisse conscriptam, uti characterum forma demonstrat. Quae aetas annum 1301 transilire nequit, qui in margine pag. 544 occurrit; ubi aliena manu nota affigitur de electione fratris Stephani ordinis Praedicatorum in Salpensem Episcopum. Ex notis vero marginalibus passim eruitur originem Beneventanam Codici tribuendam esse.

Pag. 1 — De ingressu et occasione compositionis huius operis. *Super libris novem. comentis sive summis a quibusdam iam peractis ordinarium fuit suo operi finem eos imposuisse. et sic de fiscalibus sive de civibus vel incolis et de honoribus. Item et de agricolis valde nobis necessariis. ac de dignitatibus et earum gradibus de quibus omnibus hic tractatur suum studium exhibuisse illius. aut superne urbis civibus effectis. iamque propter universa munera a celesti rege eis iniuncta redire non valentibus. quis unquam ad illorum solium* (in margine: *solem*) *accedet. quis ad hoc opus sollicitudinem interponet. quis somniator innuet se scire quod illi tacuerunt. aut quod super his scripserit. quomodo superioribus omni sapientia perfectis applicaret. Siquidem valde verendum est his adherere. Nequis iuris compositor benedictionem et laudem habere cupiens si a veritate deviet non allegando ut diceret contraria sentiat pro benedictione. Horum enim que dicenda sunt consuetudo cum sit optima legum interpres cessavit. iam sunt tempora longissima. et usquequo imperium rediit ad seniorem romam. Sub tali autem metu latere. et ista relinquere. ut sic unus post unum omnesque recedant et rem istam non tangant. ad scolarium accederet damnum et sacri imperii. de cuius iure multifariam hic agitur. Unde tanto melius esset incipere. et secundum quod possibile est incedere. quanto de bono opere lapides non timebo. Si perperam dixero vel obscura relinquero. apparebunt potiores qui rem corrigent et meliora proferent iuxta illud. qui novum insubtiliter factum emendat. laudabilior est eo qui primus invenit. ut Cap. de veteri iure enucleato. Sic et in aliis summis. et earum compositoribus a primo et medio et ultimo egregio placentino factum esse comperimus. Amplius si bene dixero; accedet ad lucrum. augebit honorem. ignorantiam obfuscabit et errorem; cum valde expediat scire iura fiscalia que debeantur cesari nostro. ut eum in suis non offendamus; sicut eundem nostra nolumus invadere. Precipiente nobis domino ut cesari sua reddamus. cum fiscalium iurium scientia cunctis sit utilis et necessaria tam militibus quam privatis atque templis. et cuncte reipublice. Sicque hoc et in primo mandato undique salvare fisco que sua sunt. Sicut enim privatos lex adiuvat; sic et publicum illesum manere iubet. ut in aut. de ma. princ. Ideoque eorum augmentum attentius cupiamus; ut ipsis habundantibus. non fatigemur in nostris. abstineant eius presides alienis; immo si necessitas irrepserit; ab eo qui nobis est pater et dominus arceantur. Sic autem cum honoremus; ut habentes eius gratiam per gratiam repleamur. Et cum sit sacris scripturis suffultus. et suis subveniat subiectis tanto plenius. et sic omnia ei et nobis erunt prospera. iugum eius videbitur nobis suave; Sicut licitando quis victor; sic ei serviendo erit sublimior. Nam cum dignitate et substantia sublimet infimos et ignotos; multo magis ad ea promovebit ytalicos cum sciant loci consuetudinem. et sicut cives romani; et heredes eorum qui primum pro imperio bella gesserunt. et quid tanto domino debeatur. et quibus sit abstinendum conscii reperiantur. Et sic ego rolandus iudex dictus civitatis antique oriundus. antepotentis quidem et federis quod cum omnibus percussit. Set et circa imperium insignis. et egregie fidei tenacissime que dum fuit pagana. septimo speculeo fulsit miraculo. subdita vero proxime signo sancte crucis eximio. cuius quoque planitiem ab impetu parendis fluminis. sanctus fridianus in proximi nomine suo baculo aliunde adveniendo liberavit. Magna quidem cupidine motus. sapientium plurium consilio mihi associato. manibus ad celum erectis. summipotentis nomine invocato. scribere quomodocumque idcirco audeo. quia super his plurimum laborando studui. et quod nostris doctoribus. quia pluribus intentis non licuit. domino cooperante presentis libelli paginam decerpsi. quod et ideo michi venit in animo. quia in civitate mea turrem illam incolo que vocatur regia. et inde originem duco. et sic in regalibus operam dedi merito. potius autem ut circa hoc de-*

votionem meam ostendam cesari nostro Heinrico et quod semper optavi; plenam eius habeam gratiam; ut eius sacra largitione repletus. a privatorum causis iam meus cesset strepitus. et ad sola regalia post divina meus intendat animus. et ut miles veteranus deinceps cum meis posteris gaudeam securus. set et studiosos excitando alliciam; ut mira super his inveniendo scribant. et eandem consequentes gratiam; memoriam sui relinquant. Positus ergo in loco ultimo. set et primus ut puto in hoc articulo quicquid dixero sine veritatis tamen preiudicio. sicque ab omnibus veniam peto; ut nullus michi lateat susurro. Set qui melius erogaverit. eius amplecti sententiam cupio; illum profitebor doctorem. principatus locum ei cedam et honorem.

Incipit liber decimus de iure fisci. Incipit: *Incipiens ergo de iure fisci ordinamur cum dictum sit supra de privilegio fisci; nunc de iure fisci....* Desinit: *et titul. de quibus muneribus vel prestationibus. l. II.* Huius operis editionem prae manibus non habentes, imo utrum sit editum necne, modo nescientes, titulos capitulorum prout in Codice occurrunt damus, lectorem monentes rubricatos titulos passim desiderari, et cum Institutionum Iustiniani titulis non semper concordare. *Incipit liber decimus de iure fisci.... De collatione eris. — De discussoribus. — De decurionibus et filiis eorum qui decuriones habentur et quibus modis a fortuna curie liberentur. — Si servus aut libertus ad decurionatum aspiraverit. — De prediis curialium sine decreto non alienandis. — Quando et a quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum et de modo distributionis eorum....* Hic titulus: *Rubrica de municipibus et originariis.* fuit ab alia manu addita. — *De incolis ubi quis domicilium habere videtur et de hiis qui studiorum causa in alia civitate degunt. — De honoribus et muneribus non continuandis inter patrem et filium et de intervallis. — De muneribus personarum. — De muneribus patrimoniorum. — Quemadmodum civilia munera indicuntur. — De hiis qui sponte munera suscipiunt. — De hiis qui a principe vacationem acceperunt. — De vacatione muneris publici. — De decretis decurionum et super immunitate quibusdam concedenda. — De excusationibus munerum. — Rubrica. De quibus muneribus vel prestationibus nemini licet se excusare. — Rubrica qui etate se excusant... De hiis qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerint. — De professoribus et medicis. — De athletis. — Rubr. De hiis qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt. — De conductoribus vectigalium fisci. — Rubrica de libertis. — De institoribus. — Rubrica de reis postulatis. — Rubrica de hiis qui in exilium datis ex ordine moti sunt. — Rubrica. de filiis familias. et quemadmodum pater pro hiis teneatur. — De periculo successorum parentis. — De mulieribus in quo loco munera sexui congruentia et honores agnoscant. — De legationibus. — De excusationibus artificum. — De potioribus ad munera nominandis. — Si propter inimicitias creatio facta sit — Rubrica de sumptuum recuperatione. — Si post creationem quis decesserit. — Rubrica. de tabulariis scribis Logographis et censualibus. — De susceptoribus prepositis et archariis. — De ponderibus. et auri collatione. — De auri publici persecutoribus vel perscrutatoribus. — De hiis que in publica collatione. illata sunt non usurpandis. — De auro coronario. — De yrenarcis. — De argenti precio quod thesauris infertur. — De tollenda lustralis auri collatione constitutio greca.*

Pag. 53 — Explicit liber decimus. incipit undecimus. de naviculariis seu naucleris publicas species transportantibus. Incipit: *Cum dictum sit de his qui publicas species suscipiunt. nunc de his qui eas transportant. et sic de naviculariis....* Desinit: *credendum est peculium ei esse legatum. Ut in inst. de legatis.*

De prediis et omnibus rebus naviculariorum. — De navibus non excusandis. — Ne quid honeri publico imponatur. — De naufragiis — De metallariis et metallis et procuratoribus metallorum. — De murilegatis et ginochinariis et procuratoribus ginocii et de monetariis et vastangariis. — De vestibus oloboris auratis et interiectione sacri muricis. — De fabricensibus. — De veteris nummismatis potestate. — Nulli licere in frenis et equestribus sellis et in baltheis margaritas et smaragdos apponere et de artificibus palatinis. — De classicis... De pistoribus. — De suariis et susceptoribus vini et ceteris corporatis. — De collegiatis et charthopatis et numulariis. — De collegiatis et carthopatis et ceteris privilegiis. — De studiis liberalibus urbis rome et constantinopolitane. — De hono-

ratione vehiculi. — De privilegio urbis constantinopolitane. — De metropoli berico. — De canone frumentario urbis rome. — De frumento urbis constantinopolitane. — De canonis civilibus. — De mendicantibus validis... De nautis tyberinis. — De frumento alexandrino. — De alexandrie primatibus. — De iure rei publice. — De administratione rerum publicarum. — De administratione rerum publicarum. — De vendendis rebus civitatum. — De debitoribus civitatum. — De periculo nominatorum. — De fideiiusoribus magistratuum. — Quo ordine quis conveniatur. — Ne quis liber invitus actum rei publice gerere cogatur. — Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere — De hiis qui ex officio quod administraverunt conveniuntur. — De solutionibus et liberationibus debitorum civitatis. — De spectaculis et scenicis et lenonibus tollendis. — De expensis ludorum. — De aqueductu. — De gladiatoribus tollendis. — De venatione ferarum. — De manima. — Ut armorum usus inscio principe sit interdictus. — De agricolis censitis vel colonis. — De capitatione civium censibus eximenda. — In quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt. — De colonis palestinis. — De colonis tracensibus. — De colonis illiricianis. — Ut nemo ad suum patrocinium (*suscipiat*) *villos vel rusticarios. — Ut rusticani ad nullum obsequium devocentur. — Non licere habitatoribus metrocomie loca sua ad extraneum transferre. — Ut nullus ex vicariis pro alienis vicariorum debitis teneatur. — De censibus et censitoribus et perequatoribus et inspectoribus. —*

Pag. 91 — Incipit libellus de ordine iudiciorum conpositus a Ranfredo Beneventano et iuris civilis professore. In quo opere continetur qualiter concipiantur libelli. et fiant confessiones et de natura cuiuslibet actionis poterunt studentes invenire unde incipit prohemium. Rubrica.

Si considerarem ingenium et scientie proprie facultatem non essem ausus tam grande opus et arduum assumere cum sim insufficiens et vir simplex et labiis incirconcisus set illius misericordia et protectione confisus qui linguas infantium facit esse disertas. qui dat cunctis affluentiam animi et non improperat. qui ait cum fueritis ante reges et presides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. non enim vos estis qui loquimini set spiritus sanctus qui loquitur in vobis. ipse os meum tetigit forcipe quem tulerat de altari ut per me tamquam per organum materia libellorum panderetur et qualis sit ordo sollitus qui in iudiciis frequentetur et sic rem non novam aggredior cum a multis peritissimis res ista sit hactenus agitata quorum non sum dignus corrigiam calciamenti solvere verum quia natura cotidie multis novitatibus utitur de novo nova cotidie procreantur..... Desinit: *sciet etiam cetera iudicii pertractdre.* Deleto titulo incipit: *Tractaturus ergo de libellis et ordine iudiciario.....* Desinit: *idest certi conditio.*

Editionem huius Operis prae manibus non habentes, titulos capitulorum in Codice occurrentes edimus. Titulus primi capituli deletus fuit et secundum capitulum titulo pariter caret. *Qui possunt esse ordinarii vel delegati. — Que cause possunt delegari et que non. — Utrum recusetur iudex ordinarius. — Utrum iudex delegatus recusetur. — Utrum causa suspicionis sit inserenda. — Qualiter libellus concipiatur super litis recusatione utriusque. — Qui possunt esse advocati et qui non. — De personis litigantium et qui possunt agere vel convenire. — Libellus. Si quis vult agere contra pupillum vel tutorem vel curatorem. — Qui pro aliis possunt agere et in quibus causis. — Qualiter iudicium declinatur ratione feriarum et ratione fori. — Qualiter concipiatur libellus iudicum de summa libellorum. — Quibus modis accipiatur libellus. — In quo loco offeratur libellus. — Aput quos accipiatur libellus. — A quo offeratur libellus et cui. — In quibus causis offeratur libellus. — Que debeat continere libellus. — De causa agendi. — De actione edenda. — De causa agendi. — De rebus petitis utrum debeant in libello conprehendi. — De actione universali. — De actionibus universalibus. — De actionibus generalibus. — De actionibus specialibus. — Utrum libellus possit immutari. — Utrum libellus emendari possit. — De effectu oblati libelli. — Qualiter libellus sit concipiendus in qualibet actione. — Si aliquis rem possideat quam dicis ad te pertinere quia a non domino emisti vel habuisti ex incerta causa potes ab eo vendicare per actionem publicam. Rubrica de publiciana. —... Si colonus vel inquilinus conduxerit a te fundum vel domum omnia sunt tibi obligata invecta*

pro illa pro pensione domus et pro dato. Unde potes illa bona obligata advocare a quolibet possessore per actionem servianam. Rubrica de actione serviana. — Si aliquis possideat rem tibi pignori obligatam potes ab eo revocare vel rem illam petere per aliam actionem quam per servianam que ypothecaria dicitur. Rubrica de actione ypothecaria. que creditori datur. — Si conduxisti aream vel solum et imposuisti ibi superficiem. et modo istud solum cum sua superficie ab alio possideatur potes ab eo vendicare per utilem rei venditionem. Rubrica de rei venditione utili que datur superficiario. — Si aliquis rem aliquam in emphitheosim accepit vel alium contractum qui hodie libellarius appellatur a domino. puta recepit usque ad XL. ann. vel in perpetuum solvendo inde quid annuum. puta ceram vel piper vel denarium. et rem illam possideat. potest eam petere per utilem rei venditionem. Rubrica de utili rei venditione. que datur emphitheote seu illi qui conduxit ad non modicum tempus. — Si aliquis conpellatur per metum rem suam dare vel tradere potest eam petere per utilem rei venditionem. Rubrica de utili rei venditione que datur metum passo. — De possessoria hereditatis petitione. — Si quis fecit testamentum et instituit aliquem heredem et rogavit eum ut restitueret tibi hereditatem. et ille tibi non restituit potes bona defuncti petere per fidei conmissoriam. hereditatis petitionem. Rubrica de fidei conmissoria hereditatis petitione. — De actione in rem preiudiciali. pro liberalitate. — Rubrica de actione in rem preiudicialem de partu agnoscendo. — Si debitor alienat aliquid in fraudem creditorum poterit creditor omnia alienata revocare per actionem paulianam. Rubrica de actione pauliana. — Si patronus alienat aliquid in fraudem patroni poterit patronus alienata revocare per actionem favianam. Rubrica de actione faviana. — Si aliquis arrogat sibi aliquem in filium et postea alienet aliquid de rebus suis in fraudem filii arrogati poterit filius arrogatus revocare per utilem actionem calvisianam vel favianam. vel utilem in factum. Rubrica de utili calvisiana et utili faviana. — Si libertus vel debitor alienat in fraudem patroni seu creditoris possunt alienata revocari per actionem calvianam. Rubrica de actione calvisiana. — Si predicta alienatio fiat a predictis personis in fraudem predictorum poterit revocari per actionem in factum. Rubrica de actione in factum revocatoria. — (Alia manu: *De actione redibitoria. Rubr.*) — *Si aliquis emat servum vel aliud animal quod habet vicium vel morbum et esset animal empturus set minori precio propter illud vicium vel morbum habet actionem quanto minoris res est. Rubrica de actione quanto minoris res est. — Si res vendita sit redibita et non prestantur a venditore vel emptore que ad invicem prestanda sunt; conpetit actio in factum edilicia. Rubrica de actione in factum edilicia. — Si aliquis preponat aliquem navali negotiationi et aliquis contrahat cum illo preposito tenetur dominus prepositi actione exercitoria. Rubrica de actione exercitoria. — Si aliquis preponat aliquem alicui negociationi vel taberne vel stationi et aliquis contrahat cum illo preposito tenetur dominus eius actione institoria. Rubrica de actione institoria. — Si aliquis contrahat cum servo vel filio alicuius tenetur dominus merces peculiares conferre ceteris creditoribus idest dare tantum ceteris creditoribus quantum sibi retinet et hoc per actionem tributoriam. Rubrica de actione tributoria. — De actione de in rem verso. — Si pater vel dominus iubeat ut quicunque vellet cum servo vel filio contraheret tenetur ipse pater vel dominus actione quod iussu. Rubrica de actione quod iussu. — Si filius vel servus contrahat cum aliquo tenetur pater vel dominus actione de peculio. Rubrica de actione de peculio. — Si aliquis constituit se debitorem pro alio tenetur de constituta pecunia. Rubrica de constituta pecunia. — Si aliquam rem possideas quam dicebam esse meam ex aliqua causa et te deferente iuravi meam esse datur mihi utilis actio ex illa causa ex qua iuravi contra te. verbi gratia si iuravi ex causa emptionis; datur mihi utilis ex empto. Idem est in aliis causis unde intytulatur Rubrica de utili. — Si petebam a te. X. que mutuavi tibi et in iudicio tu confitearis te debere datur mihi utilis certi conditio contra te. Rubrica de utili certi conditione. — Si aliquis gerat negocia tua sine mandato tuo et sponte; locum habet contra eum actio negotiorum gestorum. Rubr. de act. negociorum gestorum. — Si aliquis est tutor vel curator alicuius et gerat negocia pupilli seu minoris tenetur actione negociorum gestorum. Rubrica de actione negociorum gestorum. — Si aliquis credens se tutorem vel curatorem cum non esset gerat negocia*

minoris tenetur actione utili negociorum gestorum. Rubrica de actione utili negociorum gestorum. — Si tu geras negocia alicuius et aliquid impendisti in illa gestione potes illud petere per actionem neg. gest. contrariam. — Si aliquis credens se tutorem vel fingit se tutorem gerat negocium alicuius conveniri potest ab eo cuius negocia sunt gesta actione protutele. Rubrica de actione protutele. — Si aliquis credens se tutorem cum non esset aliquid impenderit in administratione bonorum pupilli potest petere per contrariam actionem protutele. Rubrica de actione contraria protutele. — Si deposuisti apud alterum rem tuam timore incendii vel ruine naufragii seu tumultus et ipse non vult restituere habes contra eum actionem depositi. Rubrica de actione depositi. — Si vicinus tuus per fundum tuum viam reiecit publicam poteris agere contra ipsum actione vie reiecte. Rubrica. de act. vie reiecte. — Si aliquis conpellat te per metum ut sibi rem tradas vel promittas habes contra ipsum actionem quod metus causa. per quam ab illa obligatione potes te deliberare et recuperare rem. Rubrica de actione quod metus causa. — Si aliquis te decipiat dolo sive in contractu sive proposito sive ex incidenti habes contra illum actionem de dolo. Rubrica de actione de dolo. — Si aliquis rem tuam auferat tibi et tu in eodem delicto eum deprehendas habes contra eum actionem furti manifesti. Rubrica de actione furti manifesti. — Si nauta caupo vel stabularius vel aliquis de eorum familia furtum mihi fecerit habeo eos obligatos in duplum actione furti. Rubrica de act. furti adversus nautam cauponem stabularium in stabularium. — Si nauta caupo vel stabularius res quas immisisti in navi cauponio vel stabulario. non restituit set forte dicit eas amissas tenetur actione in factum ex illo edicto nau. cau. sta. ut recepta restituat. Rubrica de actione in factum ex illo edicto nau. cau. sta. — Si tu corrupisti servum alicuius teneris actione servi corrupti. Rubrica de act. servi corrupti. — Si quis res aliquas mobiles per rapinam tibi abstulit; habes contra eum vi. bon. rapt. actionem. Rubrica de act. vi. bo. rap. — Si aliquis fecit tibi iniuriam dicto facto scripto preterquam in tribus casibus quando quis est pulsatus verberatus domus sua vi introita habes contra eum actionem iniuriarum pretoriam. Rubrica de act. iniur. pretoria. — Si dampnum det tibi vicinus tuus in rebus tuis et non corpore in corpus vel a non corpore suo in non corpus suum habes contra eum actionem in factum subsidiariam idest aquil. vel utilem actionem idest aquil. R. de actione in factum subsidiar. idest aquil. vel de utili actione idest aquil. —

Pag. 155 — Explicit tractatus de pretoriis stipulationibus. Incipit tractatus de interdictis que et ipsa pretoria sunt. Unde incipit proemium in summula omnium interdictorum.

Incipit: *Sed natavimus aliquantulum profunda pelagi et iam per dei gratiam.....* Desinit: *attende quod legitur in distinct. ff. e. l. unica.*

Titulos huius tractatus lectori offerimus: *Si quis vult inferre mortuum in sepulcrum et de novo vult facere sepulcrum in loco suo et ab aliquo prohibeatur habet interdictum de mortuo inferendo contra ipsum. Rub. de interd. de mort. inferendo. — Si quis vult edificare sepulcrum ad quod edificandum sibi ius conpetebat et ab aliquo prohibeatur habet contra eum interdictum de sepulcro edificando. R. de interd. de sepulc. edificando. — Si aliquis immittat aliquid in loco sacro tenetur interdicto ne quid in loco sacro fiat immittaturve. R. ne quid in loc. sac. fiat immittaturve. — Si aliquis ponit aliquid in via publica vel in loco publico vel edificat vel immittit tenetur interdicto ne quid in loco publico fiat. R. de int. ne quid in loco pub. fiat. — Si aliquis in flumine publico vel ripa ipsius ponit aliquid tenetur interdicto ne quid in flumine publico vel eius ripa ponatur. R. de interd. ne quid in flu. publ. vel eius ripa ponatur. — Si aliquis conducit domum vel predium a fisco vel a republica alicuius civitatis et conductor impeditur re conducta frui habet contra impedientem interdictum de loco publico fruendo. R. de loco pu. fruendo. — Si aliquis vult reficere viam publicam et ab aliquo impeditur habet contra impedientem interdictum de via publica reficienda. R. de via pu. reficienda. — Si quis vult ire per viam publicam vel aliquid ducere vel agere et ab aliquo impeditur habet contra eum interdictum. ut liceat ire per viam publicam. Rub. de interdicto. Ut... publicam. — Si aliquis vult reficere ripam publicam fluminis et ab aliquo prohibeatur habet contra illum interdictum ut liceat ripam publicam fluminis reficere vel munire. R. de interdicto ut.... munire. — Si aliquis in flumine publico vel fossa publica vel*

lacu publico vel stagno publico navigare vel piscari prohibeatur habet interdictum ut in flumine publico vel fossa publica vel lacu publico vel stagno publico liceat navigare vel piscari. R. de interdicto ut liceat in flumine pu. nav. vel piscari. — Si aliquis mittatur in possessionem causa rei servande vel in tenutam et aliquis prohibet illum esse in tenuta vel possessione habet interdictum contra illum. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. R. de interdicto. ne vis... est. — Si aliqui aliquibus succedant ex testamento vel ab intestato et volunt bona defuncti que ab aliquo possidentur quo ad possessionem petere habent interdictum quorum bonorum. — R. de interdicto quorum bonorum. — Si legatarius sua autoritate ante aditam hereditatem occupavit sibi rem legatam; tenetur heredi restituere rem per interdictum quorum legatorum. R. de interdicto quorum legatorum. — Si aliquis fecit testamentum et ab aliquo teneatur et tua interest illud testamentum tibi exhiberi; potes agere contra illum per interdictum de tabulis exhibendis. R. de interdicto de tab. exhibendis. — Si filius tuus detineatur invitus ab aliquo tu potes agere contra illum qui detinet interdicto de liberis exhibendis. R. de int. de lib. exhib. Si filius alicuius ab aliquo detinetur et exhibeatur patri potest pater intentare interdictum de liberis deducendis. R. de liberis deducendis — Si liber homo detineatur ab aliquo invitus potest intentare contra detinentem interdictum de libero homine exhibendo. R. de lib. hom. exhibendo. — Si possidebas domum vel fundum vel aliquam rem immobilem et aliquis te expellat a possessione rei illius. potes recuperare possessionem per interdictum unde vi. R. de interdicto unde vi. — Si aliquis post tuam denunciationem vel te celante edificaverit potes agere contra ipsum interdicto quod vi aut clam. R. de interdicto quod vi aut clam. — Si aliquis turbat te in possessione tua quia non permittit te pacifice possidere habes contra eum interdictum uti possidetis. R. de interdicto uti possidetis. — Si possessio alicuius rei mobilis vi turbetur habes contra turbantem interdictum utrobi. R. de interdicto utrobi. — De superficiebus. — Si tu ivisti hoc anno per fundum alicuius per XXX. dies et impediaris illo itinere uti vel turbaris habes contra eum interdictum de itinere actuque privato. R. de it. actuque privato. — Si tu habes servitutem vie vel itineris vel actus. et vis reficere locum illum unde tibi iter debetur et ab aliquo prohibearis habes contra istum interdictum de itinere actuque privato reficiendo. R. de interdicto.... reficiendo. — Si quis prohibeat me qui habeo ius ducendi aquas per fundum aliquem tenetur ille qui prohibet me interdicto de aqua cotidiana. vel in factum. R. de interd. de aqua cotidiana. — Si habes ius ducendi aquam estivam ad locum tuum et ab aliquo impediaris habes contra eum interdictum de aqua estiva. R. de int. de aq. estiva. — Si ducis aquam ex castello idest ex receptaculo quodam ad locum tuum et impediaris aquam illam ducere habes interdictum de aqua ex castello ducenda. R. de int.... ducenda. — Si habes rivum per quem aquam ducis et impediaris ab aliquo aquam ducere habes contra eum interdictum de rivis. R. de int. de rivis. — Si aliquis habet usum hauriende aquae de puteo vel de fonte vel piscina vel lacu et ab aliquo impediatur; habet interdictum de fonte et si vult reficere puteum vel fontem et ab alio impediatur. habet interdictum de fonte reficiendo. R. de int. de fonte reficiendo. Si vis cloacam tuam purgare et ab aliquo impediris. Item si vis cloacam de novo facere et ab aliquo impediris. Item si aliquis immisit in cloacam tuam habes contra eum interdictum de cloacis. Rubr. de int. de cloacis. — Si rem tuam concessisti alicui precario et ille non vult tibi restituere eam habes interdictum de precario contra illum. R. de int. de precario. — Si arbor vicini tui pendet supra domum tuam vel agrum. Item si arbor illa superexcrescit et dampnum inferat fundamentis domus tue habes contra dominum arboris interdictum de arboribus cedendis. R. de arb. cedendis. — Si fructus arboris tue cadant in fundum vicini tui et vis fructus illos colligere si vicinus tuus te prohibet habes contra eum interdictum de glande legenda. R. de int. de glande legenda. — Si ab aliquo domum conduxisti et modo inde vis extrahere res et dominus prohibet habes contra eum interdictum de migrando. R. de int. de migrando. — Si colonus tuus intulit res in fundo vel inquilinus in fundo et res ille a colono vel inquilino vel ab alio possideantur potes possessionem rerum illarum advocare per interdictum salvianum. R. de int. salviano. — Si alicui volenti edificare in tuo solo tu denunciasti ne edificaret et ille post denunciationem tuam edificavit; habes contra illum

interdictum de novi operis nunciatione. — R. de novi operis nunciatione. — De novi operis nunciatione. — Si debitor alienet in fraudem creditorum habent creditores interdictum ad revocanda fraudatoria..... De edicto de albo corrupto. — Si quis iudici non optemperat vel in primo vel in medio vel in fine iudex poterit eum mulctare ex illo edicto si quis iudici non optemperat. R. si... optemperat. — Si quis temere vocavit aliquem in ius quem vocari non licet punitur in. l. aureis ex edicto si quis temere vocavit aliquem quem vocari non licet. R. si:.. licet. — Si aliquis fuerit vocatus a iudice et ipse non vadat ad eum potest eum iudex punire secundum iurisdictionem suam ex edicto si quis in ius vocatus non ierit. R. de edicto si quis in ius vocatus non ierit... De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo post biennium. — De actione in factum subrogata in locum actionis contra parentes et personas coniunctas. — De actione in factum descendente ex illo edicto de alienat. iu. mu. causa facta. — De actione in factum ex edicto nau. caup. stab. et de illa in factum que est in simplum. et ex quasi contractu. — ... De actione in factum de hiis qui deiecerunt vel effuderunt. — De utili actione pro societate que conpetit cum plures socii in eodem cenaculo habitant et unus forte deiecit vel effudit si unus solvat penam pro alio tenetur hac actione. — De actione in factum que datur contra illum qui habet aliquid appositum sub grunda ex quo posset dampnum contingere.... De actione in factum ex illo edicto ne quis in locum alienum invito domino mortuum inferat. Rubrica de mortuo inferendo. — De sumptibus funerum et actione funeraria. — De loco sacro vel religioso pro puro vendito. Rubrica.... De actione in factum ex illo edicto si mulier ventris nomine in possessionem missa erit per calumpniam. Rubrica. — De actione in factum que datur ad interesse contra mulierem missam in possessionem nomine ventris pro rebus alienis. Rubrica. — De actione in factum que datur ei qui ignoranter cum falso tutore contrahit et eius auctoritate cum illo quem dicebat esse pupillum. Rubrica de eo quod cum falso tutore gestum esse dicitur. — De actione in factum que datur pupillo contra illum qui dixit se in iudicio tutorem eius esse cum non esset. Rubrica. — De actione in factum descendente ex illo edicto si omissa causa testamenti contra illum qui hereditatem illam omisit. Rubrica. — De actione in factum que descendit ex edicto de publicanis. Rub. — De actione in factum que conpetit in duplum contra eum qui passus est se vendicari ad precium participandum eo proclamante in libertatem ex edicto de liberali causa. Rubr. — De actione in factum ex edicto auctoritate iudicis possidentis. Rubrica. — De actione in factum ex eodem edicto per quod creditor missus in possessionem recuperat expensas factas in re illa. Rubrica. — De actione in factum que datur contra servum surripientem aliquid post mortem domini descendente ex edicto si quis testamento liber esse iussus fuerit. Rubrica. — De actione in factum ex edicto cuius dolo malo dampnum in turba datum esse dicitur. Rubrica. — De actione in factum ex edicto de incendio ruina naufragio. Rubrica. — De sepulcro violato. Rubrica. — De pretoriis stipulationibus. — R. Si edificium alicuius minatur ruinam potest dominus alterius edificii vicini petere ut sibi caveat nomine damni infecti. — Si legatum relinquantur legatarius potest petere ab herede caveri seu satisdari de legato illo prestando et hoc per officium iudicis. Rubrica. — In quibus actionibus primum et secundum decretum interponitur. — De civilibus accusationibus. Rubrica. — Si aliquis rem aliquam possideat seu teneat et eam dicis tuam esse potes eam vendicare. Rubrica de rei vendicatione. — De actione in rem confessoria. — De actione civili in rem que vocatur negatoria que datur domino predii sive domus contra illum qui vult servitutem in predio suo sive domo vendicare. Rubrica De negatoria actione. — Si filius alicuius tamquam filius patri servire recusat et sui controversiam faciens dum ab alio non possidetur. vel si filius filium alicuius detineat nolentem datur patri preiudicialis in rem actio. — De actione preiudiciali in rem que datur domino contra servum. — Quia multociens dum aliquis in possessione libertatis infamatur ab aliquo ipsum esse servum suum ideo datur ei contraria preiudicialis. Rubrica. — De petitione hereditatis directa que est civilis. — De actione finium regundorum. — Quia heredes volunt inter se hereditatem dividere habent actionem fam. hered. Rubrica. — Si aliquis vult dividere rem communem habet actionem communi dividundo. — Si aliquid certum ex aliqua obligatione de-

betur petitur certi conditio generalissima. Rub. de cert. cond. generalissima — Si quis rem certam tibi promisit locum habet certi conditio ex stipulatione. Rubrica de certi conditione ex stipulatione. — Si quis mutuat pecuniam suam alicui vel aliud quod continetur pondere numero vel mensura tenetur illud sibi restituere certi condit. ex mutuo. — Si aliquis promiserit alicui rem certam vel incertam corporalem vel incorporalem si aliquis possideat rem illam habet conditionem triticariam.— Si dos aliquid alicui propter aliquam causam et causa illa non est secuta habet locum conditio ab causam.—Si aliquid alicui datur ob turpem causam ex parte accipientis interveniente turpitudine locum habet conditio ob turpem causam.—... De conditione ex lege. Rubrica. — Si aliquis possideat rem tuam. vel si tua non est ius tamen habes in ea et eam vis vendicare potes agere contra eum ad exhibendum. de actione ad exhibendum. Rubr. — Si rem aliquam emerit aliquis ab aliquo conpetit emptori contra venditorem actio ex empto. Rubrica de actione ex empto. — Si quis vendit rem aliquam pro certo precio potest petere precium ab emptore per actionem ex vendito. — Si colonus vel inquilinus domum vel edificium vel predium conduxit et dominus non vult rem conductam conductori prestare habet contra eum actionem ex conducto. Rubrica de actione ex conducto. — (Alia manu: *De actione ex locato. Rubr.*) — ... *Si aliquis mandet tibi ut eius negotia geras et tu mandatum suscipias teneris sibi actione mandati. Rubrica de actione mandati. — Si quis propter mandatum sibi iniunctum expensas faciat habet contrariam actionem mandati. Rubrica de contraria actione mandati. — Si rem aliquam deposuisti penes aliquem habet locum actio depositi ad eam repetendam. Rubrica de actione depositi. — Si aliquis in re penes se deposita expensas faciat locum habet actio contraria depositi. Rubrica de contraria actione depositi.* — (Alia manu: *De actione tutele*). — ... *De actione contraria tutele. — Si aliquis commodaverit rem aliquam alicui tenetur ei restituere per actionem conmodati. R. de actione commodati. — De actione contraria commodati.* — (Alia manu: *De actione pignorantium. Rubrica*). — ... *De contraria actione pignoriticia que datur creditori. Rubrica. — De actione in factum que de prescriptis verbis datur. — Si aliquis receperit rem aliquam vendendam pro .X. ab aliquo nec rem quam receperat reddat nec .X. tenetur ad .X. reddenda vel ad estimationem rei. actione prescriptis verbis.*

Pag. 318 — EXPLICIT PRIMA PARS. LIBELLI. INCIPIT SECUNDA DE ACTIONE PRESCRIPTIS VERBIS. QUE EX PERMUTATIONE ORITUR. RUBRICA.

Pag. 319 — INCIPIT SECUNDA PARS LIBELLI. DE ACTIONE PRESCRIPTIS VERBIS. QUE EX PERMUTATIONE ORITUR. RUBRICA.

De actione in factum subsidiaria. — De actione in factum que oritur ex re iudicata. Rubrica. — De actione in factum que oritur ex confessione. Rubrica. — De actione ex stipulatu que datur marito pro petenda dote. et de actione ex stipulatu que datur uxori marito mortuo pro dote petenda. — De actione aque pluvie arcende. Rubrica. — De actione que vocatur speciali nomine de pastu pecoris. — De actione ex testamento. — Si quis promittat aliquid alicui conpetit contra eum actio ex stipulatu. Rub. de act. ex stipulatu. — Si quis tibi promittat se daturum vel facturum aliquid certo loco conpetit tibi contra eum actio arbitraria ex stipulatu. R. de actione arbitraria ex stipulatu. — ... Si aliquis rem tuam contractat te invito tenebitur actione furti nec manifesti. R. de act. furti nec manifesti. — Si quis tignum alienum edibus suis iniunxerit vel iniunctum habet et possidet tenetur actione de tigno iniuncto. Rub. de act. tigni iniuncti. — De actione arborum furtim cesarum. Rub. — ... Si quis gesserit tutelam alicuius pupilli et in rebus suis de pecunia pecuniari convertit non furandi animo non habet locum actio furti set tenetur actione de rationibus distrahendis. R. de act. de rat. distrahendis. — ... Si quadrupes alicuius dedit alicui dampnum habet ille actionem in factum de pauperie contra dominum quadrupedis. Rubr. de actione in factum de pauperie. — Si aliquis verberetur vel pulsetur vel domus eius vi introita sit vel etiam alio modo sibi iniuria inferatur habet actionem contra eum iuiuriarum civilem. Rub. de actione iniuriarum. ex lege cornelia. — De actione in factum que datur contra magistratus qui non dederunt tutores vel curatores. pupillis vel minoribus vel dederunt set minus idoneos vel non exegerunt cautionem rem pupilli. salvam fore vel exegerunt minus ydoneam. Rubrica. — Si fuerit libertus ingratus patrono vel filius patri

revocatur libertus in servitutem et filius in potestatem patris per actionem ingrati. R. de actione vel accusatione ingrati. — Si aliquis emat equum vel librum vel aliud in quo est vicium vel morbus quod res valeat minori precio agitur quanto minoris esset. R. de actione quanto minoris. — Si aliquis emit rem ultra dimidiam quam res valeat. puta valebat X. emit pro XXI. subvenitur sibi per actionem ex empto pluris. R. quanto pluris ex empto. — De XIII. cautionibus. Rubrica. — De actione ex stipulatu rem ratam dominum habiturum. Rubrica. — Si aliquis est procurator et satisdederit iudicatum solvi et postea non defendit vel defendendo dolum admittit vel si non solvit iudicatum convenitur actione ex stipulatu iudicatum solvi. R. de act. ex stipul. iud. solvi. — De actione ex stipulatu nomine dampni infecti interposita ab illo qui habuit domum ruinosam. Rubrica. — De actione ex stipulatu interposita ab edificante cui nunciatum est novum opus si apparet eum iniuste edificasse. R. — De actione ex stipulatu que datur proprietario contra fructuarium si male utatur et quod restituat quod superest. R. — De actione ex stipulatu que datur contra fructuarium pro rebus que usu consumuntur. R. — ... De actione ex stipulatu que interponitur ab arrogatore servo publico de restituendis bonis filii arrogati. R. — De actione ex stipulatu que datur fidei conmissario contra illum qui rogatus est restituere quicquid post mortem de hereditate habuit si sine liberis decessit. R. — De actione ex stipulatu que interponitur ut aliquis iudicio sistat. Rubrica. — De actione ex stipulatu que interponitur de vicio et morbo et de evictione quando res aliqua venditur Rubrica. — De actione ex stipulatu que interponitur a legatario heredi si plus receperit quam sit ratio legis falcidie. Rubrica. — De officio iudicis quod loco actionis proponitur. R. — De officio iudicis quo alimenta petuntur. R. — De officio iudicis quo restitutio datur minori. R. — (Alia manu: *Quando propter edificium ruinosum petitur caveri.*) *— ... De officio iudicis quo consulitur patri contra filium qui obedire recusat ei. R. — De officio iudicis quod datur vasallis et colonis contra dominos et locatores si plus quam debeatur habere exigant. R. — De censitis. R. — ... Qui dicuntur homines. aliorum. R. — Qui dicuntur recommendati. R. — De vasallis. R. — De sacramento fidelitatis quod prestat imperator domino pape. R. — Qualiter iurat episcopus fidelitatem domino pape R. — De sacramento fidelitatis cuiuslibet vasalli. — De officio iudicis per quod subvenitur hiis quibus imponitur collecta ultra vires patrimonii et per quod subvenitur hiis qui sunt inhabiles vel non debent vocari ad officia publica. R. — De officio iudicis per quod subvenitur dominis ad exigendum debitum a colonis et asscripticiis qui dubitando an sint domini prediorum redditus exigunt. R. — De officio iudicis per quod subvenitur rethoribus et magistris liberalium artium ad exigendas mercedes eis pollicitas. R. — De officio iudicis quo fructus petuntur a possessore. R. — De officio iudicis quo retinentur impense facte de novo vel circa rem iam factam sive in rei venditione sive in petitione hereditatis. — ... De officio iudicis quod loco actionis principalis proponitur ut bone fidei iudiciis usure veniant in hiis que vocantur bone fidei iudiciorum act. — De officio iudicis quo prohibetur ne aliquid fiat in via publica propter quod quis ire non possit et si factum est quod tollatur ut vie reparentur et ne aliquid immundum in eis proiciatur. — ... De officio iudicis quo compellitur pater emancipare filium. — De officio iudicis quo petit creditor mitti in possessionem rerum debitoris. R. — De officio iudicis quo curator constituitur bonis. — De bonorum possessione. — ... De bonorum possessione contra testamenta. — De bonorum possessione contra testamentum filii. — ... De bonorum possessione que fit nomine ventris. —... De senatus consulto velleiano. — De macedoniano. — De plauciano. — De adriano. — De sillaviano. —.... De pegasiano. — De terculiano. — De orficiano. — De rubriano. — De transiliano. — De damusiano. — De artificuliano. — De vinciano. — De constitutione iustiniani. —... De constitutione divorum fratrum marchi et commodi scripta in semestri. — De constitutione divorum fratrum marci et commodi missa ad officium victorinum. — De constitutione divi claudii. — De constitutione severi et antonini ad urbium maximum. — De edicto divi vespasiani. — De sillaviano seu claudiano. —... De constitutione theodosii et valentiniani. —... De volusiano. — De liboniano. —.... De largiano. — De sabiniano. — De claudiano. — De terculliano et*

clementiano. — De constitutione sacramenti impuberum. — De senatus consulto quo prohibetur matrimonium inter pupillam et tutorem. —... De senatusconsulto quo mulier adultera accusatur. — De senatusconsulto quo prohibentur poni pignora in contentionibus. — De senatus consulto pro servis fugitivis. — De emiliano vel albiano. — De senatus consulto quo prohibetur senator dampnatam publico iudicio ducere in uxorem. —... De edicto divi marci quo puniuntur creditores in amissione crediti. — De constitutione si quis in tantam. — De constitutione qua tuentur pagani et iudei. — De constitutione si constiterit. —... De constitutione qua tenentur creditores qui detinent debitores invitos. — De constitutione ex libris (liberis) que est CC. de acquirend. poss. — De constitutione conquerebatur.

Secunda pars libelli, quae a pag. 319 Cod. usque ad pag. 532 prosequitur, incipit: *Si conventio facta sit de permutando codice....* Desinit: *et sic per dei gratiam completa sunt omnia que in arbore actionum inventa fuerunt nomina actionum et multa plura sunt addita per studium et sollicitudinem presens opusculum componentis. Finite sunt additiones libelli. Deo gratias. Amen.*

Pag. 535 — INCIPIUNT LIBELLI RAINFREDI DE IURE CANONICO. Incipit: *Super actionibus omnibus compositi sunt libelli per gratiam ihesu christi....* Desinit: *ff. de acquirenda possessione. quamvis.* Titulos in Cod. occurrentes lectori offerimus... *De postulatione prelatorum. — De iuribus prelatorum. — Libellus si fiat electio exclusis hiis seu contemptis qui consueverunt electioni interesse. — Libellus super iuribus archidiaconalibus. — Libellus super sponsalibus. — Libellus pro sponsalibus. — Libellus pro sponsalibus que propter lepram dissolvuntur. — Libellus pro uxore quando maritus eam dimittit et adheret adultere. — Libellus super sponsalibus iuratis. — Libellus pro uxore petenda si ab alio detinetur. — Libellus quando dissolutis primis sponsalibus cum alio si contrahat qui ipsam tenet sicut uxorem. — Libellus quando puella invita traducitur. — Libellus quando cum minore contrahitur et post in maiori etate stetit. — Libellus de sponsalibus duorum. — Libellus de matrimonio contracto cum furioso. —... Libellus super impedimentis matrimonii et primo si sub conditione contrahatur. — Libellus super matrimonio per errorem contracto. — Libellus super matrimonio contracto ab aliquo vovente. — Libellus super matrimonio inter consanguineos et affines contracto. —... Libellus super matrimonio inter illos qui sunt disparis cultus. — De VII.° impedimento matrimonii. — Libellus (de) VIII.° impedimento matrimonii. — De impedimento proveniente de frigiditate et maleficio. — Libellus super matrimonio contracto quod est prohibitum propter publicam honestatem. —... Libellus super impedimento ratione feriarum. —... Qualiter decima sit danda. — Qualiter decima sit dividenda. — Qua actione petantur decime. — An expense sint deducende de decimis. — De iure patronatus. —... Qualiter concipitur libellus quando iure canonico dicit quis se spoliatum iuribus. —... De sepulturis et iure funerandi et aliis ad penitentiam pertinentibus. —... De prebendis et hiis qui non resident in ecclesia prebendaria et de concessione prebende et ecclesie non vacantis et de institutionibus eorum. —... Cui sunt conferende prebende. — Intra quod tempus prebenda conferri debeat. — Qualiter prebenda sit conferenda. —... De accusationibus inquisitionibus et denunciationibus et exceptionibus quociens crimen in modum exceptionis opponitur. — Qui non possunt accusare et primo ratione sexus. — Ratione etatis ut pupillus. — Qui non possunt accusare ratione sacramenti ut milites. — Qui non possunt accusare propter magistratum et potestatem. — Qui non possunt propter delictum ut infamis. — Qui repelluntur ab accusando propter turpe questum et qui duos reos accusatos habent. — Repelluntur socii criminis. qui destiterunt qui calumpniati fuerunt. qui falsum testimonium dixerunt qui similia crimina commiserunt. — Qui repelluntur propter paupertatem. — Qui repelluntur ratione reverentie ut filii liberti beneficiati vassalli servi familiares et super fratrem seu sororem. — Qui prohibentur accusare propter ipsorum delicta ut condempnati et ab aliis etiam accusati. — Repelluntur laici ab accusatione clericorum. — Repelluntur inimici et qui cum eis morantur. Item suspecti. Item infames. Item qui non recte credunt et aliis variis ex causis. — In quibus casibus predicti accusare possunt. —... De accusatione et quid sit accusatio et qualiter sit facienda. — De libellis qualiter in accusatione concipiantur. et qualiter in ipsa accusatione procedatur. —... Qualiter libellus fit in*

crimine lese maiestatis. — *Libellus super heresi.* — *Libellus super symonia.* — *Libellus super adulterio.* — *Libellus super falso.* — *Super publicis et extraordinariis. super lege iulia repetundarum.* — *Super lege favia de plagiariis libellus.* — *Qualiter in privatis criminibus si agatur criminaliter concipiatur libellus et sic super actione furti.* — *Libellus super actione iniuriarum.* — *Qualiter in accusatione procedatur ante litem contestatam et post libellus.* — *Qualiter accusatoris contumacia puniatur.* —... *Qualiter secundum constitutiones regni sicilie in accusationibus procedatur. et qualiter puniatur contumacia accusatoris et accusati in regno sicilie. sic ista rubrica localis est.* — *De contumacia actoris.* — *De contumacia rei.* — *Qualiter puniatur uterque simul.* — *De inquisitionibus faciendis super criminibus et qualiter et quando in eis procedatur.* — *Qui possunt inquirere.* — *Quando et contra quos.* — *Quibus exceptionibus utatur ille contra quem inquisitio impetrata est.* — *Que sunt necessaria ad hoc ut ad inquisitionem procedatur.* — *Qualiter in inquisitione sit procedendum.* — *Qualiter puniatur qui per inquisitionem convincitur.* — *De denunciationibus quot modis crimina denunciantur.* — *Qualiter in denunciatione procedatur. et que pena imponatur.* — *De criminibus quoc. in modum exceptionis opponuntur.* — *De inquisitione secundum tancretum.* — *De purgatione.* — *Quis debeat se purgare.* — *Quando et qualiter et cum quot debet quis se purgare.* — *De forma sacramenti purgandi et conpurgandorum.* — *De effectu purgationis.* —

Pag. 635 — Deficiente titulo, incipit tractatus de censibus et procurationibus exhibendis: *Cum tractatus de censibus et procurationibus exhibendis sit frequens et utilis...* Desinit: *quicquid possunt ab eis auferunt.*

An census possit augeri vel minui. Incipit: *Nunc videamus an census...* Desinit: *in predicto capitulo.*

Pag. 637 — De procurationibus. Incipit: *Nunc de procurationibus...* Desinit: *in domo propria providere.*

Pag. 640 — De immunitatibus ecclesiarum. Incipit: *Quia ecclesia habet...* Desinit: *in summa C. de sacros. eccles.*

Pag. 642 — De peculio clericorum et testamentis ipsorum. Incipit: *Quia de peculio clericorum in testamentis.....* Desinit: *bona illius miseri defuncti divisit seu distribuit.*

Pag. 645 — De regularibus et transeuntibus ad religionem.. Incipit: *Rubrica quedam...* Desinit: *c. post translationem.*

Pag. 649 — De conversione coniugatorum. Incipit: *Et quia non solum...* Desinit: *magis placet.*

Pag. 650 — Sine titulo incipit: *Nunc videamus si maritus...* Desinit: *cum scimus.*

Pag. 653 — De voto et voti redemptione. Rubrica. — Incipit: *Quia predicti qui intrant religionem votum emittunt...* Desinit: *C. de fidecom. lib. l. ult.*

Pag. 655 — Quando possit votum redimi seu mutari. Incipit: *Nunc videamus quando possit votum redimi seu commutari...* Desinit: *quod tibi debetur exegisset debitum reddere uxori.*

Pag. 656 — qualiter possit a voto recedi. Incipit: *Nunc videamus ultimo...* Desinit: *et c. non. noti.*

De monachis et regularibus in statu ipsorum. Incipit: *Qualiter frequenter contingit quod illi.....* Desinit: *nec est de colore vestium disputandum sicut dicit regula sancti benedicti.*

Pag. 957 — Sine titulo incipit: *Nunc videamus quod vel quale sit ipsorum officium.....* Desinit ceteris in Codice deficientibus: *mala committunt sciunt illi...*

Quasdam notas in marginibus passim occurrentes typis mandamus.

Pag. 31 — *Bononia est sub cura presidis romandiole. Luca est sub preside tuscie.*

Pag. 52 — *Nota contra dominum Thomasinum de francavilla qui tempore sui officii solvit de collecta regiam quibusdam quibus erat facta provisio per Regem de proventibus.*

Pag. 128 — *Nota contra beneventanos qui de facili timore delicti vendunt bona eorum.*

Pag. 129 — *Nota contra notarium Iohannem de gregorio de benevento procuratorem domini. N. de serino.*

Pag. 186. — *Per istud dictum feci mandatum pe plantario de benevento ne ulterius edificaret in opere donec visum fuisset de iure. Nota pro questione ad me. N. transmissa pro conscilio* (?) *per vicarium archiepiscopi beneventani.*

Pag. 246 — *Nota contra illa que allegabant advocati de Cazano.*

Pag. 299 — *Nota pro cobello ayferelli de benevento.*

Pag. 326 — *Nota tempus inductum in favorem debitoris quod facit ad questionem Thomasini de beneincasa.*

Pag. 329 — *Nota contra pe... heustasii... nicol... ferracis.*

Pag. 439 — *Nota de militibus nostri temporis. qui militelli sunt et non milites. Et quod advocati milites sunt et veri armare militem et illo eodem gaudere privilegio.*

Pag. 521 — *Nota contra advocatos ignorantes et pomposos.*

Pag. 534 — *Ego Nicolaus Rogerii de Podio die XXVI. Ianuarii. XIII. Ind. Apud Manuppellum cum infirmaretur quidam equs meus, Vovi Beato Antonio me oblaturum et daturum anno quolibet Carulenos duos in argento dispensandos iuxta mee voluntatis arbitrium intuitu dicti Beati Antonii.*

Pag. 544 — In margine inferiori huius paginae occurrit instrumentum electionis fratris Stephani Ordinis Predicatorum in Episcopum Salpensis Ecclesiae; illud edidit Caravita cum praecedenti nota in Opere: *I Codici e le Arti a Monte Cassino*, Tom. II. pag. 241. Haec electio fuit facta a Capitulo Salpensi anno 1301.

Pag. 602 — *Libellus super Criminalibus accusationibus. Et est libellus per se et valde utilis.*

Pag. 616 — *Nota materiam praticatam per me cum fui beneventi contra magistrum. C. de apicio habitantem beneventi.*

Pag. 643 — *Nota contra archiepiscopum Beneventi qui multa asportavit de Ecclesia. sancte suffie.*

CODEX LIX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 59 ET 227, INTERIORI VERO 94.
PLUTEO B.

Codex membranaceus in folio parvo, longitudinis metri 35/₀, latitudinis 23/₀, foliorum 179, characteribus saeculi XIV, iuxta specimen a Mabillonio allatum (*De Re Dipl.* L. 5. p. 373. Tab. XV. num. 1.) ex Codice S. Germani, duplici columna paginis distinctis. Habet pro compactura fragmenta Missarum Dominicae X, et XI post Pentecosten. Continet *Commentaria Incerti in Cantica Canticorum.* Hoc titulo exterius praesignatur, et eodem numero a Montfauconio recensetur. Quod vero Federicium et Montfauconium latuit, nobis innotuit, huiusmodi Commentariorum auctorem esse Thomam monachum Cisterciensis Abbatiae, qui desinente Saec. XII. floruit, et cui solemni sententia Raimundi Capisucci Magistri S. Palatii Apostolici adiudicata fuere anno 1655. contra Paulum Reatinum, qui Ioanni Scoto tribuenda esse praedicabat. Inter multos Codices MSS. in Cisterciensis Ordinis Abbatiis ab Oudin (Tom. II. col. 1574. Tom. III. col. 43) inspectos, hic Casinensis adnumerandus est, qui Thomae opus, primum 1521 Parisiis, deinde Lugduni 1571 typis editum, habent. Nos cum edit. Migne (*Patrol. Lat.* T. CCVI.) textum nostri Codicis contulimus. De Thoma Cisterciensi plura lector inveniet in *Biblioth. Scriptor. Ord. Cister.* Vischii, in *Apparatu Sacro* Antonii Passevinii, apud Cave, Oudin, aliosque.

Pag. 1 — In margine superiori legitur: LIBER PRIMUS. Incipit: CAPUT I. OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI. Incipit: *Hec est vox synagoge.....* Desinit: *cum patre, et spiritu sancto sine fine.*

Pag. 4 — II. QUIA MELIORA SUNT UBERA TUA VINO. Incipit: *Ac si diceret ideo...* Desinit: *perpetuo deum laudabimus.*

Pag. 5 — III. FRAGRANTIA UNGUENTIS OPTIMIS. Incipit: *Unguenta sunt optima...* Desinit: *confirmatum super capita eorum.*

Pag. 8 — IIII. OLEUM EFFUSUM NOMEN TUUM. Incipit: *Dicitur Christus oleum...* Desinit: *plenum gratie et veritatis.*

Pag. 9 — V. IDEO ADOLESCENTULE DILEXERUNT TE. Incipit: *Adolescentule sunt anime.....* Desinit: *Tertius consumat. deoque conformat.*

Pag. 14 — VI. TRAHE ME POST TE CURREMUS IN ODOREM UNGUENTORUM TUORUM. Incipit: *Huc usque synagoga...* Desinit: *filie populi mei.*

Pag. 17 — VII. INTRODUXIT ME REX IN CELLARIA SUA. Incipit: *Cellaria regis...* Desinit: *dei consolationes subiungit.*

Pag. 19 — VIII. EXULTABIMUS ET LETABIMUR IN TE. MEMORES UBERUM TUORUM SUPER VINUM. Incipit: *Quasi diceret...* Desinit: *Quarti super vinum.*

Pag. 22 — IX. RECTI DILIGUNT TE. Incipit: *Ideo non in nobis ipsis...* Desinit: *gradum dilectionis perveniunt.*

Pag. 24 — X. NIGRA SUM SED FORMOSA FILIE IERUSALEM. Incipit: *Postquam sancta ecclesia...* Desinit: *forma sponse.*

Pag. 29 — XI. SICUT TABERNACULA CEDAR SICUT PELLES SALOMONIS. Incipit: *Cedar fuit filius...* Desinit: *sicut pelles salomonis.*

Pag. 31 — XII. NOLITE CONSIDERARE QUOD FUSCA SIM. QUIA DECOLORAVIT ME SOL. Incipit: *Quasi diceret..:* Desinit: *ignis est charitas.*

Pag. 35 — EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDUS. CAPUT I. FILII MATRIS MEE PUGNAVERUNT ADVERSUS ME. Incipit: *Vox hec est primitive...* Desinit: *diffusius dicetur.*

Pag. 36 — II. Posuerunt me custodem in vineis. vineam meam non custodivi. Incipit: *Ac si diceret...* Desinit: *voluntatem tuam.*

Pag. 37 — III. Indica mihi quem diligit anima mea. ubi pascas. ubi cubes. in meridie. Incipit: *Ac si diceret...* Desinit: *unde subdit.*

Pag. 41 — IIII. Ne incipiam vagari.... sodalium tuorum. Incipit: *Sodales appellantur....* Desinit: *mundane miserie.*

Pag 44 — V. Si ignoras te..... tabernacula pastorum. Incipit: *Ac si diceret...* Desinit: *in quo lavantur sacerdotes.*

Pag. 45 — VI. Equitatui meo.... amica mea. Incipit: *Item dum male.....* Desinit: *eum ab helyseo.*

Pag. 46 — VII. Pulchre sunt.... sicut turturis. Incipit: *Consuetudo turturis....* Desinit: *genetue sicut turturis.*

Pag. 48 — VIII. Collum tuum sicut monilia. Incipit: *Collum sponse......* Desinit: *glorie induit eum.*

Pag. 50 — IX. Murenulas aureas... argento. Incipit: *Murenule sunt.......* Desinit: *de quo sequitur.*

Pag. 52 — X. Dum esset rex....... odorem suum. Incipit: *Christus accubitum......* Desinit: *in celis anime sanctorum.*

Pag. 54 — XI. Fasciculus mirre..... commorabitur. Incipit: *Mirra corpora....* Desinit: *revelabitur in nobis.*

Pag. 55 — XII. Botrus cipri... vineis engaddi. Incipit: *In cipro maiores.....* Desinit: *incipiant dulcescere.*

Pag. 57 — Liber tertius. I. Ecce tu pulchra... oculi tui columbarum. Incipit: *Bis dicit pulchram...* Desinit: *quod est deus.*

Pag. 60 — II. Ecce tu pulcher... et decorus. Incipit: *Qui in excelso...* Desinit: *claritatis sue.*

Pag. 62 — III. Lectulus noster floridus. Incipit: *Lectulus anime......* Desinit: *angelorum cognitio.*

Pag. 63 — IIII. Tinna domorum nostrarum cedrina. Incipit: *Tinna cedrina predicatores......* Desinit: *per desperationem.*

Pag. 66 — V. Laquearia nostra cypressina. Incipit: *Laquearia domum:.....* Desinit: *domus spiritualis.*

Pag. 71 — VI. Ego flos... convallium. Incipit: *Bene christus...* Desinit: *in secula seculorum.*

Pag. 75 — VII. Sicut lilium inter..... inter filias. Incipit: *Bene sponsa....* Desinit: *damnatione es.*

Pag. 79 — VIII. Sicut malus inter..... inter filios. Incipit: *Laudat eum...* Desinit: *angelos et sanctos.*

Pag. 83 — IX. Sub umbra... meo dulcis. Incipit: *In hac arbore...* Desinit: *inter gentes.*

Pag. 85 — X. Introduxit..... vinariam. Incipit: *Habito pro...* Desinit: *seculorum amen.*

Pag. 89 — XI. Fulcite me... amore langueo Incipit: *Sponsa eius...* Desinit: *cocleas ascendebant.*

Pag. 92 — XII. Leva eius..... amplexabitur me. Incipit: *Quia viderat eam.......* Desinit: *super manassem.*

Pag. 93 — I. Adiuro vos filie.... donec ipsa velit. Incipit: *Prohibentur adolescentule....* Desinit: *diffusius superius.*

Pag. 96 — II. Vox dilecti mei. Incipit: *Videns sponsa.....* Desinit: *vox dilecti mei.*

Pag. 98 — III. Ecce iste... transiliens colles. Incipit: *Non casu factum...* Desinit: *auro mundo.*

Pag. 103 — IV. Similis est.... cervorum. Incipit: *Similitudo est...* Desinit: *sequuti estis me.*

Pag. 107 — V. En ipse stat... per cancellos. Incipit: *Paries caro nostra...* Desinit: *investiganda.*

Pag. 110 — VI. Et dilectus meus loquitur mihi. Incipit: *Ad hoc venerat.....* Desinit: *amore langueo.*

Pag. 113 — VII. Surge proprera... et veni. Incipit: *Pro vicissitudine...* Desinit: *eius statim.*

Pag. 116 — VIII. Iam enim hyemps.... terra nostra. Incipit: *Hyemps designat...* Desinit: *ante dominum.*

Pag. 119 — IX. Tempus putationis advenit. Incipit: *Huius temporis....* Desinit: *ecce quartum.*

Pag. 121 — X. Vox turturis... terra nostra. Incipit: *Vox predicatoris......* Desinit: *orat pro nobis.*

Pag. 123 — XI. Ficus protulit grossos suos. Incipit: *Ficus protulit....* Desinit: *spiritus sancti.*

Pag. 124 — XII. Vinee florentes odorem dederunt. Incipit: *Per florem vinee......* Desinit: *genimine vitis.*

Pag. 126 — Liber V. I. Surge amica mea...

CAVERNIS MACERIE. Incipit: *Venerat sponsus.......* Desinit: *purificari qui ait.*

Pag. 130 — II. OSTENDE MIHI... AURIBUS MEIS. Incipit: *Ac si diceret.....* Desinit: *egyptiorum liberavit.*

Pag. 133 — III. VOX ENIM... DECORA. Incipit: *Dulcis est vox...* Desinit: *sit gloriosa.*

Pag. 135—IIII. CAPITE NOBIS.... VINEAS. Incipit: *Vulpes sunt...* Desinit: *deserti maris.*

Pag. 136 — V. DILECTUS MEUS.... UMBRE. Incipit: *Quasi diceret...* Desinit: *illi respondebo.*

Pag. 139 — VI. REVERTERE. SIMILIS... MONTES BETHEL. Incipit: *A nobis dilectus...* Desinit: *claritatis sue.*

Pag. 140 — VII. IN LECTULO MEO... ANIMA MEA. Incipit: *Lectulum...* Desinit: *ut a se cognoscatur.*

Pag. 143—VIII. QUAESIVI ILLUM ET NON INVENI. Incipit: *Mens humana...* Desinit: *capitulo est.*

Pag. 145 — IX. SURGAM... ET NON INVENI. Incipit: *Non est pigra...* Desinit: *viderint eum sic.*

Pag. 146 — X. INVENERUNT ME...... MEA VIDISTIS. Incipit: *Vigiles custodes......* Desinit: *pretio magno. etc.*

Pag. 149 — XI. PAULULUM CUM... ANIMA MEA. Incipit: *Pertransire debet....* Desinit: *deum glorificaverunt.*

Pag. 150 — XII. TENUI ILLUM... MEAE. Incipit. *Dilectus...* Desinit: *memoria mea est.*

Pag. 152 — LIBER VI. I. ADIURO VOS..... IPSA VELIT. Incipit: *In hoc utique...* Desinit: *eius voluntatem.*

Pag. 154 — II. QUAE EST... PIGMENTARII. Incipit: *Videns quilibet...* Desinit: *glorificatio eius.*

Pag. 157 — III. EN LECTULUM... AD BELLA DOCTISSIMI. Incipit: *Salomon pacificus....* Desinit: *non formidabis.*

Pag. 161 — IV. FERCULUM FECIT... FILIAS IERUSALEM. Incipit: *Tria sunt fercula....* Desinit: *numquam excidit.*

Pag. 163 — V. EGREDIMINI FILIE..... CORNU EIUS. Incipit: *Mater...* Desinit: *erit eis.*

Pag. 165 — VI. QUAM PULCHRA... INTRINSECUS LATET. Incipit: *Quia hoc...* Desinit: *tui columbarum.*

Pag. 166 — VII. CAPILLI TUI... DE MONTE GALAAD. Incipit: *Sicut per oculos...* Desinit: *sumus ascensuri.*

Pag. 167 — VIII. DENTES TUI... DE LAVACRO. Incipit: *Sicut in capillis...* Desinit: *deus noster.*

Pag. 173 — IX. SICUT VITTA... TUUM DULCE. Incipit: *Labia sponse...* Desinit: *quem plangebat.*

Pag. 174 — X. SICUT FRAGMEN... INTRINSECUS LATET. Incipit: *Per genas...* Desinit: *rem publicam.*

Pag. 176 — XI. SICUT TURRIS... ARMATURA FORTIUM. Incipit: *Supra dictum...* Desinit: *sunt superbiam.*

Pag. 178 — XII. DUO UBERA... ET INCLINENTUR UMBRE. Incipit: *Item predicatores.......* Desinit: *mentis humane.*

Pag. 179 — I. IBO AD MONTEM... LOQUAR SPONSE. Incipit: *In mirra mortificatio...* Desinit: *loquar subdit.*

II. TOTA PULCRA.... IN TE. Incipit: *Omnis anima...* Desinit: *mentis quietem.*

Pag. 184 — III. PULCHRE SUNT... TUA VINO. Incipit: *Sicut in oculis...* Desinit: *omnia aromata.*

Pag. 186 — VI. (Capitum IV. et V. desideratur divisio) FAVUS DISTILLANS... ODOR THURIS. Incipit: *Favus mel...* Desinit: *bona odoratur.*

Pag. 188 — VII. ORTUS CONCLUSUS... FONS SIGNATUS. Incipit: *Ortus est...* Desinit: *benivolentia.*

Pag. 190 — VIII. EMISSIONES TUE... FRUCTIBUS. Incipit: *Hec est ecclesia.....* Desinit: *luminis gloria.*

Pag. 194 — IX. FONS ORTORUM... DE LIBANO. Incipit: *Iste fons...* Desinit: *glorie veniunt.*

Pag. 195 — X. SURGE AQUILO... AROMATA ILLIUS. Incipit: *In aquilone.....* Desinit: *habetur in patria.*

Pag. 199 — XI. VENIAT DILECTUS... POMORUM SUORUM. Incipit: *Veniat Dominus...* Desinit: *facie ad faciem.*

Pag. 202 — XII. VENI IN ORTUM... AROMATIBUS MEIS. Incipit: *Veni sepissime.....* Desinit: *meis preparavi.*

Pag. 205 — INCIPIT LIBER OCTAVUS.

I. COMEDI FAVUM... CUM LACTE MEO. Incipit: *Favus sunt...* Desinit: *ortus irriguus.*

Pag. 208 — II. EGO DORMIO... VIGILAT. Incipit: *Ac si diceret...* Desinit: *fugam temptationis.*

Pag. 209 — III. APERI MIHI.... IMMACULATA MEA. Incipit: *Pulsat dilectus...* Desinit: *bene meminerimus.*

Pag. 211 — IV. Quia caput.... noctium. Incipit: *Caput christi...* Desinit: *a capite.*

Pag. 212 — V. Expoliavi me... inquinabo illos. Incipit: *Ac si aperte....* Desinit: *lavatio generaliter.*

Pag. 214 — VI. Dilectus meus.... ad tactum eius. Incipit: *Manum suam.....* Desinit: *per foramen.*

Pag. 215 — VII. Surrexi ut... mirra probatissima. Incipit: *Aperimus domino.....* Desinit: *et sinistram.*

Pag. 216 — VIII. Pessulum ostii...... atque transierat. Incipit: *Pessulum ostii......* Desinit: *deum diligentes.*

Pag. 220 — IX. Anima mea... respondit mihi. Incipit: *Quia vocem...* Desinit: *multa satisfactione.*

Pag. 221 — X. Invenerunt me...... custodes murorum. Incipit: *Custodes ecclesie...* Desinit: *fuit alacrior.*

Pag. 222 — XI. Adiuro vos..... amore langueo. Incipit: *Merito languet..* Desinit: *cum christo ad regnum.*

Pag. 226 — XII. Qualis est... adiurasti nos. Incipit: *Dilectus ex dilecto...* Desinit: *aspicientes in celum.*

Pag. 230 — I. Dilectus meus... ex millibus. Incipit: *Candidus quia...* Desinit: *ut faciamus.*

Pag. 233 — II. Caput eius... fluenta plenissima. Incipit: *Dicit apostolus...* Desinit: *mereamur gloriam.*

Pag. 240 — III. Gene illius..... mirram primam. Incipit: *Sicut in labiis.....* Desinit: *Deus in eternum.*

Pag. 242 — IV. Manus illius.... iacinthis. Incipit: *Merito post labia.....* Desinit: *maiestate eius.*

Pag. 244 — V. Venter eius.... saphirus. Incipit: *Venter dilecti....* Desinit: *in tribulatione glorificat.*

Pag. 246 — VI. Crura illius.... bases aureas. Incipit: *Crura Domini...* Desinit: *numquam excidit.*

Pag. 248 — VII. Species eius... ut cedri. Incipit: *Ne per singula...* Desinit: *nec auris audivit etc.*

Pag. 251 — VIII. Guttur illius.... desiderabilis. Incipit: *Si in labiis....* Desinit: *angeli conspicere.*

Pag. 252 — IX. De dilecto amico et filiabus ierusalem. Talis est... filie ierusalem. Incipit: *Descriptione dilecti...* Desinit: *miseris auxilium.*

Pag. 253 — X. Quo abiit... et queremus eum? Incipit: *Audientes filie.....* Desinit: *ipsum dilectum.*

Pag. 254 — XI. Dilectus meus... lilia colligat. Incipit: *Ortus iste est...* Desinit: *vitam in patientia.*

Pag. 256 — XII. Ego dilecto meo.... inter lilia. Incipit: *Ego dilecto meo....* Desinit: *astra matutina.*

Pag. 257 — Liber. X. I. Pulchra es... acies ordinata. Incipit: *Hec ierusalem....* Desinit: *opere efficaces.*

Pag. 259 — II. Averte oculos... me fecerunt. Incipit: *Ac si dicantur...* Desinit: *et amore.*

Pag. 260 — III. Capilli tui.... occultis tuis. Incipit: *In capillis...* Desinit: *sancte devotiones.*

Pag. 262 — IV. Sexaginta sunt... non est numerus. Incipit: Regine et concubine..... Desinit: *non possunt comprehendi.*

Pag. 263 — V. Una est columba.... genitricis sue. Incipit: *Una est quia.....* Desinit: *iustificabit in celo.*

Pag. 265 — VI. Viderunt eam.... laudaverunt eam. Incipit: *Magna laus est...* Desinit: *regine mariam.*

Pag. 267 — VII. Que est ista..... acies ordinata. Incipit: *Admiratur sinagoga...* Desinit: *perpetuum illustrantur.*

Pag. 271 — VIII. Descendi in ortum... mala punica. Incipit: *Ortus iste....* Desinit: *amplexabitur me.*

Pag. 276 — IX. Nescivi anima mea... aminadab. Incipit: *Sic ecclesia...* Desinit: *prius nescivit.*

Pag. 279 — X. Revertere. revertere.... intueamur te. Incipit: *Revertere ad agnitionem....* Desinit: *seculorum amen.*

Pag. 281 — XI. Quid videbis... choros castrorum. Incipit: *Ac aperte dicat...* Desinit: *deum videbimus.*

Pag. 282 — XII. O quam pulchri... filia principis. Incipit: *Primum gressus...* Desinit: *regis ab intus.*

Pag. 285 — (Recentiori manu: Incipit liber undecimus.) I. Iunctura feminum... manu artifi-

CIS. Incipit: *In feminibus.....* Desinit: *debet conparari.*

Pag. 287 — II. UMBILICI TRIPLEX FIGURA. UMBILICUS TUUS... INDIGENS POCULIS. Incipit: *Umbilicus fragillimum....* Desinit: *deo devotionem.*

Pag. 289 — III. VENTER TUUS... VALLATUS LILIIS. Incipit: *Venter mortalitatem...* Desinit: *portavit christe.*

Pag. 291 — IV. DUO UBERA... GEMELLI CAPREE. Incipit: *Temporales filii...* Desinit: *et conversationis.*

Pag. 293 — V. COLLUM TUUM SICUT TURRIS EBURNEA. Incipit: *Quia per collum...* Desinit: *iudicium et iustitiam.*

Pag. 294 — VI. OCULI TUI... FILIE MULTITUDINIS. Incipit: *Oculi isti...* Desinit: *sicci non sunt.*

Pag. 297 — VII. NASUS TUUS.... DAMASCUM. Incipit: *Quia per nasum...* Desinit: *pecoris tui.*

Pag. 298 — VIII. CAPUT CARMELO CONPARATUR RATIONE IMPOSITIONIS. CAPUT TUUM... VINCTA CANALIBUS. Incipit: *Caput sponse....* Desinit: *capitis nostri.*

Pag. 299 — IX. QUAM PULCHRA... UBERA TUA BOTRIS. Incipit: *Superius dicta.....* Desinit: *palme designantur.*

Pag. 301 — X. DIXI ASCENDAM... BOTRI VINEE. Incipit: *Dictum est de.....* Desinit: *eternam possidebit.*

Pag. 303 — XI. ET ERUNT UBERA... ILLIUS RUMINANDIS. Incipit: *Vere ubera...* Desinit: *sapientie funguntur.*

Pag. 305 — XII. EGO DILECTO.... CONVERSIO EIUS. Incipit: *Ac si diceret...* Desinit: *sumus consumpti. etc.*

Pag. 306 — I. VENI DILECTE... AD VINEAS. Incipit: *Set aiunt...* Desinit: *bonus odor sumus etc.*

Pag. 308 — II. VIDEAMUS SI... MALA PUNICA. Incipit: *Floreat vinea....* Desinit: *ter virgis cesus sum etc.*

Pag. 309 — III. IBI DABO TIBI UBERA MEA. Incipit: *Postquam venerimus...* Desinit: *incidit in latrones.*

Pag. 310 — IV. MANDRAGORE DEDERUNT ODOREM IN PORTIS NOSTRIS. Incipit: *Porte Christi...* Desinit: *revehit ad celum.*

Pag. 313 — V. OMNIA POMA... SERVAVI TIBI. Incipit: *Poma nova...* Desinit: *datur nobis.*

Pag. 314 — VI. QUIS MIHI DET... MATRIS MEE. Incipit: *Hec est vox...* Desinit: *ignorabat.*

Pag. 189 — De officio iudicis. *Honorius III. archiepiscopo sancti leonardi.* Incipit: *Ex litteris vestris...* Desinit: *haberi recursus.* Ibi col. 419.

De maioritate et obedientia. *Gregorius augustino anglorum episcopo.* Incipit: *Cum certum...* Desinit: *in expensis.* Ibi col. 422.

Pag. 192 — Praeter glossam ad Cap. VII. editionis (ibi col. 427), haec datur nota in margine: *Nota Caput de testibus. l. solam. et IIII. Quest. III. Item solam. in magnã glossa. ibi solam dicit sine reditione cause et cetera. Debet ergo testis dicere causam scientie sue ut ibi. I I. de testibus. Cum causam. Set si queratur ab eo de causa scientie et ipse Respondeat scio quia scio hec responsio cause scientie nulla est, quia idem est causa quod dictum est. ar. bono et expresso. ff. de petit. hered. l. qui interrogatur in fine. et l. s. nec ullam. in principio. huiusmodi autem causa scientie debet reddi secundum circumstantias factorum et qualitates sensuum,* (in margine: *scientie*) *nam si agatur de inventario facto et rebus defuncti in eo fideliter transcriptis debet testis in causa dicere quia vidit ut in aut. de heredi. et fal. cri. § si vero absint. coll. prima. Et idem in omnibus illis que sub propria visus qualitate possunt conprehendi secundum id Iohannis. XIX. et qui vidit testimonium perhibuit et verum est testimonium eius. Si autem petatur a teste de prolatis a testatore in sua ultima dispositione, debet dicere causam sui testimonii quia audivit ut C. de testa. l. Hac consultissi. § per nuncupationem. et idem est si aliquis velit producere testes ad probandum aliquam verbalem iniuriam vel simile. Set si aliquis inducatur in testem ad probandum vinum acidum vel mucidum, aut saporosum, ante degustationem vel post vel electuarium amarum vel dulce, sipidum, aut insipidum, debet testis in causa scientie dicere quia gustavit secundum id Iob. XII. Auris verba iudicat et fauces comedentis saporem. et philosophus in tertio ethicorum. Gustus enim est iudicium saporum quod faciunt qui viva* (vina) *probant et pulmenta condiunt. ar. ff. de dericu. et como. rei ven. l. I. in fine. et l. si quis vina. Si vero testis producatur in testimonium ad probandum aliquas species vel res odoriferas vel fetore corruptas, testis debet dicere in causa scientie quia odoravit eas secundum id genes. VIII. odoratus est dominus odorem suavitatis et ibidem. XXVII. statimque ut sentiit vestimentorum illius fragrantiam ait, ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Ubi autem inducitur testis ad probandum aliquos pannos lineos seu sericos esse molles vel suaves, seu asperos, tunc testis in causa scientie debet dicere de tactu iuxta illud quod scribitur in eodem XXVII. Genes. Dixitque ysaac accede huc ut tangam te filium et probem utrum tu sis filius meus esau, an non, et in prima epistola Iohannis circa principium. quod vidimus et perspeximus et manus nostre contractaverunt et Iohannis. XX. nisi tangan fixuras clavorum et cetera. et hec tanguntur per Innocent. in dicto. C. de testibus. cum causam licet plen. per eum per scripta autentica non probentur. Set circa hoc iur. ulterius rationabiliter et probabiliter dicendum, quod cum visus sit maxime sensuum qui cognoscere nos facit et multas differentias nobis demonstrat, sicut dicit philosophus in primo met. ipse visus tanquam plura conprehendens potest testificari de auditu ut id quod auditur dicitur videri. sicut scribitur exodi. XX. cunctus populus videbat voces et lampades et no. or. ff. de iti. actuque pri. l. I. §. II. ubi dicitur quod valet dictum testis dicentis se vidisse servitutem fuisse constitutam, potest etiam testificari visus de eo quod gustu percipitur, ut id quod gustatur proprie videri dicatur secundum id psalmi gustate et videte. sic legitur et no. III. quest. 9. IX. C. testes. in principio. et idem potest dici de eo quod tangitur vel palpatur ut id quod palpatur videri iudicetur sicut habetur luce. ultimo. palpate et videte, potest etiam conpetenter dici propter generalitatem et certitudinem huius visus ut id quod odore percipitur ad visum extendatur, unde dicimus vide quomodo sapit et quomodo redolet res ista, vel vide quomodo est calida vel frigida sic notat beate recordationis egregius doctor thomas de aquino in prima parte. LXVII. questionis articulo primo. Ubi quidem visus deficit frequenter alii sensus in eorum cognitione falluntur, ut ecce manus non videritis tangit aliquod asperum quod credit esse alterius speciei quam sit tactum, sicut ysaac deceptus fuit in tactu manus Iacob quem credidit esau sic habetur in dicto C. XXXVII. genes. prout etiam potest contingere in auditu, veluti si minus videns audiat vocem unius quam propter similitudinem vocis credit esse alterius, vel per odoratum percipiat odorem musci,*

cum tamen id quod odoratu percipitur non sit muscum set herba vel piscis habentes similitudinem illius odoris, vel si forte non videns gustet aliquod amarum unius speciei quod est alterius quorum multe sunt species in quibus casibus et multis aliis similibus non est dubium, quod deficiente visu fallitur interdum iudicium aliorum sensuum, et ideo cognitio visus est generalior et certior quam sit aliorum sensuum ut clare colligitur inst. de gradi. §. fin. propter quod etiam quilibet sensus visus nominatur ut augustinus dicit in libris de verbis domini et propter istam visus potentiam corporalis possexio alicuius rei que nobis corpore queritur cum animi voluntate ut. ff. de acquirenda possess. l. quemadmodum. ubi res est in conspectu per solum visum acquiritur ut. ff. de acquirenda possessione quod meo. §. si venditorem. Unde in omnibus que consistunt in pondere, numero vel mensura deficiente ponderatione numeratione, vel mensuratione, suplet visus per iustam extimationem que vocatur vulgariter ad oculum vel ad extimum sive as... num, sicut expresse colligitur et habetur. C. de conditis. in puplicis. orreis. l. I. in fine. l. X. que maxime extimatio necessaria est quando plures res diversorum hominum in eadem specie permiscentur. et petitur earum separatio, ut unicuique assignentur pro debita portione propter difficilem rerum permistarum discretionem, vel separationem. art. ff. de usufruct. l. usufructuarius. §. si vivariis. et eodem modo ipsa exstimatio ad oculum est necessaria, ubicumque cessat facultas ponderandi, numerandi, vel mensurandi, quia propter necessitatem fit ex communi exstimatione que fit per visum ar. ff. communi di. I. Item quamvis. §. I. ad quod accedit. ff. de fer. eadem. §. fine. ff. finium. regun. l. si inruptionem. in fine. B. de Capua.

In pagina sequenti praeter glossam communem additur et ista: Cum in Ecclesiis. *In istis casibus potest episcopus petere iuramentum a clericis. s. si conmictat alicui curam animarum, dignitatem vel personatum. i. de iur. iur. nullus. Item si consuetudo ecclesie hec habeat. i. de verbo. signo. cum clerici. Item si aliquis habeatur suspectus de obedientia ut hic. Item quando constituitur de novo ecclesia et clerici instituuntur ibidem. i. de no. oper. nunc. c. II. Nicolaus.* forsitan Nicolaus de Turdona, qui citatur in alia glossa pag. 195. Hae notae diversarum manuum sive textui, sive communi glossae additae, crebrae recurrunt in Codice.

Pag. 197 — De treuga et pace. *Alexander III. in consilio laterano.* Incipit: *Treugas a quarta feria...* Desinit: *congrua letentur.* Ibi col. 438.

Pag. 198 — De pactis. *Ex concilio africano.* Incipit: *Antinogus episcopus...* Desinit: *obligationem inducit.* Ibi col. 440.

Pag. 200 — De transactionibus. *Alexander III. sub. et dom. abbati.* Incipit: *Sicut grave...* Desinit: *videris postulare.* Ibi col. 444.

Pag. 203 — De postulando. *Ex consilio lateranensi.* Incipit: *Clerici in subdiaconatu...* Desinit: *benefitio spoliari.* Ibi col. 454.

Pag. 204 — De procuratoribus. *Gregorius saloven. episcopo.* Incipit: *Alia quidem...* Desinit: *huius repellendus.* Ibi col. 457.

Pag. 210 — De Sindico. *Gregorius papa P. subdiacono defensori sicilie.* Incipit: *Sicut studii...* Desinit: *esse quietos.* Ibi col 475.

De his que vi metusve causa fiunt. *Alexander III. ostiensi episcopo et priori Sancte Marie cesaraug.* Incipit: *Perlatum est...* Desinit: *condepnare.* Ibi col. 477.

Pag. 213 — De integra restitutione. *Alexander tertius alifan. episcopo.* Incipit: *Requisivit...* Desinit: *admittenda.* Ibi col. 486.

Pag. 220 — De alienatione iudicii evitandi causa facti. *Alexander III.* Incipit: *Ex quorundam...* Desinit: *conpescatis.* Ibi col. 503.

Pag. 221 — De arbitris. *Ex consilio africano.* Incipit: *Sane et infra....* Desinit: *non caveatur ibidem.* Ibi col. 505. Desinit glossa ut in editis: *per mortem alterius arbitrorum. supra de offic. deleg. uno delegatorum seu arbitrorum.*

Pag. 227 — Explicit liber primus. Incipit secundus. De iudiciis. *Ex consilio africano.* Incipit: *De Quovulldeo....* Desinit: *previa procedatis.* Ibi col. 521. Commentarium vero sic incipit: De quo vultdeo. *quem id est qui casus pro casu.....* Ibi eadem columna.

Pag. 235 — De foro competenti. *Ex consilio calcedonensi.* Incipit: *Si quis clericus.....* Desinit: *fuisset eidem.* Ibi col. 541.

Pag. 242 — De libelli oblatione. *Ex consilio apud sanctum medardum.* Incipit: *Ignarus....* Desinit: *in irritum.* Ibi col. 559.

Pag. 243 — De mutuis petitionibus. *Alexander III. ulteran. episcopo et abbati de spongia.* Incipit: *Ex litteris...* Desinit: *respondere.* Ibi c. 563.

Pag. 244 — De litis contestatione. *Gregorius IX. abbati sancti iohannis mumensi* (sic). Incipit: *Olim inter.....* Desinit: *nunciandum.* Ibi c. 565.

Ut lite non contestata non procedatur ad receptionem testium. *Innocentius III. abbati s. proculi et L. canonico bononiensi.* Incipit: *Ad hec et infra...* Desinit: *superius annotatam.* Ibi c. 567.

Pag. 250 — De iuramento calumpnie. *Honorius III.* Incipit: *Inherentes vestigiis...* Desinit: *pro confexo.* Ibi col. 583.

Pag. 253 — De dilationibus. *Alexander III. canturiensi et ingoniensi episcopis.* Incipit: *Dilecti filii...* Desinit: *duximus indulgendam.* Ibi col. 590.

Pag. 255 — De feriis. *Honor ex con.* Incipit: *Omnes dies.....* Desinit: *procexerit voluntate.* Ibi col. 590.

Pag. 258 — De ordine cognitionum. *Clemens III. lantera. episcopo.* Incipit: *Intelleximus...* Desinit: *repellatur.* Ibi col. 599.

Pag. 260 — De plus petitionibus. *Gregorius IX.* Incipit: *Consilium providentie...* Desinit: *quod debetur.* Ibi col. 606.

De causa poxexionis et proprietatis. *Gregorius felici sicilie.* Incipit: *Susceptis...* Desinit: *voluerit potestatem.* Ibi col. 607.

Pag. 264 — De restitutione spoliatorum. *Gregorius costantiensi episcopo.* Incipit: *Licet multa...* Desinit: *iudicamus.* Ibi col. 621.

Pag. 275 — De dolo et contumacia. *Alexander III. episcopo herofodensi.* Incipit: *Ad hec....* Desinit: *publice proponatur.* Ibi col. 647.

Pag. 282 — De eo qui mictitur in possessione causa rei servande. *Alexander III. priori et fratribus tetigisbur.* Incipit: *Constitutis...* Desinit: *inducaris.* Ibi col. 665.

Pag. 283 — Ut lite pendente nihil innovetur. *Alexander III. eboracensi archiepiscopo.* Incipit: *A memoria....* Desinit: *sibi formam.* Ibi columna 669.

Pag. 285 — De sequestratione poxexionum et fructuum. Idem Incipit: *Ad hec.....* Desinit: *sequestrari.* Ibi col. 674.

Pag. 286 — De confessis. *Clemens III.* Incipit: *Cum monasterium....* Desinit: *generetur.* Ibi col. 677.

Pag. 287. — De probationibus. Inscriptione deficiente, incipit: *Ex epistole...* Desinit: *procuretis.* Ibi col. 680.

Pag. 295 — De testibus et attestationibus. *Ex consilio maticensi.* Incipit: *Placuit sancto.....* Desinit: *repellantur.* Ibi col. 701.

Pag. 317 — De testibus cogendis vel non. *Alexander III. parisiensi electo.* Incipit: *Causam matrimonii.....* Desinit: *testimonium veritati.* Ibi col. 757.

Pag. 320 — De fide instrumentorum. *Gregorius IX.* Incipit: *Si scripturam...* Desinit: *habitura.* Ibi col. 767.

Pag. 329 — De presumptionibus. *Salomon in parabolis.* Incipit: *Sicut noxius est......* Desinit: *ostendatur.* Ibi col. 785.

Pag. 334 — De iureiurando. *Gregorius IX.* Incipit: *Ex amministrationis...* Desinit: *videat deferendum.* Ibi col. 796.

Pag. 350 — De exceptionibus. *Celestinus III.* Incipit: *Denique...* Desinit: *litteras inpetrare.* Ibi col. 833.

Pag. 356 — De prescriptionibus. *Idem ex consilio africano.* Incipit: *Placuit...* Desinit: *conscientiam aliene.* Ibi col. 833.

Pag. 365 — De sententia et re iudicata. *Gregorius.* Incipit: *Sententia contra...* Desinit: *habere vigorem.* Ibi col. 875.

Pag. 375 — De appellationibus et relationibus et recusationibus. Rubrica. *Alexander III. exon. episcopo. et decano londonensi.* Incipit: *Dilecti filii....* Desinit: *duxeritis exprimendas.* Ibi col. 905.

Pag. 403 — De peregrinantibus. *Celestinus III.* Incipit: *Conquerente...* Desinit: *restitui faciatis.* Ibi col. 981.

De confirmatione utili vel inutili. *Alexander III.* Incipit: *Si quis rei....* Desinit: *integre respondere.* Ibi col. 982. Desinit commentarium: *ut infra de privileg. cum et plantare §. penul. et cap. tuas. et cap. penult.* Ibi. col. 990.

Pag. 407 — Explicit liber secundus. Incipit liber tertius. De vita et honestate clericorum. *Ex consilio maguntino.* Incipit: *Ut laici.....* Desinit: *defendas eosdem.* Ibi col. 991. Incipit

commentarium: *Ut laici supra statuimus*... Ibi col. eadem.

Pag. 411 — De cohabitatione clericorum et mulierum. *Ex concilio maguntino*. Incipit: *Inhibendum est*... Desinit: *celari non possit*. Ibi c. 1001.

Pag. 413 — De clericis coniugatis. *Alexander III*. Incipit: *Si qui clericorum*... Desinit: *habitum clericalem*. Ibi col. 1008.

Pag. 416 — De clericis non residentibus in ecclesia vel prebenda. *Ex con. sardicensi*. Incipit: *Non liceat*.... Desinit: *ostenderit spoliare*. Ibi col. 1014.

Pag. 420 — De prebendis et dignitatibus. *Ex consilio pictaviensi*. Incipit: *Ut nullus*.... Desinit: *denuncties non tenere*. Ibi col. 1025.

Pag. 434 — De clerico egrotante. *Gregorius candido episcopo urbevetano*. Incipit: *Cum percussio*... Desinit: *adhibendus*. Ibi col. 1059.

Pag. 435 — De institutionibus. *Ex consilio arelatensi*. Incipit: *Non amplius*..... Desinit: *non haberet*. Ibi col. 1063.

Pag. 437 — De concessione prebende vel ecclesie non vacantis. *Gelasius papa ad romanos*. Incipit: *Qui in vivorum*... Desinit: *attemplare presumat*. Ibi col. 1068.

Pag. 445 — Ne sede vacante nichil aliud innovetur. *Innocentius III. priori et conventui glaston*. Incipit: *Novit ille*... Desinit: *duximus reprobandas*. Ibi col. 1087.

Pag. 446 — De hiis que fiunt a prelato sine consensu capituli. Rubrica. *Ex concilio apud valentiam*. Incipit: *Irrita erit*... Desinit: *dignoscuntur*. Ibi col. 1091.

Pag. 450 — De hiis que fiunt a maiori parte capituli. Rubrica. *Ex consilio later*. Incipit: *Cum in cunctis*..... Desinit: *sententia plurimorum*. Ibi col. 1099.

Pag. 451 — Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. *Innocentius III. archiepiscopo mediolanensi*. Incipit: *Et nostrum*..... Desinit: *cupiunt excludantur*. Ibi col. 1104.

Pag. 453 — De rebus ecclesie alienandis vel non. *Ex consilio tolletano*. Incipit: *Consensus*..... Desinit: *conpellendis*. Ibi col. 1109, Cap. III. Capita 1 et 2 tituli XIII editionis, in Codice pertinent ad titulum antecedentem.

Pag. 456 — De precariis. *Ex consilio apud belluacum*. Incipit: *Precarie de quinquennio*... Desinit: *revocande*. Ibi col. 1116.

Pag. 457 — De comodato. Incipit: *Cum gratia*... Desinit: *set iuvari*. Ibi col. 1118.

De deposito. *Alexander III. ludonensi episcopo*. Incipit: *Gravis illa*... Desinit: *credatur habere*. Ibi col. 1119.

Pag. 458 — De emptione et venditione. *Ex concilio apud valentiam*. Incipit: *Placuit ut*... Desinit: *non valebit*. Ibi col. 1121.

Pag. 460 — De locato et conducto. *Clemens III*. Incipit: *Ex rescripto*... Desinit: *interpellet*. Ibi col. 1127.

Pag. 461 — De rerum permutatione. *Ex consilio apud fil*. Incipit: *Si principes*... Desinit: *decernatis*. Ibi col. 1133.

Pag. 463 — De feudis. *Innocentius III. mauriensi episcopo*. Incipit: *Insinuatione*..... Desinit: *rehabere*. Ibi col. 1139.

Pag. 464 — De pignoribus et aliis cautionibus. *Ex consilio remensi*. Incipit: *Nullus presbyter*... Desinit: *conpellatis*. Ibi col. 1141.

Pag. 467 — De fideiussionibus. *Ex consilio cantuariensi*. Incipit: *Clericus*..... Desinit: *debeat liberare*. Ibi col. 1148.

Pag. 469 — De solutionibus. *Alexander III. decano et capitulo morin*. Incipit: *Ad hec*.... Desinit: *recepisset*. Ibi col. 1152.

De donationibus. *Gregorius. a. patricio gallorum*. Incipit: *Prudenter*.... Desinit: *successores*. Ibi col. 1156.

Pag. 474 — De peculio clericorum. *Ex consilio arelatensi*. Incipit: *Investigandum*... Desinit: *elargiri*. Ibi col. 1166.

De testamentis et ultimis voluntatibus. *Gregorius ant. subdiacono*. Incipit: *Quorumdam*..... Desinit: *non debet*. Ibi col. 1168. In margine pag. 475. legitur:

Est pro non scriptum, defuncto forte relictum.
Testatore cadens vino, fit in causa caduci.
Set post fata cadens, testantis dico caducum.

Pag. 484 — De successionibus ab intestato. *Ex consilio apud alcen. habito*. Incipit: *Set hoc*.... Desinit: *imponatur*. Ibi col. 1195.

Pag. 486 — De sepulturis. *Leo III*. Incipit: *Nos instituta*.... Desinit: *ecclesiastica conpellendi*. Ibi col. 1199.

Pag. 491 — De parrochiis et alienis parrochianis. *Ex con. africano.* Incipit: *Si episcopus...* Desinit: *respondere.* Ibi col. 1209.

Pag. 492 — De decimis primitiis et oblationibus. *Ieronimus super ezechiele.* Incipit: *Decimam...* Desinit: *presumant.* Ibi col. 1213.

Pag. 503 — De regularibus et transeuntibus ad religionem. *Ex consil. magunt.* Incipit: *Nullus...* Desinit: *revertantur.* Ibi col. 1238.

Pag. 512 — De conversione coniugatorum. *Alexand. III. Ulgen. episcopo.* Incipit: *Preterea utrum...* Desinit: *libere convolare.* Ibi col. 1257.

Pag. 520 — De conversione infidelium. *Celestinus III.* Incipit: *Laudabilem...* Desinit: *assignari.* Ibi col. 1275.

Pag. 521 — De voto et voti redemptione. *Alexander III. exonen. episcopo.* Incipit: *De peregrinationis...* Desinit: *deputata.* Ibi col. 1277.

Pag. 528 — De statu monachorum et canonicorum regularium. *Gregorius IX.* Incipit: *Theodosius...* Desinit: *observari.* Ibi col. 1289.

Pag. 536 — De religiosis domibus ut episcopo sint subiecte. *Gregorius victori archiepiscopo neapolitano.* Incipit: *Nunc autem....* Desinit: *monasteriis presidere.* Ibi col. 1302.

Pag. 540 — De cappellis monachorum et aliorum religiosorum. *Urbanus III.* Incipit: *In ecclesiis.....* Desinit: *ecclesiasticam conpellas.* Ibi col. 1311.

Pag. 541 — De iure patronatus. *Ex consilio mediolanensi.* Incipit: *Relatum est.....* Desinit: *ut pote potiorem.* Ibi col. 1315.

Pag. 550 — De censibus exactionibus et procurationibus. *Ex consilio apud garm.* Incipit: *Sancitum est...* Desinit: *extorquere presumat.* Ibi. col. 1338.

Pag. 559 — De consecratione ecclesie vel altaris. *Alexander III.* Incipit: *Ad hec si altare...* Desinit: *poterit consecranda.* Ibi. col. 1359. In margine, versus isti leguntur:

Motio, fractura mense, conbustio dura.
Templi rasura, sacrando dat nova iura.
Mors et adulterium coitusque reconsiliandi.

Pag. 561 — De celebratione missarum et sacramento eucharistie et divinis offitiis. *Ex consilio agathensi.* Incipit: *Presbyter matutinali...* Desinit: *ipsum prives.* Ibi. col. 1363. In pag. 563. datur glossa sub nomine Bar. de Capua. In hac glossa quae incipit: *Quid ergo de concubinis clericorum...* citatur constitutio regni in l. *Rex Guillelmus.* In pag. 568. occurrunt versus sequentes:

In cruce pendentem christum pro te morientem.
Deseris in missa quotiens discedis ab ipsa.

Pag. 570 — De baptismo et eius effectu. *Alexander III.* Incipit: *Si quis...* Desinit: *ecclesiastico deponatur.* Ibi col 1381.

Pag. 576 — De presbytero non baptizato. *Ex consilio apud conpedium.* Incipit: *Si quis....* Desinit: *contrarium probaretur.* Ibi col. 1390.

Pag. 578 — De custodia eucharistie et crismatis et aliis sacramentis. *Innocentius III. in consilio generali.* Incipit: *Statuimus ut...* Desinit: *in prophanis.* Ibi. col. 1393.

De reliquiis et veneratione sanctorum. *Alexander III.* Incipit: *Audivimus quod quidam....* Desinit: *fieri consuevit.* Ibi. col. 1394.

Pag. 579 — De observatione ieiuniorum. *Innocentius III. clericis sancti petri magolen.* Incipit: *Ex parte vestra.....* Desinit: *voluerit abstinere.* Ibi. col. 1395.

Pag. 580 — De purificatione post partum. *Innocentius III. armacanensi archiepiscopo.* Incipit: *Volens et infra.....* Desinit: *inprobandam.* Ibi col. 1398.

Pag. 580 — De ecclesiis edificandis vel reparandis. *Ex concilio maguntino.* Incipit: *Quicumque...* Desinit: *salubriter providere.* Ibi col. eadem.

Pag. 582 — De inmunitate ecclesiarum vel cimiteriorum et reliquiarum. *Ex sinodo iohannis pape.* Incipit: *Ut in domibus...* Desinit: *faciunt se indignos.* Ibi col. 1402.

Pag. 585 — Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se misceant. *Ex consilio maguntino.* Incipit: *Multa sunt.....* Desinit: *firmiter observari.* Ibi col. 1409. Desinit commentarium: *predictis penis obnoxii.* In pag. 588. occurrunt isti versus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Si sit affinis, vel si coire nequibis.
Hec socianda vetant, connubia iuncta retractant.

Pag. 589 — Explicit liber tertius. Incipit IV. De sponsalibus et (matrimoniis). *Ex consilio*

tribur. Incipit: *De francia quidam*... Desinit: *habere uxorem*. Ibi col. 1419. Incipit commentarium: *De francia et infra. lege. quam putabat esse substantiam*... Ibi littera C.

Pag. 598 — De sponsatione impuberum. *Hormuca eusebio episcopo*. Incipit: *Tua fraternitas*... Desinit: *subarrata*. Ibi col. 1445.

Pag. 603 — De clandestina desponsatione. *Ex consilio arelatensi*. Incipit: *Si quis clam*... Desinit: *effugiet ultionem*. Ibi col. 1458.

Pag. 604 — De sponsa duorum. *Augustinus de fide pactionis et consensus*. Incipit: *Duobus modis*... Desinit: *poterit irritari*. Ibi col. 1462.

Pag. 605— De conditionibus appositis. in desponsatione vel aliis contractibus. *Ex consilio africano*. Incipit: *Quicumque*..... Desinit: *adiectis haberi*. Ibi col. 1465.

Pag. 607 — Qui clerici vel voventes matrimonium contrahere possunt. *Alexander III. remensi archiepiscopo*. Incipit: *De diacono*... Desinit: *cohercere* Ibi. col. 1471.

Pag. 609 — De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. *Alexander III. abbati sancti albani*. Incipit: *Propositum est*... Desinit: *adulterio polluisset*. Ibi col 1478.

Pag. 612 — De coniugio leprosorum. *Alexander III. canturiensi archiepiscopo*. Incipit: *Pervenit ad nos*... Desinit: *fuerit consumatum*. Ibi. col. 1485.

De coniugio servorum. *Adrianus papa sanctebурgen. archiepiscopo*. Incipit: *Dignum est*... Desinit: *apostolica facultatem*. Ibi. col. 1487.

Pag. 613 — De natis ex libero ventre. *Gregorius*. Incipit: *Indecens esse*... Desinit: *revocentur*. Ibi. col. 1491.

De cognatione spirituali. *Alexander III. salernitano archiepiscopo*. Incipit: *Utrum autem*.... Desinit: *inponentes*. Ibi. col. 1491.

Pag. 615 — De cognatione legali. *Nicolaus ad consulta bulgariorum*. Incipit: *Si qua*... Desinit: *non possunt*. Ibi. col 1498.

Pag. 616 — De eo qui cognovit consanguineam uxoris sue. *Ex consilio apud matim*. Incipit: *Si quis*.... Desinit: *censura conpellas*. Ibi col. 1499.

Pag. 619 — De consanguinitate et affinitate. *Alexander III. casinensi abbati*. Nullum dubium est hanc epistolam Casinensi Abbati a Pontifice Alexandro III. missam fuisse; nam de archipresbytero Plumbariolae est sermo; quod castrum in spiritualibus et temporalibus Casinensium iurisdictioni subiacebat. In Codice vero aperte legitur: *Casinensi abbati*. Incipit: *Ex litteris tuis*.... Desinit: *matrimonialiter copulari*. Ibi col. 1507.

Pag. 622 — De frigidis et malefitiatis. *Inc. V. l. XX.* (sic). Incipit: *Accepisti mulierem*... Desinit: *inter eos*. Ibi col. 1517.

Pag. 625 — De matrimonio contracto contra interdictum ecclesie. *Alexander III. paduanensi episcopo*. Incipit: *Lictere quas*... Desinit: *iure stare*. Ibi col. 1527.

Pag. 626 — Qui filii sunt legitimi. *Alexander III*. Incipit: *Conquestus est*... Desinit: *reputari*. Ibi col. 1530.

Pag. 633 — Qui matrimonium accusare possunt vel testificari. *Alexander III. parmen. episcopo*. Incipit: *Relatum est*... Desinit: *non existat*. Ibi col. 1546.

Pag. 635 — De divortiis. *Ex con. apud vacinac*. Incipit: *Si qua mulier*... Desinit: *prohibentes*. Ibi col. 1552.

Pag. 639 — De donationibus inter virum et uxorem et de dote post divortium restituenda. *Ex consilio habito apud varmaciam*. Incipit: *Mulieres cum*..... Desinit: *contrarium indicatur*. Ibi col. 1562.

Pag. 641 — De secundis nuptiis. *Alexander III*. Incipit: *Cappellanum*... Desinit: *imitari*. Ibi col. 1570.

Desinit commentarium huius libri: *circa principium coll. VIII. t.* Ibi col. 1572.

Pag. 643—Deleto titulo ut litterae initiali sufficiens daretur spatium, incipit liber V. *Felix papa. Si legitimus*..... Desinit: *penitus interdicta*. Ibi col. 1373. Incipit commentarium huius libri: Si legitimus. *legitimus ideo dicit*... Ibi littera A.

Pag. 656 — De calumpniatoribus. Rubrica. *Gregorius auten. subdiacono*. Incipit: *Cum fortius*... Desinit: *prosiliant prelatorum*. Ibi col. 1604.

Pag. 657 — De symonia. Ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promictatur. *Gregorius generali synodo presidens*. Incipit: *Inordinato*...... Desinit: *non teneri*. Ibi col. 1605.

In pag. 659 margine, legitur:

Recta vel obliqua simonem dant vel giezi.
Lex terrenalis iubet et spiritualis.
Ne sit venalis benedictio pontificalis.
Ad simonis igitur qui tractat honores.
Tendit ad inferna privatus luce superna.

Pag. 675 — Ne prelati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedant. *Alexander III. in con. lateranensi.* Incipit: *Preterea quidam...* Desinit: *pacifice poxidere.* Ibi col. 1647,

Pag. 676 — De magistris et ne aliquid exigant pro licentia docendi. *Ex consilio lateranensi.* Incipit: *Quoniam ecclesia...* Desinit: *domini operantes.* Ibi col. 1649.

Pag. 678 — De iudeis et sarracenis et eorum servis. *Ex consilio maticen.* Incipit: *Presenti consilio......* In Codice, avulso folio desideratur finis huius tituli, et initium tituli sequentis, qui desinit: *tenebantur astricti.* Ibi a col. 1654. ad col. 1686. In margine pag. 685 leguntur isti versus:

Que cum mortali fiunt dant bona terra (terrae?).
Cor faciunt habile minuunt tormenta gehenne.
Illa reviviscunt que mortificata fuerunt
Vivere non possunt que mortua nata fuerunt.

Pag. 693 — De scismaticis. *Ex consilio lateranensi.* Incipit: *Quod a predecessore....* Desinit: *dispensandi.* Ibi col. 1687.

Pag. 694 — De apostatis et reiterantibus baptisma. *Alexander III.* Incipit: *Preterea clerici...* Desinit: *sic suscepto.* Ibi col. 1688.

Pag. 695 — De hiis qui filios suos occidunt. *Alexander III. tornacensi episcopo.* Incipit: *Veniens ad nos.....* Desinit: *in pane et aqua.* Ibi col. 1692.

Pag. 696 — De infantibus et languidis expositis. *Gregorius IX.* Incipit: *Si a patre...* Desinit: *aliquod vendicare.* Ibi col. 1694.

De homicidio voluntario vel casuali. In exodo. Incipit: *Si quis per industriam...* Desinit: *impediri.* Ibi col. 1695.

Pag. 707 — De torneamentis. Incipit: *Felicis memorie......* Desinit: *unctione perunctus.* Ibi col. 1717.

Pag. 708 — De clericis pugnantibus in duello. *Alexander III.* Incipit: *Porro si clericus...* Desinit: *dispensari.* Ibi col. 1718.

De sagittariis. Innocentius. R. Incipit: *Artem illam...* Desinit: *prohibemus.* Ibi col. 1720.

De adulteriis et stupro. Rubrica. Incipit: *Si seduxerit...* Desinit: *declinare.* Ibi col. eadem.

Pag. 710 — De raptoribus et incendiariis et violatoribus ecclesiarum. *Ex con. meldensi.* Incipit: *De illis autem.....* Desinit: *sint persone.* Ibi col. 1725.

Pag. 712 — De furtis. *Innoc. ex exodo.* Incipit: *Qui furatur......* Desinit: *promovere.* Ibi col. 1730.

Pag. 713 — De usuris. *Alexander III. in cons. turonensi.* Incipit: *Plures....* Desinit: *vendilurus.* Ibi col. 1732.

Pag. 718 — De crimine falsi. *Augustinus.* Incipit: *Falsidicus...* Desinit: *inponatis.* Ibi col. 1745.

Pag. 721 — De sortilegis. *Ex penitentiali theodori.* Incipit: *In tabulis....* Desinit: *dapnantes.* Ibi col. 1754.

Pag. 722 — De collusione. *Gregorius universis episcopis de contrinth.* Incipit: *Scripta fraternitatis vestre...* Desinit: *inquirenda.* Ibi col. 1756.

Pag. 723 — De delicto puerorum. *Gregorius.* Incipit: *Pueris grandusculis.....* Desinit: *requirat.* Ibi col. 1759.

Pag. 724 — De clerico venatore. *Ex consilio Aurelianensi.* Incipit: *Episcopum...* Desinit: *interdicimus.* Ibi col. 1761.

De clerico percusore. Incipit: *Si quis...* Desinit: *exercere.* Ibi col. 1762.

Pag. 725 — De maledictis. *Clemens III.* Incipit: *Innotuit nobis...* Desinit: *ponantur.* Ibi col. 1764.

De clerico excomunicato vel interdicto ministrante. *Ex canone apostolorum.* Incipit: *Si quis episcopus...* Desinit: *anathemate feriendus.* Ibi col. 1766.

Pag. 729 — De non ordinato ministrante. *Honorius papa.* Incipit: *Si quis...* Desinit: *transferendum.* Ibi col. 1775.

Pag. 730 — De clerico per saltum promoto. *Innocentius III. elonicensi episcopo.* Incipit: *Tue lictere......* Desinit: *in ordine sacerdotis.* Ibi col. 1777.

De eo qui furtive ordines suscepit. *Alexander III. lingonensi episcopo.* Incipit: *Veniens ad nos...* Desinit: *letentur.* Ibi col. 1778.

Pag. 731 — De excessibus prelatorum et subditorum. *Alexander III.* Incipit: *Pervenit.....* Desinit: *secularis.* Ibi col. 1780.

Pag. 739—De novi operis nunctiatione. *Lucius III. paduen. episcopo.* Incipit: *Intelleximus...* Desinit: *probare volentem.* Ibi col. 1798.

Pag. 741 De privilegiis et escessibus privilegiorum. *Leo papa.* Incipit: *Episcopalia...* Desinit: *utilitatis afferre.* Ibi col. 1803.

Pag. 757 — De purgatione canonica. *Ex con. triburiensi.* Incipit: *Nobilis homo.....* Desinit: *alioquin et cetera.* Ibi col. 1835.

Pag. 763 — De purgatione vulgari. *Celestinus III.* Incipit: *Cum suscepti...* Desinit: *conpellas.* Ibi col. 1849.

Pag. 764—De iniuriis et dapno dato. *In exodo.* Incipit: *Si rixati fuerint...* Desinit: *nil obmisit.* Ibi col. 1851.

Pag. 765 De penis. *Ex consilio toletano.* Incipit: *Ea que frequenti...* Desinit: *absolutos.* Ibi col. 1855.

Pag. 768 De penis et remissionibus. *Calistus papa.* Incipit: *Manifesta peccata...* Desinit: *eligere confessorem.* Ibi col. 1863.

In margine inferiori pag. 771, leguntur versus sequentes:

Qui facit incestum, deflorat vel sodomita.
Sacrilegus, patrum percussor, seu homicida.
Et voti fractor, periurus sacrilegusque.
Pontificem querant nec non et qui miserit ignem,
De istis non potest absolvere sinpliciter sacerdos.

Pag. 773 — De sententia excomunicationis. *Alexander III. senonensi archiepiscopo.* Incipit: *Super eo...* Desinit: *temperandus.* Ibi col. 1876.

Occurrunt hi versus in pag. 776:

Femina, claustralis, servus puerique senexque.
Pauper, et infirmus, vel quem timor impedit hostis.
Ianitor, et moriens, possunt a presule absolvi.

Pag. 795 — De verborum significatione. *Ieronimus super osee.* Incipit: *Innovate novale......* Desinit: *aliter disponendum.* Ibi col. 1931.

Pag. 806 — De regulis iuris. *Iohannes chrisostomus.* Incipit: *Omnis res....* Desinit: *facere conpellatur.* Ibi col. 1961. Desinit commentarium ut in editis: *de pactis pactiones. Ber.*

In margine pag. 807 leguntur hi versus:

Est verum vite doctrine iustitieque.
Primum sempertene duo propter scandala linque.

CODEX LXIV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 64 ET 89, INTERIORI VERO 343.
PLUTEO Z.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 41/₀, latitudinis 27/₀, paginarum 538 duplici columna distinctarum, characteribus Latinis Saec. XII. vel sequentis ineuntis. Continet *Decretum Gratiani* cum paucis marginalibus scholiis. Olim hic Codex notatus erat num. 130. Montfauconius eius meminit sub num. 64 his verbis: *Nomina Pontificum usque ad Alexandrum III metrice scripta. Decreta Gratiani.* Et revera 1. pag. Pontificum series occurrit, quam Papebrochius edidit (*Bolland.* Maji, par. 2. pag. 27.), et Ioannes Georgius Eccard in *Corpore Histor. Medii Aevi* T. 2. pag. 12. eamque in *Florilegio* dabimus, ut de lectionum varietate lector judicium ferre queat.

Habet pro compactione 4 folia e duobus Codicibus XI. Saec. desumpta, quae continent fragmentum XXXIX Homiliae S. Gregorii Magni in Evangelium: *Cum appropinquaret Iesus Ierusalem*; initium Homiliae in Evangelium: *Egressus Iesus de templo*, quae integra reperitur in Cod. 102, pag. 650, sub nomine D. Augustini, dum hic S. Hieronymo tribuitur; partem Homiliae in Evangelium: *Homo quidam erat dives...*, quae in Cod. 310, fol. 189 recurrit; fragmentum Homiliae Origenis in Evangelium: *Quidam legisperitus surrexit...*, quae legitur in Cod. 310, fol. 191; partem Homiliae in Evangelium: *Ibat Iesus in civitatem, quae vocatur Naim*, quam integram exhibet Cod. 102, pag. 569; initium Homiliae Ven. Bedae in Evangelium: *Cum intrasset Iesus in domum...*, quae reperitur in Cod. 102 pag. 582, et finem Homiliae in Evangelium: *Nemo potest duobus dominis servire*, quae legitur in eodem Cod. pag. 540. Cum vero scripturarum frustulis, quae in Codicum compactione inveniuntur, peculiarem operam dabimus, haud ita enucleate deinceps de ipsis erit sermo.

Capitalibus litteris vario colore depictis perelleganti stylo, qui Caroli Andegavensis aetatem sapit, paginae decorantur. Capitalis littera H. in duplici aurata acie exhibet Salvatorem sedentem, qui duobus viris laeva manu tradit membranam in qua explicata legitur: *Ius naturale*, et dextera benedicit; inferius vero Iustinianum imperiali sella insidentem, corona redimitum, et sceptrum prae manibus habentem, qui duobus aliis, quorum unus pileatus, aliam membranam tradit, inscriptam his verbis: *Mos et Ius Iustinianum.*

Pag. 1 — In hac prima pagina extat Catalogus Romanorum Pontificum a Nicolao Miniacutio Canonico Lateranensi, qui Eugenii III tempore vivebat, versibus digestus, et usque ad Alexandrum III. deinde perductus. Editus fuit a Io. Georgio Eccardo in *Corpore Historico Medii Aevi* Tom. 2. pag. 12.; ibi tamen caret duobus postremis versibus, quibus in Codice concluditur. Eum quoque edidit Daniel Papebrochius in *Conatu Chronico Historico* ad Catalogum Romanorum Pontificum Propilaei mensis Maii Bollandiani, Part. 2. pag. 27. Ibi adest nomen auctoris huius Catalogi, qui ad Alexandrum III quidem pertingit, ut hic noster.

Pag. 2 — INCIPIUNT CAPITULA DECRETORUM A GRATIANO IN ORDINE REDACTORUM. ET PRIMUM PRIME PARTIS HUMANUM GENUS. Incipit: *In prima parte agitur...* Desinit: *duo metropolitani esse non debeant.* Hac sinopside huius primae Causae, et sequentium, in quas hoc Opus dividitur, caret editio Parisiensis I. P. Migne, cum qua hunc Codicem contulimus. Hanc et sequentes hic dare censui-

COD. LXIV.


TAB. V.

PAGINA CCLX.




COD. LXV.

PAGINA CLXXV.




COD. LXVI.

PAGINA CCXLVIII.



COD. LXVII.

PAGINA XLIX.



LIT. CAB.


UNIV.
OF
MICH.

mus, ut Operis integritas hoc Codice compleatur.

In prima parte agitur de iustitia naturali et positiva. tam constituta quam inconstituta que cui preponatur. de iure civili et ecclesiastico quod cui preferatur. de auctoritate etiam canonici scripturarum. conciliorum. tam generalium quam provintialium. decretalium quoque epistolarum. nec non aliarum scripturarum que autentice vocantur. Agitur etiam ea de diversis ordinibus ecclesiasticis qui sint. unde originem vel nomen acceperint. De auctoritate quoque et statu ecclesiarum. que inter ceteras primum. vel secundum vel tertium optineat locum. qualiter in ecclesia per singulos gradus quisque promoveri debeat. De conversione et professione ordinandorum. et habitu et officio ordinatorum. quemammodum. quo tempore episcoporum. presbiterorum. et ceterorum examinatio fieri debeat. Quod ad episcopum. quid ad unumquemque inferiorum specialiter pertineat. qui ex quibus ordinibus in quem gradum conscendere possint. qui post lapsum valeant reparari. Agitur etiam in ea de episcopis. et archipresbiteris. et ceteris a quibus sunt eligendi. vel ordinandi usque ad quem terminum. episcoporum electio differri liceat. Quo tempore sacri ordines sint distribuendi. an semel ordinatus in eodem ordine iterum sit ordinandus. De differentia episcoporum et coepiscoporum. De his qui ab episcopis suis promoveri contempnunt. an sint cogendi vel non. An etiam invitus aliquis teneri debeat. in eo loco in quo ordinatus est. quo tempore presbiteri. diaconi. et ceteri sint ordinandi. quibus temporibus ieiunia sint celebranda. quibus temporum interstitiis. qua etate per singulos gradus promoveri debeant. A quibus etiam romane sedis episcopus et ex quibus sit eligendus. de cuius electione predecessorem oportet deliberare. cui reservetur eorum electio. In quibus locis patriarche. primates. archiepiscopi. episcopi. corepiscopi. et reliqui sacerdotes sint ordinandi. Sequitur brevis superiorum recapitulatio. quem electum ad quamlibet prepositturam ecclesie iubet esse sine crimine. qui. Si ante tempus sue ordinationis. vel post. aliquod mortale admisisse convincitur. suscepti gradus officio ibidem privandus docetur. Agitur etiam in ea de retrusione lapsorum. de munditia. clericorum. de indisciplinato accessu. et reprehensibili cohabitatione ac famosa familiaritate clericorum et mulierum. De reparatione lapsorum post penitentiam. qui a suis mundus est prohibetur. etiam alienis consentire peccatis. ne aliorum vitia palpet. ne luporum laudibus glorietur. cuius tamen doctrina si sese aliorsum habuerit contempni non debet. Agitur etiam in ea de ospitalitate et doctrina et correctione episcoporum. quorum auctoritatem in docendo preferre debeat. circa necessitatem patientem. liberalem esse iubentur. In ipsa libertate similiter ostendetur quis modus sit observandus rerum et personarum. Prohibetur etiam episcopis ne ad vindictam sint faciles ne sint turpi lucri cupidi. ne aliquo negotio inhonesta sibi necessaria querant. Ne minorum tutelas aut curationes. nisi forte legitimas et inexcubabiles suscipiant. Ne secularium causas assumant. ne romanorum causas usurpent. Quod de omnibus divino cultui mancipatis generaliter intellegi oportet. nisi forte aliquis eorum episcopo iubente. ecclesiasticarum rerum gubernacula suscipiant. orphanorum et viduarum que indefense sunt. aut earum personarum que maxime ecclesiastico indigent amminiculo. patrocinia propter timorem dei assumant. Ostenditur etiam in ea quibus. ecclesie patrocinium denegari non debet. Singula quoque ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis non tamen propinquis. Vel sibi favore coniuncti singillatim committi iubentur. Pariter etiam in ea demonstatur quia diversa officia uni persone non sunt committenda. Quod sit officium vice domini. quia secularibus viris cura ecclesiasticarum rerum non sit iniungenda. Agitur in ea de discordantibus et discidentibus. ratione vel episcopali potestate. ad concordiam revocandis vel etiam contempnandis. De his quibus ecclesia non sufficit. ut de labore manuum vivant absque detrimento sui officii. De his etiam quibus ecclesiasticis officiis negligunt abesse. De diaconibus modulationi vocis inservientibus. De episcopis qui a sua parrochia non recipiuntur. vel qui pro aliqua causa nolunt eas adire. de obedientia quam inferiores ex ordine. superioribus debent. ff. supercilio diaconorum et episcoporum quibus romanus pontifex vices suas committere valeat. ff. his qui eius legationem impediunt. de archidiaconis ne super clericos dominacionem exerceant. vel censum ab eis exigant in quibus presbiteri exquiruntur episcopis. ff. his etiam que de ordinibus vel ecclesiasticis rebus a principibus decreta inveniuntur. an vim

auctoritatis optineant. ff. peregrinis et transmarinis hominibus sine cyrographis quinque episcoporum non ordinandis. ff. his qui imperegre baptizantur non promovendis. de officio primatum et patriarcharum. Que reverentia ab archiepiscopis sit eis exibenda. ne aliquis patriarcharum universali appelletur vocabulo ante pallium acceptum archiepiscopo. primati vel patriarce. episcopo ordinare non licet. Quibus diebus vel quibus horis archiepiscopis pallium ferre debeat. in concessione pallii antiqua privilegia sunt innovanda. et quod in una provincia duo metropolitani esse non debeant.

Pag. 3 — In capite primae columnae huius paginae occurrit imago valde pulchra, de qua in praefatione huius Codicis. Incipit: *Humanum genus duobus regitur...* Desinit: *et de ordinationibus que per pecuniam fiunt contineat.* Tom. CLXXXVI. col. 29. *Patrol. Curs. Compl.* Migne.

Pag. 135 — *In secunda parte que prima causa est agitur de simoniacis. De his videlicet qui per pecuniam aliquos in ecclesia ordinant vel ecclesiastica beneficia tribuunt.*

De his etiam qui scienter. vel ignoranter. a talibus ordinantur. vel promoventur.

Queritur etiam in ea. an sit peccatum emere spiritualia.

Si simoniaci a fide alieni probantur.

Similiter in ea agitur de sacramentis. que per hereticos. vel catholicos sacerdotes licet criminosos. ministrantur. quomodo sint vera. vel falsa. polluta. vel sancta. quomodo sint recipienda. vel non.

Agitur etiam in ea de his qui simoniace ordinantur a simoniacis. vel simoniace. a non simoniacis. vel non simoniace a simoniacis.

In dignitate servanda erga simoniacos. misericordia prohibetur haberi. nisi violenter actracti fuerint.

Ostenditur etiam in ea quot modis pretium accipiatur.

Qualiter etiam accipiendum sit.

Aliquorum supplicatione. ad sacros ordines nullus accedat.

Et quod sacri ordines sicut pretio interveniente non sunt prestandi. ita nec etiam restituendi.

Similiter simoniaci probantur. qui pecunie interventu ordinandis sacros ordines tribuunt. canonice electioni assensum non prebent. ecclesiis edificandis. vel consecrandis. lapidem benedictum vel consecrationem subtrahunt.

Queritur etiam in ea an pro ingressu monasterii pecunia sit exigenda. vel exacta persolvenda.

Ubi ostenditur quomodo ab ingressurus monasterium pretiūm sit accipiendum vel non.

In ecclesia qui sint recipiendi vel non.

De his etiam qui temporalia vel ecclesiastica benefitia pecuniam dando emerint vel accipiendo vendiderunt.

Similiter queritur. an sint simoniaci vel non. qui cum emptoribus ecclesiarum sicut eodem crimine implicantur ita eamdem pena plecti iubentur.

Queritur in ea de parvulis quibus paterna cupiditas. ecclesias. vel ecclesiastica benefitia emit. an inplicentur crimine paterno. cuius non gerunt conscientiam.

De quibus ostenditur quod et si maculam peccati non contrahant. de rigore tamen et severitate canonum coguntur deserere quod ex paterno delicto ad eos pervenisse probatur.

Quod etiam de omnibus generaliter accipitur pro quorumdam promotione pecunia a parentibus offertur. ordinatore videlicet. et ordinante (alia manus correxit: *ordinando*) *penitus ignorante.*

Agitur etiam in ea de his qui ingnoranter etiam a simoniacis ordinentur. nec non de his qui pro electione pecunias offerunt. ut vel decretum electionis fiat vel ut subscriptione confirmentur. vel ut electioni non resistetur.

De his etiam qui sue heresi renuntiant.

Queritur an sint recipiendi in episcopali dignitate vel non.

Ostenditur etiam in ea quomodo ecclesia que dampnabilia sunt aliquando tollerat. pro tempore. pro persona. intuitu pietatis vel necessitatis. sive utilitatis.

Iuramentum quoque a scismate redeuntium in ea exponitur.

Quando etiam in ecclesia mala sint tolleranda. quando resecanda. pariter in ea monstratur.

De his etiam qui ab hereticis ordinati sunt cum ad unitatem catholice matris redierunt. queritur utrum in eodem ordine iterum valeant ordinari vel non.

Pag. 136 — Incipit: *Quidam habens filium ob-*

tulit eum ditissimo cenobio... Desinit: *et quid sanctorum patrum sentiat auctoritas. liquido intimetur.* Ibi col. 477.

Pag. 168 — *In secunda causa de accusatione episcoporum agitur In qua primum queritur an in manifestis. iuditiarius ordo sit requirendus. ubi etiam distinguitur. quid sit observandum quando crimen est notum iudici. et non aliis. vel aliis et non iudici. vel iudici pariter et aliis. ita quod non notorium. vel ita ut sit notorium.*

Secundo queritur. de expoliatis. an sint cogendi ad iuditium ante plenariam et corporalem restitutionem.

Deinde queritur qua pena feriantur. qui in accusatione deffitiunt.

Distinguitur etiam aliud esse. accusationem non inplere. aut convitium non probare.

Preterea quid intersit inter calumpniantem et prevaricantem. et tergiversantem. sive temere accusantem. et quae pena unumquemque sequetur quando etiam sequatur. vel a quibus abolitionem postulare et inpetrare. accusatori liceat. cuius gratia abolitio fiat. vel quando princeps aliquem in integrum restituat.

Ibidem ex legibus plenissime habetur.

In ea etiam queritur an defitientibus accusatoribus. reus sit cogendus ad purgationem an sit in arbitrio iudicis vel rei. quota manu se ipsum reddat purgatum. an iuramento candentis ferri (vel) ferventis aque vel monachie vel quelibet huiusmodi purgatio sit aditienda.

Queritur etiam in ea si duo vel tria testimonia ad episcopum convincendum suffitiant.

In ea quoque agitur de remedio appellationis quo vitiata causa sublevatur omnibus libertas appellandi prestatur. in secularibus causis ad civilem iudicem in ecclesiasticis. ad ecclesiasticum maxime ad romanum pontificem ante datam quoque sententiam vel post. cuique licet appellare. nec alicui appellanti indutie sunt negande.

Quod si ab eo ad quem appellavit iniuste appellasse pronuntiatur. punietur.

Si vero post datam sententiam appellare voluerit infra. X. dies. et ad maius adiutorium nec non nisi ad iudicem catholice fidei alicui catholico appellare licet.

Forma vero appellationis sive ante datam sententiam. sive post. aliquis appellare voluerit. ibidem explicatur.

Quod si sententia sub conditione prolata fuerit. ipsa quidem sententia sub conditione proferri debet.

Dies tamen appellationis. non ab exitu conditionis set a tempore late sententie conputandi sunt. nec solum in iuditiis set etiam in aliis negotiis provocationis patet auxilium. nec nocet appellationi si is qui pronuntiavit copiam sui non fecerit. quominus. is qui appellare voluerit facultatem adeundi eum in publico habuerit.

Que vero propria causa sit. et quando tempus appellationis currere incipiat. si adversus absentem pronuntiatum est. vel si presens aliquem deportandum pronuntiavit. et imperator rescripsit ut deportaretur vel si mendatio presidis aput principe aliquis honeratur. vel si exemplum litigatori edictum est. quibus etiam in aliena causa appellare liceat ibidem invenitur.

Similiter agitur in ea de dimissoriis litteris que dande sunt ab eo a quo appellatur. ad eum ad quem appellatum est. quarum forma ibidem explicatur. Has autem intra tempus legiptimum instanter et sepius petisse suffitiat. quamvis non acceperit. dummodo hoc ipsum (con)testetur. appellatione vero interposita. sive recipiatur. sive non.

A medio tempore aliquid novandum sit. vel si ex pluribus facinoribus aliquis condempnatus sit. et propter quedam appellaverit. et propter quedam appellaverit. et propter quedam non.

Ibidem. similiter exponitur.

Quotiens vero in eadem lite super eisdem capitulis alicui provocare licet. ibidem explicatur.

Ostenditur etiam in ea a quibus iudicibus provocari non oporteat. et an obsit ei qui iuditio appellationis iniustam pronuntiatur tulisse sententiam. et an in causa sit subsequenti devocandus ad testimonium qui eiusdem cause olim congnitionem suscepit.

De causa vero appellationis. quando per procuratores vel quando per ipsos appellantes agi possit.

De tempore quoque exequende appellationis.

De eo etiam qui postquam appellavit. ab appellatione desistere voluerit. Similiter quando nec etiam provocatione inposita sententia non valeat.

Vel quando appellatio interposita non sit recipienda.

Vel si una ex eademque causa plures condem-

pnati sunt sive omnes. appellaverint. et unus tamen executus est.

Vel si unus tamen appellavit.

Deinde exequens obtinuit. an etiam hoc ceteris prosit. ibidem exponitur.

Similiter etiam ibidem ostenditur. non solum iudici. set etiam arbitro si delegatus fuerit suscipiende appellationis necessitatem inponi.

Tempus quoque prefigitur. intra quod a die sententie gesta. una cum relatione litigatoribus prestetur. quibus tam in civilibus quam in criminalibus causis non solum libellis set etiam voce appellare licebit. qui autem de appellatione congnoscitur ad eum a quo appellatum est. littigatores remittere non valeret. set in omni causa appellationem interpositam iniustam pronuntiare debet. vel iniustam.

Agitur etiam in ea de accusationibus episcoporum an laici. vel clerici. inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint audiendi.

Ibi etiam ostenditur quod multi sunt impares dignitate quos pares faciunt merita vite.

De monachis etiam in ea queritur. an in episcoporum accusatione sint audiendi.

De accusatione. an scriptis. an sine scriptis fieri debeat. et que sit eius forma ibidem explicatur.

Pag. 169 — CAUSA III. Incipit: *De lapsu carnis a laico impetitur episcopus. Duo monachi....* Desinit: *et utique XXX. dies utiles observandi sunt.* Ibi col. 581.

Pag. 195 — *In tertia causa de expoliatis agitur. in qua primum queritur an restitutio quibuslibet expoliatis danda sit antequam vocentur ad causam. et in ipsa restitutione an sola sententia restitutionis suffitiat. an etiam corporalis possessio restituenda sit ut eiectus vel expoliatus etiam naturalem possessionem recipiat. sive animo suo et corpore alieno veluti propter curatorem sive animo et corpore suo.*

Agitur etiam in ea de indutiis post restitutionem prestandis. et quo tempore. et quo spatio temporis sint concedende.

Ei autem qui male vivendo facultates ecclesie dispergit gubernatio ecclesiasticarum rerum non est restituenda. set donec eius cognoscatur causa per clericos eiusdem ecclesie patrimonia eius gubernentur.

His vero qui ad causam vocati sunt. similiter indutie non sunt negande. spatia temporis lege diffinite.

Spatia vero dilationum pro locorum positione leges moderantur. dande dilationis arbitrium. iudicibus non conceditur. nisi eamdem dilationem rerum urgentissima ratio flagitaverit. et necessitas instructionis exegerit.

Similiter autem in ea ostenditur. cui dilatio sit penitus. deneganda. vel cui prestanda. et quod a iudice precedente non est postulanda. cum non nisi causa cognita. sit indulgenda.

Ibidem quoque ostenditur quo ordine libellum conventionalem actor reo porrigat. quo ordine cum libellum porrexerit. et quot dierum indutiis litem contestetur. ad causam perveniat.

Vel si post tempus prestitutum intra. X. *dies reo presente non occurrerit. in quantum eius condempnatio subsequatur.*

Agitur etiam in ea de infamibus et non legiptime coniunctis. utrum ad accusationem admittendi sint. vel non. et de omnibus que generaliter ab accusatione sunt removendi.

Distinguitur etiam ibidem quid intersit inter excommunicationem. et anathematizationem.

Agitur quoque in eadem testibus de domo inimicorum non producendis. de inimicis quoque in accusationem. vel testificationem non recipiendis. et quod inoffensus. et non suspectus accusatorum. et testium desideratur.

Ibidem etiam ostenditur. quod extra suam provintiam reus nullatenus est producendus. quia veritas cause in loco admissi criminis facilius deprehendi potest nisi forte altera pars iuditium maioris persone interpellaverit. vel declinando iuditium vel revelando sententiam.

Ostenditur etiam in ea que exceptio litis in initio debet opponi et probari que usque ad terminum causae valeat differri.

Similiter agitur in ea de accusationibus et criminationibus episcoporum quas etsi comprovintialibus et metropolitanis atque primatibus ventilare liceat terminum tamen absque conscientia romani pontificis accipere non valent.

Quamvis aliquando inconsulto romano pontifice plerique episcoporum dampnati inveniuntur. et alii in loco eorum subrogati quorum dampnatio et su-

brogatio pro bono pacis ex dispensatione tollerata legitur.

Et ibidem etiam ostenditur quod non licet alicui metropolitanum suum contempnere. et aliorum iuditium expetere. nisi forte ad romanam sedem appellatum fuerit. vel ab ea iudices electi concedantur.

Agitur etiam in ea de eo quem par. aut maior macula reo inficit. ubi de infamibus generaliter statuitur quod nec congnitores possunt esse. nec procuratores vel patroni causarum.

Ibidem etiam ostenditur quid sit postulare. quot sunt ordines eorum quibus postulare prohibentur. qui videlicet prohibentur omnino postulare. quibus permittitur per se tantum postulare. non pro aliis quibus etiam pro quibuslibet personis postulare conceditur qui etiam a professione advocatorum arcentur.

Agitur etiam in ea de advocatis. qui non ratione. set propriis putant esse certandum qui contractum ineunt vel pactione conferunt cum eo litigatore quem in propriam fidem recipiunt qui ex industria iurgium protrahunt.

Similiter ibidem ostenditur. in quibus causis patrocinium seu arbitrium aliqui suscipere prohibentur.

Quot modis infamia irrogetur. quot sint illa quibus aliqui impediuntur. ne iudices sint. natura videlicet. surdus. et mutus. lex ut qui senatu motus est. mores ut femine. et servi.

Prohibetur etiam in ea quisque iuditium eius circa se decimare. cuius in eodem negotio agendo observabit arbitrium.

Agitur etiam in ea de accusatoribus vel testibus qui in absentem vocem accusationis. vel testificationis exibere non possunt. cum absens. nec accusari nec dampnari possit. nisi contumacia eum absentem fecerit.

Similiter qui absens est. per alium accusare non potest nisi in crimine. iniuriarum in quo illustris persona per procuratorem intempdere. et excipere potest.

De testibus etiam ibidem ostenditur. quod testimonium dicere non possunt nisi de his qui presentes viderint. et noverunt.

De his etiam qui audierunt. si ad hoc convocati sunt in civili causa testimonium dicere possunt. nec sunt admittendi ad testimonium qui non simul set diversis temporibus sedem vidisse testantur. nec ad seriem gestorum aliquid ex suo testes adicere debent.

Ostenditur etiam in ea quod deffitientes in primo capitulo non sunt admittendi ad sequentia et quod accusatis priusquam se exuerint crimine quo premuntur in pari vel minori crimine. non datur licentia alios accusandi nisi suas suorumque iniurias persequantur.

Ibidem etiam ostenditur quando criminalis questio preiudicat criminali. vel quando civili.

Item quando civilis preiudicat civili vel quando criminali.

Causa IV. Incipit: *Quidam episcopus a propria sede...* Desinit: *luituri penas ante prohibite dilationis exordium.* Ibi col. 665.

Pag. 207 — *In quarta causa similiter agitur de accusatione in qua de excommunicatis primum queritur. an aliquem accusare possunt. antequam reconcilientur. de quibus et de omnibus qui maculis infamiae aspersi sunt. et de paganis atque iudeis. generaliter etiam de omnibus accusatis quorum accusatio pendet ibidem statuitur ut nullus eorum ad accusationem admittatur.*

Deinde qui ab accusatione prohibentur.

Vel quos accusator de domo sua producit.

Vel qui nondum usque ad quartum decimum sue etatis annum pervenerunt. in eadem causa ad testimonium admitti prohibentur.

Generaliter etiam qui adversus quos ad testimonium admitti prohibeantur. vel qui idonei ad testimonium dicendum intelligantur. vel ubi numerus testium non diffinitur. numerus testium non diffinitur. veluti in testamentis et codicillis quod ad dicendum testimonium suffitiant que etiam in testibus iudici consideranda sint. sive ab altera sive ab altera sive ab utraque parte testes produci videantur. ibidem plenissime explicatur.

Agitur etiam ibidem de discretione personarum que in iuditiis considerantur ne aliquis accusator presumat esse et iudex. vel accusator et testis. vel testis. et iudex. vel iudex et defensor. et testis et iudex vel defensor et testis. cum in omni iuditio IIIIor. semper desiderentur persone. iudices electi. accusatores idonei. defensores congrui. et testes legiptimi.

Addita. V. persona rei vedelicet sine qua iuditium instrui non potest.

Ibidem etiam ostenditur quando accusatio debet fieri in scriptis. quando etiam non premissa inscriptione accusatio fieri possit.

Deinde ibidem agitur de his qui litteris evocati ad causam dicendam die statuta non occurrunt. an sint a communione removendi. vel non.

Additur etiam de his qui in episcoporum iuditio culpabiles apparuerint ne de cetero ad arguendum admittantur. nisi proprias causas non tamen criminales. vel ecclesiasticas asserere voluerint.

Pag. 207 — Causa V. Incipit: *Quidam in excommunicatione constitutus. episcopum...* Desinit: *ut supra eisdem verbis.* Ibi col. 705.

Pag. 210 — *In quinta causa similiter agitur de accusatione. in qua primum queritur. de his qui famosos libellos clamculos scribunt. et probare negligunt. que litteris mandant qua pena sint feriendi.*

Additur etiam ibidem de his qui non habentes conscientiam eius rei. libellos tamen conscriptos. vel domi vel in publico. vel quolibet alio loco inveniunt ut aut eos corrumpant priusquam inveniant alter. aut nulli confiteantur inventos.

Quod si contrafecerint quasi actores huiusmodi delicti capitali sententie subitiantur.

Ostenditur etiam in ea quotiens et quibus temporum interstitiis aliquis sit vocandus ad causam. et quod in scriptis quisque citari debet antequam sententiam dampnationis excipiat. in quibus hoc ipsum reos significari oporteat. videlicet quid ei opponitur. ut ad responsionem preparatus veniat.

In ea quoque agitur de his qui inpediti cause sue adesse non valent an per procuratores intempdere vel excipere valeant. quibus permittitur ut causas sue absentie per procuratores allegerit.

Principalem vero causam nulli nisi per se exequi permititur.

Ibidem etiam ostenditur quod absque sinodali audientia. episcopus dampnari non debet. sine preiuditio tamen romani pontificis. quia sicut dampnatos a sinodo. sua valet auctoritate restituere. sic absque sinodali audientia quosque valet dampnare.

Quod ex epistola gelasii. in qua agitur dampnatione achatii cuique licet avertere.

Additur etiam de his qui venientes ad sinodum tumultu vel contumeliis vel risibus. concilium perturbant.

Deinde agitur in ea de his qui aliorum crimina iudicant. quando plurimum conferat fraterne utilitatis. vel quando delinquant.

Additur etiam de his qui non possunt probare quod infertur qua per eam sint puniendi.

De presbiteris etiam et de ceteris clericis similiter ostenditur qui citra iniuriam. questionum testimonio iudicant; vel non. et an actio falsi sit litigatoribus salva adversus eos. vel non. et qua pena sint puniendi si vero pettivit anima. vel in causa criminali falsum testimonium dixerint.

Pag. 211 — Incipit: *Cuiusdam episcopi infamiam. cartula...* Desinit: *nisi digne penituerit. coherceatur.* Ibi col. 713.

Pag. 214 — Causa VI. *In sexta causa de accusatione simoniacorum agitur. in qua primum queritur. an illi qui crimine (sint) inretiti. vel infamia notati ad eorum accusationem admittantur. ubi regulariter statutum ostenditur. quod sicut sacerdos sine crimine eligi precipitur. ita a criminosis accusari non permittitur.*

Ibidem etiam ostenditur quod infames sunt quicumque culpis exigentibus ad sacerdotium provehi non possunt. et qui illa peccata committunt. de quibus apostolus ait. qui talia agunt regnum dei non consequentur. et alibi. cum huiusmodi nec cibum sumere.

Ii omnes ab accusatione aliorum repelluntur ante quam ecclesie satisfatiant.

Prohibentur etiam maiores accusari a minoribus spirituales a carnalibus.

Agitur etiam ibidem (de) detractoribus qui doctorum vitam moresque corrumpunt. hii omnes infames esse probantur. quorum tamen detractio patienter tolleranda monstratur.

Generaliter etiam infames. servi. penitentes. bigami qui curie deserviunt. qui non sunt integri corpore. qui sanam non habent mentem. vel intellectum. qui sanctorum decretis inobedientes existunt. qui furio manifestantur. liberti etiam atque suspecti. et qui rectam fidem. et dignam conversationem non habent. ab accusatione episcoporum repelluntur.

Ibidem etiam ostenditur spiritualiter quod ad hereticorum accusationem etiam infames admittun-

tur. exemplo quoque. lese maiestatis. etiam sotius criminis ad accusationem quoque simonie admittendum probatur.

Agitur etiam in ea de episcopo qui in accusatorem. accusationem vertere velit. an sue sinplici. assertioni fides sit habenda. maxime cum se solum alieni sceleris conscium dicat. ne illud probare testibus valeat.

Ibi etiam ostenditur quod iuditium archiepiscopi alterius provintie alicui expetere non licet casus tamen monstratur. in quo episcopus alterius parrochianum excommunicare non valeat.

Ibidem etiam ostenditur cuius iuditium episcopus debeat expetere. si conprovintiales episcopi circa eius causam discordare ceperint.

Quod si omnium conprovintialium concordi fuerint dampnatus sententia. necesse habebit. aut iudicatus acquiescere. aut iudicem maioris auctoritatis appellare.

Ibidem etiam de reo agitur quod accusatore defitiente non sit cogendus ad probationem. nisi publica fama vexetur.

Incipit: *Duo fornicatores. et infamia notati....* Desinit: *famam suam reum purgare oportet.* Ibi col. 725.

Pag. 219 — Causa. VII. *In septima causa de substitutis agitur utrum viventi episcopo alius possit substitui. et in eiusdem ecclesia ordinari. ubi etiam prohibentur sacerdotes soli divina misteria celebrare. ut si forte humanitus eis aliquid acciderit. per astantes consacerdotes inchoata misteria perfitiantur. permittitur etiam senectute gravatis coadiutorem sibi querere. qui post eorum decessum in plenitudinem. potestatis eis succedere valeat.*

Ostenditur. ibidem quando liceat episcopo. et quo ordine. vel cuius auctoritate. de cathedra transire ad cathedram. vel quando non licet.

Agitur etiam ibidem. de inmutatione episcopalium sedium quando fieri possit.

De his etiam agitur qui apostolica concessione de episcopali sede. ad monachalem descendunt subiectionem quibus alii subrogari possunt. illi vero ad pontificatum nequaquam surgere valent.

Ostenditur etiam ibidem quando liceat prelatis regimina suscepti gregis deserere vel quando liceat.

Agitur etiam ibidem in ea de presbitero qui sacrifitiorum celebrationem. causa infirmitatis dimittit. an recuperata valitudine. offitium exequi valeat.

Incipit: *Quidam episcopus in valitudine gravatus. alium...* Desinit: *indifferenter uti. necessariā probatione compellas.* Ibi col. 741.

Pag. 229 — Causa. VIII. *In octava causa de episcopis agitur. qui successores sibi ex testamento instituunt. ubi etiam de episcopis qui gradum susceptum meritis adhornant qui dignitatis offitium. aliquando laudabiliter appetunt. laudabiliter aliquando refugiunt. Ubi etiam ostenditur quod in electione seu ordinatione episcoporum populi desideratur presentia ut omnes sciant. et certi sint quia prestantior ex omni populo. qui doctior. qui sanctior. qui in omni virtute eminentior. ille eligitur ad sacerdotium.*

Ibidem etiam ostenditur quod neque ex plebe que sepe de maioribus aut gratia aut pretio fortasse excitata moveri solet. nec etiam ex ipsis sacerdotibus ad eligendum episcopum aliquis se idoneum iudicare debet. nisi cui oranti et petenti a domino reveletur.

Agitur etiam in ea de his quos non deus eligit set nostra merita deposcunt. qui sua querunt. non que ihesu christi qui de episcopatu intumescunt et putant se non dispensationem set imperium consecutos.

De quibus ibidem ostenditur quod sicut regina austri indicatura est homines temporis sur et nine codempnabunt iudeos. qui contempserunt salvatorem sic tales iudicabuntur. ac plebe sibi commissa.

Ostenditur etiam in ea quod amicorum patrocinia in episcoporum electione convalere non debent. quod in suscipiendis antistis causa communi utilitate neglecta nullus suo lucro prospicere debet.

In ea quoque agitur de his qui post electionem pro indempnitate ecclesie iuramentum prestant.

An sint habendi simoniaci vel non.

De clericis quoque qui ante exitum cause ab episcopo accusato discedunt.

De episcopis accusati(s). et ad sedem vocati(s). sine litteri(s) apostolici. ad suam revoca(n)tur ecclesiam.

Incipit: *Quidam episcopus in extremis agens....* Desinit: *quam huius sedis rectoribus placere cognoverit.* Ibi col. 771.

Pag. 233 — Causa VIIII. *In nona causa de*

episcopis excommunicatis agitur. qui tempore sue excommunicationis alios ordinare presumunt. utrum ordinatio que ab eis facta est. vel electio que non a catholicis facta probatur. aliquo modo rata possit haberi.

Agitur etiam in ea de episcopis. archiepiscopis. primatibus. vel patriarchis. qui clericos alterius sine litteris proprii episcopi ordinare presumunt.

De his etiam qui ordinati sunt. an etiam ab episcopis suis in propriis ordinibus recipi possunt.

In ea quoque agitur de patriarchis. vel primatibus. et ceteris. an clericos suos suffraganei illis inconsultis dampnare valeant. vel absolvere. quod salvo privilegio romane sedis nulli facere licet. nisi forte cum suffraganei episcoporum subditis suis ad malum facere ceperint. atque circa eorum correctionem negligentes extiterint. alias autem sola romana ecclesia sua auctoritate valet iudicare de omnibus.

De ea vero nulli est iudicare permissum. sic et clericos cuiuslibet ecclesie sue auctoritate ordinare valet.

Pag. 234 — Incipit: *Signaculo exconmunicationis notatus quidam archiepiscopus...* Desinit: *de eorum correctione ammonuit.* Ibi col. 785.

Pag. 238 — Causa X. *In decima causa de ecclesiis agitur. an ecclesie cum omni dote sua et decimis et omnibus que ad eas pertinent. in episcoporum potestate consistant et quotam partem decimarum oblationum atque redituum episcopus sibi vendicare valeat.*

Agitur etiam in ea de episcopis qui volentes singulis annis circuire parrochias suas ad predicandum. vel confirmandum. exigunt. ut mansiones quibus in profectione uti debuerant alio pretio redimantur. Ubi etiam precipitur. ut annuis precibus ab episcopo dioceses visitentur.

Qui si invalitudine inpeditus per semetipsum visitare non poterit. quibus visitationis offitium committat. vel visitantes episcopi quid a clericis suis exquirere vel quid eos docere debeant.

Ibidem ostenditur.

Agitur etiam in ea de laicis. qui elimosinas et oblationes ecclesie accipiunt. quas vel episcopi commedunt. vel concedunt aliis. qui etiam ecclesias incastellare et in servitutem redigere presumunt.

Ibidem etiam ostenditur quod episcopi potestatem habent dispensandi ecclesiasticas res non distrahendi aut lapidandi. quando etiam de rebus ecclesiasticis precarie fieri possunt.

Quo casu res ecclesiastice ordinari valeat. et quo ordine. in quibus etiam rebus perpetua enphiteosis permittatur.

Quando etiam ceterarum possessionum seu prediorum urbanorum. seu rusticorum ad ius ecclesiasticum pertinentium temporalis usus fructus possessio legiptime prestari valeat.

Ibidem etiam ostenditur quomodo puniatur episcopus qui res ecclesiasticas alienare presumit.

Quid etiam nomine cathedratici exigere debeat. et ut tertiam partem oblationum sibi non usurpet. nisi easdem ecclesias reparare voluerit. et ut parrochiales clerici mali quibus operibus servili timore episcopo non cogantur servire.

Agitur etiam in ea de episcopis qui parrochias suas crudeliter deseviunt.

Qui erga subditos tirannidem exercent.

Qui quadam iuditiaria inventione stipendia ab eis exigunt.

Qui superfluus exactionibus pene usque ad exinanitionem basilicas suas perducunt.

Incipit: *Quidam laicus basilicam a se factam....* Desinit: *aut qualibet ratione permittimus.* Ibi c. 801.

Pag. 242 — Causa XI. *In undecima causa de clericorum iuditiis agitur. tam criminalibus quam civilibus an clericus ante civilem iudicem sit producendus.*

Ubi ostenditur quod in omnibus causis actor forum rei sequi debet.

Qua etiam pena sit feriendus clericus qui derelicto ecclesiastico iuditio cognitionem civilium iudicum elegerit. tam in civili quam in criminali actione.

Et quod clericus repertus obnoxius a civili iudice puniri non debet. nisi ab episcopo suo nudatus fuerit clericatus honore.

Ostenditur etiam in ea quod suspensione sit dignus clericus qui ad civilem iudicem clericum crediderit protrahendum.

Agitur etiam in ea de iniusta sententia suspensionis seu excommunicationis.

An sit ei parendum. vel non.

Ibi etiam distinguitur. quot modis sententia iniusta dicatur. et quando sit observanda quando etiam pro nullo habenda.

Agitur etiam ibi de duplici genere facti videlicet. et sententie.

Et de his qui cum excommunicatis scienter. vel ignoranter communicant. in quo casu sint habendi excommunicati. qui cum excommunicatis scienter communicant in quo minime.

De his etiam condempnatis ante quorum absolutionem episcopus moritur. an postea valeant absolvi. pro quibus etiam culpis aliqui sint excommunicandi.

Ostenditur etiam in ea quod uxores. filii. servi. ancille. seu mancipia excommunicatorum. nec non rustici. et servientes. et omnes alii. qui non adeo curiales sunt. ut eorum consilio scelera perpetrentur. et qui ingnoranter excommunicatis communicant.

Apostolica auctoritate anathematis vinculo subtrahuntur.

Oraribus quoque sive peregrinis aut viatoribus qui in terra excommunicatorum deveniunt. ubi non possunt emere.

Vel non habent unde emant. ab excommunicatis non sub stentatione superbie. set humanitatis causa aliquid dare non prohibemur.

Excommunicationis atque reconciliationis forma et modus.

Que penitentia sit inponenda presbiteris.

Qui excommunicatis sacrum misterium contigere presumunt.

Sive his qui excommunicatis. communicant.

Ibidem explicatur.

Pag. 243 — Incipit: *Clericus adversus clericum questionem...* Desinit: *discipline coercitione suscipi. ut ceteris metus incutiatur.* Ibi col. 817.

Pag. 259 — Causa XII. *In duodecima causa de clericis agitur. qui nolunt propria relinquere. et communem vitam ducere an clericatus sit eisdem tradendus et quando liceat eis propria habere. vel non. et an reditum ecclesie liceat eis per prebendas dividere. aut annuos reditus diversorum prediorum quisque sibi spetialiter vendicet.*

Agitur etiam in ea de sacerdotibus qui aliqua de rebus dedisse noscuntur.

Quando his qui eas acceperunt ea que data sunt aliqua firmitate constabunt.

Vel quando alienationes facte in irritum devocantur.

Ibidem etiam ostenditur qua pena sit feriendus qui res ecclesiasticas alienare presumit.

Vel quando que sibi subiecta sunt multiplicata recipiat.

Vel quando ecclesia lucra de dampnis non querat.

Agitur etiam in ea de portionibus oblationum. et decimationum. et redituum ecclesiasticorum. quot fieri debeat. et quibus proveniat. et quorum dispensationi reserventur.

De laicis quoque ibidem agitur. qui morientibus episcopis si (sic).

Que aliis clericis res defunctorum invadunt. ecclesie ac pauperibus subripiunt. quod nec episcopo nec alicui metropolitano conceditur.

De servis etiam ecclesiarum ibidem agitur. quando possunt ad libertatem pervenire.

Vel quando eorum impeditur libertas.

Quam reverentiam liberti suis debeant patronis.

Et quod res sacre pro alimonia pauperum pro redemptione captivorum distrahi possunt.

Quodque religionis intuitu in ea quibus ecclesia detrimentum non patitur monasteriis tradi valeant.

In ea quoque agitur de his qui ante tempus sue ordinationis nichil habere videbantur. et post ordinationem multa invenisse noscuntur.

Ibi distinguntur que ex postea exquisitis rebus ecclesie anumerare cogantur. que minime.

De his quoque in ea agitur (qui) de suis et ecclesie rebus. vel de rebus tamen ecclesie aliqua quesisse noscuntur cui proveniunt.

De his etiam qui pro conpendio suarum rerum ecclesie rebus detrimentum inferunt. vel occasione rerum ecclesiasticarum rerum in rebus propriis detrimenta patiuntur.

Ostenditur etiam ibidem de quibus rebus licet sacerdotibus testamenta conficere.

Vel quando de rebus ecclesiasticis testare licebis.

Vel si intestatus. ex gradu ecclesiastico aliquis decedat. nec inveniatur qui iure cognationis ei succedat. ad quem devolvatur eius hereditas.

Pag. 260 — Incipit: *Clerici propria relinquere nolunt. de suis et ecclesie rebus...* Desinit: *ubi deserviunt evolvatur. Similiter de sanctimonialibus.* Ibi col. 881.

Pag. 275 — Causa XIII. *In tertia decima causa agitur (de is) qui cladibus bellorum pressi hostili metu conpulsi domicilia sua in aliam diocesim tran-*

sferunt predia tamen antiqua colere non deserunt quibus debeat persolvere decimas. an eis aput quos domicilia transtulerunt.

A quibus etiam spiritualia accipiunt.

An his inter quorum diocesim predia colunt.

Aput quos etiam funerari debeant.

De prescriptione quoque XXX. vel XL. annorum in ea queritur.

An in decimationibus. et iure funerandi. et ceteris ecclesiasticis rebus locum habeat.

De iure etiam funerandi cessante proscriptione.

An sit liberum cuique sibi sepulturam eligere.

Pro sepultura quoque mortuorum aliquid exigi prohibetur.

Et qua pena sint digni. qui defunctorum obligationes aut negant ecclesiis. aut difficulter reddunt.

Similiter ibidem ostenditur.

Agitur etiam in ea de mortuis. an sint in ecclesia sepeliendi. vel non.

Et quid eis prosit iuxta ecclesias sepelliri.

Quidve ad eos perveniat. an in hac vita tantum. an etiam post hanc vitam. alter alterius orationibus atque conciliis adiuvetur.

Quot modis anime defunctorum solvantur.

Quibus sacrifitia et oblationes prosint post mortem.

Quare tertius septimus. XXX. vel XL. dies ab obitu defunctorum observetur.

Et unde exordium sumpserit.

An lugere et tristari tam pro nostra quam pro aliorum morte sit peccatum.

De mortuis autem etiam utrum sciant ea que hic a vivis geruntur. vel non.

De his quoque qui in patibulis suspenduntur. an iuxta ecclesiam sint sepeliendi.

Pag. 276 — Incipit: *Diocesiani cuiusdam baptismalis ecclesie...* Desinit: *Non iudicat deus bis in idipsum.* Ibi col. 933.

Pag. 282 — Causa XIIII. *In quarta. X. causa agitur de canonicis qui de prediis ecclesie. questionem movent.*

De quibus queritur. an liceat eis sua repetere et qui..... res ecclesie persecuntur. non sua. quorum domini non sunt. set res pauperum quorum curam gerunt. repetere probantur. nec sibi. set pauperibus coram iudice stare et in iuditio contendere probantur.

Aliis autem ut pote inperfectis sua repetere. et in iuditio stare permittitur.

Ostenditur etiam in ea. quod in causa ecclesie. et clericis eiusdem ad testimonium dicendum produci possunt.

In confitiendis autem instrumentis secularium negotiorum presbiteri ad testimonium vocari prohibentur.

Agitur etiam in ea. de his qui negotiatoribus pecuniam credunt. ut ex eorum mercibus. emolumenta percipiant. qui usuras percipere probantur.

Ibidem etiam ostenditur. quod nec clericis. nec laicis usuras licet exigere qui usuram accipit. rapinam facit.

Ibi etiam probatur. omne quod male possidetur. alienum esse. male autem possidet. qui male utitur.

Probatur etiam in ea quod ex fenore. vel usuris. vel ex quolibet male acpuisito. helemosine fieri non possunt.

Et quod si alteri subveniri non possumus. nisi alter ledatur. conmodius neutrum iuvari quam alterum gravari.

Et quod exemplo filiorum israel qui egiptios expoliaverunt. aliena rapere non debemus.

Ibidem etiam ostenditur quod nomine furti. omnis illicita usurpatio rei aliene intelligitur. et quod nonnunquam aliqua de peccato acquirunt. que pauperibus iuste rogantur. et quod penitentiam non agit set simulatur.

Si res aliena propter quam peccatum est. reddi possit. et non reddatur.

Agitur etiam in ea de eo qui rem alienam consecravit.

Utrum eandem. an eius exstimationem restituere debeat.

De flagitiosis etiam. pro quibus apud principes ecclesia debet intercedere. non eos temerario ausu defendere.

Furtum quoque ibidem ostenditur. non tam in quantitate rei. quam in afectu furantis considerari.

Pag. 283 — Incipit: *Canonici cuiusdam ecclesie questionem...* Desinit: *furti crimen incurrit.* Ibi col. 953.

Pag. 287 — Causa. XV. *In XV. causa de quodam clerico agitur. qui ante sacerdotalem benedictionem crimine carnis lapsus esse perhibetur. Post sacerdotium vero in furorem versus quendam in-*

terfecit. Recuperata vero sanitate accusatur ab ea cum qua lapsus esse dicitur.

Queritur ergo in ea. an que mente alienata fiunt sint inputanda.

Ibi etiam de peccatis agitur. utrum omnia sint voluntaria. an aliqua propter voluntatem ex carnis infirmitate procedant.

Ibidem etiam ostenditur non alia intelligi peccata nolentium nisi que a nescientibus committuntur. et quod furiosi. et impuberes iniuriam quidem pati possunt facere autem non possunt.

Et que inputentur eorum que procedunt ex infirmitate carnis. vel animi. que minime.

Quare pecora iubentur. occidi. ad que mulier. accesserit.

De furiosis quoque ibidem spiritaliter agitur quod oblati in iuditiis minime rei fiant nec sunt obnoxii morti. etsi furorem innocentes perimant.

De ebriis etiam ibidem ostenditur. quod si qua per vinum facta intelliguntur eorum, donantur venia. Set levitati... auctores. et generaliter ibidem excusantur. quecumque preter nostram voluntatem geruntur.

Penitentia tamen ibidem imponenda ostenditur ei. qui infamem aliquem occidit.

In ea quoque agitur de clericis. qui propensis patrociniis more secularium munera exigunt.

De mulieribus quoque an generaliter ad accusationem admittantur.

Vel in quibus causis spiritaliter eis accusare permittitur. prohibetur etiam episcopis. presbiteris vel quibuslibet clericis die dominico cuiuscumque cause propositum negotium ventilare.

Ibidem etiam ostenditur quod crimen infitiantibus purgatio est defferenda et confessio clericorum crutiatibus. non est extorquenda et quod iuramenta.

Vel quelibet oblationes violenter extorta. absque infamia. vel calumpnia. apostolica auctoritate valent dissolvi.

Fidelitatis iuramenta etiam ibidem ostenduntur per romanum pontificem posse remitti. cum illi prestita fuerint. a suis dignitatibus deponuntur. vel excommunicantur.

Ibidem etiam ostenditur quod absque sinodali audientia sacerdotes ab episcopis condempnari non debent.

Et quod episcopi desiderentur in causis sacerdotum, quod etiam in causis diaconorum.

Agitur etiam in ea causa de his qui peccatum admittunt. et postea presbiteri vel diaconi ordinantur.

An susceptis possint fungi offitiis.

De sacerdotibus etiam in adulterio deprehensis. sive hac sola fama respersis. utrum ab eis sacra sint percipienda misteria.

Incipit: *Sacerdos quidam crimine....* Desinit: *set qui convincitur criminosus.* Ibi col. 967.

Pag. 294 — Causa. XVI. *In XVI. causa. de monachis agitur. an liceat eis offitia populi celebrare. penitentiam dare. et baptizare. et decimas accipere.*

Ibi etiam ostenditur quod simpliciter monachi ecclesiasticis offitiis non aggregati clerici a quibus pascuntur decimas debent persolvere. munus debent ad altare deferre. eorum sententie subiacere.

Quibus etiam conceditur ut ipso iure habeant immunitatem omnis tutele. sive testamentarie. seu legiptime. seu dative. novarum etiam collationum et sordidorum munerum. Qui vero populi electione. et episcopi ordinatione ecclesiasticis sunt aggregati offitiis et ordinatis parrochialibus ecclesiis iure ab eis temporalia accipiunt.

A quibus spiritualia ministrantur. nec non sacerdotibus suis decimas solvere. aut munus ad altare deferre coguntur.

De his etiam qui intra monasterii claustra consistunt quibus populus adregendum non conmittitur.

Ibidem similiter ostenditur. quod spiritali privilegio de prediis que ad usum proprium coluntur.

Decimas ab eis nulli permittitur exigere.

De prediis autem que famuli eorum colunt.

Ibi decime persolvantur.

Ibi eorum infantes baptizantur.

Et ubi per totam anni circulum missas audiunt.

Ibidem etiam ostenditur quod plures baptismales ecclesie in una diocesi esse non possunt.

Agitur etiam in ea de his qui oblationes ecclesie. vel decimas preter conscientiam episcopi. aliis quam baptismalibus ecclesiis solvunt. et contempta dispositione episcopi pro suo libitu tribuunt.

Ibidem etiam ostenditur quod pari pena sunt puniendi. qui res ecclesie invadunt. et qui in rebus episcoporum simili crudelitate crassantur.

Et quod, in re... episcopi de suarum diocesi nichil debent offerri. nec possessiones ecclesie aliquo modo alienare. quam etiam grave sit apud deum decimas et oblationes ac primitiva sacerdotibus absolvere. et quod confitientibus episcopis consentientibus monachis qui intra claustra morantur non tamquam clericis. set ut pauperibus. quibus quarta pars decimationum debetur. decime licite tribuantur.

Ibidem etiam ostenditur. quod usus decimarum et oblationum secularibus provenire non potest.

A quibus tamen si episcopo loci illius consentiente. in usum transierunt monachorum. et servorum dei. omnia eis perpetua firmitate constabunt.

Agitur etiam in ea de capellis que a monachis possidentur. quomodo a monachis possidentur. quomodo per institutionem a sacerdotibus sint gubernanda.

Et quando eorum consensu sacerdotibus ab episcopo sint committende. ut de populi quidem cura episcopo rationem reddant de rebus ad monasterium pertinentibus.

Abbati debitam subiectionem exibeant. et quando episcoporum debet subesse regimini ecclesie quorumcumque monachorum in singulis parrochiis site.

Agitur etiam in ea de episcopis qui in aliene civitatis territorio ecclesias edificant.

Ad quos pertineat ius ordinationis et consecrationis earum.

Ibidem etiam ostenditur quomodo prescriptione temporis omnia iura ecclesie tollantur.

Et quomodo longi temporis prescriptio locum habere possit.

Que etiam prescriptionum sunt introducte. odio petentis.

Ut favore possidentis. que solo odio petentis.

Que exceptionem tantum pariant.

Que etiam actionem. non solum adversus alium. set etiam adversus creditorem. et adversus verum dominum.

Unde etiam prescriptiones interrumpantur. vel per naturalem detentionem. vel per litis contestationem.

Unde ipsa contestatio litis fieri debeat.

Vel quod remedium detur ei cuius res prescribitur.

Adprescriptionem interrumpendam... contestari. Unde poterit.

Quot etiam anni sint necessarii ad prescriptionem implendam si quomodo interrupta fuerit.

Vel si ab eo qui prescribere fecit. ad alium quoquomodo possessio pervenerit. an tempus prime possessionis continuetur cum sequenti.

Ibidem etiam ostenditur. que prescriptiones religioso loco competant.

Videlicet quod abbates et monachi tricenales possessiones habere non possunt. set tantummodo XL. annorum prescriptone defenduntur.

Agitur etiam in ea de prelatis qui ea que ecclesiis deberi putant.

Pretermissis iuditiis sua auctoritate invadunt. et usurpant. utrum eorum malefitia inputentur ecclesie. ut cadat a causa. et incidat in constitutionem illam. Si quis in tam... in dampnum ecclesie converti non possunt.

Ibidem etiam ostenditur. quod laici. nec sua. nec episcoporum auctoritate decimas vel ecclesias possidere possunt.

Et quod episcopi sive benefitio. sive pretio. ecclesias vel decimas laicis debuerunt domum orationis. domum negotiationis. et speluncam latronum fatiunt.

Et quod laici non solum de aliis. set de negotiatione. et de ipsa venatione sua debent decimas dare.

Et quod decime non sint redimende a populo. qui aliter eas dare noluerint.

In ea quoque agitur de ecclesiis. quod omnes in episcopi potestate consistunt.

Nec archidiacono. nec archipresbitero. sive preposito. vel decano animarum curam.

Vel prebendas ecclesie sine iuditio.

Vel consensu episcopi alicui tribuere licet.

Agitur etiam in ea de his. qui episcopatum. vel abbatiam. vel cuiuslibet ecclesie investitura de manu laicorum accipiunt.

Qui pariter investientes videlicet recipientes excommunicari iubentur.

Ibidem etiam precipitur ut nullus suscipiat habitum monachi. hac spe. ut permissione ductus abbas fiat.

Nullus etiam presbiter duas ecclesias habeat.

Nullus episcopus in rebus divinis economos nisi de proprio clero constituat. et ut sacrilegus iudicetur. si quis principum.

Vel aliorum laicorum dispositionem seu donationem rerum.

Vel possessionem ecclesiarum. et qui patroni vocantur a cura patrocinandi. et solicitudine providendi quam debent ecclesiis. quid iuris in eis habeant. vel quid non.

Ibidem etiam ostenditur. quod aepiscopis consentientibus licet monachis decimas et ecclesias a laicis suscipere. et quod nemini licet monasterium in proprium ius trahere. set alii monasterio tradere.

Ibidem etiam ostenditur quod congregatio debet eligere sibi abbatem. post mortem abbati sui.

Vel eo vivente. si discesserit. vel peccaverit.

Et quod episcopus non debet abatem violenter retinere in locum suum. nec aliquem ordinare ibi. nec potest esse abbas de suis propinquis vel amicis sine voluntate fratrum.

Pag. 295 — Incipit: *Abbas quidam habebat parrochitanam ecclesiam...* Desinit: *res vero eorum heredibus reddantur.* Ibi col. 989. In Cod. hic deest postremum caput huius *Causae*, sed legitur in sequenti *Causa* post *Quest. II. Cap. III.* edit.

Pag. 314 — Causa. XVII. *In. XVII. causa agitur de sacerdotibus qui infirmitate gravati. sancte religionis propositum appetunt eccclesie beneficio renuntiant. Demum itaque de voventibus agitur. an liceat a voto recedere. Vel non.*

Et an ex voto solo condisteneatur. qui monasterio aut abatis se non tradidit. nec promissionem scripsit.

Et quo spatio. ante susceptionem habiti sint probandi. noti. vel incogniti.

Agitur etiam in ea de his. qui monasteriis se tradiderunt. an liceat eis postea cum licentia abbatis redire ad propria.

Vel sine abbatis licentia de monasterio discesserint.

Utrum sint eis reddenda. que monasterio obtulerant vel non.

Ibi etiam ostenditur. quod quicumque aliquid de iure ecclesie alienare temptaverit.

Sacrilegium facit. et honoris sui ammissione mulctandus est.

Ibidem etiam ostenditur quot modis sacrilegium fiat.

Ut quod duplex est pena sacrilegii. sive in rem sive in persona committatur excommunicationis videlicet et pecunie.

Et quod pecuniaria pena eis est persolvenda.

Ad quos querimonia sacrilegii pertinet.

Et que capelle habent cimiteria. XXX. *passuum. que non.*

Ut quod sacrilegii ad instar publici criminis. et lese maiestatis. sint accusandi. et capitali sententie subitiendi.

Ut quando confugientes ad ecclesiam non sunt violenter abstrahendi.

Vel quando exire cogendi.

Ostenditur etiam in ea quod nec episcopo consentiente. monasterio possessio ab abate dari debet.

Nisi forte in ecclesiae fabrica erigenda donatio processerit.

Quo casu tantum ei donare licet.

Quantum parietes ecclesie conducunt.

Et quod in venditionibus quas abbates facere presumunt.

Haec forma est observanda. Ut quod sine episcopi licentia venditum fuerit. ad eius potestatem revocetur.

Et quod ea que in ecclesiis oblata sunt. aliquando iure et laudabiliter redduntur.

Etiam licite recipiuntur.

Aliquando laudabiliter auferre sinuntur. a quibus illicite et dampnabiliter usurpantur.

Incipit: *Quidam presbiter infirmitate gravatus...* Desinit: *set auferri sinuntur quam ab illo ita inferantur.* Ibi col. 1057.

Pag. 319 — Causa. XVIII. *In XVIII. causa agitur de monachis qui tempore sue conversionis monasterio multa. conferunt. postea in episcopos promoti. in episcopatu multa acquirunt. De quibus constituitur. ut quicquid ante episcopalem ordinationem. vel ex legiptima successione. vel quolibet alio titulo ad eos pervenerit monasterio potestas sit vendicandi.*

Post tempus vero sue ordinationis; quicquid acquisierunt. rebus aecclesiae annumerari debet cui prefitiuntur.

Agitur etiam in ea de electione. et ordinatione abbatum an per aepiscopos sint eligendi. et ordinandi.

An propriis fratribus sint eligendi et instituendi.

Ibidem etiam agitur de libertate et subiectione

monasteriorum quomodo videlicet sint libera a gravamine episcoporum.

Vel quam obedientiam. quam reverentiam monachi debeant episcopis.

Quomodo eorum potestati sint subditi.

Ostenditur etiam ibidem. quod non debent simul cohabitare monachi. et monachae. nec debent duplitia monasteria fieri.

Et puellarum monasteria. a monachorum monasterio longius debent collocari. quae tantum religiosorum monachorum amministratione ac presidio sunt gubernande.

Permittitur etiam aepiscopis visitandi. et exortandi gratia et corrigendi.

Si quid ibi corrigendum fuerit.

Quotiens sibi placuerit ad monasterium accedere.

Ita tamen. ut aliquod gravamen monasterium non incurrat.

Ostenditur etiam quod servitium debeant episcopis monasteria et eorum aecclesiae.

Pag. 320 — Incipit: *Abbas quidam consecratus in aepiscopum...* Desinit: *monasteria libera sunt.* Ibi col. 1077.

Pag. 324 — Causa XVIIII. *In XVIIII. agitur de clericis. qui religionis propositum appetunt.*

Quibus quia meliorem vitam sequi cupiunt.

Liberos eis ab episcopo in monasteria largiri oportet ingressus.

Ostenditur ibidem. quod episcopo in voto.

Clericum eius nullus debet suscipère. nisi ad propositum melioris vitae transire voluerit.

Liberum est enim quibuslibet etiam episcopo contradicente monasterium ingredi.

De canonicis quidem regularibus ibidem agitur.

Qui ad monasterium transire cupiunt.

Quibus sine patris sui licentia religionis vestem nulli tradere permittitur.

Agitur etiam ibidem de monasteriis quae episcoporum consilio semel sunt dedicata. utrum possint transire in clericorum vel secularium habitacula.

De his etiam qui ad conversionem veniunt quo tempore debeant tonsorari.

Nec non de his qui monasterium ingrediuntur. an relinquatur eis ultra testandi licentia.

Incipit: *Duo clerici ad monasterium...* Desinit: *transeuntes abstrahere de monasterio.* Ibi col. 1093.

Pag. 325 — Causa XX. *In. XX. causa agitur de his. qui tempore sue pueritie a parentibus monasterio traduntur.*

De quibus asseritur quod paterna devotio eos tenet abstrictos. Ut cum ad annos pubertatis pervenerint ad secularem militiam eis redire non liceat.

Quod si preter voluntatem parentum tonsuram.

Vel religionis vestem aliquis in pueritia susceperit.

Potestas erit parentibus mox visam filiis detrahere.

Idem si per annum dissimulaverint. in eo quod acceperant coguntur filii permanere.

Si autem parentes non habuerint. quorum consensu eorum vota firmentur tunc erit firma eorum professio.

Cum ceperit esse illorum etas adulta.

Agitur etiam in ea de virginibus quibus diebus quo tempore sacrum imponatur eis velamen. quibus etiam sint velande.

De viduis quoque ut viduitatis professionem fatiant.

Ut vestem sue professioni convenientem accipiant.

Ibidem etiam ostenditur. quod post. X. annum unicuique est liberum.

Vel religionis propositum sumere.

Vel voluntati parentum in hoc etiam contraire.

Idem si preter eorum voluntatem religionis propositum susceperint.

Non sunt cogendi ad inviti propositi observationem.

Agitur etiam in ea de aepiscopis. vel abbatibus qui turpibus temporibus. lucris inhiantes.

Quoslibet homines circumveniendo totum dederunt.

Ut res eorum tali perversione subripiunt.

Ibidem etiam ostenditur. quod liberum est monachis ab uno monasterio causa maioris districtionis ad aliud monasterium transire.

Pag. 326 — Incipit: *Duo pueritie annos agentes monasterio.....* Desinit: *ne hac occasione ad secularem conversionem redeat.* Ibi col. 1097.

Pag. 329 — Causa XXI. *In. XXI. causa agitur de clericis qui preesse cupiunt.*

De quibus constituitur. ut in duabus connumerentur ecclesiis. nec in duabus prefitiantur. nisi forte necessitate cogente unam quidem titulatam al-

teram vero sub conditione teneant. sicut quibusdam ecclesiis suo pastore destitutis.

Visitationem in earum vicinis pontificibus beatus gregorius. gelasius. et nonnulli aliorum pontificum romane et apostolice sedis frequenter commisisse leguntur.

Ibidem etiam ostenditur. quod nonnumquam utrique tamquam titulate potest preesse.

Set iure spiritali. non iure communi.

In ea quoque agitur. de clericis. qui res suas relinquentes.

Ad alios concurrunt episcopos. et ingnorante proprio aepiscopo.

In alienis constituuntur ecclesiis.

Ostenditur etiam ibidem. quod sicut duabus ecclesiis unus non debet preponi. ita nec una ecclesia inter plures dividi valet.

Et quod clerici secularium negotiorum procuratores esse non debent.

Et quod omnis iactantia et corporalis ornatura a sacro ordine est aliena.

Nec sine sacerdotali ornatu. extra domos sacerdotes ullo modo apparere debent.

In ea quoque de his agitur. qui a suis aepiscopis condempnati eos relinquunt. ab offitio suo discedunt atque ad seculares iudices confugiunt. ut ab eis defendantur. quibus si eos defensaverint.

Que pena sit inponenda.

Ibidem exponitur.

Incipit: *Abbas cuiusdam aecclesiae preposituram...* Desinit: *districtionem canonicam nullomodo cessabo.* Ibi col. 1109.

Pag. 332 — Causa XXII. *In. XXII. causa de iuramentis agitur utrum sint prestanda. Vel non. et ostenduntur in evangelio esse prohibita. non quia mala sint. licet a malo procedant. idest penali infirmitati eorum.*

A quibus iurare cogeris. set quia non est appetendum tamquam bonum. ne assiduitate iurandi labamur in periurium.

Prohibemur etiam per creaturas iurare. neve autem creaturis credatur numen divinitatis inesse sicut illi credebant.

De quibus apostolus ait qui servierunt creature potius quam creatori.

Vel ne creaturas contempnendo. auctorem earum contemnamus.

Et in huiuscemodi assertionibus quos facile deciperemur.

Unde dominus in evangelio. Nolite inquid iurare per caelum.

Quia thoronus dei est neque per terram quia scabellum pedum eius est.

Neque per ierosolimam. quia civitas mangni regis est.

Neque per caput tuum. quia non potes unum capillum eius album facere. aut nigrum.

Etiam prohibemur per capillum dei. vel per caput eius.

Vel aliquid huiusmodi iurare.

Ne aut anthropomorphite credamus deum huiuscemodi liniamentis esse distinctum. aut compactum. aut ista nichil esse scientes. in huiuscemodi iuramentis. alios deciperemus.

Ostenditur etiam quod non minus tenetur qui per deum iurat. quam qui super evangelium iurat.

Cum deus non propter evangelia sanctus sit. set evangelia sint sancta propter deum. et quod sicut iurare non est peccatum. ita et iurationem accipere non est prohibitum.

Multorum etiam exemplis ibidem probatur. quod non sit peccatum. ubi fides est. qui per demonia iurat. et quod non peccat ille qui per falsos deos iurare facit.

Quamvis peccet ille qui colit falsos deos per quos iurat.

Ibidem etiam ostenditur; quod periurii pena gravissima est.

Quam si quis timens ad confessionem venire noluerit.

A fidelium consortio est abitiendus. et quod falsum iurare sit deierare.

Ibi etiam distinguitur. quando ibi omnes vel deierant. vel quando iurant verum. similiter periuri sunt.

Ostenditur etiam ibidem quod non mentitur. nisi ille qui loquitur cum voluntate fallendi.

Et quod ex ipsa rerum varia consuetudine minus delinquid.

Si ille qui fallitur. licet hoc ex voluntate. illud ex infirmitate procedat.

In ea quoque agitur de diversis generibus mandatorum. et quod sint gravioris culpe que levioribus ostenditur.

Et quod humilitatis causa mentiendum non est.

Quia quomodolibet quis mentitur. occidit animam.

Ibidem quoque ostenditur quod nec pro temporali vita alicuius alteri mentiri licet.

Quamvis sine peccato verum tacere possit.

Et quod exemplo ioseph qui ait fratribus suis. nesciebatis.

Quia non est in augurio homo. qualis ego. vel exemplo obstetricum.

Que dixerunt pharaoni. non sunt hebree mulieres. sicut egiptie. et cetera. nullo mendatio defenduntur.

Abraam quoque a mendatio excusatur.

Quamvis inmolaturus filium. ait pueris suis.

Sedete hic cum asina. ego et puer illuc usque properabimus et cetera.

Nec etiam mentitus esse probatur. licet iussisset inmolare filium. quoniam deus nolebat a patre occidi. nec dolosus erat. licet iubendo alium ostenderet se velle alium quam vellet.

Ostenditur etiam ibidem quod simulatio utilis est.

Et in tempore assumenda exemplo davit.

Qui mutavit vultum suum coram achis. et exemplo iehu regis israel. qui non potuisset interficere sacerdotes baal.

Nisi finxisset se velle idolum colere.

Ibidem etiam agitur de abraam qui saram aput pharaonem sororem suam dixerat. et de iacob qui patri suo isaac esau se esse mentitus est.

Exemplo quoque saulis qui in bello philistinorum iuravit se interfecturum.

Quicumque ante solis occasum commederet. nec tamen filium suum ionathan interfecit.

Ibidem probatur. quod non omnis qui aliter facturus est, quam iurat.

Periurii reatum incurrit.

Agitur etiam in ea de illicitis sacramentis quae laudabiliter solvuntur. si propterea deseruntur. ut ad bonum redeatur. non in aliud malum transferatur.

Quo casu dampnabiliter servantur. set dampnabilius contempnuntur.

Exemplo quoque iosue. qui contra preceptum domini gabonitas vite iure servavit. quia seniores israel licet decepti iuramento. cum eis pacem firmaverant.

Ibidem ostenditur quod illicitum iuramentum solvi necesse est.

Ibi etiam distinguitur. quot modis dicantur illicita iuramenta. et que sunt solvenda. et que servanda.

In ea agitur de his qui alios ad deierandum cogunt scienter vel ingnoranter.

Et de his qui periurant. in manu aepiscopi.

Vel in cruce consecrata.

Vel non consecrata.

Item de his qui coacti pro vita. redimenda.

Vel pro qualibet alia necessitate periurant.

De his quoque qui falsa testimonia alios adtrahunt.

Vel qui audiunt aliquem falsum iurare. nec prohibent.

Ibidem etiam agitur de his. qui arte verborum iurant.

Vel qui super lapidem falsum iurant. tum super evangelia iurare putentur.

Vel qui deceptus ab eo cui iurat. quantum ad recipientem alium iurat quam se iurare arbitretur.

Ubi etiam ostenditur quando iuramenta iudicentur aput deum secundum intentionem iurantis.

Quando secundum intentionem recipientis.

De etate quoque agitur ibidem iurantium ne ante XIIII. annos aliqui iurare cogantur.

Et ut non nisi a ieiunis iuramenta prestentur.

Quibus etiam temporibus iurare prohibemur.

Que sit forma fidelitatis. quid fidelis debeat domino.

Et e converso. et quod alicui laico iuramentum clericus prestare non debet.

Pag. 333 — Incipit: *Episcopus quidam iuravit falsum....* Desinit: *qui eiusdem sunt ordinis. aut corrigatur. aut expurgetur.* Ibi col. 1121. Initio huius causae in margine duae *de non prestando iuramento calompnie* Epistolae adnectuntur; altera Eugenii Papae ad Arditionem Romanae Ecclesiae Subdiaconum edita in T. CLXXX. *Patrol.* Migne col. 1564. sub numero seriei DXLIII; altera Honorii Papae ad omnes episcopos occidentalis Ecclesiae, edita ibi T. CLXVI. col. 1311. numero CX.

Pag. 344 — Causa XXIII. *In. XXIII. causa de hereticis agitur quos catholici ad unitatem ecclesie. militari auxilio militari conpellunt. Ubi primum*

de militantibus queritur. an militare sit peccatum. vel non.

Ibidem quoque ostenditur. veteris et novi testamenti auctoritate. quod militare non est delictum. et quando sit peccatum militare.

Quibus licet rem militare gerere et quibus non liceat.

Et precepta patientie. que in evangelio inveni.... non tam ostentatione corporis quam preparatione cordis sunt retinenda.

Ostenditur etiam ibidem. quod iustum bellum est. quod edicto agitur potestatis.

Vel pro rebus repetendis.

Vel pro iniuriis propulsandis. et quod iure contra eos pugnatur.

Quibus innoxius transitus negatur.

Ibidem exemplis et auctoritatibus probatur.

Quod iniuria sotiorum armis propulsari non debet.

Que sint etiam differentie retributionum. ibidem ostenditur. et quod multa non iure petuntur. que tamen rite prestantur.

Ut quod iniurie propulsatio.

A quolibet perfecto iuste desideratur. et a quolibet malo iniuste postulatur.

Et quod ecclesia adversus malorum violentias. iuste ab imperatore auxilium petit. qui pro membris christi in malos rectissime sevit.

Ibidem etiam ostenditur quod numquam est ovandum perversis. et iniuria sotiorum armis est propulsanda.

Ut malis adepta facultas libere consulendi ecclesie ministretur. quod facere negligit malis consentire probatur.

In ea quoque agitur de vindicta malorum que multis modis probatur non esse inferenda cum mali sint tollerandi. non abitiendi. set increpatione feriendi.

Unde corporaliter expellendi.

Ostenditur etiam ibidem quedam esse que salubri tantum ammonitione sunt corripienda. non corporalibus flagellis animadvertenda.

Set eorum vindicta divino tantum examini est reservanda.

Quam id delinquentes videlicet disciplinam exercere non possumus.

Vel quia non sunt nostri iuris. vel quia illorum crimina. etsi nobis nota sint. manifestis tamen inditiis probari non possunt.

Vel quia multitudo est in scelere. nec salva pace aecclesie mali puniri possunt. in quo casu tollerandi sint potius quam violata pace ecclesie puniendi.

(A)lia etiam causa ibidem ostenditur. quia correctio verborum.

Vel... penitus videtur esse inutilis superflua.

(P)redestinati enim ad vitam. sine correctione mutantur.

Sicut petrus quem dominus respitiens. neminem corripiente. commovit ad lacrimas.

Presciti ad mortem. inter flagella deteriores fiunt. sicut pharao.

Non is ergo superflua dampnandis inveniuntur. hinnutilia.

Ibidem etiam ostenditur quod divina predestinatio. seu prescientia. non fugit necessitatem correctionis.

Vel obdurationis. cum boni per gratiam corrigantur. libero arbitrio mali pereant. et quod due sunt necessitates.

Una simplex et absoluta. altera conditionalis. et proficiscuntur ex gratia. et libero arbitrio.

Ostenditur etiam ibidem. multis similitudinibus.

Quod delinquentibus est adibenda correctio.

Set malorum est negligenda disciplina.

In quo tamen discretio est adhibenda.

Aliquando enim delinquentium multitudo diu perpati.

Sententia expectanda.

Aliquando in paucis est punienda.

Ut eorum exemplo ceteri terreantur et ad penitentiam provocentur.

Ibidem etiam demonstratur. quod peccata que in deum vel in proximum committuntur. a nobis sunt punienda ea vero que in nobis delinquuntur patienter tolleranda.

Vel potius dissimulanda. et quod culpa semel remissa recidivo dolore tantum ad eam revocari non debet.

Quomodo etiam sint intelligenda precepta evangelica de dilectione inimicorum misericordia inpendenda proximis exortationes quoque apostoli de cibandis vel potandis inimicis. quae sit iuxta vel iniusta misericordia. quoniam impenitentibus et obsti-

natis in malo misericordiam inpendere prohibemur. quando etiam ecclesia nullum iniuste persequitur.

Cum non omnis persecutio sit culpabilis. potius rationabiliter.

Hereticos prosequimur. sicut et christus corporaliter est persecutus eos.

Quos de templo expulit.

In ea etiam ostenditur. quod vindicta malorum debet inferri.

Que valet ad correctionem que etiam ad misericordiam pertinet.

Quam iniuste infert. qui habet hodium quos flagrare solent que se vindicare desiderant. et iram.

Que turbulentos animos concitata dilectionis et tranquillitatis manu superat. et quod magis diliguntur illi qui puniuntur. quam qui inpuniti relinquuntur. Set cum vendicta aliquando inferatur dampnis rerum. aliquando flagellis. aliquando membrorum detruncationibus.

Aliquando etiam morte.

Ibidem queritur. an sit peccatum iudici vel ministro reos morti tradere.

Ibi etiam ostenditur. an sit peccatum quando mali non sunt occidendi. et quando a iudice. vel ministro sine peccato possunt occidi.

Et quod se ipsum perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur. et quod principibus potestatibus a quibus mali puniuntur. fidem reverentiam servare debemus quam qui eis exibere noluerint. apud dominum premia invenire non poterunt. et quod amministratoribus secularium dignitatum defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit.

Quod si facere contempnunt. a comunione sunt repellendi. et quod quedam flagitia sunt enormia que per mundi iudices potius quam per antistites sunt punienda.

Et quod non sequitur nisi quia ad malum cogit.

Ibidem etiam queritur si contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legiptimam potestatem. an sint rei effusi sanguinis. hii per quos poniuntur.

Ibi ostenditur. quod aliquando punit deus peccata per nescientes aliquando per scientes. et quando inputetur. his qui puniunt.

Quando vero proveniat eis ad meritum.

Ibidem etiam ostenditur. quomodo mali utiliter cogantur ad bon... is deus aspernetur coacta servitia.

Agitur etiam in ea. de hereticis. an suis et ecclesie rebus sint expoliandi. et de catholicis qui possident hereticis ablata. an dicuntur possidere aliena.

De episcopis etiam. vel quibuslibet clericis ibidem queritur. utrum sua auctoritate vel romani pontificis arma valeant arripere. vel non.

De quibus ibidem asseritur. quod propria manu non debet arripere.

Si contra fecerint. qua pena sint feriendi.

Ibidem ostenditur. licet autem eis. ad oppugnationem inimicorum dei. atque oppressorum defensionem. ut arripiant arma. alios hortari.

Ibidem etiam ostenditur de episcopis. et reliquis clericis. qui levitica tamen sunt portione contempti qui preter decimas. et primitias. et oblationes. nichil habere probantur.

Et de his qui preter hec etiam predia possident. sive rusticana. sive urbana. quid debeant inpertiri. et in quo sint obnoxii... spiritali benefitio immunitatem acceperint.

De his autem qui in episcopali benefitio. vel pro sepulture offitio accepisse noscuntur.

Et preter privilegium nullo iure tenentur abstricti. ad tributa vel vectigalia solvenda.

De his autem a quibuslibet emerint. vel vivorum donationibus acceperint. a principibus consueta debet obsequia.

Ut annua eis persolvant tributa. et convocato exercitu cum eis proficiscantur ad castra.

Quod tantum hoc ipsum. non sine consensu romani pontificis fieri debet.

Agitur etiam in ea. de sacerdotibus quibus principes iuditia committunt.

Ibi ostenditur. quod nec sua nec imperiali auctoritate. liceat eis iuditium sanguinis agitare.

Vel debilationem membrorum inferre.

Pena quoque ibidem. tam eorum quam quorumlibet. qui legiptimam potestatem non habentes ista presumpserint.

Vel domorum incendia fecerint.

Ibidem etiam agitur de his. qui simul hominem vulnerat si ille mortuus fuerit. an omnes homicidii reatum incurrant.

Pag. 345 — Incipit: *Quidam episcopi cum plebe sibi commissa...* Desinit: *nec auxilio cooperantes fuerunt. set tamen adfuerunt. extra noxam sint.* Ibi col. 1195.

Pag. 375 — Causa. XXIIII. *In XXIIII. causa de episcopis agitur qui in heresim lapsi sacerdotes offitio privare. Vel etiam excommunicare presumunt.*

De quibus etiam ostenditur. quod si iam dampnati heresim secuntur.

Antiqua excommunicatione dampnati. alios dampnare non possunt.

Excommunicati enim alios excommunicare non valent.

Si autem ex corde suo non veram heresim confingunt.

Ex quo enim talia predicare incipiunt. neminem dampnare non possunt.

Quia non possunt eicere quamquam iam prostrati.

Ibidem etiam ostenditur. quod extra catholicam ecclesiam non est potestas ligandi. vel solvendi.

De hereticis quoque ibi generaliter queritur. cum potestate baptizandi. vel ordinandi non ammittant. an potestatem ligandi vel solvendi retineant.

Vel an in hereticum tantum. an etiam in catholicum sententiam ferre possint.

Ibidem etiam ostenditur. quod post mortem nullus excommunicari. aut reconciliari valeat.

Nisi forte post mortem. hereticus comprobetur.

Vel vivens de heresi condempnetur. et post mortem innocens reperiatur.

Quo casu post mortem. licet aliquem excommunicare vel revocare.

Ibidem etiam ostenditur quod pro peccato alicuius. tota familia excommunicanda non est. cum peccata parentum quae iam natis filiis committuntur. eis imputari non possint. nisi ea...

Agitur etiam ibidem de illicita excommunicatione. que notandum non ledit set excommunicantem.

De quibuslibet etiam criminosis queritur. utrum sint excommunicandi. vel non.

Cum dicat. orate. pro persequentibus et cetera. vos. et nisi exemplis. et auctoritatibus incorrigibiles. excommunicandi probantur.

Et quomodo persecutores maledici prohibeatur.

Ibidem etiam ostenditur. quid intersit inter scisma. et heresim.

Unde heresis dicatur.

Quot sunt heretici. et quot secte hereticorum.

Quare etiam divina providentia. diversi herroris hereticos esse permisit.

Pag. 376 — Incipit: *Quidam episcopus in heresim lapsus...* Desinit: *hii autem deo probati sunt qui bene possunt docere.* Ibi col. 1263.

Pag. 391 — Causa XXV. *In. XX.V. causa agitur de privilegiis quibus nonnulle muniuntur ecclesie. De quibus primum queritur. an contra generales regulas romana ecclesia possit concedere aliqua privilegia. cum decreta sanctorum patrum neminem magis quam apostolicum servare oportet.*

Ibi etiam ostenditur in quo casu liceat romano pontifici novas condere leges. et quod romane sedis auctoritas contra statuta patrum. aliquid concedere vel mutare non valet.

Ibi etiam ostenditur quod sacrosancta romana ecclesia ita canonibus prestat auctoritate.

Ut tantum generalibus decretis spiritalibus privilegiis valeat derogare. et sprituali benefitio possit concedere.

Quid generali prohibetur decreto.

Neque privilegia aliquibus concederentur si preter generalem legem nulli aliquod indulgeretur. cum privilegia dicantur quasi privatam legem singulis generent.

Ibidem etiam queritur de privilegiatis aecclesiis que adversus se invicem cogantur uti iure communi.

Ibi ostenditur quod antiquioribus privilegiis subsequentibus derogari non potest. cum privilegia ecclesiarum. et monasteriorum ac sacerdotum. nulla possint inprobitate convelli. nulla novitate mutari.

Ibidem etiam ostenditur. quod ea que contra legem fiunt. non solum inutilia. set etiam pro infectis sunt habenda.

Ut quod non oportet postulari ea. que sunt dampnosa fisco.

Vel iuri contraria. et quod rescripta que contra ius elitiuntur ab omnibus iudicibus sunt refutanda.

Vel crimen suplicantibus indulgeat.

Generaliter etiam ibidem agitur. de rescriptis quod sive sint annotatio. sive pragmatice. expressam debent etiam habere in se conditionem. si preces veritate nitantur.

Ut quod mendax. precator debet carere inpetratis.

Et quod illi quibus scripta diriguntur. sunt pu-

niendi. si precum mendatia veluerint argui. sive congnitio. sive executio illis mandaetur.

Ut quod nullum rescriptum. nulla pragmatica sanctio. nulla sacra annotatio. que generali iure vel publice utilitati adversa esse iubentur. in disceptatione cuiuslibet litigii debent proferri.

Ibidem etiam ostenditur quod autentica ipsa. et originalia rescripta.

Unde eorum exempla sunt insinuanda.

Et quod benefitia personalia si sine die. et consule fuerint deprehensa. carent auctoritate. et quod XII. librarum auri condempnatione plectendus est. qui privilegia venerabilis ecclesie. temere violat. vel dissimulando negligit.

(I)n ea etiam demonstratur. quod multarum ecclesiarum privilegia causa congnita romana ecclesia valet imminuere. vel penitus immutare. sive personaliter sive generaliter.

Incipit: *Sancta romana ecclesia quamdam...* Desinit: *baptismales seu parrogiane ecclesie penitus destruantur.* Ibi col. 1517.

Pag. 396 — Causa XXVI. *In. XX. VI. causa agitur de sacerdotibus sortilegis et divinis. In qua primum queritur qui sint sortilegi. et an sit peccatum sortes inquirere.*

Ubi etiam ostenditur. quod licet sors non sit aliquid mali tamen sortibus credi non oportet. quibus si quis credere malit et exemplo apostolorum putat deum sortibus esse consulendum. sciat ipsos apostolos in unum collecto fratrum cetu et precibus ad deum fusis hoc egisse.

Ibi etiam de divinis agitur quomodo sint accipienda ea quae dicuntur ab eis de institutionibus etiam hominum que sint superstitiose. que non.

Ut de multiplici observatione superstitiosorum.

De auguriis. et stellarum observationibus que omnia idolatria species esse probantur.

Ostenditur etiam ibidem quod huiuscemodi sacrilegia.

Unde usque adeo sunt detestanda. ut si aliquid de area vel torculari demonibus fuerit immolatum quod relictum est ideo credatur esse immundum.

Aut si ipsum quod oblatum est a nobis ingnorantibus sumi contigerit ideo credamus nos deliquisse.

De divinatione quoque a quibus exordium sumpserit.

Vel quot sint genera demonum. et cuius nature sint an futura prescire valeant.

Vel quot modis futura prenoscant.

Utrum dispositiones hominum cogitatione conceptas per exteriora singna deprehendant. vel alio modo.

De sortilegis quoque et divinis incantationibus. vel auguriis servientibus.

De ceteris etiam huiusmodi observationibus ut excommunicentur si cessare noluerint.

In ea quoque agitur de his qui interno livore permoti in pernitiem suorum inimicorum altare sacris vestibus exuunt.

Aut lugubri veste accingunt.

Vel consueta luminariorum obsequia. vel missam pro requie defunctorum promulgatam pro... celebrant hominibus.

De his etiam que per incantatores fiunt.

Veluti quod samuel dicitur suscitatus. et alia huiusmodi. an sint credenda fieri in corpore. an in spiritu.

Ostenditur etiam in ea quod excommunicati ab episcopo illo inconsulto. ab alio reconciliari non possunt.

Et quod crismatis confectio. et puellarum consecratio. et penitentium reconciliatio. alia est publica alia est privata.

Et quod presbiteri de ocultis peccatis iussione episcopi. penitentes reconciliare possunt.

De manifestis etiam infirmantes. et in periculo constitutos.

Agitur etiam in ea de his qui in dispensatione positi reconciliantur.

Et post acceptam communionem convalescunt. utrum liceat eis de cetero communionis sacramentum accipere. an non.

De his quoque qui de corpore exeuntes penitentiam petunt.

Reconciliari cupiunt.

An inconsulto episcopo cum absens sit. per presbiteros reconciliari possint.

De tempore quoque satisfactionis ibidem queritur. an sit imponendum morituris. Sanis autem et valentibus pro qualitate peccantium. et presidentium arbitrio.

Et quod tempora penitentie ibidem decernenda monstrantur.

Quo etiam affectu penitentem suscipere. et impenitentem abicere debemus.

Et quod melius est. errare penitentiam modicam misericorditer imponendo. quam crudeliter et durissime peccatorem honerando ibidem ostenditur.

Incipit: *Sacerdos quidam sortilegus esse...* Desinit: *vel erbas habere sine incantatione.* Ibi 1335.

Pag. 405 — Causa XXVII. *In XXVII. causa de coniugio agitur. ac primum de voventibus queritur. an possint matrimonia contrahere. vel non.*

Ubi distinguitur. quod voventium. alii sunt simpliciter voventes.

Alii quibus post votum accedit. vel episcopalis benedictio. vel sacre religionis propositum. et ibidem ostenditur. quod sinpliciter voventes matrimonia quidem contrahere non possunt.

Si contraxerint non sunt dissolvenda eorum matrimonia.

Set devotione voti penitentia est eis imponenda.

Alii vero voventes. nec possunt matrimonia contrahere. nec convicti cohabitare.

Set si contraxerint sunt ab invicem disiungendi. et ad penitentiam cogendi et detrudendi et in ergastulis ponendi.

In ea quoque agitur de desponsatis. utrum possint renuntiare priori conditioni. et in alios sua vota trasferre.

Ibi etiam queritur quis consensus matrimonium fatiat. an cohabitationis. an carnalis copule an uterque.

Ibidem etiam ostenditur quod coniugalis pactio. et desponsationis fides coniuges facit.

Et quod sicut coniugem alterius. ita et sponsam alicui non licet accipere.

Et quod desponsatam puellam proximi sui nullus in uxorem accipere.

Vel si de eius consanguinitate aliquis eam acceperit. ipse et omnes consentientes ei anathematizentur et coniugium dirimatur.

Probatur etiam ibidem. quod sponse dicuntur coniuges. non effectu presentium. set spe futurorum. et inter coniugium perfectum et imperfectum distinguitur. et quod sit perfectum. et quod imperfectum ostenditur.

Et quod desponsate ad secunda vota transire non possunt.

Verumtamen si in alios sua vota transtulerint. et eis se copulaverint. non sunt ab invicem post carnalem copulam disiungendi.

Pag. 406 — Incipit: *Quidam votum castitatis habens...* Desinit: *cum illo benedictionem acceperat.* Ibi col. 1371.

Pag. 415 — Causa XXVIII. *In XXVIII. causa agitur de coniugio infidelium. an sit coniugium inter eos.*

Ibi ostenditur. quod sicut propter carnalem copulam fornicationem. ita et propter spiritualem licet coniugatis ab invicem discedere. si alter alterum ad eum pertrahere voluerit.

Et quomodo fidelibus liceat infideles uxores dimittere. quomodo non expediat. et quemadmodum coniugia infidelium sint legiptima.

Quomodo non sint rata.

Et quomodo fidelibus ad infidelium copulam aspirare non licet. infidelibus liceat uxores dimittere.

Quomodo non expediat.

Et quod fidelis. aliam uxorem ducere potest.

Si infidelis odio christiane fidei. cum eo habitare noluerit.

Igitur etiam ibidem de his. qui ante baptismum acceperunt unam. et post baptismum alteram. utrum reputentur bigami.

Vel non.

Pag. 416 — Incipit: *Quidam in coniugio positus...* Desinit: *scientie polleat in episcopum ordinari non potest.* Ibi col. 1413.

Pag. 420 — Causa XXVIIII. *In XXVIIII. causa de coniugiis agitur. qui dolo et fraude contrahuntur. dum nobilis sibi aliquam expetere dicitur. pro eo. ingnobilis. vel servus adducitur.*

Ubi queritur. quis error matrimonium impediat. non persone. conditionis. an fortune. an qualitatis.

Ostenditur etiam in ea. quod si ingenuus ancillam in uxorem acceperit. putans eam liberam esse. cum eius conditionem deprehenderit. ab ea discedere non prohibetur.

De servis etiam ibidem agitur. generaliter. an inter se matrimonia contrahere possint.

An si servus unius ancillam alterius preter voluntatem dominorum utriusque in uxorem accipere valeat.

Incipit: *Cuidam nobili nuntiatum est...* Desinit: *coniunctio fuit. et per voluntatem dominorum.* Ibi col. 1429.

Pag. 422 — Causa XXX. *In XXX. causa. agitur de his qui filios de sacro fonte suscipiunt.*

Utrum uxoribus suis debitum reddere valeant. an non.

Et multorum auctoritatibus iubentur. et prohibentur ab invicem discedere.

Ostenditur etiam in ea. quod filia spiritualis. accipitur non solum ea que de sacro fonte suscipitur. set etiam eius qui trine mersionis vocabulo eam sacro baptismate tingit.

Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis. qui ei peccata sua confitetur. quarum omnium flagitiosa commixtio. et eadem pena ostenditur esse plectenda.

In ea quoque demonstratur quod ante septennium sponsalia contrahi non possunt. cum neque sponsalia. neque coniugia possunt esse.

Ubi non est consensus utriusque et in quibus non est sensus.

In eos consensus esse non potest.

Ibidem etiam ostenditur. quod spirituales etiam ad hobitum filii naturalibus copulari non possunt.

Alii vero si ante compaternitatem nati fuerint. non prohibentur coniungi.

Agi vero post compaternitatem. copulari prohibentur.

Ut quod si quis fortuitu casu filiam sue conmatris uxorem acceperit. non cogit eam dimittere.

Et quod relictam conpatris uxoris sue aliquis in coniugem ducere prohibetur. et permittitur.

Et quod uxor cum marito simul in baptismate puerum suscipere non debet.

Agitur etiam in ea de clandistinis coniugiis que penitus prohibentur.

De solempnitatibus et velaminis. et anuli que in coniugiis observantur.

De his etiam qui divinis tactis scripturis iurant mulieribus legiptimas se eas uxores habituros. et de iuditiis in quibus pro inductis a certis recedere non licet. nec in re dubia certa debet dari sententia.

Pag. 423 — Incipit: *Pater propter frequentia quidam inpeditus....* Desinit: *dum utroque eo vivente aliis se copulaverint.* Ibi col. 1435.

Pag. 427 — Causa XXXI. *In XXXI. causa de adulteriis agitur.*

An post mortem viri legiptimi aliquis possit in coniugem ducere. quam prius polluit per adulterium.

De secundis quoque vel tertiis nuptiis. que illicite videntur.

Set propter incontinentiam hominum ab apostolis permisse.

In ea etiam ostenditur. quod aliquando est cogenda nubere alicui. cum in coniugio consensus desideretur.

Liber et spontaneus. quia invite nuptie. malos solent habere proventus.

Et quod fidem sponsaliorum parentibus frangere non licet.

Incipit: *Uxorem cuiusdam alius construpavit...* Desinit: *que illorum consensu contrahuntur.* Ibi col. 1451.

Pag. 429 — Causa XXXII. *In XXX.II. causa de coniugio agitur. Utrum meretrix licite in coniugem ducatur. Ubi primum ostenditur quod meretrix occasione coniugii. a viro retineri non possit cum lenocinii accusetur. et patronus turpitudinis esse probetur. qui crimen celat uxoris.*

Ibidem etiam ostenditur. quod antequam per penitentiam adulterium purgetur.

Debitum adultere reddere non debet.

Quod si fecerit. tribus annis peniteat. et predicte abstinentie subitiatur. quod si mulier ab adulterio recedere voluerit. uxorem suam vir. recedere poterit. nullum periculum ei illaturus.

Nec etiam deputantur adulteri. qui baptismate abluuntur. vel penitentia sanantur. cum egressus malitie virtutis operetur ingressum. et eodem studio quo crimen excluditur. innocentia copuletur quod si mulier in adulterio perseverare elegerit. patronus turpitudinis et lenocinii reus vir eius habetur nisi eam adulterii ream facere voluerit quod in mulieribus non obtinet. cum non eis permittatur. maritos suos adulterii reos facere.

Ex his infertur quod non sunt ducende in coniugium. in quibus nulla est spes fidei. nec certitudo pudicitie que si defuerint. non coniuges. set adulteri appellantur. E contra. non solum meretricum matrimonia set etiam quorumlibet nuptie improbari videntur.

Quod tamen. non ad necessitatem. set ad exortationem. observande virginitatis refertur.

Ibidem etiam ostenditur. quod nullus prohibetur meretricem ducere. vel adulteram retinere. quam sua consuetudine castitate pudicitia exornet.

Si prohibetur eam habere. quam a luxu carnis sue revocare non valeat.

In ea etiam queritur. an sit uxor que sola incontinentie causa dicitur. cum hec sola sit causa nubendi nuptiarum videlicet premia habere.

Ibi etiam ostenditur matrimonium illud quod viro suo secundum christi precepta non coniungitur. rite coniugium appellari non posse demonstratur que fuerit institutio coniugii in paradiso. que extra paradisum illud etiam quod preter inteptionem generandi fit.

Unde esse nuptiarum malum. potius esset veniale propter nuptiarum bonum et quod eo tempore quo coniugales actus geruntur. presentia sancti spiritus non datur. et quod non sunt fornicarii set coniuges. qui coniugali affectu sibi copulantur. Quamvis non causa procreandorum filiorum. set explende libidinis conveniant.

De his etiam in ea agitur quod sterelitatis venena. Vel aborsum procurant.

Unde homicidium committant. vel non.

Ibidem etiam ostenditur. quod a meretrice discedens. nec filiam suam illi tradens. peccat.

Et quod paternus consensus desideratur in nuptiis.

Et quod propria voluntas contrahentium sufficit. ad matrimonium contrahendum.

In ea quoque ostenditur. quod in matrimonio contrahendo. filiafamilias potius sequitur arbitrium liberi avi. quam origanarii patris.

Et quod sacramentum accipiatur in patriarchis.

Qui per liberas et ancillas bonos et malos genuerunt.

Et quod quicquid fuerit commissum in ea que non est legiptima uxor. adulterii crimine dampnatur.

Et quod sine peccato patriarche. plures habebant uxores. cum neque moribus neque legibus id prohiberetur.

Ostenditur etiam ibi quod nullo modo licet alicui vivente uxore sua.

Vel ex ancilla. vel ex alia qualibet filios querere.

Et quod non solum adulterium. set etiam fornicatio sacra prohibentur scriptura.

Queritur etiam ex adulterio nati non dicantur filii. vel quoniam suorum parentum sequantur. qui ex libero et ancilla nascuntur.

Ibidem etiam ostenditur quod pudicitia violenter eripi non potest. cum virtutes. et vitia voluntatem. non opera affectum secuntur.

Quod adulterium non committatur. nisi cum vel proprie instinctu libidinis.

Vel aliene consensu. cum altero vel altera contra pactum coniugale concumbitur.

... que violenter aliena libidine opprimitur. nec adultera nec fornicaria dici potest.

Et ideo qualiscumque fuerit vir. et uxor ex quo coniugali affectu sibi adheserint. ulterius ab invicem discedere non valent.

In ea etiam queritur cum sit par utriusque conditio. cur communicantes viri eum adulteris uxoribus non conveniant.

Cum econtra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur.

Ibidem etiam ostenditur. quod causa fornicationis. uxorem dimittere non valet. si et ipse fornicari convincitur.

Et quod ille qui dimiserit uxorem suam causa fornicationis illa vivente aliam ducere. gradus etiam in fornicatione ostenduntur.

In qua gravius etiam adulter quam fornicator peccare dicitur.

Gravius etiam qui nec sua dimissa aliam ducit.

Quam qui suam dimittens. aliam congnoscit.

Eos autem omnes incestuosi transcendunt. et vincunt contra naturam delinquentes.

Et quod non licet alicui hac conditione peccare. ut infidelem ad fidem perducat.

Pag. 430 — Incipit: *Quidam cum non haberet uxorem....* Desinit: *que sine ulla conditione voverunt.* Ibi col. 1461.

Pag. 442 — Causa XXXIII. *In. XXX.III. causa. de his agitur. qui malefitiis inpediti uxoribus suis. debitum reddere non possunt. Unde generaliter. ostenditur de his qui uxoribus suis debitum reddere non possunt. ut ab invicem discedant. si uterque idem confessus fuerit.*

Quod si vir asseruerit. se redidisse debitum uxori. et illa diffitetur. cui potius fides habenda sit. ibidem ostenditur.

In ea quoque agitur de his. qui sine ecclesiastico iuditio. nulla causa disidii rationabiliter probata ab uxoribus suis discedunt. Utrum sint cogendi redire. ad eos vel non.

Ibidem etiam ostenditur. quod adulteram uxo-

rem. non licet marito interficere. et que sit eis inponenda penitentia. qui uxores suas interfitiunt.

Clericis quoque ibidem conceditur. si uxores eorum peccaverint. sine mortis acerbitate habere eas in custodia. et ad ieiunia eas cogere. non tamen usque ad mortem affligere.

Ibidem etiam queritur. in sacris canonibus sit constitutum. ut post. VII. annos penitens in pristinum statum revocetur.

De penitentibus etiam ibidem agitur generaliter agitur.

Utrum post penitentiam peractam. coniugia eis concedantur.

Vel penitus prohibeantur.

In ea quoque ostenditur quibus auctoritatibus vel argumentis nitantur. qui sola cordis contritione. et secreta satisfactione. absque oris confessione peccati credunt posse dimitti. et quibus nitantur illi qui contra asserunt.

Ut in quibus casibus voluntas eque punitur. ut opus in quibus differunt.... et quando puniuntur facta quando dicta. quando scripta. quando conscientia.

Que omnia consideranda sunt. VII. modis. causa. persona. loco. tempore. qualitate. eventù.

Ibidem etiam ostenditur. quod nulli penitenti venia est deneganda. quamvis quibusdam delinquentibus. aut ex magnitudine peccati. aut ex gradu offitii. venia denegari videatur.

De penitentia quoque agitur an semel tantum.

An etiam frequenter. in ecclesia vere celebretur.

Cuius questionis triplex sententia ibidem ostenditur.

Et quibus auctoritatibus... nitantur.

Alii enim dicunt. quod penitentia vere celebrantur. nec ulterius criminaliter delinquet. qui semel vere penituerit. Alii e contra asserunt penitentiam. videlicet frequenter iure celebrari. dummodo omnium que gesserit. penitentem simul peniteat. nec de uno ita velit penitentiam agere.

Quod alia sibi reservet in quibus delectetur.

Alii vero penitentiam frequenter iterandam existimant. et unius veniam. dum in aliis delectatur. aliquam posse impetrare concedunt.

De caritate quoque in ea agitur. utrum semel habita ulterius amittatur.

Quorumdam sententia est. eum qui caritatem semel habuerit ulterius criminaliter peccare non posse.

Aliis econtra asserentibus post caritatem habitam quoslibet posse peccare. et eam frequenter amitti. et reparari.

Alii autem semel habitam. numquam amitti contendunt.

Ut in eo qui criminaliter peccat. eam manere affirmant.

Hii quoque quibus auctoritatum et rationum firmamentis iurantur. ibidem ostenditur.

In ea etiam queritur. an peccata dimissa redeant.

Cuius questionis. similiter diversorum varia est sententia.

Aliis asserentibus. aliis econtra negantibus. peccata simul dimissa ulterius replicari ad penam. et utriusque sententie. firmamentum ibidem ostenditur.

Que etiam in penitentia consideranda sunt.

Vel cui debeat fieri confessio. qualem etiam oporteat esse illum. qui aliorum crimina iudicat.

Ibidem demonstratur.

Et quod sacerdotes peccata penitentium. aliis manifestare non debet.

Et quod alteri sacerdoti commissum alicui sacerdotum ad peniten. suscipere non licet.

Et quod nemo desperandus est. cum in hoc corpore constitutus est. nec in ultimo articulo vite alicui penitentia deneganda est.

Ibidem etiam ostenditur quod non liceat alicui coniugali opere. tempore orationis vacare. nec in diebus abstinentie nuptus celebrare. et quod sine consensu uxoris vir continentiam vovere non potest.

Si vero consensu alterius ab altero eorum promissa fuerit. et si postmodum irritum deducere voluerit.

Qui promisit. non tamen valet. quia in debito coniugii eque mulier habet potestatem viri. sicut. et vir mulieris.

In ceteris autem. quia vir est caput mulieris. et mulier corpus viri. et ita vota abstinentie viro permittente. mulier potest promitere.

Ut tantum eodem prohibente. repromissa non valeat adimplere. preter conditionem videlicet servitutis. qua viro mulier debet esse subiecta.

Ita quod nec docere potest. nec testis esse. nec fidem dare. nec iudicare.

Pag. 443 — Incipit: *Quidam malefitiis impeditus uxori sue debitum....* Desinit: *absolutionis tribuat legem.* Ibi col. 1505.

Pag. 447 — Questio III. Sine alio titulo incipit: *His breviter decursis. in quibus extra negotii finem...* Desinit: *torquetur sine fine.* Ibi col. 1519.

Pag. 483 — Questio IIII. Incipit: *Cum(Quod) autem orationis.....* Desinit: *in irritum deduci.* Ibi colon. 1661.

Pag. 486 — Alia manus sequentia addidit: Hec sunt decreta Eugenii pape III. constituta in concilio Remis habito. quingentorum fere patrum. Incipit: *Qui ab episcopis suis...* Desinit: *iusticiam faciat.* Mansi *Collectio maxima Conciliorum.* Tomo XXI. col. 713.

Pag. 487 — Causa XXXIIII. *In XXXIIII. causa de his agitur qui in captivitatem ducuntur. quorum uxores dum audiunt illos mortuos. aliis nubunt. qui a crimine adulterii immunes esse docentur. nisi forte de captivitatibus prioribus redeuntibus. posterioribus contrahere maluerint.*

De his quoque in ea agitur. qui necessitate cogente in aliam provintiam fugiunt. quos uxores proprie sequi nolint.

De virginibus etiam que propter conscientiam viro nubunt alieno.

De his quoque qui nescii dormiunt. cum sorore uxoris. de simpliciter etiam fornicantibus. vel cum duabus sororibus. vel cum matre et filia vel cum patre et filio. quibus omnibus sicut ignorantibus cum coniugia non negantur. ita scientibus prohibentur perpetuo.

Incipit: *Quidam in captivitatem ductus est.....* Desinit: *sine spe coniugii maneat.* Ibi 1655.

Pag. 488 — Recentioris aevi manus addidit: *Temerariam quoque militum....* Desinit: *offitia interdicimus.* Mansi tom. cit. col. 716, num. XII.

Pag. 489 — Causa XXXV. *In XXXV. causa de incestuosis agitur. In quo ostenditur. quod usque in VII. generationis gradum. vel usque dum generatio recordatur. aut in memoria retinetur. nec ex propria cognatione. nec ex consanguinitate uxoris liceat alicui aliquam uxorem ducere. Si vero contra statuta canonum aliqui copulati fuerint. separabuntur. nec liceat alias uxores accipere. quamdiu utrique vivunt. nisi ignorantia excusentur.*

In ea quoque agitur de his qui extraordinarie polluuntur. non ordine nature.

De his etiam quibus beatus gregorius permisit. ut quarta vel V. generatione sibi iungerentur.

De his quoque. qui per affinitatis coniunctionem uxoribus pertinere probantur. usque in quartum gradum ab earum coniunctione sit abstinendum. quod et duorum consobrinorum coniuges uni viro accipere non licet.

In ea etiam ostenditur. quare usque ad VI. vel VII. gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. et quomodo consanguinitatis gradus conputandi sunt. quomodo etiam et gradus affinitatis. quare frater sororve uxoris cognati dicantur. quare alii usque ad VI. alii usque ad VII. gradum consanguineos iungi prohibeant.

Ibidem etiam ostenditur. quibus accusantibus. vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit. et ut confessioni utriusque fides habeatur. et ut suo periculo relinquantur. si contra conscientiam adiurati se consanguineos esse negaverint.

In ea quoque ostenditur. quod sinodale sacramentum quod, separationis. quod reconciliationis. et quod nulli licet occasione consanguinitatis. uxorem suam dimittere. et aliam ducere. nisi causa fornicationis.

Ibidem etiam demonstratur. quod unius testimonio coniugia dissolvi non debent. quare etiam negentur esse filii qui de incestuosis nascuntur.

De his etiam ibidem agitur. qui ignoranter coniuncti sunt. In quo gradu consanguinitatis vel affinitatis. dispensatione ecclesie relinqui possunt.

Ibidem demonstratur. quod hii quibus coniunctio interdicitur. illicita. habebunt ineundi coniugii melioris libertatem. nisi in eodem crimine usque ad mortem alterius eorum contumaciter perseveraverunt.

Queritur etiam in ea. si ecclesia fraude testium. aut ignorantia eorum decepta aliquos separaverit. quod post separationem alia coniugia contraxerint. si postea deprehensa fuerit calliditas. vel falsa opinio testium. a sententia ecclesie sit retractanda.

De ea quoque que ad secundas nuptias transit. utrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneant. an soboles ex secundis nuptiis suscepta consanguineis prioris viri copulari possit. ibidem similiter queritur.

Incipit: *Quidam mortua uxore sua. aliam sibi...* Desinit: *congnationis prioris viri pertingere*. Ibi. col. 1661.

Pag. 499 — Causa XXXVI. *In XXXVI. causa de raptoribus agitur qui sint raptores. et que penitentia sit eis inponenda et an rapte post rapinam purgatam raptoribus suis licite copulari valeant.*

Incipit: *Filiam cuiusdam patre ignorante. quidam muneribus...* Desinit: *detrahere voluerit*. Ibi col. 1697.

Pag. 501 — De consecratione ecclesiarum. et quod misse non sunt alibi celebrande. quam in locis deo sacratis. Incipit: *De ecclesiarum consecratione...* Desinit: *viderit patrem facientem*. Ibi col. 1703.

Pag. 537 — Hoc folium, quod ad hunc Codicem non pertinet, sed ad idem tempus videtur referendum, continet nonnullas decretales: *Quoniam enormis... Non satis utiliter... Quia in quibusdam... Non magnopere... In partibus tolose... Maioribus ecclesie... Plures clericorum... Quamvis grave....* quae occurrunt in Tomo CXC *Patrologiae latinae* Migne col. 389, inter Opera S. Thomae Cant. Archiepiscopi sub titulo: *41. Capitula Concilii Alexandri tertii habiti Turonis*. In aversa vero pagina quatuor leguntur aliae decretales, quas in lucem damus, quia inter editas illas non invenimus.

Pag. 538 — Ex decretis iulii. pape. Symoniacis nulla est prestanda misericordia. *Sicut pestis symoniaca sui magnitudine alios morbos vincit. ita sine dilatione mox ut eius signa per aliquam personam claruerint. debet eliminari de ecclesia dei atque propelli. Petrus enim primus pastor aecclesie. non alicuius hominis attestatione. set sancti spiritus inspiratione symonis interire animam cognoscens. sine aliqua audientia. mirabili eum. et repentina morte mulctavit.*

Item deus dedit. papa. Unius testimonii assertione deponi symoniacus potest. *Si dominus et magister omnium qui sine peccato fuit accusandi licentiam uni dedit. quanto magis unius assertione est convincendus qui symonis labe dinoscitur esse pollutus? Non ergo in tali negotio quilibet catholicus respuendus est. set ut veritatem asserat. ad depellendam symoniacam rabiem. magnis precibus exorandus.*

Item in registro. maximo presumptori ecclesie Salonitane.

Ex auditu symonie episcopum suspensum esse. *Quotiens contra ecclesiasticam quid dicitur esse gestum disciplinam. ne nos ante deum culpa ex dissimulatione redarguat; inrequisitum hoc relinquere non audemus. Pervenit itaque ad nos quod per symoniacam heresim fueris ordinatus. set et alia multa de te dicta sunt. de quibus hoc unum quidem maxime fuit. propter quod necesse habuimus te per scripta nostra prohibere. ne missarum sollempnia celebrare debuisses. donec quid esset verius potuissemus addiscere.*

Alexander III. Andren. episcopo. Consuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit. de clericis qui ecclesias constructas hereditario iure sibi vendicant nec tibi volunt exinde respondere. Et de laicis qui prescriptas ecclesias filiis vel nepotibus suis dare nituntur. Cum autem sanctuarium de iure hereditario teneri non possit et indignum penitus sit et absurdum ut quilibet auctoritate propria ecclesias occupet. vel taliter occupatas detineat. nec decet aliquatenus sustinere. ut in episcopatu tuo vel clerici ecclesias a parentibus suis fundatas auctoritate propria detineant. aut laici filiis vel aliquibus aliis ecclesias ipsas concedant.

CODEX LXV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 65 ET 90, INTERIORI VERO 342.
PLUTEO Z.

Codex in folio membranaceus, longitudinis metri 41/₀, latitudinis 26/₀, paginarum 642, duplici columna, characteribus Latino-gothicis Saeculi XIV incipientis exaratus. Continet DECRETUM GRATIANI cum glossis, quae fere adamussim concordant cum illis quae in editione Veneta 1595, cum qua Codicem contulimus, leguntur, paucis tantum exceptis, quae in Codice desiderantur. At aliae adnotationes vel glossae posterioris aevi, et alienae manus, Codicis textum declarant, quarum specimen in eiusdem excussione dabimus. In textu vero *Decreti* quaedam *Paleae* desiderantur, quas brevitatis causa omisimus. Rubricae, Distinctiones, et literae maiusculae exaratae sunt diversa, sed coeva manu. In Compactione Codicis duo folia initio duoque in fine assuta sunt, quorum priora continent: fragmentum homiliae S. Ephraem Syri de Transfiguratione Domini, quod editum invenies apud Combefis Tom. VII. pag. 584; aliud Homiliae S. Gregorii Pp. in Evangelium: *Sint lumbi vestri praecincti... Sancti Evangelii, fratres charissimi, aperta vobis est lectio recitata...* quae inter eius *Opp.* reperitur, et inter homilias a Cumdio editas Tomo IV. pag. 1196 legitur; item posteriora aliud fragmentum homiliae cuiusdam de Spiritu Sancto, quam in editis non invenimus; et tandem aliud homiliae Ven. Bedae Presbyteri in Evangelium: *Ascendens Iesus Hierosolymam...* quae reperitur apud Combefis Tom. II. pag. 441.

Pag. 1 — PRIMA PARS. CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM AC PRIMUM DE IURE NATURE ET CONSTITUTIONIS. Incipit: *Humanum genus duobus regitur. Naturali videlicet iure et moribus...* Glossae antiquiores incipiunt: *Quoniam novis supervenientibus causis..... in iure canonico. Humanum genus. Tractaturus gratianus de iure...* In glossa ad verba. *In istis iudicent* cap. III. Distinctionis IIII. ita legitur: *cum ergo papa vult concedere canones episcopi possunt contradicere — ut fecit strigoniensis. Regem interficere nolite. timere bonum est. et si omnes consenserint. ego non. contradico — et dicere canon iste.....* In Distinctionis XVI. cap. X. haec lectio Codicis: *Quinta in constantinopoli. contra theodorum mopsotenum. et omnes hereticos. qui theodorus dicebat alium deum esse verbum. et alium christum. et sanctam virginem mariam negabat dei genitricem fuisse. temporibus iustiniani. principis iulii pape romani. domini antioceni. euthicii constantinopolitani. qui. XVIII. cap. anathematizando scripserunt*, ubi ad nomen *Iulii* haec glossa legitur: *falsa est litera et debet dici Vigilii. qui sedit tempore dicti Iustiniani. quoniam Iulius papa contemporaneus fuit constantino magno ut ex cronicis quas veriores puto apparet.* Item ad verba: *Siquidem tempore diocletiani et maximiani augustorum. marcellinus episcopus urbis rome...* Capitis VII. Distinctionis XXI. leguntur sequentes glossae: *Isti fuerunt maximi persecutores ecclesie. sub istis passi sunt Anastasia virgo. sebastianus. agnes. lucia. in urbe Mediolani gervasius et protasius. Item agata virgo. gorgonius. quintinus. et grisogonus. et apud egeam civitatem cosmas et damianus. Marcellinus. Hoc factum fuit anno domini CCLXXXIX. capite truncatus est cum claudio cirino et antonio. et cessavit episcopatus annis VII. et mensibus. ut legitur in cronicis.* In glossa ad Caput I. Distinctionis XXVII. ubi legitur: *quia iste M(artinus) Papa precessit Gre-*

g(orium), adest haec nota: *non dicit verum ymmo gregorius precessit martinum per LVI annos ut patet in cronicis*. In capite III. Distinctionis XLV. post verba glossae: *non exerceant talia. ut C. de iudeis iudeis*, haec adduntur: *Unde in parasceve iudei debent tenere hostia clausa. extra de iudeis. quia super*. Desinit prima pars Decreti verbis: *et de ordinationibus que per pecuniam fiunt. contineat*. In edit. cit. a pag. 1. ad 460. Tituli capitum fere omnes adamussim concordant cum editis, paucis tantum exceptis, in quibus occurrunt quaedam verborum transpositiones.

Pag. 143 — Incipit prima causa in qua agitur de scimoniacis et de sacramentis hereticorum sub XII. questionibus deducta. Incipit: *Quidam habens filium.....* Desinit: *et quid sanctorum patrum sentiat auctoritas liquido intimetur*. Ibi a pag. 561 ad 574.

Pag. 179 — Incipit secunda causa de accusationibus episcoporum. VIII. continens questiones. Incipit: *Episcopus quidam de lapsu carnis a laico impetitur.....* Desinit: *et utique XXX.ª dies utiles observandi sunt*. Ibi a pag. 575 ad 669.

Pag. 208 — Incipit causa tercia sub undecim questionibus distincta. Incipit: *Quidam episcopus a propria sede deiectus petit restitui...* Desinit: *luituri penas ante prohibite delationis exordium*. Explicit tercia causa. Ibi a pag. 669 ad 716.

Pag. 222 — Incipit causa IIII. sub VI. questionibus divisa de accusationibus. Incipit: *Quidam in excomunicatione constitutus.....* Desinit: *Quod si persone accusatorum in iudicio episcoporum etc. ut supra eisdem verbis*. Ibi a pag. 716 ad 729.

Pag. 225 — Incipit quinta causa in sex questiones divisa de pena accusatorum. Incipit: *In infamiam cuiusdam episcopi cartula...* Desinit: *et a catholicorum comunione nisi digne penituerit coherceatur*. Explicit causa V. Ibi a pag. 730 ad 743.

Pag. 229 — Incipit causa. VI. sub quinque questionibus. Incipit: *Duo fornicatores et infamia notati...* Desinit: *famam suam reum purgare oportet*. Ibi a pag. 743 ad 760.

Pag. 235 — Incipit causa VII. que sub duabus questionibus continetur. Incipit: *Longa invalitudine gravatus episcopus...* Desinit: *eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione conpellas*. Ibi a pag. 760 ad 791.

Pag. 246 — Incipit octava causa sub quinque questionibus. Incipit: *In extremis agens quidam episcopus....* Desinit: *quam huius sedis rectoribus placere cognoverunt*. Ibi a pag. 791 ad 806.

Pag. 251 — Incipiunt capitula none cause sub tribus questionibus descripte de excomunicatis episcopis. Incipit: *Sentencia excomunicacionis notatus quidam archiepiscopus....* Desinit: *sed illum tantum de eorum correctione ammonuit*. Ibi a pag. 806 ad 821.

Pag. 256 — Incipit X.ª causa sub tribus questionibus distributa de iure ecclesiarum et quid iuris episcopi habeant in eis. Incipit: *Quidam laicus basilicam a se factam...* Desinit: *inculi dampna volumus aut qualibet ratione permittimus*. Ibi a pag. 822 ad 839.

Pag. 262 — Incipit XI.ª causa sub tribus questionibus deducta tres continens questiones. de iudiciis clericorum. Incipit: *Quidam clericus adversus clericum questionem de prediis agitavit....* Desinit: *ut ceteris metus incutiatur*. Ibi a pag. 839. ad 901.

Pag. 282 — Incipit XII.ª causa sub V. questionibus deducta de clericis (sic) vitam ducere nolentibus. Incipit: *Quidam clerici propria....* Desinit: *Similiter de sanctimonialibus assignatur*. Ibi a pag. 902 ad 957.

Pag. 301 — Incipit. XIII. causa. de canonicis et decimis et sepulturis sub duabus questionibus divisa. Incipit: *Diocesiani cuiusdam baptismalis ecclesie...* Desinit: *cunctis tamen diebus vite sue penitentiam agat*. Explicit. XIII. causa. Ibi a pag. 957 ad 978.

Pag. 308 — Incipit XIIII. de canonicis questionibus de prediis ecclesie questionem moventibus sub sex questionibus deducta. Incipit: *Canonici cuiusdam ecclesie...* Desinit: *furti crimen incurrit*. Explicit quartadecima causa. Ibi a pag. 978 ad 994.

Pag. 314 — Incipit quintadecima causa. de his qui ante sacerdotalem benedictionem criminaliter deliquerit octo continens questiones. Incipit: *Clericus quidam crimine carnis lapsus esse probatur...* Desinit: *sed qui convincitur criminosus*. Explicit. XV. causa. Ibi a pag. 994 ad 1020.

Pag. 322 — INCIPIT. XVI. CAUSA. DE MONACHIS. AN LICEAT EIS PUBLICA OFFICIA POPULIS CELEBRARE. PENITENCIAM DARE ET BAPTIZARE. ET DECIMAS ACCIPERE SUB SEPTEM QUESTIONIBUS DEDUCTA. Incipit: *Quidam abbas habebat parrochianam ecclesiam...* Desinit: *vel amicis sine fratrum voluntate.* Ibi a pag. 1021. ad 1098.

Pag. 345 — INCIPIT XVII. CAUSA DE HIS QUI NECESSITATE INFIRMITATIS PROPOSITUM RELIGIONIS APPETUNT QUE SUB QUATUOR QUESTIONIBUS CONPREHENDITUR. Incipit: *Quidam sacerdos pro infirmitate gravatus...* Desinit: *quam ab illo ista inferantur.* EXPLICIT. XVII. CAUSA. Ibi a pag. 1098 ad 1118.

Pag. 352. — INCIPIT XVIII. DUAS CONTINENS QUESTIONES. DE HIS QUE AB EODEM PRELATO IN DIVERSIS PRELATIONIBUS ADQUIRUNTUR. Incipit: *Quidam monachus consecratus....* Desinit: *a quibus omnibus monasteria libera sunt.* Ibi a pag. 1118 ad 1133.

Pag. 357 — INCIPIT NONADECIMA CAUSA DE CLERICIS QUIBUS AD PROPOSITUM RELIGIONIS PRELATI CONSENTIRE DEBENT. TRES CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Duo clerici ad monasterium transire volunt....* Desinit: *abstrahere de monasterio.* Ibi a pag. 1133. ad 1139.

Pag. 359 — INCIPIT. VICESIMA CAUSA DE HIS QUI TEMPORE PUERICIE A PARENTIBUS MONASTERIO TRADUNTUR SUB QUATUOR QUESTIONIBUS DISTRIBUTA. Incipit: *Duo puericie annos agentes...* Desinit: *ne hac occasione ad secularem conversationem redeant.* Ibi a pag. 1140 ad 1152.

Pag. 363 — INCIPIT. XXI. CAUSA DE CLERICIS QUI DUABUS ECCLESIIS CUPIUNT INTITULARI. CONTINENS QUESTIONES QUINQUE. Incipit: *Archipresbiter cuiusdam ecclesie...* Desinit: *exercere in eos districtionem canonicam nullo modo cessabo.* Ibi a pag. 1152 ad 1163.

Pag. 366 — INCIPIT XXII. CAUSA DE IURAMENTIS UTRUM PRESTANDA SUNT AUT NON. QUINQUE CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus iuravit falsum...* Desinit: *sibi iurare compellat. pellat.* (ibi a pag. 1163. ad 1201). *Unde urbanus. II. ait.*

NE CLERICUS SACRAMENTUM CALUMPNIE PRESTET. *Honorius urbis rome episcopus. omnibus occidentalibus episcopis inherentes vestigiis predecessorum nostrorum dicentium. graviores questiones per summum pontificem esse terminandas. Quapropter nostrorum fratrum diligenter concilio inquisito. huius cause speciem. irrefragabiliter terminantes decidimus legibus itaque* (sic) *est reperimus ut nemo clericorum iurare presumat. Alibi vero reperimus scriptum. ut omnes principales persone in primo litis exordio subeant iusiurandi calumpnie. nonnullis legis peritis et aliis quamplurimis sapientibus res in dubium venit. utrum clerici iusiurandum prestare debeant. aut alii persone officium liceat delegare. Quia enim illum constitutionis edictum quo clerici iurare prohibentur a marco augusto constantinopolitanis clericis provulgatum fuisse videtur. idcirco ad alios clericos pertinere non creditur. Ut ergo ista dubietas ab omnibus penitus aufferatur. set etiam decisionem dilecti quondam filii nostri henrici imperatoris ut accipimus arentini factam. III. nonas aprilis. vel sicut ibi continetur. de cuius interpretatione corroboramus. et divi marci constitutionem ita interpretari debere decernimus. ut ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum divus iustinianus iure decreverit. ut canones pariter vim legum habere oporteat. et in nonnullis legibus pariter cum canonibus reperiatur ut clerici iurare non audeant. dignum est ut totus clericalis ordo. a prestando iureiurando immunis esse procul dubio censeatur. propterea tenor statuti principis prefati penes nos talis esse dinoscitur. Nos ergo utrique divine videlicet. et humane legis intentione servata discernimus. et imperiali auctoritate inretractabiliter diffinimus ut non episcopi. non presbiteri. non cuiuscumque ordinis clericus. non abbas. non aliquis monachus vel sanctimonialis in quacumque controversia. sive criminali sive servili iusiurandum conpellatur qualibet ratione subire. Verum cum hac moderatione romano videlicet pontifice inconsulto. ut si quis in hoc statuta comiserit. veniam sibi deinceps noverit denegari. Non sumentes exemplum seu formam a nobis qui aliter in causa nostrorum fratrum et coepiscoporum aretine ecclesie. et senensis nuper fecimus. quoniam eorum voluntati et postulationi annuimus.* Lege ibi pag. 1201. notam quae dicit: *In aliquot vetustis exemplaribus finis huius causae est in ver.* expurgetur, *absunt autem hec verba et se-*

quens caput nullus. In uno autem non modo ista habentur sed etiam caput primum de iuramento calumniae et constitutio nova Henrici.

Pag. 381 — Incipit vicesima tertia causa. octo movens questiones de hereticis utrum a catholicis in armorum ad unitatem ecclesie redire cogantur vel cogi debeant. Incipit: *Quidam episcopi cum plebe...* Desinit: *set tantum affuerunt. extra noxam sint.* Ibi a pag. 1201 ad 1294. Ad verba *et per principes romanorum* capitis XLIX Questionis V. huius Causae legitur haec nota: *Nota quod legitur in gestis romanorum. quod titus et vespasianus romani imperatores fuerunt fratres quorum unus. titus. regnabat massilie. vespasianus rome. titus vero erat leprosus. qui consilio medicorum volebat balneare se in sanguine puerorum ut sic mundaretur a lepra. Sed quidam mercatores de transmarinis partibus venientes narraverunt sibi qualiter quidam propheta qui fuerat suspensus in furca dimiserat quosdam discipulos suos qui omnes curabant infirmitates et leprosos mundabant in nomine crucifixi illius. Unde dicebant ei ne interficeret pueros. sed expectaret quia aliqui de discipulis venire debebant. Interim venerunt. IX. naves seu barche. quarum una applicuit barchinoniam. Inde dicta barchinona. quasi barca nona. Alie venerunt. massiliam in qua erat lazarus et marta et maria magdalena. et lazarus curavit titum a lepra. alie venerunt aput sanctam mariam de mari. in qua. due. marie. Alie vero applicuerunt rome. in qua erat mulier habens. anfaciem domini. curato itaque Tito. dixit titus lazaro. quod frater suus vespasianus habebat maculam in oculo. que nullo medicorum consilio curari poterat. Respondit lazarus quod rome erat quedam mulier habens anfaciem domini que modo dicitur veronica. Unde si frater suus posset eam videre statim curaretur a macula. quod significavit titus vespasiano. qui quesivit et invenit et ut vidit veronicam cecidit ab oculo eius quasi scama et statim curatus est. Unde licet pagani essent pro beneficio recepto cogitaverunt qualiter possent vindicare mortem christi. et paraverunt se. XX. annis et transfretaverunt. cum. VI. XX. C. milia hominum et ceperunt. iherusalem. et iudeos interfecerunt et ex eis vendiderunt. et. XXX. iudei pro uno denario dabantur. sicut christum vendiderant. XXX. denariis. et omnes interfecerunt. exceptis. XII. milibus qui remanserunt captivi in memoriam passionis christi. exceptis illis qui dati fuerant in dispersionem ultra montes caspuos.*

Pag. 421 — Incipit. XXIIII. causa de episcopis in heresim lapsis tres continens questiones. Incipit: *Quidam episcopus in heresim lapsus...* Desinit: *Propterea apostolus ait. ut probati manifesti fiant. hii autem. a deo probati sunt qui bene docere possunt.* Ibi a pag. 1294 ad 1345.

Pag. 442 — Incipit. XXV. causa de privilegiis ecclesiarum duas continens questiones. Incipit: *Sancta romana. ecclesia...* Desinit: *baptismales seu parrochiane ecclesie penitus destruantur.* Ibi a pag. 1345 ad 1362.

Pag. 449 — Incipit. XXVI. causa de sortilegis septem continens questiones. Incipit: *Quidam sortilegus sacerdos esse et divinus...* Desinit: *vel herbas habere sine incantatione.* Ibi a pag. 1362. ad 1384.

Pag. 462 — Incipit. XXVII. causa de his qui post votum castitatis matrimonia contrahere volunt duas continens questiones. Incipit: *Quidam votum castitatis habens...* Desinit: *et mutuo se suscipiunt.* Ibi a pag. 1389. ad 1433.

Pag. 477 — Incipit vicesima octava causa de coniugio infidelium. et an inter eos sint coniugia an non. III. continens questiones. Incipit: *Quidam infidelis in coniugio positus...* Desinit: deficiente capite II. Quaestionis III: *Ait enim Augustinus super epistolam pauli ad titum.* Ibi a pag. 1434 ad 1450.

Pag. 485 — Incipit vicesima nona causa. de coniugiis que dolo et fraude contrahuntur. duas continens questiones. Incipit: *Cuidam nobili mulieri nunciatum est...* Desinit: *et per voluntatem dominorum.* Ibi a pag. 1451 ad 1458.

Pag. 487 — Incipit tricesima causa de his qui filios suos de sacro fonte suscipiunt. V. continens questiones. Incipit: *Populorum frequentia quidam impeditus...* Desinit: *eorum vivente se copulaverit aliis.* Ibi a pag. 1458 ad 1476.

Pag. 493 — Incipit. XXXI. causa de adulteriis et secundis ac terciis nupciis in. III. questiones distributa. Incipit: *Uxorem cuiusdam alius construpavit...* Desinit: *que illorum consensu contrahuntur.* Ibi a pag. 1476 ad 1487.

Pag. 497 — Incipit. XXXII. causa de coniugio et si liceat meretricem ducere in coniugem. an non. octo continens questiones. Incipit: *Quidam cum non haberet uxorem...* Desinit: *que sine ulla condicione voverunt.* Ibi a pag. 1487 ad 1536.

Pag. 513 — Incipit tricesima tertia causa de his qui maleficiis impediti. uxoribus suis debitum reddere non possunt. V. continens questiones. Incipit: *Quidam maleficiis impeditus......* Desinit: *quod post promissionem non valent. in irritum deduci.* Ibi a pag. 1537 ad 1701.

Pag. 574 — Incipit tricesima quarta causa de uxoribus captivorum que per ignorantiam aliis nubunt continens duas questiones. Incipit: *Quidam vir in captivitatem ductus est.....* Desinit: *fornicaria autem sine spe coniugii maneat.* Ibi a pag. 1701 ad 1707.

Pag. 576 — Incipit. XXX.ª quinta causa. de matrimoniis concessis. seu prohibitis. secundum lineam consanguinitatis. vel affinitatis. X. continens questiones. Incipit: *Quidam vir mortua uxore sua...* Desinit: *sancta romana sinodus prorsus inhibuit.* Ibi. a pag. 1707 ad 1745.

Pag. 589 — Incipit XXX. VI. causa de raptoribus virginum duas continens questiones. Incipit: *Filiam cuiusdam patre ignorante....* Desinit: *illam raptori detrahere voluit.* Ibi a pag. 1745 ad 1751 lin. 5.

Pag. 591 — *Felix III.* De consecratione ecclesiarum. et missarum celebritatibus. Incipit: *De ecclesiarum consecratione et de missarum celebrationibus non alibi...* Desinit: *Non potest filius a se facere quicquam. nisi quod viderit patrem facientem.*

Laus tibi sit christe quoniam labor explicit iste.
Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus.
Qui scripsit scribat. semper cum domino vivat.

Frequentiores sunt glossae recentiores tertiae huius partis Decreti. Ad I. caput Distinctionis I. legitur: *Intencionem cuiuslibet distinctionis potest habere per hos* (*versus*).

ecclesias prima distinctio sacrat et aras.
altera quod panis sacratus fit caro christi.
tercia festa docet et que ieiunia serves.
quarta docet. virtus libri que sit et ordo.
quintaque confirmat ieiunia laude coronans.

Antiqui tamen doctores non legebant tractatum istum nec antiquitus legebatur. sed magistri ponebant notulas marginales tantum. et postea dimittebant. Unde debes noscere quod licet in hac ultima parte istius operis non ponantur. §. ponuntur tamen notule marginales quibus dicitur ad quid inducitur. c. sequens. Unde debes habere hic talem notulam quod ecclesia debet consecrari ostenditur exemplo veteris. t. non edificabis mihi domum. paralipom. I. XV. c.

Pag. 642 — Cum Glossa posterioris aevi in superiori margine conscripta Codex desinit.

In inferiori vero margine haec leguntur: *Anthonius fatigatus de fondis laborator terrarum ecclesie sancte marie de rosa pro fundos ad tertiam partem.*

Anno domini millesimo. CCC.° XC.° die XIIII. mensis. Ianuarii. dominus Cardinalis Yspanus viam est universe carnis ingressus.

CODEX LXVI.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 66 ET 139, INTERIORI VERO 434. PLUTEO Z.

Codex in folio membranaceus, longitudinis metri $39/_0$, latitudinis $25/_0$, foliorum 312, paginarum scilicet 624 duplici columna exaratarum, saeculo XIII. conscriptus. Adest tamen nota in pagina 570, ubi legitur: *Explicit apparatus arborum consanguinitatis domni Iohannis andree doctoris decretorum Bononie. scriptus anno domini MCCCXI. none indictionis*; at est characteris alterius manus, quae ibi adiunxit *Arborem Affinitatis* a praedicto Ioanne Andrea Bononiensi declaratam. Continet Codex Gratiani Decretum cum Glossis. Cum editione Veneta anni MDXCV. *apud Iunctas* collatus, in quibusdam tantum, iisque parvi momenti, eum haud concordare depraehendimus.

Sex adsunt folia XI saeculi in compactione, quae continent fragmenta Libri Ecclesiastici, vitae S. Martini, et vitae S. Mauri.

Codex noster videtur pertinuisse ad *Priorem de Bononia*, qui notas, correctionesque passim addidit, eas suo nomine signans; et in pag. 565 tit. Cap. X. Quest. III. *Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium*, legitur in margine: *ab isto loco usque ad VI. questionem omnia non leguntur*. Pri.

In eodem Codice *Paleae* desiderantur sicut in Codice 65. Praeter glossas antiquiores, aliae additae sunt a posteriori manu.

Pag. 1 — Initio Codicis etiam alia decem folia, scilicet 20 paginae, assuta sunt, quorum priora quatuor continent quamdam *Decreti* synopsim, quae incipit: *Verborum superfluitate penitus resecata de talento vobis relinquo sotii margaritam ut qui stomacho labescente non possunt crucibuli vigilias sustinere presens opusculum anplectentur et sic cingulo iuris canonici in momento uno sunt precincti quod multa tempora non poterant adipisci.....* Desinit: *Item quantum extendat privilegium immunitatis et utrum ipso iure sint excomunicati transgressores. tra. e. q. omnis etc. Sicut. Laus tibi sit christe qui liber explicit iste.* Posteriora vero, a pag. 9, aliam synopsim continent, quae incipit: *Concordantia canonum discordantium iuxta determinacionem Gratiani Episcopi. Que in tres principaliter dividitur partes. Prima constat...* Desinit: *raptoribus suis licite valeant copulari.*

In numero cleri quisquis probus optat haberi.

Est opus ut scriptis iugiter meditetur in istis.

Capitulorum varietates libri huius hiis versiculis breviter annotantur.

necessaria *Rome* *persecutionis* *subllimis.*
Causa Locus tempus persona.
quod non ex equitate. *quia de novo conversi sunt.*
Rigor. Novitasque.
in prima ecclesia. *non debet reprehendi.* *in prin-*
Antiquum. Novitas.
cipio unum est. *quia liberam excitat voluntatem*
Veto. Consulo.
et veto unum est.
Recipioque

Pag. 21 — Prima pars. Incipit: *Humanum genus.....* Desinit: *que per peccuniam fiunt contineat.* Vide edit. Venet. *apud Iunctas* 1595. a pag. 1. ad 460. Glossae secundae manus incipiunt: *Ordinaturus magister gratianus decreta ipsa altius ingreditur a divisione iuris quod in duo dividit primo in ius videlicet naturale et consuetudinis. Inde multiplices supponit divisiones quarum singulas exequitur. dicens. Humanum genus.* etc.

Aliae glossae prioris manus respondent editis in praefata edit. Veneta.

Pag. 162 — Recentiori charactere saeculi XIV, sicuti in reliquo Codice, legitur titulus: Incipit pars secunda de symoniacorum ordinatione continens. VII. questiones. Incipit: *Quidam habens filium*... Desinit: *liquido intimetur*. Ibi a pag. 461. ad 574.

Pag. 197 — Incipit secunda causa de accusationibus episcoporum continens. VII. questiones. Incipit: *Quidam episcopus de lapsu carnis impetitur*.... Desinit: *et utique. XXX. dies utiles observandi sunt*. Ibi a pag. 575 ad pag. 669.

Pag. 228 — Incipit tertia causa de expoliatis et de restitutione eorum. continens. XI. questiones. Incipit: *Quidam episcopus a propria sede*... Desinit: *ante prohibite dilationis exordium*. Ibi a pag. 669 ad pag. 716.

Pag. 241 — Incipit quarta causa de accusationibus et testibus continens XI. questiones. Incipit: *Quidam in excomunicatione constitutus*.... Desinit: *in episcoporum iudicio etc. Ut supra in eisdem verbis*. Ibi a pag. 716 ad pag. 729.

Pag. 244 — Incipit quinta causa de pena accusatorum. continens. VI. questiones. Incipit: *In infamiam cuiusdam episcopi*... Desinit: *penituerit coherceatur*. Ibi a pag. 730 ad pag. 743.

Pag. 248 — Incipit sexta causa de accusatione symoniacorum continens. V. questiones. Incipit: *Duo fornicatores et infamia notati*... Desinit: *reum purgare oportet*. Ibi a pag. 743 ad paginam 760.

Pag. 254 — Incipit septima causa de substitutis viventibus prelatis. continens II. questiones. Incipit: *Quidam episcopus longa egritudine*... Desinit: *necessaria probatione compellas*. Ibi a pag. 760 ad pag. 791.

In inferiori margine pag. 258, leguntur versus sequentes:

In matutino dampnatur tempore Christus
Quando resurrexit primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur tunc est cruciamina passus.
Sexta sunt tenebre per mundi climata facte.
Emissus nona divinus spiritus ora (hora)
Vespere cl(a)*uduntur christi sacramenta sepulcro*
Christo biscena (bissena) *custodia ponitur hora.*
Pri. de bonon.

Pag. 264 — Incipit octava causa de electionibus episcoporum continens. V. questiones. Incipit: *Quidam episcopus agens in extremis*... Desinit: *rectoribus placere cognoverint*. Ibi a pag. 791 ad pag. 806.

Pag. 269 — Incipit nona causa de ordinatis ab excomunicatis et quid liceat alteri in aliena dyocesi. III. continens questiones. Incipit: *Sententia excomunicationis*..... Desinit: *correctione ammonuit*. Ibi a pag. 806 ad pag. 821.

Pag. 274 — Incipit decima causa de iure ecclesiarum et quod iuris Episcopi habeant in eis. III. continens questiones. Incipit: *Quidam laicus basilicam*..... Desinit: *ratione permittimus*. Ibi a pag. 822 ad pag. 839.

Pag. 279 — Incipit undecima causa de iuditiis clericorum. III. continens questiones. Incipit: *Clericus quidam* (adversus) *clericum*... Desinit: *metus incuciatur*. Ibi a pag. 839 ad pag. 901.

Pag. 298 — Incipit XII.ª causa de clericis comunem vitam ducere nolentibus. V. continens questiones. Incipit: *Quidam clerici propria*... Desinit: *de sanctimonialibus assignatur*. Ibi a pag. 902 ad pag. 957.

Pag. 317 — Incipit XIII. causa de canonicis, de decimis et sepulturis questionem moventibus. continens. II. questiones. Incipit: *Diocesiani cuiusdam baptismalis ecclesie*.... Desinit: *diebus vite sue penitentiam agat*. Ibi a pag. 957 ad pag. 978.

Pag. 324 — Incipit XIIII. causa de canonicis de prediis ecclesie questionem moventibus. VI. continens questiones. Incipit: *Cannonici cuiusdam ecclesie*... Desinit: *furti crimen incurrit*. Ibi a pag. 978 ad pag. 994.

Pag. 329 — Incipit XV. causa. de hiis qui ante sacerdotalem benedictionem criminaliter deliquerunt. VIII. continens questiones. Incipit: *Quidam sacerdos*.... Desinit: *convincitur criminosus*. Ibi a pag. 994 ad pag. 1020.

Pag. 337 — Incipit XVI. causa de monachis publica offitia populis celebrare volentibus. VII. continens questiones. Incipit: *Quidam abbas*.... Desinit: *sine voluntate fratrum*. Ibi a pag. 1021 ad pag. 1098.

Pag. 360 — Incipit XVII. causa de hiis qui necessitate infirmitatis propositum religionis appetunt. IIII. continens questiones. Incipit:

Quidam clericus infirmitate gravatus..... Desinit: *quam ab illo ista inferantur*. Ibi a pag. 1098 ad pag. 1118.

Pag. 366 — INCIPIT. XVIII. CAUSA DE HIIS QUE AB EODEM PRELATO IN DIVERSIS PRELATIONIBUS ACQUIRUNTUR DUAS CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam abbas consecratus...* Desinit: *monasteria libera sunt*. Ibi a pag. 1118 ad pag. 1133.

Pag. 371 INCIPIT. XIX. CAUSA DE CLERICIS QUIBUS PRELATI AD PROPOSITUM RELIGIONIS CONSENTIRE DEBENT. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Duo clerici ad monasterium...* Desinit: *de monasterio abstrahere*. Ibi a pag. 1133 ad pag. 1139.

Pag. 373 — INCIPIT. XX. CAUSA DE HIIS QUI TEMPORE PUERITIE A PARENTIBUS MONASTERIO TRADUNTUR. IIII. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Duo pueritie annos agentes...* Desinit: *secularem conversationem redeat*. Ibi a pag. 1140 ad pag. 1152.

Pag. 377 — INCIPIT. XXI. CAUSA DE CLERICIS QUI DUABUS ECCLESIIS CUPIUNT INTITULARI. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Archipresbiter cuiusdam ecclesie...* Desinit: *nullo modo cessabo*. Ibi a pag. 1152 ad pag. 1163.

Pag. 380 — INCIPIT. XXII. CAUSA DE IURAMENTIS UTRUM PRESTANDA SINT AN NON. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus iuravit...* Desinit: *sibi iurare compellat*. Ibi a pag. 1163 ad pag. 1201. In pag. 388. Cod. occurrit hic titulus qui in editione desideratur: *Quot iuramenta modis contracta solvantur*. Ibi pag. 1188, linea sexta.

Pag. 393 — INCIPIT. XXXIII. CAUSA DE HERETICIS UTRUM A CATHOLICIS VI ARMORUM AD UNITATEM ECCLESIE REDIRE COGI DEBEANT AN NON. VIII. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus cum plebe...* Desinit: *extra noxam sint*. Ibi a pag. 1201 ad pag. 1294.

Pag. 431 — INCIPIT. XXIIII. CAUSA DE EPISCOPIS IN HERESIM LAPSIS. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus in heresim...* Desinit: *qui bene possunt docere*. Ibi a pag. 1294 ad pag. 1345.

Pag. 449 — INCIPIT. XXV. CAUSA DE PRIVILEGIIS ECCLESIARUM. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Sancta romana ecclesia...* Desinit: *ecclesie penitus destruantur*. Ibi a pag. 1345 ad pag. 1362.

Pag. 455 — INCIPIT. XXVI. CAUSA DE SORTILEGIIS. VI. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam sacerdos sortilegus esse...* Desinit: *habere sine incantatione*. Ibi a pag. 1362 ad pag. 1389.

Pag. 466 — INCIPIT. XXVII. CAUSA DE HIIS QUI POST VOTUM CASTITATIS MATRIMONIA CONTRAHERE. VOLUNT. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam votum castitatis habens...* Desinit: *et mutuo se suscipiunt*. Ibi a pag. 1389 ad pag. 1433.

Pag. 479 — INCIPIT. XXVIII. CAUSA DE CONIUGIO INFIDELIUM ET AN INTER EOS SIT CONIUGIUM. AN NON. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam infidelis...* Desinit: *ordinari non potest*. Ibi a pag. 1434 ad pag. 1451.

Pag. 485 — INCIPIT. XXIX. CAUSA DE CONIUGIIS QUE DOLO ET FRAUDE CONTRAHUNTUR. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Cuidam nobili mulieri....* Desinit: *per voluntatem dominorum*. Ibi a pag. 1451 ad pag. 1458.

Pag. 487 — INCIPIT. XXX. CAUSA DE HIIS SEPARANDIS VEL NON QUI FILIOS SUOS DE SACRO FONTE SUSCIPIUNT. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam populorum frequentia...* Desinit: *alii se copulaverit*. Ibi a pag. 1458 ad pag. 1476.

Pag. 492 — INCIPIT. XXXI. CAUSA DE SECUNDIS NUPTIIS AC TERTIIS. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Uxorem cuiusdam alius....* Desinit: *consensu contrahuntur*. Ibi a pag. 1476 ad pag. 1487.

Pag. 495 — INCIPIT. XXXII. CAUSA DE CONIUGIO MERETRICUM. VIII. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam vir cum non haberet...* Desinit: *conditione voverunt*. Ibi a pag. 1487 ad pag. 1536.

Pag. 509 — INCIPIT. XXXIII. CAUSA DE HIIS QUI MALEFITIIS IMPEDITI UXORIBUS SUIS DEBITUM REDDERE NON POSSUNT. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam (vir) maleficiis...* Desinit: *in irritum deduci*. Ibi a pag. 1537 ad pag. 1701.

Frequenter recurrunt in margine versus a diversis amanuensibus scripti. Hi versus, ut plerumque accidit, quamdam cum textu relationem offerunt, sed manibus legentium triti, lectu sunt difficiles. In pag. 554 duo sequentes occurrunt:

Dina vagando foris sentit mala dampna pudoris.
Que latebras odit stulta puella prodit.

Pag. 561 — INCIPIT XXIIII. CAUSA DE MULIERE VIVENTE VIRO IN CAPTIVITATE. AN POSSIT ALIO COPULARI. II. CONTINENS QUESTIONES Incipit: *Quidam in captivitatem ductus...* Desinit: *sine spe coniugii maneat*. Ibi a pag. 1701 ad pag. 1707.

Pag. 563 — INCIPIT XXXV. CAUSA DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE. X. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam vir mortua uxore...* Desinit: *romana synodus prorsus inhibuit.* Ibi a pag. 1707 ad pag. 1745.

In pag. 568 inferiori margine alia manus scripsit: *Circa lecturam arboris diversis olim... contrahere non video. Io. andree. Arborem affinitatis et eius materiam... qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Explicit apparatus arborum consanguinitatis domini Iohannis andree doctoris decretorum bononie. Scriptus anno domini MCCCXI. none indictionis.* Folium quod continet tabulas consanguinitatis et affinitatis cum declarationibus, in Cod. fuit additum. Vide edit. supradictam a pag. 1724 ad pag. 1730.

Pag. 576 — INCIPIT XXXVI. CAUSA DE RACTORIBUS VIRGINUM. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Filiam cuiusdam patre ignorante...* Desinit: *illam raptori detrahere voluerit. Item felix papa...* Ibi a pag. 1745 ad pag. 1751.

Pag. 578 — DE ECCLESIARUM CONSECRATIONE *et de missarum celebrationibus non alibi quam in sacratis...* Desinit: *nisi quod viderit patrem facientem.* Ibi a pag. 1752 ad pag. 1904.

Passim, ut supra notavimus, occurrunt versus in margine, ex quibus quosdam lectori offerimus:

Pag. 578 — *Forma. colorque. sapor subiecto non remanente.*
Inviolata manent crucis virtute iubente. Prior.

Pag. 592 — *Hic cibus est anime non transit ad inferiora.*
Quamvis corpus alat renovando per meliora.

Pag. 606 — *Ne disperetis vos qui peccare soletis*
Exemploque meo vos separate deo.

Pag. 607 — *Nunc satis est nobis tangi baptismate. passci*
Carne sacra caste vivere stare fide.

Pag. 622 — *Ars etas virtus regio conplexio forma*
Mors et simtomna repletio tempus et aer.
Hec sunt pensanda medico curare volenti.

CODEX LXVII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 67 ET 113, INTERIORI VERO 431.
PLUTEO ZZ.

Codex membranaceus pulcherrima littera exaratus Saec. XIII. et uberi luxurians margine, longitudinis metri 35/₀, latitudinis 23/₀, 244 paginis duplici columna partitis, optimae membranae, continet *Breviarium Extravagantium Bernardi Praepositi Papiensis*. Hic post Gratianum primus operam dedit Pontificum Constitutionibus in corpus redigendis et presertim Alexandri III. Lucii III. usque ad Caelestinum III. Meliori ordine ac Gratianus eas digessit, in quinque Libros dividens sub diversis titulis ad instar Codicis Iustiniani. Apud Universitates hoc opus magni habitus, usque dum Cardinalis Ostiensis Collectio ei auctoritate non praestitit. Antonii tamen Augustini et Cuiacii opera, in lucem prodiit. Faventinam et Papiensem sedem Bernardus obtinuit; et an. 1213 excessit e vita. Vide Dupin T. X. *Bibl.*, Tiraboschi *Stor. Letter. It.* T. IV. p. 233. In Biblioth. Taurinensi de quodam eius commentario in *Cantica* et in *Ecclesiasten* fit mentio. In Codicis compactione fragmentum Vitae S. Benedicti et Homil. 1. Aug. in Evan. *Missus est*, Longobardice scriptum extat.

Codicem contulimus cum editione cui titulus: *Antiquae collectiones Decretalium. Cum Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis, et Iac. Cuiacii iurisconsulti celeberrimi, notis et emendationibus. Parisiis 1609.*

Pag. 1 — Incipit cum littera initiali, quae generis Longobardi aliquid sapit, spatio ad duas voces sequentes relicto: (Iuste iudicate) *filii hominum... habentes cordis... remetietur vobis... Ut autem uberior allegationum et iudiciorum... ego Bernardus papiensis prepositus extravagantia de veteri novoque iure sub titulis compilavi.....* Desinit: *veniam postulans a lectore.* Ibi pag. 1.

Ex concilio meltiensi. De costitutionibus. Incipit: *Canonum statuta...* Desinit: *iuramentum calumpnie subire cogatur.* Ibi a pag. 1 ad pag. 29.

Pag. 3 — In Cod. titulus: *De consuetudine* desinit: *vel irritum iudicandum*, deficientibus verbis: *Verum si aliqui... revocari debeat,* quae leguntur in editione pag. 4, linea prima.

Pag. 4 — Desiderantur in Codice Capitula V, VI, VII, VIII tituli IV. Ibi pag. 4.

Pag. 13 — Deest in Codice Caput IX Tituli IX. Ibi pag. 12.

Pag. 15 — Capitulum II Tituli XII deest in Cod. Ibi pag. 14.

Pag. 17 — In Codice desunt Capitulum IV Tituli XVI, et Capitulum II Tituli XIX. Ibi p. 17.

Pag. 22 — Desunt in Codice inscriptiones Titulorum XXII et XXIII. Ibi pag. 22.

Pag. 22 — Sub titulo: *De maioritate et obedientia*, legitur haec decretalis Innocentii III, quae desideratur in editione: *Cum clerici placentini.... principaliter obligatur*; sed reperitur apud Migne inter Opera S. Innocentii, Tomo II, col. 112. Sub titulo: *De pactis*, prima tantum occurrit decretalis in Codice, et quinque sequentes sub titulo: *De transactionibus* leguntur; dum in Editione ad titulum *de Pactis* pertinent. Ibi pag. 24.

Pag. 28 — Desunt in Codice inscriptiones titulorum XXX, XXXI et XXXII. Ibi pagg. 26 et 27.

Pag. 31 — Incipit liber secundus de iudiciis. Spatio quodam ab amanuensi relicto, incipit: (Ex consilio Magotiensi. De quodvult-deo) *canturiensi*

episcopo..... Desinit: *non est aliquatenus iudicandum.* Ibi a pag. 30 ad pag. 56.

Pag. 44 — Caput I Tituli XVI editionis perperam legitur in Codice sub titulo praecedenti. Ibi pag. 42.

Pag. 58 — INCIPIT LIBER TERTIUS DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM. Spatio ad litteras initiales ab amanuensi relicto, incipit: (Ex concilio africano. Ut laici secus) *altare quando celebrantur...* Desinit: *in ecclesia scandalum generari.* Ibi a pag. 56 ad pag. 94.

Pag. 66 — Desideratur in Cod. inscriptio tituli VII. *De institutionibus.* Ibi pag. 63.

Pag. 69 — Deest in Cod. inscriptio tituli XII. *De precariis.* Ibi pag. 66.

Pag. 86 — Amanuensis non scripsit rubricam tituli XXVIII. *De conversione coniugatorum.* Ibi pag. 81.

Pag. 90 — Inscriptio tituli: *De iure patronatus* etc. desideratur in Cod. Ibi pag. 85.

Pag. 96 — Rubricam tituli *De censibus* etc. omisit amanuensis. Ibi pag. 90.

Pag. 100 — INCIPIT LIBER DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS. Incipit: *Ad audientiam appellatus* (sic) *pervenit...* Desinit: *sine dubio coniugem revertatur.* Ibi a pag. 94 ad pag. 117.

Pag. 110 — Desiderantur in Codice capita IV et V Tituli IV. *De sponso duorum* etc. Ibi p. 102.

Pag. 116 — Deest in Cod. rubrica Tituli XII. *De cognatione legali.* Ibi pag. 120.

Pag. 117 — Codex non habet rubricam Tituli XIIII. *De consanguinitate et affinitate.* Ibi pag. 109.

Pag. 121 — Rubrica Tituli: *Qui sunt filii legitimi,* deest in Codice. Ibi pag. 112.

Pag. 125 — In Titulo: *De dote post divortium restituenda,* deest tertium Caput editionis. Ibi pag. 116.

Pag. 126 — INCIPIT LIBER V. DE ACCUSATIONIBUS. Spatio ad litteras initiales relicto, incipit: (Si legitimi) *non fuerint accusatores...* Desinit: *et pastor nescit. Quotiens res aliqua agenda pluribus... quam utilitatibus reseratur.* Ibi a pag. 117 ad pag. 149.

Pag. 127 — Deest in Cod. rubrica Tituli II. Ibi pag. 118.

Pag. 142 — Codex non habet caput V. Tituli XIII. Editionis. Ibi pag. 131.

Pag. 150 — Desideratur in Cod. Caput V. Tituli XXVI. Ibi pag. 138.

Pag. 151 — Caput I Tituli XXVIII Editionis legitur in Codice sub Titulo praecedenti. Ibi pag. 139.

Pag. 155 — Rubricae: *De damno dato,* et *De poenis,* non leguntur in Codice, sed nihil desideratur in textu. Ibi pag. 143.

Pag. 156 — Caput I Tituli XXXIII sub Titulo praecedenti includitur in Codice. Ibi pag. 144.

Pag. 161 — Caput I Tituli XXXVII. *De regulis iuris,* deest in Codice; Caput vero II eiusdem Tituli est ultimum Tituli praecedentis in Codice, qui eumdem Capitum ordinem non exhibet. Sic desinit collectio Bernardi, spatio trium fere columnarum sine scriptura relicto.

Pag. 163 — INCIPIUNT DECRETALES DOMINI CREMENTIS PAPE DE CONSTITUTIONIBUS LIBER PRIMUS. Spatium 12 linearum initialibus litteris destinatum, scriptura vacuum reliquit amanuensis. Haec collectio quae in Editione supradicta *secunda* vocatur, incipit: *Clemens. III. anconitano episcopo. pars C. signifi. Preterea de lege illa...* Desinit: *studeas destinare.* Ibi pag. 150.

Alexander III. episcopo cistrensi. DE RESCRIPTIS. Incipit: *Cum ordinem cistrentium...* Desinit: *noluerint interesse.* Ibi pag. eadem.

Pag. 165 — *Alexander III.* DE ELECTIONE ET (electi) POTESTATE. Incipit: *Suffraganeis autem...* Desinit: *habeas facultatem.* Ibi pag. 152. Rubricae titulorum: *De usu pallii,* et *De renuntiatione* desiderantur in Codice, textus autem integer legitur.

Pag. 168 — *Alexander III. pars cap. quia nos.* DE SUPPLENDA NEGLIGENTIA PRELATORUM. Incipit: *Statuimus preterea ut...* Desinit: *preiudicium generetur.* Ibi pag. 154.

Celestinus III. DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM. Incipit: *Cum secundum ecclesiasticas....* Desinit: *obviare statutis.* Ibi pag. 155.

Pag. 169 — *Alexander III. brigon. episcopo.* DE ETATE ET QUALITATE ET ORDINE PREFICIENDORUM. Incipit: *Queris a nobis...* Desinit: *debeat promoveri.* Ibi pag. 156.

Pag. 170 — *Alexander III. canter. archiepiscopo.* DE FILIIS PRESBITERORUM. Incipit: *Ad extirpandas....* Desinit: *valeat promoveri.* Ibi pag. 157.

Pag. 171 — *Clemens III. varien. episcopo.* De corpore vitiatis. Incipit: *Ex parte bartholomei...* Desinit: *presentium indulgemus.* Ibi pag. 158.

Celestinus III. De bigamis. Incipit: *Ex litteris...* Desinit: *ecclesie alienum.* Ibi pag. eadem.

Alexander III. De officio et potestate iudicis delegati. Incipit: *Cum te consulente...* Desinit: *in accessorio exercebunt.* Ibi pag. eadem.

Pag. 173 — *Idem magistro columbo.* De officio legati. Incipit: *Studuisti a nobis...* Desinit: *executioni mandare.* Ibi pag. 159.

Lucius III. canterb. archiepiscopo. De officio et potestate iudicis ordinarii. Incipit: *Cum te consulente....* Desinit: *sede mandatum.* Ibi pag. eadem.

Celestinus III. pars C. si mandatis. De maioritate et obedientia. Incipit: *Sane dilecto...* Desinit: *a sede apostolica impetretis.* Ibi pag. 160.

Pag. 174 — *Alexander III.* De transactionibus. Incipit: *Super eo quod...* Desinit: *continuisse putatur.* Ibi pag. eadem.

Pag. 175 — *Celestinus. III. universis iudicibus beneven.* (De officio advocatorum.) Incipit: *Ut iniquitate......* Desinit: *fuerit obligatus.* Ibi pag. 162.

Alexander. III. De procuratoribus. Incipit: *Querelam. A. clerici...* Desinit: *potestate decernatis.* Ibi pag. eadem.

Pag. 176 — *Clemens. III.* De his que metusve causa fuerit (sic). Incipit: *Ad aures nostras....* Desinit: *ab aliis irritanda.* Ibi pag. 163.

Pag. 177 — *Alexander. III. eborac. archiepiscopo.* (De arbitris.). Incipit: *Non sine multa.....* Desinit: *studeat convenire.* Ibi pag. eadem.

(In margine: *Liber. II. de iudiciis.*) *Lucius III. Clero constantin.* Incipit: *Auctoritate sedis...* Desinit: *si viveret iudicaretur.* Ibi pag. 164.

Pag. 178 — *Alexander III.* De foro competenti. Incipit: *Licet universis...* Desinit: *consuetudinem prevalere.* Ibi pag. eadem.

Pag. 179 — *Celestinus. III. rotoma. decano.* De mutuis petitionibus. Incipit: *Prudentiam tuam...* Desinit: *iustitia respondere.* Ibi pag. 165.

Idem. pars C. plurimumque. De dilationibus. Incipit: *Preterea in tuo...* Desinit: *debitum imponendum.* Ibi pag. 166.

Pag. 180 — (In margine: *Rubrica de feriis.*) *Alexander. III.* Incipit: *Significantibus nobis...* Desinit: *valeant celebrari.* Ibi pag. eadem.

Pag. 181 — *Celestinus. III.* De causa possessionis et proprietatis. Incipit: *Ad ultimum interrogati...* Desinit: *fieri responsum.* Ibi pag. 167.

De restitutione spoliatorum. Incipit: *Conquerente nobis. R....* Desinit: *vel infringi.* Ibi pag. 168. Titul. VIII, IX, X rubricae desunt in Codice.

Pag. 185 — *Celestinus III. pars C. laudabilem.* De exeptionis (sic). Incipit: *Denique quod...* Desinit: *non videtur.* Ibi pag. 171. Rubrica sequentis tituli deest in Codice.

Pag. 186 — *Clemens III. segotien. episcopo.* De testibus exigendis. Incipit: *Pervenit ad nos...* Desinit: *interposuerint intervallum.* Ibi pag. 172.

Pag. 187 — *Alexander III.* De fide instrumentorum. Incipit: *Ex litteris quas...* Desinit: *parti eius copia fiat.* Ibi pag. eadem.

Pag. 188 — *Alexander III.* De presumptionibus. Incipit: *Pervenit ad audientiam...* Desinit: *maneat sine spe coniugii.* Ibi pag. 173. Tertium Caput Editionis legitur in Codice sub Titulo sequenti, qui caret rubrica.

Pag. 190 — *Alexander III. pars C. cum sint homines.* De prescriptionibus. Incipit: *Illud autem...* Desinit: *pacifice possidere.* Ibi pag. 175.

Pag. 191 — *Alexander III.* De sententia re iudicata. Incipit: *Dilecti filii...* Desinit: *videris imponendam.* Ibi pag. 176.

Pag. 193 — *Alexander III.* De appellationibus. Incipit: *Consuluit nos...* Desinit: *liberam habeas facultatem.* Ibi pag. 177.

Pag. 197 — *Celestinus III. Abien. episcopo.* De peregrinantibus. Incipit: *Conquerente. I. presbytero...* Desinit: *restitui faciatis.* Ibi pag. 181.

Pag. 198 — *Celestinus tertius.* De constitutione utili vel inutili. Incipit: *Bone morie...* Desinit: *plenior haberetur.* Ibi pag. 182.

Incipit liber tertius de quohabitatione clericorum et mulierum. Incipit: *Vestra duxit devotio...* Desinit: *ecclesiastica sacramenta.* Ibi pag. eadem.

Alexander III. pars C. causam. De clericis coniugatis. Incipit: *Sane sacerdotes...* Desinit: *venire presumunt.* Ibi pag. eadem.

Pag. 199 — *Alexander III. eboracensi archid. archiepiscopo.* De clericis non residentibus. In-

cipit: *Fraternitati tue*... Desinit: *concedimus facultatem*. Ibi pag. 183. Rubrica Tituli sequentis deest in Codice.

Pag. 200 — *Clemens III. raven. arciepiscopo*. DE CLERICO EGROTANTE. Incipit: *Significavit nobis*... Desinit: *ministrentur*. Ibi pag. 184.

Ex concilio aurel. DE INSTITUTIONIBUS. Incipit: *Non amplius*... Desinit: *diximus impetrare*. Ibi pag. eadem.

Pag. 201 — *Alexander III. Wigorien. episcopo*. DE EXCEPTIONE PREBENNDA NON VACANTE. Incipit: *Ex transmissa conquestione*... Desinit: *temere resistendum*. Ibi pag. 185.

Pag. 203 — *Celestinus III*. DE HIS QUE FIUNT A PRELATIS SINE CONSENSU CLERICORUM. Incipit: *Si noscitur*..... Desinit: *requiri consensum*. Ibi pag. 186. Desideratur in Cod. rubrica Tituli sequentis.

Clemens. III. ravennati archiepiscopo. DE REBUS ECCLESIE NON ALIENANDIS. Incipit: *Ut super aliqua*..... Desinit: *satisfactionem exhibeant*. Ibi pag. 187.

Pag. 204 — *Celestinus III*. DE EMPTIONE ET VENDITIONE. Incipit: *Pervenit ad nos*... Desinit: *ulterius fatigari*. Ibi pag. eadem. Primum Caput huius Tituli quod incipit: *Constitutus*... in Editione, in Codice sub titulo praecedenti.

Celestinus III. DE DILECTIONIBUS ET CONDITIONIBUS. Incipit: *Ex rescripto litterarum*... Desinit: *infringere*. etc. Ibi pag. 188.

Pag. 205 — *Urbanus III*. DE RERUM PERMUTATIONE. Incipit: *Quesitum est*..... Desinit: *invicem misceantur*. Ibi pag. eadem. Deest in Codice rubrica Tituli sequentis.

Pag. 206 — *Alexander III*. DE SEPULTURIS. Incipit: *Ex parte canonicorum*... Desinit: *diversitatibus attendatur*. Ibi pag. 189. Duo tituli sequentes rubricam non exhibent in Codice.

Pag. 209 — *Ex registro gregor*. DE NUGALIBUS (regularibus et) TRANSEUNTIBUS AD RELIGIONEM. Incipit: *Quia in insulis*... Desinit: *ratas habituros et firmas*. Ibi pag. 192.

Pag. 211 — *Urbanus III. priori sancte crucis*. DE CONVERSIONE CONIUGATORUM. Incipit: *Ex parte dilecti*... Desinit: *credimus non cogendam*. Ibi pag. 193. Rubrica sequentis Tituli non legitur in Cod.

Pag. 213 — *Alexander. III. magistro. M*. DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE. Incipit: *Litteram* (sic) *tuam et prudentiam*... Desinit: *ierosolimam subministret*. Ibi pag. 195.

Pag. 214 — *Alexander III*. DE STATU REGULARIUM. Incipit: *Si cum aliquo*.... Desinit: *in similibus est agendum*. Ibi pag. 196. Codex rubricam Tituli sequentis non habet.

Pag. 216 — *Alexander III*. DE IURE PATRONATUS. Incipit: *Dilectus. f. noster*... Desinit: *est constitutum*. Ibi pag. 198. Titulo sequenti non praefigitur rubrica in Codice.

Pag. 218 — *Alexander. III. pars C. ad petitionem*. DE ECCLESIIS EDIFICANDIS. Incipit: *Si hospitale*..... Desinit: *studeas salubriter providere*. Ibi pag. 199.

Pag. 219 — *Turo. q. sub alexandro. III*. DE INCOMMUNITATE ECCLESIE VEL CIMITERIIS. Incipit: *Quando supervenientibus*.... Desinit: *constituta est tutela refugii*. Ibi pag. 202.

Pag. 221 — *Ex concilio triburiensi*. INCIPIT LIBER TERTIUS DE SPONSALIBUS. Spatium quoddam litteris initialibus destinatum vacuum scriptura remansit. Incipit: *De francia nobilis*..... Desinit: *sponsalibus solutis separentur*. Ibi pag. 202. Duo tituli sequentes rubrica carent in Codice.

Pag. 224 — *Celestinus III*. QUOD LAICI VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSINT (sic). Incipit: *Fraternitatis tue*... Desinit: *questio tua contineret*. Ibi pag. 205.

Clemens. III. DE EO QUI DUXIT (in) MATRIMONIUM QUAM PRIUS POLLUIT PER ADULTERIUM. Incipit: *Ex tuarum litterarum*..... Desinit: *necessaria subministrent*. Ibi pag. eadem.

Pag. 225 — *Clemens. III*. DE COGNATIONE SPIRITUALI. Incipit: *Martinus bertam duxit*... Desinit: *esse censemus*. Ibi pag. 206.

Pag. 226 — *Alexander. III*. DE EO QUI COGNOVIT SUE UXORIS CONSANGUINEAM. Incipit: *Super eo quod*... Desinit: *matrimonium irritari*. Ibi pag. eadem. Sequens Titulus caret rubrica in Codice.

Pag. 227 — *Alexander. III*. DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS. Incipit: *Ex litteris tuis*... Desinit: *ad priora connubia redire*. Ibi pag. 208.

Pag. 228 — *Clemens. III*. DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA MANDATUM ECCLESIE. Incipit: *Cum sis preditus*... Desinit: *pena est indicenda*. Ibi pag. eadem.

Celestinus. III. eboren. archiepiscopo. QUI FILII

SUNT LEGITIMI. Omissis duobus capitibus, quae ad hanc rubricam pertinent; amanuensis sub ea decretales posuit, quae in Titulo XII Editionis: *Qui matrimonium accusare, vel testificari possunt*, leguntur. Ibi pag. 209.

Pag. 229 — *Alexander. III.* DE DIVORTIIS. Incipit: *Ad aures nostras...* Desinit: *debitum ammisisse*. Ibi pag. 210. Titulus sequens rubricam non habet in Codice.

Pag. 230 — *Alexander. III.* DE NUPTIIS. Incipit: *Cappellanum nichilominus...* Desinit: *destinare postponas*. Ibi pag. 211.

Alexander. III. INCIPIT LIBER DE ACCUSATIONIBUS. Incipit: *Si tibi constiterit...* Desinit: *differas impertiri*. Ibi pag. eadem.

Pag. 231 — *Alexander. III.* DE SIMONIA. Incipit: *Veniens ad nos...* Desinit: *sollicitudinem corrigatur*. Ibi pag. 211.

Pag. 233 — *Alexander. III. remensi archid.* DE MAGISTRIS NE ALIQUID EXIGANT A SCOLARIBUS. Incipit: *Pervenit ad nos...* Desinit: *non cogantur*. Ibi pag. 214.

Alexander. III. DE IUDEIS ET SARRACENIS. Incipit: *Consuluit etc...* Desinit: *dei viventis incurrant*. Ibi pag. eadem.

Pag. 235 — *Alexander. III.* DE HOMICIDIO CASUALI. Incipit: *De infantibus autem...* Desinit: *dedisse videtur*. Ibi pag. 215. Hic Titulus sub duplici rubrica legitur in Editione.

Pag. 236 — *Alexander. III.* DE TORNEAMENTIS. Incipit: *Ad audientiam nostram...* Desinit: *olei unctione perunctus*. Ibi pag. 216.

Celestinus. III. DE CLERICIS PUGNANTIBUS IN DUELLO. Incipit: *Henricus presbyter....* Desinit: *misericorditer dispensare*. Ibi pag. 217. Caput II Editionis deest in Codice.

Celestinus. III. DE FALSARII. Incipit: *Inproba testis* (pestis) *falsitatis...* Desinit: *volumus revocari*. Ibi pag. eadem. Tituli X et XI rubricam non habent in Codice.

Pag. 237 — *Clemens. III.* DE CLERICO QUI FURTIVE ORDINEM SUSCEPIT. Incipit: *Cum H. lator....* Desinit: *tribuas facultatem*. Ibi pag. eadem. Codex non dat rubricam Titulo sequenti.

Pag. 238 — *Alexander. III. I. Apostolice sedis legato.* DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIBUS PRIVILEGIORUM. Incipit: *Accepimus litteras.....* Desinit: *impediant aliorum*. Ibi pag. 219.

Clemens. III. H. abbati. DE PURGATIONE CANONICA. Incipit: *Veniens ad nos R...* Desinit: *iudicio sisteret*. Ibi pag. 220.

Pag. 239 — *Celestinus. III.* DE PURGATIONE VULGARI. Incipit: *Cura suscepti regiminis...* Desinit: *aliquatenus tollerare*. Ibi pag. eadem.

Alexander. III. belluan. episcopo. DE PENITENTIIS ET REMISSIONIBUS. Incipit: *Quod quidam sicut....* Desinit: *abstineant celebratione missarum*. In Codice mutatur ordo trium Capitum huius Tituli, et rubrica sequentis Tituli desideratur. Ibi pag. eadem et seqq.

Pag. 243 — *Alexander. III.* DE BAPTISMO PUERORUM. Incipit: *Si quis sane puerum...* Desinit: *ego te baptizo* etc. Ibi pag. 224.

Alexander. III. pars C. defuerit. DE CONSECRATIONE ALTARIS ECCLESIE. Incipit: *Ad hoc si altare.....* Desinit: *facere prohibentur*. Ibi pag. eadem.

Alexander. III. DE VENERATIONE SANCTORUM. Incipit: *Audivimus quod quidam...* Desinit: *publice venerari*. Ibi pag. eadem.

Ex concilio athabrmane. DE SUFFRACANEIS. Incipit: *Presbyter mane...* Desinit: *vel defunctorum*. Ibi pag. 225.

Celestinus. III. DE VERBORUM SIGNIFICATIONE. Incipit: *In his que...* Desinit: *archiepiscopus ipse precepit*. Ibi pag. eadem.

Al calcem ultimae Codicis huius paginae tres leguntur Casinatium epistolae de morte Abbatis Bernardi, ad regem Karolum, ad Cardinalem S. Georgii in velo aureo, et ad Papam Martinum IV. Has edidit epistolas Domnus Erasmus Gattula in *Historia Abbatiae Cassinensis*. Tomo II. pag. 482.

Leguntur insuper haec verba, quae ad aliam manum pertinent, et quorum scriptura est maioris formae: *Hos itaque sententiam ipsam licet appellatio huc usque.*

TAB. VI.

COD. LXVIII.

PAGINA DXXVIII.

COD. LXIX

PAGINA LVII.

COD. LXX.

PAGINA CXC.

COD. LXXI.

PAGINA XXXVIII.

LIT. CA'S.


UNIV.
OF
MICH.

CODEX LXVIII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 68, 133 ET 240, INTERIORI VERO 343. PLUTEO Z.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 40/₀, latitudinis 26/₀, paginarum 1070, characteribus Gothicis Saec. XIII ad finem vergentis, exaratus anno Domini 1294 a Petro Atini, *Sub Celestino quinto pergente Casino*, ut legitur in pag. 1069. Continet *Gratiani decretum* cum glossa Ioannis Andreae; et notatur a Montfauconio sub numero 68, et cum titulo exteriori Codicis: *Gratiani decretum cum glossa*. Praeter glossam Ioannis, aliae occurrunt glossulae a diversis manibus passim additae ex Archidiacono, Hostiensi, nonnullisque aliis Commentatoribus, in quibus passim citatur Thomas de Aquino. Literae initiales quae Petrum picturae peritum demonstrant, bis exhibent insignia gentilitia Cardinalis Caietani, postea Bonifacii VIII, necnon et alia stemmata.

Hunc Codicem, qui pro compactione habet duo folia in quibus legitur pars vitae Sancti Nicolai a *Iohanne indigno diacono servo sancti ianuarii* scriptae, quam integram reperies in Codice 141, cum editione Decreti Gratiani Veneta anni 1595, apud Iuntas contulimus.

Pag. 1 — In superiori margine legitur: PARS PRIMA. Titulus vero sic se habet: INCIPIT CONCORDIA DISCORDANTIUM CANONUM AC PRIMUM DE IURE CONSTITUTIONIS AC NATURAE. Incipit: *Humanum genus duobus modis regitur naturali videlicet iure et moribus*... Desinit: *et de ordinationibus que per pecuniam fiunt contineant*. Ibi a pag. 1, ad pag. 460. In pag. 1 Cod. deest rubrica: *Quae sint species iuris*. In pag. 2, legitur: *liberorum successio et puerorum educatio*... (Ibi pag. 4). In pag. eadem *agitur de legitimis hereditatibus. de curationibus. de tutelis*... (Ibi pag. 6). IN pag. 3, Codex habet: *papius et pompeius.. papia. pompeia.. plus in extraneis.. lex satira.. fieri. prohibere quod malum est fieri. permittere vel licita, ut premium petere, vel quedam..* (Ibi pag. 7 et 8).

Pag. 4 — *Aut precipit ut diligas dominum deum tuum..* (Ibi pag. 9.) *per obscuritatem in captione contineat quo decrevit ut clerici generaliter a quinquagesima a carnibus et deliciis ieiunent quia*... (Ibi pag. 10).

Pag. 6 — Capita I et II editionis unum efformant in Codice, sub titulo: *Mulier enixa gratias actura*... Ibi pag. 13.

Pag. 7 — Capita I et II Editionis sub rubrica: *De multiplici genere illusionis*. concluduntur in Codice. Ibi pag. 15.

Pag. 14 — Caput II Distinctionis IX rubricam non habet in Codice.

Pag. 18 — Rubrica Cap. XI. Distinctionis X. sic se habet in Codice: *Serventur ab omnibus romanorum pontificum leges*; distinctio autem sic desinit: *vigorem obtineat*.

Pag. 33 — In Codice Cap. III, sic desinit: *LXXXV. Capitula*. Sequens vero sic incipit: *De eodem. Epistola ysidori in capite Canonum ysidorus servus christi*... Ibi pag. 55.

Pag. 42 — Caput I editionis, immediate sequitur in Codice paragraphum: *Episcoporum igitur*... Ibi pag. 66.

Pag. 44 — Sic legitur in Codice: *Item ex concilio turonico capitulo II*. DE EODEM RUBRICA. *Episcopus non debet*... Ibi pag. 71.

Pag. 45 — Caput XIIII desinit in Codice: *statuuntur. Unde in tolletano concilio*, deficiente palea. Ibi pag. 72.

Pag. 66 — Caput XII desinit in Codice: *in concilio tolletano*, deficiente palea. Ibi pag. 104.

Pag. 74 — Intervertitur ordo rubricarum Cap, III. et IV Distinctionis XXVI.

Pag. 77 — Caput VII Distinctionis XXVII, superiori est coniunctum. Caput vero II sequentis Distinctionis hanc habet rubricam: *De eodem.*

Pag. 84 — Distinctio XXXI palea caret, caput vero III desinit: *vacent. Item exsuperio tollesano episcopo.* In Distinctione sequenti caput II hunc habet titulum: *De eodem*; caput vero XI istum alium: *Subdiaconi et deinceps incontinentes a suis gradibus deiciantur*; in initio Capitis XVII legitur rubricato charactere: *Item ieronymus.*

Pag. 92 — In codice primum caput Distinctionis 34. ex tribus editionis capitibus conflatur.

Pag. 102 — Caput VI Distinctionis 37 desideratur in Codice.

Pag. 106—Desunt in Cod. Capitula XIII, XIV, et XV Distinctionis 38.

Pag. 124 — Desideratur in Codice rubrica capitis IV Distinctionis 46.

Pag. 138 — In editione, Caput XXIII Distinctionis 50, rubrica caret, quae sic se habet in Codice: *Post peractam penitentiam sacerdos potest restitui.* Idem dicendum de Capite XLI eiusdem Distinctionis, cuius rubrica sic legitur: *Iudicium canonum;* et quae capite XLVII caret in Codice. Caput XLVIII hanc habet rubricam: *Non imputatur ad penam quod ex voluntate non procedit.* quae desideratur in editione; rubrica vero ista Capiti LXV praefigitur: *More penitentium clerici non reconcilientur.* Nota vocem *paleam* non occurrere in Codice.

Pag. 164 — Rubrica capitis XI Distinctionis 56 deest in Codice. Deest pariter rubrica capitis I Distinctionis 59.

Pag. 170 — Desideratur in Codice Caput XIIII Distinctionis 61. In pag. autem 175, rubrica capitis XV distinctionis 63, haec est: *Sacra principis ordinandi necessaria est.*

Pag. 182 — Desideratur in Codice Caput III, Distinctionis 64. In pag. 184, Caput VIII sequentis Distinctionis haec verba pro rubrica habet: *De eodem.*

Pag. 229 — Desideratur Caput II Distinctionis 91 editionis.

Glossae marginales sunt Ioannis Andreae doctoris decretorum Bononie. Concordant cum editione praecitata si excipias additiones Bartholomei Brixiensis. Incipiunt: (*Humanum genus*) *Tractaturus Gratianus de iure canonico...* Desinunt quoad primam partem: *erit legitimus quoad unum forum non tamen quoad alium. Iohannes.*

Pag. 256 — In margine superiori legitur: CAUSA I; in margine vero inferiori recentior manus addidit: INCIPIT PARS SECUNDA DE SYMONIACORUM ORDINACIONE. CONTINENS. VII. QUESTIONES. Incipit: *Quidam vir habens filium.....* Desinit: *sentiat auctoritas liquido intimetur.* Ibi a pag. 461 ad paginam 574.

Pag. 263 — In Codice, Caput XXIV rubrica caret. In pag. 269 capita XLIX et L unum caput efformant. Idem dicendum de capitibus LII et LIII, LIX et LX.

Pag. 289 — Caput CXIV habet pro rubrica: DE EODEM.

Pag. 291 — Caput CXXVI, praecedenti capiti coniungitur; et Caput CXXVII non habet rubricam. Idem dicendum in pagina sequenti de Capite CXXVIII; Caput vero CXXIX sic incipiens: DE EODEM. *Quicumque cum aliquam potestatem haberet....* coniungitur cum sequenti, et etiam cum secunda quaestione, cuius initium in margine tantum annotatur.

Pag. 294 — Caput V superiori coniungitur in secunda quaestione. In sequenti pagina questio III. sic incipit: *Multorum auctoritatibus...* In p. 297. Codex Capiti VIII hanc praeficit rubricam, quae in editione desideratur: QUARE IN EVANGELIO PROHIBEATUR INVESTITURA ECCLESIE A LAICIS FIERI.

Pag. 301 — Distinctio IIII sic incipit: *De secunda et tertia questione...* Caput vero VI praecedenti unitur.

Pag. 303 — His verbis Capitis XI Editionis: *Item peccato Amalechitarum.....* (Ibi pag. 549) haec praeponitur rubrica in Codice: *Item.* DE EODEM. *Peccato amalechitarum...* sequens vero capitulum rubrica carens, incipit in Codice: *Item. Si successionem tibi.....* et desinit: *deprehendere non poterat*, deficiente palea: *Si quis.....* *compellatur.* Ibi pag. 533.

Pag. 309 — Verba: *Item. Episcopum qui per pecuniam... Qui per pecuniam vel ordinaverunt...*

Pavendum est et summopere.... initialem literam, quae initio capitum praeficitur, offerunt, sed desiderantur rubricae. Ibi pag. 559 et 560.

Pag. 316 — Sic legitur in Codice: *Item.* De eodem. *Sacramenta quae...* Ibi pag. 572.

Pag. 317 — Hic agitur de secunda causa. In margine vero inferiori: Incipit secunda causa de accusationibus episcoporum continens septem questiones. Incipit: *Quidam episcopus de lapsu...* Desinit: *utiles observandi sunt.* Ibi a pag. 575 ad pag. 669.

Pag. 320 — Sic legitur in Codice: *series loquitur.* Eodem libro capitulo VII. consistit. XI. *Si quis...*; sequens vero Caput et caput XV ejusdem quaestionis titulo carent. Ibi pag. 580 et sequentibus.

Pag. 327 — Caput VI Quaestionis III, sic desinit in Codice: *culpam ignoscamus.* Sequens vero Caput istam habet rubricam: Nullus debet accusari dum suis rebus fuerit expoliatus. Haec verba capitis VIII Editionis: *Supra libro XLVII. de prevaricatoribus*, rubricae instar ab amanuensi fuerunt scripta.

Pag. 330 — Tria prima capita quaestionis V. Editionis, in unum coalescunt in Codice, qui caret capitibus XIV, XV et XVII; Caput vero XVI desinit: *ait de se ipso.*

Pag. 337 — Codex non habet Caput II Quaestionis VI. Caput vero XVI eiusdem Quaestionis pro rubrica haec verba tantum exhibet: De eodem.

Pag. 340 — Deest in Codice Caput XXIII, quaestionis VI; Caput vero XXIX rubricam non habet.

Pag. 344 — Caput XXX Editionis in tria capitula dividit Codex cum his rubricis: De appellationibus recipiendis vel non. Ulpianus lege XXIX. *Non solent audiri...* Scevola. libro. IIII. regularum. *Si questionem in civili...* Marcellus libro. I. de appellationibus. *Eius qui ideo.....* Caput XXXI duo pariter efformat Capitula, quae sequentes habent rubricas: De libellis dimissis. Marcellus. libro. V. de appellationibus. *Post appellationem...* Titulo nichil novari. Ulpianus. libro. III. De appellationibus. *Appellatione interposita.....* In pag. 347. verba: *Ut constitutione. IIII. in concilio IIII. Set lis....* incipiunt cum initiali littera quae capitulorum initium in Codice indicat. Ibi pag. 637.

Pag. 349. — Caput I quaestionis VII non habet rubricam in Codice, et Caput VII desideratur.

Pag. 358 — Ordo rubricarum intervertitur in Codice. Caput XXXIV hanc offert rubricam: Episcopi licet sint pares meritis gradu tamen dignitatis differunt. Caput XXXV habet rubricam Capitis XXXVI Editionis; Caput XXXVI rubricam Capitis XXXVII; capitibus XXXVII et XXXVIII datur rubrica capitis XXXVIII Editionis: Caput XXXIX in duo dividitur capitula, quorum posterius sic incipit: *De eodem. Laicus non accuset.....* In pag. vero 365, Caput I quaestionis VIII ex duobus primis capitibus Editionis conflatur.

Pag. 366 — In margine inferiori: Incipit tercia causa de expoliatis et de restitucione eorum. continens XI questiones. Incipit: *Quidam episcopus a propria sede deiectus...* Desinit: *prohibite dilationis exordium.* Ibi a pag. 669 ad pag. 716. Occurit in principio huius causae littera initialis egregie depicta, in qua sedet ut iudex summus Pontifex loquens Archiepiscopo pallio induto, necnon et duobus aliis viris tonsuram habentibus, quorum alter purpura induitur.

Pag. 371 — Caput III. et IV Editionis unum in Codice efformant in quaestione III; et desiderantur haec verba paleae: *Induciae accusatis..... concedendae sunt.*

Pag. 385 — In Codice Caput VI quaestionis IX, ex capitibus VI et VII Editionis conflatur. In pag. 387 non datur rubrica Capiti XX, quaestionis IX; in pag. vero 388, Capita III et IV quaestionis XI unum Caput efformant in Codice.

Pag. 389 — Incipit quarta causa de accusationibus et testibus. continens. XI. (VI) questiones. Incipit: *Clericus quidam in excommunicatione....* Desinit: *iudicio et cetera ut supra eiusdem verbis.* Ibi a pag. 716 a pag. 729. In quaestione II Caput II unum efformat cum quarto; in quaestione vero VI, primum Caput rubricam non habet, tertium quarto unitur.

Pag. 394 — Incipit quinta causa de pena accusatorum continens. VI. questiones. Incipit: *In infamiam cuiusdam episcopi.....* Desinit: *digne penituerit colet arceantur* (coerceatur). Ibi a pag. 730, ad pag. 743. In capite I, quaestionis III, ver-

bis: *Reos capitalium*... initialem litteram, qua incipiunt Capitula dedit amanuensis; in quaestione autem quinta, capita IV et V Editionis unum in Codice Caput efformant.

Pag. 401 — INCIPIT VI CAUSA DE ACCUSATIONE SYMONIACORUM CONTINENS V QUESTIONES. Incipit: *Duo fornicatores infamia notati*... Desinit: *reum purgare oportet*. Ibi a pag. 743, ad pag. 760. Capita XIX et XX primae quaestionis in unum coalescunt in Codice; idem dicendum de capitibus IIII et V tertiae quaestionis; et de primo et secundo quintae quaestionis.

Pag. 408 — INCIPIT SEPTIMA CAUSA DE SUBSTITUTIS VIVENTIBUS PRELATIS CONTINENS DUAS QUESTIONES. Incipit: *Quidam infirmitate gravatus*... Desinit: *necessaria probatione conpellas*. Ibi a pag. 761, ad pag. 791.

Pag. 426 — INCIPIT OCTAVA CAUSA DE ELECTIONIBUS EPISCOPORUM CONTINENS. V. QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus successionem sibi*... Desinit: *rectoribus placere cognoverint*. Ibi a pag. 791, ad pag. 806. In prima Quaestione Codex non habet Caput II, nec Caput XIIII, cuius rubrica praeponitur Capiti XV Editionis.

Pag. 434 — INCIPIT NONA CAUSA DE ORDINATIS AB EXCONMUNICATIS ET QUID LICEAT ALTERI IN ALIENA DYOCESI. TRES CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Sententia excomunicationis notatus*...... Desinit: *de eorum correctione ammonuit*. Ibi a pag. 806, ad pag. 821. Codex non habet Capita II et III, si excipias haec verba: *Set excommunicati*... *tollerantur*, quae uniuntur primo Capitulo primae quaestionis. Deest in Codice palea secundae quaestionis, cum capitibus IV et V, secundae Quaestionis.

Pag. 442 — INCIPIT DECIMA CAUSA DE IURE ECCLESIARUM ET QUOD IURIS EPISCOPI HABEANT IN EIS. III CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam laicus basilicam*... Desinit: *qualibet ratione permittimus*. Ibi a pag. 822, ad pag. 839. Caput II secundae quaestionis incipit in Codice ab his verbis: *Hoc ius porrectum*... et Capitulo sequenti unitur.

Pag. 451 — INCIPIT XI.ª CAUSA DE IUDICIIS CLERICORUM. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Clericus adversus clericum*... Desinit: *ut ceteris metus incutiatur*. Ibi a pag. 839, ad pag. 901. In Codice Caput IX primae quaestionis in duo dividitur, quorum posterius incipit: DE EODEM. *Imperator theodosius*... Capita XXXV, XXXVI, XXXVII, unum Caput efformant; Caput XLIII post Caput XLVIII Editionis transfertur; capita XLVI et XLVII coadunantur, sed verba paleae: *Clericum nullus*... *proponere*. desiderantur. In tertia quaestione, amanuensis perperam intervertens rebricarum ordinem, Capitulo VI dat rubricam Capituli VII, Capitulo VII rubricam Capituli VIII, Capitulis VIII et IX rubricam: *De his qui tempore etc*. Capita XXXVII, et XXXVIII eiusdem quaestionis in unum coalescunt; manus tamen posterioris temporis in initio Capitis XXXVIII, inter lineas, superne scripsit: *Abhinc est palea*. Caput XLII praeponitur Capiti XLI, et hanc habet rubricam: DE EODEM, in Codice, qui Caput XLV non continet.

Pag. 484 — HIC AGITUR DE DUODECIMA CAUSA, in margine vero inferiori, alia manu recentiori, ut semper accidit: INCIPIT XIIª CAUSA DE CLERICIS CONMUNEM VITAM DUCERE VOLENTIBUS. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam clerici propria*... Desinit: *Similiter de sanctimonialibus*. Ibi a pag. 902, ad pag. 957. Animal pedem habens equinum et manum hominis, gerens in pectore stemma cum campo caeruleo et argentea fascia, literam initialem sustinet. Capita VIII et IX secundae Quaestionis unum efformant Caput in Codice. In eo Caput LVIII desinit: *reverentiam debet*. *Unde in eodem libro. tit. Idem*. Ex aliis verbis Capitis LVIII Editionis, et ex primis verbis Capitis sequentis, efformatur aliud Caput in Codice, quod incipit: *Qui manumittitur*... et desinit: *adulterii criminibus*. Amanuensis Capiti LX perperam dedit rubricam Capitis LXI; et sic error excurrit usque ad Caput LXIII qui rubricam habet: PROFESSIONEM SUAE... sicut Caput LXIIII. Caput LXXI in duo capita dividit amanuensis, et posteriori hanc dat rubricam: DE EODEM. *Amico rapere*...

Pag. 515 — INCIPIT. XIII. CAUSA DE CANONICIS DE DECIMIS ET SEPULTURIS QUESTIONEM MOVENTIBUS CONTINENS. II. QUESTIONES. Incipit: *Quidam cuiusdam baptismalis*... Desinit: *non iudicat deus bis in idipsum*. deficientibus duabus ultimis paleis. ibi a pag. 957, ad pag. 977.

Pag. 520 — Caput III secundae quaestionis duo capita efformat in Codice, quae sic incipiunt: *Item Augustinus*. DE EODEM. *Una queque mulier*... *Item gregorius*. DE EODEM. *Soror sancti benedicti*... In

Codice desideratur Caput IX Editionis, cuius rubrica datur capiti sequenti.

Pag. 526 — Praeter glossam Ioannis Andreae, occurrunt aliae glossulae, quas manus posterioris aevi ex Archidiacono, Hostiensi et nonnullis aliis excerptas descripsit; ad Caput XXIII eiusdem quaestionis haec refertur postilla, quae nomine auctoris caret: *In caput*: Tempus. ibi. animas abditis *etc. Nota quod secundum Thomam de Aquino. in. IIII. sententiam. In inferno sunt. IIII. partes. In prima et supprema est pena sensus. set non pena dampni. et iste est locus purgandorum. In secunda est pena dampni set non pena sensus. et ibi fuit limbus sanctorum patrum. In tertia etiam est pena dampni set non pena sensus et ille est locus parvulorum decedentium sine baptismo. In quarta et infima est pena sensus. et pena damni. et ille est locus dampnatorum. (Pena autem sensus dicitur qua anima sensibiliter igne cruciatur. Pena dampni qua caret vel privatur visione dei.) Et licet in supprema pars sit locus purgandorum tamen et alibi in terra vel mari purgantur secundum ordinationem dei.*

Pag. 528 — Incipit XIIII. causa de canonicis de prediis ecclesie questionem moventibus. VI. continens questiones. Incipit: *Quidam canonici cuiusdam ecclesie...* Desinit: *furti crimen incurrit.* Ibi a pag. 978, ad pag. 994. In littera initiali huius causae, amanuensis insignia gentilitia Cardinalis Caietani, post Celestinum V, papae Bonifacii VIII, depinxit.

Pag. 531 — In questione IV, amanuensis Caput VIII Editionis post Caput IV collocavit, cum rubrica: De eodem. In Quaestione V, desideratur Caput V.

Pag. 536 — Incipit causa XV. de hiis qui ante sacerdotalem benedictionem criminaliter deliquerunt. VIII. continens questiones. Incipit: *Quidam clericus crimine...* Desinit: *Set qui convincitur criminosus.* Ibi a pag. 994, ad pag. 1020. Tria prima capita questionis III, unum Caput efformant in Codice.

Pag. 549 — Incipit causa. XVI. De monachis publica officia populis celebrare volentibus. VII. continens questiones. Incipit: *Quidam abbas habebat...* Desinit: *sine voluntate fratrum.* Ibi a pag. 1021, ad pag. 1098.

Pag. 560 — Inter Capita XLIIII et XLV Editionis, in quaestione prima, Codex hoc Caput exhibet, quod nec in Editione Veneta, nec in Editione Migne occurrit:

Unde adrianus papa ita scribit priori pontideri.

Antiquioribus ecclesiis decime dari debent. *Adrianus. A. priori pontideri et universis monachis dilecti filii nostri portariolensis ecclesie canonici adversus vos conquestione deposita sua nobis relatione demonstraverunt. Vos quasdam decimationes ad ipsorum ius pertinentes eis violenter auferre et ipsos super eisdem decimationibus ausu temerario infestare. post pauca. Ne igitur vos de cetero aut avaritie malum aut vitium quod absit rapacitas accuset. per apostolicas scriptas (apostolica scripta) vobis precipiendo mandamus. quatenus. nullam eorum antiquam possessionem vel decimationem et ea que presertim in eo loco qui arcem nuncupatam (sic) existit auferre seu perturbare presumatis et si quid eis preter solitum hoc anno de ipsis decimis negavistis quascumque in ipsorum possessiones per violentiam derimentis secundum quod antiquitus prephata ecclesia noscitur possedisse eiusdem canonicis in integrum restituere omni occasione cessante nullatenus differatis. Nos siquidem religiosis viris non alias decimas nisi eas que de novalibus provenire noscuntur duximus indulgendas. Si vero huius mandati nostri fueritis ausu existere contemptores et ad sedis apostolice audientiam querimonia pervenerit iteranda timendum vobis erit. ne sentire postmodum debeatis severitatis ecclesie ultionem. datum est hoc decretum capue. III. nonas novembris.* In initio huius Capitis recentior manus addidit: *palea.*

Pag. 569 — Desiderantur in Codice Capita II, III, IV, et V, Quaestionis secundae.

Pag. 570 — In Codice sic legitur: *et in castris suis tales et si ius territorii...* non data inter secundam et quintam causam divisione, quae extat in Editione. In margine superiori legebatur: Questio II. ut in pagina 569, manus vero posterior, deletis istis numeris, scripsit: *V*, et in margine laterali ad verba: *tales et si...* Questio V. Questio IIII incipit: *Ostensum est...* ut in Editione, sed desinit: *et hereditatibus.* In margine superiori pag. 577, legitur: Quaestio V et VI. Quaestio quinta conflatur ex ultimis verbis Capitis III quaestionis

quartae Editionis: *Sicut ergo religiosis... spatio temporis.* Caput XXII septimae quaestionis non habet rubricam in Codice.

Pag. 587 — INCIPIT. XVII. CAUSA DE HIIS QUI NECESSITATE INFIRMITATIS PROPOSITUM RELIGIONIS APPETUNT. IIII. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam presbyter infirmitate gravatus...* Desinit: *quam ab illo ista inferantur.* Ibi a pag. 1098, ad pag. 1118. Codex Caput II quartae Quaestionis non habet. In eadem Quaestione, amanuensis Caput XIV ante Caput XIII, Caput XVIII, ante Caput XVI, collocavit; Caput XVII in duo capita divisit, quorum posterius sic incipit: DE EODEM. *Si quis autem de minoribus....* Caput XXI in tria capita divisit, duobus posterioribus istud imponens initium: *Idem Si quis dei violaverit..... Idem.* DE EODEM. *Hii qui monasteria...* non scripsit capita XXIV, XXVI, et omittens verba: *Hanc ergo scriptorum nostro rum..... devotione perficiant,* capita XLI et XLII in unum coadunavit.

Pag. 598 — INCIPIT. XVIII. CAUSA DE HIIS QUE AB EODEM PRELATO IN DIVERSIS PRELATIONIBUS ACQUIRUNTUR. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam abbas consecratus.....* Desinit: *monasteria libera sunt.* Ibi a pag. 1118 ad pag. 1133. Caput XXV secundae Quaestionis pro rubrica habet: DE EODEM.

Pag. 606 — In margine alia manu, non rubricatis litteris: *Incipit XIX causa de clericis quibus prelati ad propositum religionis consentire debent. III. continens questiones.* Incipit: *Duo clerici ad monasterium...* Desinit: *abstrahere de monasterio.* Ibi a pag. 1133, ad pag. 1139. Capita IX et X unum efformant in Codice.

Pag. 609 — INCIPIT. XX. CAUSA DE HIIS QUI TEMPORE PUERICIE A PARENTIBUS MONASTERIO TRADUNTUR. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Duo pueritie annos agentes...* Desinit: *secularem conversationem redeat.* Ibi a pag. 1140, ad pag. 1152. In prima quaestione, capita VI et VII in unum coalescunt, et desiderantur verba: *Infans... redimenda;* idem accidit de capitibus XIV et XV, deficientibus verbis: *Virgines... causa mortis urgente.*

Pag. 615 — INCIPIT. XXI. CAUSA DE CLERICIS QUI DUABUS ECCLESIIS CUPIUNT INTITULARI. V. CONTINENS QUESTIONES Incipit: *Archipresbyter cuiusdam ecclesie...* Desinit: *nullo modo cessabo.* Ibi a pag. 1152, ad pag. 1163. Capita V et VI primae Quaestionis in unum coalescunt in Codice, qui non habet paleam tertiae Quaestionis.

Pag. 621 — INCIPIT XXII. CAUSA DE IURAMENTIS UTRUM PRESTANDA SINT AN NON. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus iuravit...* Desinit: *iurare conpellat.* Ibi a pag. 1163, ad pag. 1201. In Capite XX Quaestionis secundae, amanuensis initiales litteras, quibus incipiunt capita, his verbis dedit: *Si quelibet... Quod ignorabat... Non enim violenter...;* in Quaestione IV, Caput XIX in duo dividit, quorum posteriori hanc dedit rubricam: QUOT MODIS IURAMENTA CONTRACTA SOLVANTUR. *Tribus siquidem modis..*; et his verbis Capitis XXI eiusdem Quaestionis: *Consulenti de quodam ubaldo...* litteram initialem maioris formae dedit.

Pag. 643 — INCIPIT XXIII. CAUSA DE HERETICIS UTRUM A CATHOLICIS VI ARMORUM AD UNITATEM ECCLESIE COGI DEBEANT AN NON. VIII CONTINENS QUESTIONES. Incipit *Quidam episcopi cum plebe...* Desinit: *extra noxam sint.* Ibi a pag. 1201, ad pag. 1294. Caput II primae Quaestionis in duo capita dividitur, quorum posterius sic incipit: DE EODEM. *Nam si christiana illa....* In Codice, Caput XXII quartae Quaestionis desinit: *divine prescientie...* et ex eodem Capite tria alia efformantur, quae incipiunt: *Due sunt inquid... Cum superna indignatio... De tiriis vero..;* Capita LIII et LIV unum efformant, deficientibus verbis: *Mali sunt prohibendi a malo, et cogendi ad bonum.* Amanuensis Caput V. Quaestionis V non scripsit; ex ultimis verbis Capitis XLI: *Idem in questionibus levitici. Cum homo... non tu,* aliud Caput fecit; ultimum Caput Quaestionis VI in duo dividens, posteriori Capiti haec verba pro initio dedit: DE EODEM. *Cum per timorem..*; et ex capitibus XXII et XXIII octavae Quaestionis unum Caput efformavit.

Pag. 708 — DE XXIIII. CAUSA AGITUR. In margine vero inferiori: INCIPIT. XXIIII. CAUSA DE EPISCOPIS IN HERESIM LAPSIS. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam episcopus in heresim...* Desinit: *qui bene possunt docere.* Ibi a pag. 1294 ad pag. 1345.

Pag. 712 — Iterum citatur Thomas de Aquino in margine.

Pag. 723 — Codex, Caput XLII Quaestionis

primae in duo Capita dividit, quorum posterius sic incipit: DE EODEM. *Superveniente autem...*

Pag. 742 — INCIPIT. XXV. CAUSA DE PRIVILEGIIS ECCLESIARUM. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Sancta romana ecclesia...* Desinit: *penitus destruantur*. Ibi a pag. 1345, ad pag. 1362. Capita XIII, XIV, XV. Quaestionis secundae in unum coalescunt, in Codice. Caput XVII, istam habet rubricam: DECRETA APOSTOLICA NULLA PRESCRIPTIONE VIOLENTUR; et capiti XIX, adiungitur Caput XX.

Pag. 754 — INCIPIT XXVI. CAUSA DE SORTILEGIIS VI. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam sacerdos sortilegus....* Desinit: *sine incantatione*. Ibi a pag. 1362, ad pag. 1389.

Pag. 755 — Caput I secundae Quaestionis istam habet rubricam: QUID SIT SORS.

Pag. 764 — Praeter rubricam, quae concordat cum Editione, Caput XIIII quintae Quaestionis has alias rubricas in margine habet: *De magis. De nigromanticis. De ydromanticis. De auguribus. De prestigiis. De aruspicibus.*

Pag. 775 — INCIPIT. XXVII. CAUSA DE HIIS QUI POST VOTUM CASTITATIS MATRIMONIA CONTRAHERE VOLUNT. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam vir votum......* Desinit: *mutuo se suscipiunt*. Ibi a pag. 1389, ad pag. 1433. Capita IIII et V primae Quaestionis uniuntur in Codice; Caput XXXVIII desideratur, et initium Capitis I Quaestionis secundae litteram initialem maioris formae non habet. In eadem Quaestione, amanuensis Caput IV cum tertio univit, Caput VII omisit, Capiti XII hanc dedit rubricam: SIT ANATHEMA QUI DESPONSATAM PROXIMI ACCEPERIT IN CONIUGIUM; Capiti vero XVIII istam: EPISTOLA PRO CONSILIO APOSTOLICI MISSARUM, quae in Editione desiderantur. In pag. 793, Caput XXIX eiusdem Quaestionis in duo dividitur in Codice; posteriori Capite sic incipiente: *Item secundum Leonem. Non pertinet ad matrimonium...*

Pag. 800 — INCIPIT XXVIII. CAUSA DE CONIUGIO INFIDELIUM ET AN INTER EOS SIT CONIUGIUM. AN NON. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam infidelis in coniugio...* Desinit: *ordinari non potest*. Ibi a pag. 1434, ad pag. 1451. Caput primum sic incipit in Codice: *Item ambrosius*. DE EODEM. *Iussit hesdras...* ita ut primum Caput Editionis sit secundum Codicis. Caput XIV eiusdem primae quaestionis duo efformat capita in Codice, qui posteriori Capiti illud dat initium: *Peccatum est quod aliter...*

Pag. 811 — INCIPIT. XXIX. CAUSA DE CONIUGIIS QUE DOLO ET FRAUDE CONTRAHUNTUR. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Cuidam nobili mulieri...* Desinit: *per voluntatem dominorum*. Ibi a p. 1451, ad pag. 1458.

Pag. 415 — INCIPIT XXX. CAUSA DE HIIS SEPARANDIS VEL NON QUI FILIOS SUOS DE SACRO FONTE SUSCIPIUNT. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam frequentia impeditus.....* Desinit: *aliis se copulaverint*. Ibi a pag. 1458, ad pag. 1476. Littera initialis huius causae gentilitia insignia Bonifacii VIII iterum exhibet. Caput VI quaestionis III desideratur in Codice; in quaestione vero V, Caput VIII desinit: *ferri non poterit...* et Caput IX incipit: *Nemo pontificum iudicare...*

Pag. 825 — INCIPIT CAUSA. XXXI. DE SECUNDIS NUPCIIS AC TERCIIS. III. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam uxorem alterius....* Desinit: *consensu contrahuntur*. Ibi a pag. 1476, ad p. 1487. Haec verba Capitis II primae quaestionis litteram initialem habet, qua incipiunt Capita: *Posse sane fieri...* et Caput XII, Capiti XIII unitur.

Pag. 830 — INCIPIT. XXXII. CAUSA. DE CONIUGIO MERETRICUM. VIII. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam cum non haberet....* Desinit: *conditione voverunt*. Ibi a pag. 1487, ad pag. 1536. Codex ex capitibus IIII et V, quaestionis secundae, unum efformat, idem faciens de capitibus XIII, XIV et XV, eiusdem quaestionis. In quarta quaestione, perperam intervertitur ordo rubricarum Capitum VII et VIII; in quaestione autem V, amanuensis Caput quartum dividens in duo, posteriori parti haec verba pro initio: *Lucretiam matronam...* et ista: *voluntate peccatur*, pro fine dedit, Caput XX decimonono coadunavit, et idem fecit de capitibus III et IV, XVI et XVII septimae quaestionis.

Pag. 858 — INCIPIT XXXIII. CAUSA DE HIIS QUI MALEFICIIS IMPEDITI UXORIBUS SUIS DEBITUM REDDERE NON POSSUNT. V. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam maleficiis impeditus...* Desinit: *non valet in irritum deduci*. Ibi a pag. 1537 ad pag. 1701.

Pag. 867 — Caput primum quaestionis III sic

incipit in Codice: DE PENITENTIA. *Sunt enim qui dicunt*... et ex sex primis Editionis Capitibus conflatur. Capitula IX, X et XI Editionis unum caput efformant in Codice. Idem dicendum de capitibus XII, XIII et XIV, de capitibus XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII. In Codice capita XXVIII et XXIX rubricam non habent; Caput XXX cum sequentibus et Capite XXXVII, unum efformat Caput in Codice, idemque accidit de capitibus XL, XLI, XLII et XLIII.

Pag. 875 — Amanuensis capita XLVII et XLIII unum effecit, Capita L et LI, LVIII et LIX coadunavit, sed ex ultimis verbis huius Capitis LIX: *Est peccatum ad mortem..... sine fine peccavit*, aliud capitulum conflavit; e contra capita LXI et LXII, LXIII et LXIV, LXX... LXXIII, LXXVI... LXXXII coadunavit, et in Capite LXXXVII his verbis initiales quibus initium capitum indicat, apposuit: *Scindite corda vestra..... Omnis qui sue voluntatis... Penitentiam agite... Gratia dei in baptismate*...

Pag. 894 — In distinctione secunda, tria prima capita in unum coadunantur. Idem dicendum de capitibus III et IV; posterior vero pars Capitis XVI: *Si quis tantam habuit*... Caput efformat. Caput XVIII praeponitur Capiti XVII, cum quo unitur Caput XIX in Codice, qui ex ultimis verbis Capitis XXIV: *Quicumque ab illa..... reliquerant redeunt etc.* aliud distinguit Caput, coadunat capita XXVI et XXVII: XXIX et XXX, XXXI et XXXII, XXXIII et XXXIV, XXXV..... et XXXVIII, et ex his verbis Capitis XL: *Si enim inquit..... dampnentur*, Caput efformat.

Pag. 910 — Verba XLI Capitis editionis: *In bono illos*... etc. Caput aliud constituunt in Codice; sed Caput XLIIII incipit cum his ultimis verbis Capitis XLIII: *Qui seduci quandoque*..... et haec verba Capitis XLV: *Omnis creatura sub vitio... esse oportet*, aliud efformant Caput.

Pag. 916 — Primum Caput distinctionis tertiae incipit: *Reperiuntur qui*.... et uniuntur Capita II et III Editionis. Coadunantur pariter capita V et VI, sed ex his verbis istius ultimi Capitis: *Sunt qui dicunt..... declinare*, aliud efformatur Caput; coadunantur etiam capita VII et VIII, XII et XIII, XIV et XV, XX et XXI, XXIX et XXX, XXXVIII et XXXIX.

Pag. 932 — In quaestione IIII, amanuensis quatuor prima capita univit; idem fecit de capitibus V et VI; Caput VII in duo dividit capita, quorum posterius incipit: *Sed non in pluribus*... capita vero XI et XII adunavit, et ex his verbis capitis XIX: *Cum fidem et dilectionem.... ostendit dicens.* aliud efformavit Caput.

Pag. 954 — In quaestione V, Capita VIII et IX, XIII et XIV in unum Caput reducuntur.

Pag. 956 — INCIPIT XXXIIII. CAUSA DE MULIERE VIVENTE VIRO IN CAPTIVITATE AN POSSIT ALIO COPULARI. II. CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Quidam vir in captivitatem ductus*... Desinit: *sine spe coniugii maneat.* Ibi a pag. 1701 ad pag. 1707. Capita VI et VII, IX et X coadunantur, deficientibus tamen in Codice his verbis capitis VII: *Item Hermes.... et muliere.*

Pag. 960 — INCIPIT. XXXV. CAUSA DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE. X. CONTINENS QUAESTIONES. Incipit: *Quidam mortua uxore*... Desinit: *prioris viri pertingere.* deficientibus duobus ultimis capitibus in Codice. Ibi a pag. 1707, ad pag. 1745. Concurrit ad ornamentum litterae initialis animal pedem habens equinum et pectore gerens stemma cuius acies viridi coloris fasciam rubeam habet. Capita III et IV Quaestionis II et III uniuntur in Codice; in Quaestione vero IX, Caput VIII ponitur ante septimum.

Pag. 981 — INCIPIT XXXVI. CAUSA DE RAPTORIBUS VIRGINUM. II CONTINENS QUESTIONES. Incipit: *Filiam cuiusdam patre*... Desinit: *detrahere voluerit. Item. felix III.* Ibi a pag. 1745, ad pag. 1751. Caput I et II primae Quaestionis in unum coadunantur; et idem dicendum de capitibus VI et VII secundae Quaestiones.

Glossae secundae partis (pag. 256) incipiunt: Quidam vir habens. *Quia hic tractatur de symonia. videamus quid sit symonia*... Desinit: (pag. 984) *roboratur auctoritate meldensis concilii supra. e. si autem. Iohannes*; concordans cum glossis Editionis supradictae, si excipias additiones Bartholomaei Brixiensis.

Pag. 984 — DE CONSECRATIONE ECCLESIARUM ET QUOD MISSE NON SUNT ALIBI CELEBRANDE QUAM LOCIS DEO SACRATIS. In pagina vero sequenti datur etiam iste titulus: DE MISSARUM CELEBRATIONE ET ECCLESIARUM CONSECRATIONE. Incipit: *De missarum*

celebrationibus. non alibi quam in sacratis domino locis... Desinit: *viderit patrem facientem.* Ibi a pag. 1752, ad pag. 1904. In prima distinctione desideratur Caput LVIII; in Distinctione vero secunda amanuensis Capita LXII et LXIII adunavit. In IV, Caput LXV capiti LXIV praeponitur; capita CXLIII et CXLIV unum Caput efformant.

Pag. 1069 — In fine Codicis occurrunt versus sequentes:

Sub Celestino. quinto pergente casino.
Tunc opus hoc fini. perduxit Petrus atini.
Nostra voce pia. benedic quem virgo Maria.
Maximus hunc genuit. presbyter atque fuit.

Incipit vero marginalis glossa tertiae partis Decreti (pag. 984): De ecclesiarum consecratione *et de missarum explicitis variis causarum conflictibus agitur de sacramentis que necessaria sunt ad salutem et hoc ordine. Primo de ecclesiarum consecratione. secundo de sacramento eucaristie...* Desinit (pag. 1069): *discipulus. XXIIII. q. I. cum beatissimus. Deo gratias.* Ibi a pag. 1752, ad pag. 1904.

CODEX LXIX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 69, ET 157, INTERIORI VERO DEFICIENTE.
PLUTEO V.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 37/₀, latitudinis 26/₀, duplici columna exaratus, et uberrimo luxuriaretur margine, si qui eum iterum compegit, ferro magis pepercisset. Quae marginis ubertas pulchre nitet inter utramque columnam, quod, nisi nos experientia fallat, indubium antiquitatis signum, quo, praeter characterum formam, Codicis firmatur aetas, et nullo haeremus dubio quin IX saeculo tribuamus. A qua sententia, inspecto huius scripturae specimine, forte non abscedes. Titulo exteriori notatur: GALENI QUAEDAM LATINE; quibus verbis et numero a Montfauconio recensetur. Qui titulus mendax est, cum Codex, licet nonnulla Galeni et Hyppocratis habeat, magna tamen dici potest collectio medicarum praescriptionum, quas monachus quidam ad fratrum utilitatem ex diversorum tractatibus, huc illuc excurrens, uti ei obvenerunt, eruit et recensuit, uti in sequenti Codicis expositione est videre.

Habet pro compactione quotuor folia ex libro *Comite* desumpta.

Pag. 1 — Incipit acephalus: *Quare ut humor omnis qui in capite residet... dentium dolor.*

Quando autem circa pectus... humor extrahitur Convenit igitur mane vomiturum... subtilitas febrium.

Quando igitur haec indicia... quae supra escripta sunt.

Pag. 2 — *Oportet decoctum... morbus articulis.*

Quando autem per vissicam... tumores excitantur.

Quando ergo aliquid... scripsi autem tibi et de temporibus quae per anni circulum recurrentia indicia valitudinum in hominum corporibus ostendunt quibus haec adhiberi observantia solet ut scias quibus rebus. utaris c. et quibus abstineas. faciamus ergo exordium ad hiberno tempore..... in equinoctium dies LXXXIII.

A sexto autem decimo... utere bene volentibus et acerrimis cibis (pag. 3) *diafracma concludet. Deinde venter... crescit flegma et subdolet summa virgicies explis* (pag. 5) *et intrante decimo nascitur.... humor nequissimus qui a caput descendit.* (pag. 6.) *Omirus dixit. molliter assidua guttacabat petram. Virgilius sic dixit. gutta cabat lapidem non viribus sed sepe cavendum humor ergo capitis...* Desinit: *diligentias singularis in sequenti singillatim exponam.* Inter pag. 2. et 3, aliquod folium deesse videtur; tria vero folia inter pag. 4 et 5.

Pag. 6 — YMPNOTICON *adiutorium idest somnificum conveniens his qui chirurgia curatur aut* (ut) *sectionis dolorem non sentiant soporati.* Incipit: *Recipit haec. opiu. thibaicu. semis. uncia. mandracore.....* Desinit: *altera spongia aceto calefacto infusa naribus apponis et somnum solves.*

In margine occurrit nota historica de grandine *in mensura unius iusti ovi* quae anno Domini 1571 tertia die Octobris, Casino, aliisque civitatibus vicinis multum attulit damnum. Vide Caravita I *Codici e le arti a Monte-Cassino* Tomo II. pag. 20.

Ex antiqua numeratione Codicis unum folium in initio deest, et quinque inter paginas quae indicem praecedunt.

V. *Ad pitiriasin porrigines et pruritus.*
VI. *Ad ulcera in capite manentia.*
VII. *Ad alopicias.* (Sub hoc titulo generali alii occurrut tituli in textu: *Item aliud, ut capillos nigros preoccupes ne cani fiant. Alia compositio bona aut bene utares. nigros. donec vivas. capillos. aut si voles semel induere eruntnigri. Ut capillus nigrus. ea ora rubeus facias. Aliud ad idem. Aliud ad idem. Ut pili qui sunt in corpore aut in pectus mulieris cadant et postea numquam nascantur. Aliud ad idem. Psilotrum sic faciens ut ea hora album et mundum corpus facias. Aliud psilotrum quod cleopatra utebatur. ut eadem hora album et mundum corpus facias. Adumenta capillorum. Adumenta capillorum.*)
VIII. *Ad dolorem emigranii sive temporum.*
VIIII. *Ad dolorem auriculae vel aquae ingresse* (in textu: *ingressu*).
X. *Ad vulnera aurium antiqua fetore et dolore.* (in textu: *et dolorem.*)
XI. *Ad aurium invecillitatem vel surdis et qui minus audiunt.*
XII. *Ad maculas de facie tollendas.* (additum est in titulo textus: *quod. alii. lentigines. vocant.)*
XIII. *Ad oculorum dolores.*
XIIII. *Ad oculos suffusos sanguine.*
XV. *Ad lacrimam oculorum restringendam.*
XVI. *Ad lippus oculorum* (in textu: *Ad lippitudines. vel*) *ad eos qui cantos oculorum commixtos habent.* (in textu: *combustos ab. humore habent.*)
XVII. *Ad caliginem oculorum.*
XVIII. *Ad aciem oculorum.*
XVIIII. *Ad leocomata.* (additum in textu: *magnum remedium.*) *ut ad cicatricem et ad maculas.*
XX. *Ad pilos oculorum adulteros.*
XXI. *Ad caliginis cecitatem vel crassitudinem extergendam.*
XXII. *Ad maturandas aegilopas.*
XXIII. *Ad ulcera narium et omnibus vulneribus vetustis.*
XXIIII. *Ad fetorem narium et polipum.*
XXV. *Ad fluvium (profluvium) narium.*
XXVI. *Ad sanguinem de naribus eiciendum.*
XXVII. *Ad distillatione narium ex humore.*
XXVIII. *Ad vitium oris.*
XXVIIII. *Ad ulcera oris.*
XXX. *Ad vulnera oris. sive tumore gingivarum.*
XXXI. *Ad putredinem oris lingue sive palati.* (*et ad gingibas que ab humore comeduntur.*)
XXXII. *Ad fetorem oris.*
XXXIII. *Ad os salivosum et lividum.*
XXXIIII. *Ad os et labra.*
XXXV. *Ad dentium dolore.*
XXXVI. *Ad dentes laxos.* (*Si dentes. nimio capitis reumate. laxaverint. et dolor. fuerit infestus.*)
XXXVII. *Ad dentium molare* (*molariorum*) *dolorem.*
XXXVIII. *Ad dentes vitiosus aut cavos.*
XXXVIIII. *Ad dentes candidos faciendos.*
XL. *Ad dentes molares. ut ad omnes ut sint incorrupti. et impossibiles* (*et inpassibiles. inmobilesque. magnum remedium.*)
XLI. *Dentioni.*
XLII. *Ad uvam distillantem. et ad fauces tumentes.*
XLIII. *Ad sanguinem ex precisam uva nimium fluentem.*
XLIIII. *Ad tules vel tussilas repremendas.*
XLV. *Ad faucium dolore.*
XLVI. *Ad faucis limpidandas.* (in textu: *limpidas.*)
XLVII. *Ad usturam faucium vel palati.* (Titulus iste cum ipsa remedii descriptione desideratur in textu.)
XLVIII. *Ad vulnera faucium aperta.*
XLXIIII. *Ad sinaces. (synances.)*
L. *Ad angen.* (*angenam.*)

CVIII. *Ad intestini tumorem vulnera condolomata usturas acragadas et rigore.*
CVIIII. *Ad exochadas. (exocadia.)*
CX. *Ad ragadia. si nimia duritia ventris.)*
CXI. *Ad siringium. (hoc est ad fistolas.)*
CXII. *Ad emorroidas.*
CXIII. *Ad veretrorum vitia.*
CXIIII. *Ad dolorem et tumorem testium.*
CXV. *Ad hernies et ramices.*
CXVI. *Ad inguina.*
CXVII. *Ad inter triginis, (inter. trigines.)*
CXVIII. *Ad scian.*
CXVIIII. *Ad coxe dolorem.*
CXX. *Ad genuculum (ginuculorum.) dolorem.*
CXXI. *Ad tibiarum dolorem.*
CXXII. *Ad talorum dolorem.*
CXXIII. *Ad tumorem pedum.*
CXXIIII. *Ad perniciones. (pernionis.)*
CXXV. *Ad inter digita. (inter. digita.)*
CXXVI. *Ad paronicii dolorem.*
CXXVII. *Ad ungularum dolorem et lesionem.*
CXXVIII. *Ad corporis salubritatem. et ne male oleat.*
CXXVIIII. *Ad lichenam. (greco nomine. licni appellatur.)*
CXXX. *Ad elefantiasim.*
CXXXI. *Ad morbum comitialem.*
CXXXII. *Ad morbum regium.*
CXXXIII. *Ad ictericos quos aurinosus (auruginosus) dicimus.*
CXXXIIII. *Ad febres calidas intercidendas.*
CXXXV. *Ad emitriteum.*
CXXXVI. *Ad febribus periodicis.* (Deest: *ad* in alio titulo. sed additur: *utile est ungi.*)
CXXXVII. *Ad cotidianas.*
CXXXVIII. *Ad tertianas.*
CXXXVIIII. *Ad quartanas.*
CXL. *Ad litargicos.*
CXLI. *Ad somnum.*
CXLII. *Ad freneticos.*
CXLIII. *Ad epilemicos.*
CXLIIII. *Ad cardiacos.*
CXLV. *Ad initium hydropis.*
CXLVI. *Ad initium pudagre.* (Inter alia remedia datur: *Anacollema bonifatii medici.*)
CXLVII. *Ad paralyticos vel nervorum causa.*
CXLVIII. *Ad nervos et articulos.*
CXLVIIII. *Ad sideratos.*
CL. *Ad vulnera vel qui de alto cadunt.*
CLI. *Si quis ictu pugnum (pugni) manum leserit.*
CLII. *Ad fracturam.* (Posterius remedium hunc titulum habet: *Xerion de codice syrani.*)
CLIII. *Ad sanguinem ex vulneribus sistendum.*
CLIIII. *Ad ulcera et vermes. (ad nomas.)*
CLV. *Ad apostemata interiora.*
CLVI. *Ad omnia exteriora apostemata.*
CLVII. *Ad collectiones et tumores.*
CLVIII. *Ad panuculas.*
CLVIIII. *Ad cyradas et (ad) tumorem.*
CLX. *Ad estrumas, (strumas.)*
CLXI. *Ad carbunculos.* (In textu additur: *Ad antracas.)*
CLXII. *Ad papulam noxiam.*
CLXIII. *Ad furunculos.*
CLXIIII. *Ad circinum. (quod alii. zonam. sacram. vocant.)*
CLXV. *Ad ignem agrum. (agrem.)*
CLXVI. *Ad rubiam. (quod alii. anguem. vocant.)*
CLXVII. *Ad conbustum.*
CLXVIII. *Ad exusta frigdore.*
CLXVIIII. *Ad scabiem.*
CLXX. *Ad papulas.*
CLXXI. *Ad pustellas quae appellant (appellatur) volatice.*
CLXXII. *Ad varos.*
CLXXIII. *Ad verrucas. (et clavos.)*
CLXXIIII. *Ad pruritum corporis.*
CLXXV. *Ad inpetiginem.*
CLXXVI. *Ad maculas de corpore eiciendas.* (In textu additur: *Ad lepra.*)
CLXXVII. *Ad calore (colorem) cicatricibus reddendum.*
CLXXVIII. *Ad libores et tumores.*
CLXXVIIII. *Ad percussum ferro vel sude.*

CLXXX. *Ad contusa vel eiecta aut luxata.* (*laxata.*)
CLXXXI. *Ad fracturam.*
CLXXXII. *Ad hextrahende aquae* (*extrahenda ea que*) *corpori infixa sunt.*
CLXXXIII. *Ad homines morsum.*
CLXXXIIII. *Ad canis morsum.*
CLXXXV. *Ad canis rabidi morsum.*
CLXXXVI. *Ad morsum serpentis.*
CLXXXVII. *Ut serpes* (*serpens*) *non mordeat.*
CLXXXVIII. *Ad mures* (*muris*) *aranei morsum.*
CLXXXVIIII. *Ad ictum scorpionis.*
CXC. *Ad morsum spalangionis.*
CXCI. *Contra stilionis.*
CXCII. *Adversum venena.*

Pag. 10 — I. AD PURGATIONEM CAPITIS. Incipit: *Oportet diu permanente capitis dolore...* Desinit: *cum lacte. ovium. bibitur.* DEO GRATIAS. Deinde haec, quae sunt eiusdem amanuensis, leguntur: PULVIS. AD SINCOPE. VEL *diaforetici. vel cardiaci. vel ad cordis pulsum. ossu. de cor. cervi... cum aqua frigida.* PULVIS AD IDEM. *rasura ebori... probatum est.* DE EUNUCHIS HOC EST SPADONES SINE FERRO FACERE. *Radices cicute... fiet eunuchus.*

A pagina decima ad paginam quadragesimam, pars inferior marginum praescriptionibus medicinalibus scatet, quarum primam tantum edere iuvat: *Ad capitis fracturam. Herba vettonica contusa et super capite eiecta imposita vulnus celeritate glutinatum sanabit. eo quidem efficacius si tertio die refacta prodest. recentiore frequentius imposueris donec sanus fiat. eius potestas tanta habere fertur valitatem ut ossa quoque fracta vi sua extrahat.*

In margine superiori paginae 81, haec verba, manu XIV Saeculi scripta, leguntur: *Liber ypocratis Ecclesie Casinensis.*

Pag. 261 — INCIPIT ANTIDOTIA.

I. *Antidotia.* Sub hoc primo titulo multae veniunt antidotorum species, verbigratia: *Adrianus antidotus. Antidotum. sotira. quod interpretatur salvatoris. totus corporis. Antidotum pancristum quem omnes antiqui usi sunt. Antidotus. theodoritum coporiston. magnum quod usus est soranus... Antidotus qui dicitur aquindine. Antidotum mysterion. Antidotus acharistus. Antidotus. acharistus. ipsius celestini. Antidotus. acharistus. fortunatiani. Antidotus anicitus. Antidotus. filonia. Antidotus pionia. Antidotus silonia. Antidotus filonia. Antidotus misterion. Antidotus. qui dicitur. maurentius. Antidotus theudoritus.* (bis). *Antidotus theodocion.* (bis). *Antidotus acharista.* (bis). *Antidotus. diatrin. pipereon. Antidotus mitridatis. De salibus theriacis. Antidotus edia pipereos. Antidotus ygia. Antidotus pangristos.* (bis). *Antidotus pantocratea. Antidotus edia libanu. Antidotus. qui dicitur. ioperei. Antidotus digestoria. Antidotus lexipiretos. Antidotus edia rubon. Antidotus diabulbon. Antidotus faciens ad anaforeticos. Antidotus. polichristus a marcello. acceptus. Antidotum maxime. Antidotum Hesdra. Antidotus ad stomachum. Antidotus anicitos. Antidotus pionia. Antidotus adrianus. Antidotus egia. Antidotus. trefera. Antidotus diarobon. Antidotus diaspolite.* (bis). *Antidotus hiera. prima galieni. Antidotus musca. Antidotum ad tussem. Antidotus tespiani. Antidotus adrianus. Antidotus ad inflationes. Antidotus. galieni. diatrion. piperon. Antidotus sotyra. Antidotus catarticus. Antidotus diascyllis. Antidotus colicis. Antidotus tespiani. Antidotus diaspolliten, filoxenu, ermodactylo, ydropicis, athanasia, sotyra, apulei, adrianum, diapibas, hesdra, deatassaron.* Amanuensis paginas, in quibus tractatur de Antidotis, crocei et viridis coloris maculis ornavit.

II. *Antidotia picre.* Sub hoc titulo describuntur: *Antidotus pigra galienu, pigra, ygra, glycia.*

III. *Antidotia iere.* Sub hoc titulo describuntur: *Hiera mitridatis, hiera probata, hiera archigenu, hiera iusti, iera diacolocyntidos, hiera ad stomacicos, hiera catartica, hiera periu, hiera logadiu, hiera archigenis, hiera galeni, hiera quam dedit rufinus, hiera ad omnem passionem stomachi... et ad eos qui tarde digerunt. Explicit antidotia.*

IIII. *Antidotia. cathartica.* Sub isto titulo variae dantur catharticorum genera, inter quae sequentia elegimus: *Catarticum diacerasiu, ad flegmata, podagricis, egleicton. diafinicum* etc. Idem dicendum de sequentibus titulis.

V. *Salis. cathartici.*

VI. *Oxiporia. cathartici.*

VII. *Pastilli cathartici.*

VIII. *Oxigaro. cathartica.*
VIIII. *Catapotia. (Catapotia galieni.)*
X. *Oximelli. cathartica.*
XI. *Absentia. medicinalia.*
XII. *Conditum. catharticum.*
XIII. *Salis. digistorii.*
XIIII. *Oxiporia. diversi generis.* In textu: *XV. Oxiporii. genus. galeni bufagon. XVI. Oxiporiu. diacidoniu. XVII. Diaporon argyri.* Ex quo eruitur numerorum ordinem inter titulos non concordare.
XV. *Oxiporia. diacidoniu.*
XVI. *Diaphora stomacica.*
XVII. *Diaprassia.*
XVIII. *Trocisci. qui bibuntur.* Inter huius speciei medicamenta veniunt: *Trociscus crocordis, amazonon, trigonus, cessiu. anodinos, diatessaron. XX. Trociscus diacastoreu, diapicron, anaronius, antonimosae, ad siringium, ad tussem, ad colum, credeltro, faustiniani.*
XVIIII. *Trocisci. remediales.*
XX. *Cerotaria. ad vulnera. sive. ad reuma.*
XXI. *Cerotaria. ad stomachum. vel. ad multa.* Inter alias species annumerantur: *Cerotum ad splenem, diastyracos, ad artriticos, zanetis ad omnem dolorem.*
XXII. *Acopi diversi.* Ex his acopis quaedam nominare iuvat: *Acopus thermanticus, calasticum, diastelton, metasin creticon, diaspermaton, paradoxon.*
XXIII. *Myro. copi.*
XXIIII. *Lysoponia.*
XXV. *Acopon. lysoponiu.*
XXVI. *Mirocopon lysoponion.*
XXVII. *Pentameri.*
XXVIII. *Decameri.*
XXVIIII. *Calastica.*
XXX. *Unguenta diversa.* In indice textus legitur: *XXXI. Confectio unguenti diacissu. Confectio unguenti diomfacus... unguenti. populati... unguenti. diasamsycu... Confectio ygiae maioris. ygie minoris...*
XXXI. *Confectiones. olei diverse.* In indice textus legitur: *XXXII. Confectio nardi. ciziceni... nardi campani... olei nardi... olei cyprini... olei gleucini... olei irini... olei sysini... olei storacini... olei rosei... olei camomelli... amygdalini... caraeni... mirobalani... anelini... myrsini... olei. scinini. hoc est. lentiscini... sesamini.... laurini.... sycioni... emantiu... sansycini... melini... nardini.*
XXXII. *Confectio. croco. magma.*
XXXIII. *Confectio. diacylon.*
XXXIIII. *Confectio. diacrocu. magmatos.*
XXXV. *Tropaces.*
XXXVI. *Pulveris diversis.* Titulus textus sic se habet: *XXXVII. Confectio pulveris. Pulvis endos.... Pulvis asclepi... Smigma sorani.*
XXXVII. *Confectio. ysopiceroti.*
XXXVIII. *Confectio. ydromelli.*
XXXVIIII. *Cpnfectio. apomelli.*
XL. *Confectio. cenomelli.*
XLI. *Confectio. rodomelli.*
XLII. *Confectio. ochiomelli.*
XLIII. *Confectio. ydromelli.*
XLIIII. *Rodomeli.*
XLV. *Ydro. rosatu.*
XLVI. *Ydro absentatu.*
XLVII. *Omfacomelli.*
XLVIII. *Confectio. vini. mali granati.*
XLVIIII. *Confectio. ynantati.* In textu titulus sic se habet. *L. Confectio liliaci.*
L. *Conditum thion.*
LI. *Todia citrion.*
LII. *Confectio. gysi. (ieratica trimegisti. quod invenit apollo.)*
LIII. *Xero mira.* (*Cofectio xero. mire que dicitur hedra.*)
LIIII. *Tymiamata.* (*Confectio. tymiama-*

tis scorpiston). Variae dantur thymiamatis species inter quas: *alana, dicron, locta, diastactes, apamene, saccelli, fotinae.*

LV. *Confectio leuco fylli.*

LVI. *Folea. timyri.*

LVII. *Miru. egru.* Occurrunt etiam in textu: *Myra barbara, myra rodon, ygro. myra.*

LVIII. *Confectio saponis. constantini.*

LVIIII. *Confectio. miro. saponis.*

LX. *Confectiones. olei. syriaci. ad caput.*

LXI. *Epithematia.* Inter innumera epithemata, sequentium nomina elegimus: *Epithema gallieni, surani, aretae, toniticum, calae, Eutici, diamelilotu, diastyriacus, diatessaron, todiafnidon, todiacyperu, diadafnidon, diapiganu, filagrion, diasamsucu, eupractica, lexipiritu, dionisi, poliarchi, tofilagriu, tonilu, diaspermaton, diapsicon, evodis, dialeuron, theodoritus.*

LXII. *Malagma.* Quaedam hujus medicamenti species indicamus: *Malagma adopistotonicus, enteriaces, amblamula, tocopton, todafnidon, fartinopeu, diatrion, tomuscu, todiamelilotu, tomosceron, ippicon, praxagori.*

LXIII. *Emplastra diversa.* (*Emplastrum diitcon.*) Nonnullarum specierum nomina damus: *Emplastrum diiteon, trifonis medici, barbara, tharse chirurgici, aresti chirurgici, dionisi chirurgici, episti chirurgici, paccii antiochi, anicitum, dicromon, diapernet, eromene amata, teudotion, dicatmas, todiapipereos, psittacion, etheae, eathena, ygna, eisis, esomatofylax, corax, eonias, todiatalassis, anaxerantice, glycia, epipastice, basilicon, porcira, meline, eafra, diasemidaleos, aspaltera, amicitus, antoni musae, omelanclorus, antropus, ediadafridon, arpax. de icraticum. codicem, amictyci, diaforetice, meline. sarapionos. quam alii vocant. afroditen. Confectio medicaminis. quod dicitur calbiane. que composuit. trifon. caesari. adriano. que post mortem adriani. imperatoris. signatum. a nolo ipsius. reppertum est. in bibliothecam eius.*

LXIIII. *Confectiones. chlora.* (*Emplastros clora*). Inter alia emplastra occurrit istud: *Emplastrum barbara. de codice domni rufini episcopi.*

LXV. *Confectio artheriace.*

LXVI. *Ad reuma. capitis. quod. et stomachum. facit. reumatizare.*

LXVII. *Ad stomachum. siccum. et invecillum. qui solet. a capite reumatizare.*

LXVIII. *Ad curam. stomachi.* (In alio titulo additur: *Haec cura experimentata est.*) *qui ex vicinitate habundantia fellis. extuat.*

LXVIIII. *Ad curam stomachi. et dolorem.* (*et febrem.*)

LXX. *Ad curam stomachi.* (Titulus deest in textu, rubricatis tamen litteris incipit: *Principio in exortu diei...*)

LXXI. *Ad ptisicos.* (*Ad ptisin.*)

LXXII. *Ad disintericos.*

LXXIII. *Confectio. psimitei.*

LXXIIII. *Confectio. hu.* (*hiu*).

LXXV. *Confectio. plumbi. combusti.*

LXXVI. *Confectio. psilotri medicinalis.*

LXXVII. *Confectio absenti.* (*absenti.*)

LXXVIII. *Confectio conditi.*

LXXVIIII. *Confectio. vini appiati.*

LXXX. *Confectio rosati.*

LXXXI. *Confectio. citratti.*

LXXXII. *Confectio. vini. biliaci.*

LXXXIII. *Confectio. sinapis.*

LXXXIIII. *Confectio ad epilemticos.*

LXXXV. *Confectio diamaron.*

LXXXVI. *Confectio diacareu. (diacareon).*
LXXXVII. *Confectio omfacion.*
LXXXVIII. *De causis mulierum.* In textu, titulus LXXXVIII, sic se habet. *Cura regine.* Sub hoc titulo multi alii includuntur: *Pessus.... Ad tumorem et impetus vulve. Potio ad somnum fac. Potio ad tumorem vulve. Ad ulcera matricis. et tumore et inflatione. Ad matricis dolor. qui subito. sine voce fiunt. Item ad dolorem matricis.... Potio ad avorsum. Antidotum. cleopatre regine. et theodoten idem. regine. facto a sorano medico. invento ab ypograto seniore. Ad somnium. Ad tumores omnes. De causa epatis. De flegmone iecoris. Curatio earum. causarum. supra. scriptarum. Curatio apostematis. De elcosis. Curatio eorum. Antidotum. Curatio scleriae. De syrexis. Curatio eorum. De scyrosin. Curatio eorum.* (In margine alia manu: *fine hic alia pones*). *De signa splenis. Cura splenis.* (In margine, alia manu: *fine hic.*) *Ad syringium. Ad tumorem testium. De causa. empyicorum. De cura. empyicorum. Collyrium canopicum.* (In margine: *alia pone.*) *De pleureticis. Curatio eorum talis.* (In margine: *fine.*) *Antidotum quem scieris pleureticis prodesse. Collyrium ad albores. Electarium ad tusse. Ad tussem aridam. Electarium. Catapotia probata. Confectio diaprassii ad catarrum. Catapotia ad pulmonem. Item ad tussem. Calasticum optimum. Confectio. conditi nefretici. Remedium ad cauculum efficax. Potio ad cottidianum. Unguentum diacissiu. Catapotia ad dolorem ventositatem stomachi. Acopus. diacissu. Anacollema. Fomentum. Embroca. Ad faucium tumorem. Item. catarticum. Potio. dysintericis. Pulver. ad gingibas. Potio ad colum. Potio ad colum. Potio ad synances. Ad cordis pulsum. potio fisica. Ad cauculum potio fisica. Catapotia. De syringis. Item ad emorroidas. Gargarismum ad dentes. Item dentifricium. Item ad gingibas. Item ad pulmonum extensionem. Item ad aurium dolorem. Unguentum marciatum. Confectio de altea. calastico. Unguentum diapsimithiu. Unguentum nigrum. Ad tysicos. Ad extringuiria. Ad inflatione ani. Ad vomitum stringendum. Confectio catapotias alexandri. catartica. Incipit cerotarium... Pulver probatissimum. Unguentum marciaton. Oxira crocira. Cataplasma. Ad eparis dolorem. Ad splenis dolorem. Ad freneticis unctiones. Ad ileon. Ad anelitum. Ad febres. Scribes in pectus. ✠. christus. venit. in galilea. iudicare te. ✠. et fuge. fantasma. Cataplasma. ad febres. semen lini eminas. II... et inducis. in stomachum. TU autem. domine. miserere nobis. Galbanes epitema. de caesarea. adriani. quae facit ad omnes. passiones. infra. scriptas... Osia epithema. que facit. ad omnia. ss. Potio. ad ilion. Pannum ad febre. Antidotus. diacodion.*

Incipit: *Adrianus antidotus cuius virtus est admirabilis....* Desinit: *redeat ad crassitudinem mellis.*

Pag. 524 — Incip. ante. apollominas. Galieni. Incipit: *Pro alocn. mittis. licium. aut centauriae sucum. vel elixi. viridis...* Desinit: *Pro. zingibus. mittis pyretru.*

Pag. 527 — Incipiunt vocabula herbarum. Incipit: *Aspaltu. idest bitumen...* Desinit incompletum: *Ramnus. idest spina alba.*

Pag. 537 — Incipit acephalum: *integrum. dicebat. et totum ipse coque. numisma vocatur.... advexerit formam.*

Solidum. *apud latinos... faciat tremissus.*

Sextulabis. *adsumtat. vellem. facit. ter. posita. staterem reddidit... adpendeat.*

Sicel. qui latino *sermone siclus... predicta concludat.*

Pag. 538 — Mnam in ponderibus. *centum dragmis. adpenditur... librarum esse. constat.*

Centenarium. *numeri. nomen est... instituerunt. romani.*

Item. de mensuris. *mensura es. res. aliqua modo. suo. vel tempore... urnas. et amforas.*

Mensurarum. pars. *minimas coclear... et dimidia adimpletur.*

Cyati. pondus. *decem dragmis... casatus nominatur.*

Pag. 539 — Oxyfali *fit. si quinque dragme.... XII. dragmas adpendens.*

Cotila. *emina est. habens cyatus. VI..... sextarium facit.*

Sextarium. *duarum librarum...... nomen dederunt.*

Congium. *autem. congiendo... a romanis. inpositum. invenimus.*

Metrum est. *mensura liquidorum..... perfectio accepit.*

Metrum. omnem. mensuram. *pertinet...... idest denarii.*

Pag. 540 — MODICTUS. (Modius dictus) AB EO. *quod est autem. mensura. librarum. quadraginta. quattuor. idest. sextariorum. viginti. duorum. cuius. numeri. causa. inde. tractata est. Eo quod in principio deus. viginti. duo. opera. fecit. Nam prima. die septem. opera. fecit. idest. materiam. formen. angelos. lucem. caelos. superiores. terram. aquam adque. aerem. Secunda die... aput. aebreos. constitutione. serbatur. modius. enim. modius. nomen. inposuit. nam modica. pro parbus. sive propriae dicimus.*

SATUM. GENUS EST. *mensure... quasi. modius.*

BATUS. VOCATUS. *ebraica. lingua...... mole fice. proteritur.*

Pag. 541 — AMPHORA. VOCATUR. *quod... modios italicos. III.*

HYN. SEXTARIUM. UNUM. *cadus grece...... urnas. III.*

URNA. MENSURA EST. *quam quidam.... habet urnam.*

MEDIMNA MENSURA EST. *quinque modiorum..... perfectio. dinario.*

ARTABA. MENSURA EST. *aput. egetius..... et linguas. que orbem impleverunt.*

GUMOR. QUINDECIM. MEDIORUM. *onus... onus cameli efficiuntur.*

DE SIGNIS. PONDERUM. Incipit: *De ponderis signa... et caracteres. ut a veteribus. signata sunt. subiciamus. Z. litteram. significat dimidium...* Desinit: *.O. littera. coniuncta haec est.*

Pag. 542 — INCIPIT. DE MENSURIBUS. ET PONDERIBUS. Incipit: *Pondera. actica. habet...* Desinit: *sex. milia. sunt.*

Pag. 543 — DE MENSURIBUS. ET PONDERIBUS. Incipit: *Uncias habet.....* Desinit: *Semobulum. seliqua. I.*

FINE DE PONDERIBUS FELICITER. AMEN. DEO GRATIAS. SEMPER.

Pag. 544 — Alia manu: UNGUENTUM MARCIATON QUE FACIT. AD OMNEM DOLOREM. *Recipe autem haec... cerotem ÷ V.*

Pag. 545 — IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. INCIPIT LIBER MEDICINE ORINALIBUS. HERMOGENIS PHILOSOPHI.

Incipit: *Locutusque est. pro. urinas et dixit. Multa sunt...* Desinit: *et flegmatica.*

Pag. 550 — SIGNA. URINE. QUE COGNOSCITUR. CUM NOCTE. IN CALICE. MISERIS. ET AD LUCEM. VIDERIS. Incipit: *Urina pura...* Desinit: *egritudinem. significat.*

Pag. 551 — INCIPIUNT. SIGNA. EFFEMERORUM. FEBRIUM. DE URINIS. ET PULSIS. SECUNDUM. PRAECEPTA. DIONISI. Incipit: *Dum esset. difficilis...* Desinit: *demonstrat. aegrotum.*

Pag. 552 — DE PULSUS. QUI IN QUARTANIS FEBRIBUS FIUNT. Incipit: *Quartanum in initio...* Desinit: *indigesta. videtur.*

DE TERTIANIS. Incipit: *Pulsus est....* Desinit: *in his. invenitur.*

DE COTTIDIANIS. Incipit: *Cottidianis vero....* Desinit: *caput. ostendit.*

DE CARDIACIS. Incipit: *Cardiacis. pulsus est.....* Desinit: *bonum non fuerit.*

Pag. 553 — DE LYTHARGICIS. Incipit: *Lythargo est...* Desinit: *illis significat.*

DE PLEURETICIS. Incipit: *Pleureticis. pulsus.....* Desinit: *spem promittit.*

Pag. 554 — DE PERIPLEUMONICIS. Incipit: *Pleripleumonicis. pulsus. talis est......* Desinit: *venturum eis.*

DE SINANCHIS. Incipit: *Sinancicus. pulsus...* Desinit: *tempore. respondens.*

Pag. 555 — DE CARDIACIS. Incipit: *Cardiaci. vero. quos...* Desinit: *saltus. vacuatur.*

DE EPILEMTICIS. Incipit: *Epilemticorum. qui sine contractione...* Desinit: *maxime apparet.*

DE CACEXIA. Incipit: *Cacexiae. pulsus...* Desinit: *morte. imminet.*

DE CILIACO. Incipit: *Cyliacorum. pulsus. est.....* Desinit: *venturam. pronuntiat.*

Pag. 556 — DE HICTERICIS. Incipit: *Hictericis. urinae...* Desinit: *sanitatis denuntiat.*

CCLXXXIII. MENSE NOVEMBRI INDICTIONE VII. GREGORIUS ALCISONI EPISCOPO CORCYRANITANO. *Non inmerito.... praeiudicium non incurrat.* (VII. ib.).

Pag. 292 — CCLXXXIIII. GREGORIUS BONIFACIO DIACONO CONSTANTIPOLITANO. *Quotiens eorum... Reservatum.* (VIII. 1310).

Pag. 293 — MENSE DECEMBRI INDICTIONE VII. GREGORIUS IOHANNI EPISCOPO. CCLXXXV. *Basilicam quam ad dilectionem tuam quam... perfectione gratuleris.* (IX. 1312).

GREGORIUS. GUDUINI DUCI NEAPOLI. CCLXXXVI. *Dum inter bona.... remanere nullo modo patimur.* (X. ib.).

GREGORIUS. IOHANNI EPISCOPO. CCLXXXVII. *Ne incauta eorum... fieri debeat disponamus.* (XI. 1313).

CCLXXXVIII: GREGORIUS THEODOLINDAE REGINAE. *Scripta quae ad nos....... quae agitis invenire possitis.* (XII. 1314).

Pag. 294 — MENSE IANUARIO INDICTIONE VII. GREGORIUS ALCISONI EPISCOPO CORCIRITANAE ECCLESIAE. CCLXXXVIIII. *Resipiscentibus fratribus.... nullam unquam rationes abstineat.* (XIII. 1317).

GREGORIUS. FELICI SUBDIACONO ET RECTORI PATRIMONII APPIE. CCXC. *Licet omnia haec... et experientia tua restituat.* (XIV. 1318).

Pag. 295 — CCXCI. GREGORIUS VENANTIO EPISCOPO PERUSINO. *Fratrem et coepiscopum... minime facias.* (Lib. XII. XLVII. 1251).

MENSE FEBRUARIO INDICTIONE VII. MENSE MARTIO INDICTIONE VII. GREGORIUS LEONI EPISCOPO CATHENIENSI. CCXCII. *Marcianus monachus... refragatione reservari.* (Lib. X. XXII. 1081).

CCXCIII. GREGORIUS ADRIANO NOTARIO SICI-

LIAE. *Res ad nos..... nullo modo generentur.* (Lib. XXXIII. ib.).

Pag. 296 — Absque ullo titulo historia Agapiti Papae I. legitur, quae incipit: *Anno edificationis romanae aecclesiae quadringentesimo nonagesimo...* Desinit: *ut eum non mortuum sed dormientem putarent.* (Baron. *Ann. Eccl.* ann. 536, tom. VII. pag. 253. B. edit. 1588).

CODEX LXXII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 72, ET 205, INTERIORI VERO DEFICIENTE. PLUTEO DD.

Codex membranaceus Saec. XV. in folio, constans foliis 322, paginis scilicet 646, longitudinis metri 35/$_0$, latitudinis vero 24/$_0$.

Nullum de eius aetate dubium; nam in fine haec scripta occurrunt: *Explicit Liber Moralium B. Gregorii super Iob. Quem scribi fecit. Reverendus Dominus Pirrus thomacellus de neapoli. Abbas Sacri Monasterii Casinensis. a magistro Iohanne de Calabria. qui ipsum incepit. die II novembris VII. Indictionis. Finivit autem die XII Iulii. Indictionis praedicte. Anno vero domini nostri Ihesu christi Millesimo quadringentesimo vicesimo nono. In Sancto Germano deo gratias. Amen.* In inferiori margine primae paginae Thomacelliorum gentis stemma inspicitur, cuius rubea acies, fascia, aureis et ceruleis coloribus alternatim contexta, a linea ad dexteram partem scinditur. In eius vertice, nec pileo, nec corona imposita, pastoralis virga eminet.

Cotinet Codex *Moralia S. Gregorii Papae* a Lib. I. usque ad XXXIIII. inclusive. Pro compactura habet quatuor folia, in quibus fragmenta Sermonis de S. Benedicto characteribus Longobardis exscripta leguntur, quorum nonnulla invenire est in compactione Codicis 134, integer vero sermo extat in Cod. 449. editus a Mai (*Spicilig. Rom.* T. V. p. 123) ex Cod. olim Casinensi nunc in Vaticana Bibliotheca extanti, Saec. XI. mire depicto. Iterum protulit Migne (*Patrol. Lat.* T. CXIII. col. 885). Post ultimam paginam 646 in membranae frustulo hos versus manus Saec. XV. conscripsit:

Non sine calcaribus vult currere sepe caballus.
Nec sine verberibus discere vult discipulus.
Tres infelices in mundo dicimus esse.
Infelix qui pauca sapit spernitque doceri.
Infelix qui recte sapit et operatur inique.
Infelix cuius nulli sapientia prodest.
Ingenium, mores, famam, et corpus, honores.
Tot perdit vere bona. clericus in muliere.
Non est in speculo res que speculatur in illo
Imminet et non est in muliere fides.
Nonne vides quam curta fides manet in muliere.
Crede michi si credis ei tu decipieris
Non dabis illi fidem, tibi quam violabis et idem
Dum tibi ter iurat quod te super omnia curat
Aspice quod iurat quam parvo tempore durat.
Postquam discedas et eam fidam bene credas
Attribuens munus si tunc accesserit unus
Turpus vel luscus vel toto corpore fuscus.
Hunc tibi preponit si maxima munera vehit.
Nullus ei carus nisi qui ferre non sit avarus.
Nam fidem servare quidem scit femina nulla.
Ergo cave ne sic plane capiaris ab illa.
Femina fallere falsaque dicere quando cavebit?
Nam cava piscibus et mare fluctibus ante carebit.
Femina falsa nimis premitur qua quisque ruinis.
Lingua meretricum peius est quam vulnus iniqum.
Mitia dat verba mulier pro laude superba.
Femina vas sathane rosa ferens dulce venenum
Semper prona rei que prohibetur ei.
Femina tristatur si noxia non operatur.
Tunc bene letatur quando ei nocere datur.
Si loth, Sansonem. si David. si Salomonem.
Femina decepit quis modo tutus erit?
Femina res ficta. res subdola. res maledicta.
Tartarus. vulva. solum numquam satiantur et ignis.

COD. LXXII.

PAGINA LIII.

Incipit liber tertius



EATUS IOB ad mortem petitus in temptatione ad uitui trecuit et uerbere antiq hostis unde se bona eius extimarit extinguere inde doluit + multiplicasse se qe primo certamine se succubuisse considerans ad alia se temptationum bella restaurat

COD. LXXIII.

PAGINA CXXV.

In domo fratris primogeniti filii
conuiuantur: dum iustitiae
ust in habitaculo fidei sacri
eloqui cibo satiantur;

COD. LXXIV.

PAGINA LI.

QUID est homo ut inmacula
tus sit; Eo tamen ipso quo dicitur
homo, ostenditur [illegible] & iustificatur.
homo dictum ab humo appellatus est;

COD. LXXV.

PAGINA LXXIII.

Fortitudinem mutauimus: cum
consueti [illegible]
[illegible] in fugam: quare hoc
[illegible] quaerebamus;

COD. LXXVI.

PAGINA LII.

Ne ergo et se ipsum [illegible]
[illegible] quod non per nos in eos
ipsos [illegible] sicut ipse;

LIT. CAS.


UNIV.
OF
MICH.

Dives eram dudum. fecerunt me tria nudum.
Alea vina. Venus. Tribus hiis sum factus egenus.
Nil muliere bona melius. nil carius umquam.
Nil muliere mala peius et vilius umquam.
Prebens sub mellis dulcedine pocula fellis.
Cum verbis blandis, fallacibus atque nefandis
Illaqueat stultos, trahit ad tartara multos.
Oderunt peccare boni virtutis amore
Oderunt peccare mali formidine penae.
Quem semel horrendis maculis infamia nigrat.
Ad bene tergendum multa laborat aqua.
Morbida facta pecus totum corrumpit ovile
Ne maculet alias est removenda grege.
Unde superbimus cum res vilissima simus
Fex sumus et limus ad terram terra redimus.
Actibus et verbis. o. tu quicumque superbis
Hoc retine verbum. frangit deus omne superbum.
Alia manu: *Tunc bene pugnabis cum cuncta subacta putabis.*
Que post infestat vincenda superbia restat.
Que nisi vincatur promissa corona negatur.

Pag. 1. — Incipit: CAPITULA ORDINATA PER ALPHABETUM SUPER MORALIA SANCTI GREGORII PAPE IN LIBRO IOB, et per XII. distribuuntur capitula, ad quorum finem rubro colore scriptum est: EXPLICIUNT CAPITULA MORALIUM ORDINATA UT SUPRA.

Pag. 13 — IN NOMINE DEI SUMMI INCIPIT LIBER MORALIUM BEATI GREGORII PAPE ROMANI. NUMERO TRIGINTA QUINQUE SUMPTA PER CONTEMPLATIONEM.

INCIPIT EPISTOLA EIUSDEM AD LEANDRUM EPISCOPUM IN EXPOSITIONE LIBRI IOB. Incipit: *Reverendissimo et Sanctissimo Fratri Leandro coepiscopo. Gregorius servus servorum dei. Dudum te frater...* Desinit: *studii ex utraque fulciatur.* T. I. col. 1. *Opp.* S. Gregorii ed. Monachorum S. Bened. Paris. 1705; cum qua Codex hic conlatus a nobis fuit.

Pag. 15 — INCIPIT PROLOGUS. Incipit: *Christi Ihesu Gregorius Servus ac Urbis rome papa venerabilissimus composuit et pretitulavit multa volumina librorum preposuit eciam per libros seriem capitulorum. fecit quoque in verba beati iob expositionem set capitulorum ad eiusdem sententias non addit ordinationem. igitur henrici secundi imperatoris tempore raynerius ar(e)tine ecclesie canonicus presbyter per omnes fere sentencias supradicte expositionis invigilando studio et cogitatione capitula supposuit. non posuit propter inanis glorie favorem. sed inductus dei amore et utilitate legencium seu etiam legentes audientium. ut quicquid utile ad tempus in illis sentenciis quereretur cicius et quasi sine labore inveniretur.*

INCIPIT LIBER PRIMUS DE MORALIBUS BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Inter multos sepe queritur....* Desinit: *hystorie non recedat.* Ibi col. 7. In Codice hic liber dividitur in XXVII. Capitibus. Quae partitio cum titulis unicuique Cap. praepositis, deest, ut in sequentibus libris, in editione in qua autem materia eadem est ac in Codice; quapropter, brevitatis causa, rubricas tantum capitum uniuscuiusque libri damus.

De virtute. C. I.
De patientia. C. II.
De persecutione. C. III.
De stellis. C. IIII.
De arrogante. C. V.
De simplicitate. C. VI.
De possessione. C. VII.
De conviviis. C. VIII.
De ordine ecclesiastico. C. IX.
De consiliatorum. C. X.
De electis. C. XI.
De simplicitate. C. XII.
De dispensatione. C. XIII.
De virtutibus. C. XIIII.
De cogitationibus. C. XV.
Item de virtutibus. C. XVI.
De tribus sororibus. C. XVII.
De convivio. C. XVIII.
De diluculo. C. XIX.
De discretione. C. XX.
De benedictione. C. XXI.
De bona intentione. C. XXII.
De laqueo. C. XXIII.
De victima. C. XXIIII.
De aromatibus. C. XXV.
De fumo. C. XXVI.
De circumspectione. C. XXVII.

Pag. 32 — EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT LIBER SECUNDUS. Incipit: *Scriptura sacra mentis....* In XXVIII cap. divisus desinit: *sublata tolleramus.* Ibi col. 37.

De spiritu non carne vestito. C. I.

De locutione dei ad dyabolum. C. II.
De clamore sanctorum. C. III.
De prosperis. C. IIII.
Qualiter fruantur deo C. V.
De formidacione dyaboli. C. VII. (sic).
De disciplina asperitatum. C. VIII.
Ventus autem vehemens quid aliud quam temptatio fortis accipitur. C. (sic).
De circuire. C. XI. (sic).
De extensione manus. C. XII.
De primogenito. C. XXIIII. (sic).
De callido hoste. C. XV.
De ovibus. C. XVI.
De igne dei. C. XVII.
De officio prelatorum. C. XVIII.
De recta mente. C. XVIIII.
De virtutibus. C. XX.
De discretione. C. XXI.
De controversia. (sic).
De vestibus. C. XXII.
De cogitatione. C. XXIII.
De superbia bene viventium. C. XXIIII.
De capillis. C. XXV.
De dolenti animo. C. XXVI.
De donis dei diversis. C. XXVII.
De quinque sensibus corporis. C. XXVIII.

Pag. 52 — Explicit liber secundus. Incipit liber tertius. Incipit: *Beatus Iob ad mortem...* In XXII. cap. divisus desinit: *loca producamus.* Ibi. col. 73.

De tenebris formationis. C. I.
Non peccavit iob. C. II.
De modo consolationis. C. III.
De offerre. C. IIII.
De negligentia. C. V.
De perversis actibus. C. VI.
De persecutoribus. C. VII.
De bellorum tribulatione. C. VIII.
De immensa caritate. C. VIIII.
De persecutione. C. X.
De scientia. C. XI.
De pulvere. C. XII.
De altare. C. XIII.
De contumeliis. C. XIIII.
De censura regis. C. XV.
De humilitate. C. XVI.
De diversitate vitiorum. C. XVII.
De consideratione proprie infirmitatis. C. XVIII.
De spirituali temptatione sanctorum. C. XIX.
De vitiis sub specie virtutum. C. XX.
De igne virtutum. C. XXI.
De vitiis convertentibus in virtutes. C. XXII.

Pag. 69 — Explicit liber tertius. Incipit liber quartus. Incipit: *Qui textum considerat...* In XXXI. cap. divisus desinit: *liber a domino suo.* Ibi col. 101.

De morte immortali. C. I.
De tribulatione favoris humani. C. II.
De vera luce iusticie. C. III.
De prosperitatis die C. IIII.
De noctis die. C. V.
De gravi merore confusionis. C. VI.
De impunitis peccatis. C. VII.
De defensione peccati. C. VIII.
De animadversione penitentie. C. VIIII.
De illis qui mente calcant mundum. C. X.
De divino servitio. C. XI.
De obscuratione oculorum mentium. C. XII.
De modis peccatorum. C. XIII.
De subiectione sensuum. C. XIIII.
De usu culparum. C. XV.
De homine posito in paradiso. C. XVI.
De libero arbitrio. C. XVII.
De ordine sensibilium et insensibilium rerum. C. XVIII.
Quomodo unusquisque se regat. C. XIX.
De vire luxurie. C. XX.
De solitudine mentis. C. XXI.
De calculo virtutum sparso. C. XXII.
De sollicitudine mentis. C. XXIII.
De fessis robore. C. XXIIII.
Eloquia domini eloquia casta. C. XXV.
De fessis. C. XXVI.
De concupiscentia deitatis. C. XXVII.
De claudo pede. C. XXVIII.
De interno certamine. C. XXIX.
De exactore et iudice. C. XXX.
De memoria in paradiso. C. XXXI.

Pag. 90 — Explicit quartus. Incipit quintus liber. Incipit: *Cum valde occulta...* In XXXIII. cap. divisus desinit: *in desideriis infirmatur.* Ibi col. 137.

Sancti viri de prosperitate turbantur. C. I.
De amaritudine anime. C. II.

Opus nostrum causa dapnationis est. C. IIII. (sic).
De commessatione anime. C. V.
De cruciatione lamentationis. C. VI.
De elatione cogitationis. C. VII.
De potestate quietis. C. VIII.
De quiete cupiditatum. C. VIIII.
De bona intentione. C. X.
De correptione eliphaz. C. XI.
De via dei incepta a timore. C. XII.
De seminare dolores. C. XIII.
De percussione divina. C. XIIII.
De simulatore. C. XV.
De compunctione diverso modo. C. XVI.
De dormiente iacob in itinere. C. XVII.
Qui mundi actione funguntur. C. XVIII.
Iusti autem non otio vacant. C. XIX.
De interna regula nostre rectitudinis. C. XX.
De anima a paradiso repulsa. C. XXI.
De ymagine patris. C. XXII.
De elya propheta. C. XXIII.
Quare elyas stetit in hostio et operuit se. C. XXIIII.
Puriorem se vir fetore suo estimat si contra flagellum querelam parat. C. XXV.
De libero arbitrio. C. XXVI.
De iniquorum mente que dampna sunt consideracione negligentium. C. XXVII.
De diffinicione presentis vite. C. XXVIII.
De stultitia que confundit fortia. C. XXVIIII.
De reprobis qui despiciunt electos. C. XXX.
De ira. C. XXXI.
De differentia ire. C. XXXII.
De memoria mansuetudinis. C. XXXIII.
De ira ne transeat dominium. C. XXXIIII.

Pag. 114 — EXPLICIT QUINTUS. INCIPIT SEXTUS LIBER. Incipit: *Servata historie veritate...* In XXX. VII. cap. divisus desinit: *dirigens* (in ed. *civem*) *ferit*. Ibi col. 181.

Adiutores dyaboli. C. I.
De hiis qui terrenis desideriis spem ponuntur. C. II.
Humana elatio quia nihil sit. C. III.
De iudicio salomonis dicit. C. IIII.
Esayas de senatoribus diei iudicii. C. V.
De disciplina. C. VI.
De temptatione dyaboli. C. VII.
De divitiis stulti. C. VIII.
De studio et de desidioso. C. VIIII.
De labore hominis. C. X.
De divinis miraculis. C. XI.
De grano sinapis. C. XII.
De gratia sancti spiritus. C. XIII.
De similitudine morum. C. XIIII.
De humilibus erectis. C. XV.
De dispectu sanctorum. C. XVI.
De caldeis. C. XVII.
De quieto cridito. C. XVIII.
De erectis tumentibus. C. XIX.
De mente reproborum. C. XX.
De superna voluntate. C. XXI.
De mente iniquorum. C. XXII.
De malis contrariis bonis. C. XXIII.
De flagellis iustorum et de argumento. C. XX. IIII.
De fame divine locutionis. C. XXV.
De flagello lingue. C. XXVI.
De antiquo adversario. C. XXVII.
Multiplex preparacio. C. XXVIII.
De pena gehenne. C. XXIX.
Viventes perfecte. C. XXX.
De pacificis bestiis. C. XXXI.
De motu carnis. C. XXXII.
De plena pace. C. XXXIII.
De specie hominis. C. XXXIIII.
De facundia bene loquendi. C. XXXV.
De vita contemplativa. C. XXXVI.
De congruo tempore. C. XXXVII.

Pag. 131 — EXPLICIT LIBER SEXTUS. INCIPIT LIBER SEPTIMUS. Incipit: *Quorundam mentes plus flagella...* In XXVIIII. cap. divisus desinit: *levitatis portat*. Ibi col. 211.

In statera. C. I.
De sagicta domini. C. II.
De indignatione segictarum. C. III.
De more bovis. C. IIII.
De verbis stultorum. C. V.
De moribus carnalium. C. VI.
De tollerando infirmos. C. VII.
De mente iusti. C. VIII.
De contritione dei. C. IX.
De appetione temptationis sanctorum. C. X.
De fortitudine bonorum et reproborum. C. XI.
De duobus preceptis. C. XII.

De mente reproborum. C. XIII.
De veritatem defendere. C. XIIII.
De superbia. C. XV.
De cupiente humilitatem sine despectu. C. XVI.
De vitiis. C. XVII.
De nomine onocentauri. C. XVIII.
De perversa mente. C. XIX.
Qui aliena non appetunt. C. XX.
De illis qui sua dant. C. XXI.
De studio districtionis. C. XXII.
De dilectione et hodio habendo. C. XXIII.
Cum bonis mala reprobi ingerunt. C. XXIIII.
De potestatibus non parendis. C. XXV.
De libertate sanctorum. C. XXVI.
De erubescentia doctoris. C. XXVII.
De importuna locutione. C. XXXVIII.
De immoderato silentio. C. XXVIIII.

Pag. 147 — Explicit liber septimus. Incipit octavus. Incipit: *Precedenti iam libello.....* In XLVII. cap. divisus desinit: *ad eterna rapiuntur.* Ibi col. 241.

De prelio sanctorum. C. I.
Qui cupiunt victores videri. C. II.
De modo locutionis. C. III.
De errore adversantium. C. IIII.
Nec iniquitas nec stultitia est sancte ecclesie. C. V.
Temptatio est vita hominis. C. VI.
Alieno opere fatigamur set premia nostra percipimus. C. VII.
Mense vacuo sanctus sicut mercenarius dicit. C. VIII.
De instabili mente. C. VIIII.
De luce rectitudinis. C. X.
De ymagine vitiorum. C. XI.
De ordine iuditii. C. XII.
De visu hominis. C. XIII.
De districtione iudicii. C. XIIII.
De abscisa venia. C. XV.
De disperacione. C. XVI.
Deus est locus. C. XVII.
De confessione. C. XVIII.
De ostenso iudice. C. XIX.
De carcere. C. XX.
De letitia cordis. C. XXI.
De sopnio. C. XXII.
De electione suspendi. C. XXIII.
De possessione sine desiderio. C. XXIIII.
De iusta disperatione. C. XXV.
De reprobatione hominis. C. XXVI.
De mente electorum. C. XXVII.
De pondere carnis. C. XXVIII.
Iniustis semper gravia sunt verba iustorum. C. XXIX.
De qualitate dicentium. C. XXX.
Pravi reprehendunt recta. C. XXXI.
De confessione laudanda. C. XXXII.
De ypocrita. C. XXXIII.
De peioratione correpti. C. XXXIIII.
Item de ypocrita. C. XXXV.
De stulto. C. XXXVI.
De edificio. C. XXXVII.
De ypocrita confusione sanctitatis. C. XXXVIII.
De presenti remuneratione. C. XXXVIIII.
Qui mundum renuntiant. C. XXXX.
De primordia conversationis. C. XLI.
Prius est sedendum. C. XLII.
De nomine radicis. C. XLIII.
De ypocrita. C. XLIIII.
De valde perfectis. C. XLV.
De letitia ypocritarum. C. XLVI.
De reprobi multiplicatione et iusti disperacione. C. XLVII.

Pag. 173 — Explicit liber octavus. Incipit nonus. Incipit: *Perverse mentes si semel...* In XLI. cap. divisus desinit: *orroris evadamus.* Ibi col. 287.

De perversa mente. C. I.
De ira dei sedata a moyse. C. II.
De curatione orantium (portantium) *orbem. C. III.*
De prece utenda cum recta agimus. C. IIII.
Quasi latrunculus est appetitus laudis. C. V.
Iuste quod iustum est exequeris. C. VI.
De voce abyssi ab altitudine phantasie. C. VII.
De risu dei idest nolle misereri afflictioni humane. C. VIII.
De virtutibus iob. C. VIIII.
De placere deo veraciter. C. X.
De incertitudine sanctorum. C. XI.
De penitentia sine humilitate. C. XII.
De vestimentis mixtis sanguine. C. XIII.
De dispectionis cognitione dei. C. XIIII.
Venite et arguite me. C. XV.
De exemplo ignocentium. C. XVI.
De ostensione mansuetudinis. C. XVII.

De dispectione timoris. C. XVIII.
De respondere deo. C. XIX.
De veris obsequiis. C. XX.
De confessione penitentie. C. XXI.
De amaritudine anime. C. XXII.
De pena presenti. C. XXIII.
De consilio malignorum. C. XXIIII.
De oculis carneis. C. XXV.
De homine erecto in virtute spiritus vitalis. C. XXVI.
Sicut caseum coagulatur homo. C. XXVII.
De vita et misericordia. C. XXVIII.
De turpi cogitatione. C. XXVIIII.
De sacrificio sacerdotis. C. XXX.
De recordacione culparum. C. XXXI.
De concussione carnis domino permictente. C. XXXII.
Qui de virtute se extollit. C. XXXIII.
Dominus instaurat testes contra nos. C. XXXIIII.
De fraterno profectu refectio preparatur. C. XXXV.
Cum culpa animum temptat. C. XXXVI.
De moderata et immoderata afflictione. C. XXXVII.
De tenebrosis claustris inferni. C, XXXVIII.
De flamma inferni. C. XXXIX.
De obscuritate gehenne. C. XL.
De cura carnis. XLI.

Pag. 200 — Explicit liber nonus. Incipit liber decimus. Incipit: *Quociens in arene spectaculum*... In XXVIII. cap. divisus desinit: *intercessione respirat.* Ibi col. 337.

De procace respondente contra recta dicta. C. I.
De correptione iusti. C. II.
De caritate. C. III.
De dolore flagelli. C. IIII.
De vestigiis dei C. V.
De latitudine dei C. VI.
De temptatione carnis. C. VII.
De fide. C. VIII.
De elacione. C. VIIII.
De vanitate. C. X.
De superbia. C. XI.
De miseratione. C. XII.
De duricia cordis. C. XIII.
De increpatione. C. XIIII.
De oratione. C. XV.
De plorata culpa. C. XVI.
De activa. C. XVII.
De solida spe. C. XVIII.
De presenti labore. C. XIX.
De requie sine terrore. C. XX.
De perversis. C. XXI.
De munda intentione. C. XXII.
De abhominacione anime. C. XXIII.
De multiplicitate terrenarum rerum. C. XXIIII.
De obprobriis. C. XXV.
De divitibus. C. XXVI.
De amore presentis vite. C. XXVII.
De adversitate. C. XXVIII.

Pag. 216 — Explicit liber decimus. Incipit liber undecimus. Incipit: *Quamvis in prolixo*... In XXII. cap. divisus desinit: *huc delectationem venit.* Ibi col. 365.

De predonibus C. I.
De V. sensibus corporis. sapientia et scientia varie distributis. C. II.
De predicatore non audito. C. III.
De penitentia C. IIII.
De gratia sancti spiritus. C. V.
De motu carnis. C. VI.
De predicatione substracta a negligente predicatore. C. VII.
Dona alia sunt que muniunt alia que ornant. C. VIII.
Disputare cum deo. C. IX.
De mendacio. C. X.
De hereticis. C. XI.
De timore. C. XII.
De memoria. C. XIII.
De dentibus. C. XIIII.
Vere patiens. C. XV.
De ypocrita. C. XVI.
De formidine. C. XVII.
De etate. C. XVIII.
De cogitatione. C. XIX.
De discrectione. C. XX.
De miseria. C. XXI.
De conceptione. C. XXII.

Pag. 230 — Explicit liber undecimus. Incipit liber duodecimus. Incipit: *Hos iustorum est tanto*... In XX cap. divisus desinit: *simplicitate laudavit.* Ibi col. 391.

De dispositione dei. C. I.

De resurrectione. C. II.
De temptatione. C. III.
De anima. C. IIII.
De tribulatione. C. V.
De iniquitate. C. VI.
De hereticis. C. VII.
De iustificato phariseo. C. VIII.
De mutabilitate. C. IX.
De abhominatione. C. X.
De arrogantia. C. XI.
De tyrannide. C. XII.
Deus corda pensat. C. XIII.
De simplici mente et prave. C. XIIII.
De recto collo superbi contra deum. C. XV.
Item de superbo. C. XVI.
De helemosina. C. XVII.
De perdita vita. C. XVIII.
De ypocrita. C. XIX.
De munere. C. XX.

Pag. 244 — Explicit liber duodecimus. Incipit liber tertius decimus. Incipit: *Esse hoc perversorum...* In XVII. cap. divisus desinit: *securus non est.* Ibi col. 417.

De patientia. C. I.
De taciturnitate. C. II.
De duobus pravis hominibus. C. III.
De dupplicitate infidelium. C. IIII.
De maxillis ecclesiarum. C. V.
De assiduis malis. C. VI.
De iaculis dyabolicis. C. VII.
De resistere inimico. C. VIII.
De facie. C. IX.
De teste. C. X.
De consideratione mortis. C. XI.
De flagellis. C. XII.
De disciplina. C. XIII.
De magistris despectis a pravis. C. XIIII.
Item de ypocrita. C. XV.
De prosperitate. C. XVI.
De inferno. C. XVII.

Pag. 254 — Explicit liber XIII. Incipit quartus decimus. Incipit: *Superiori huius operis...* In XXXII. cap. divisus desinit: *diucius expectavit.* Ibi col. 435.

De victoria. C. I.
Ee suspectu. C. II.
Item de hereticis. C. III.
De impio. C. IIII.
De consilio iniqui. C. V.
De dignitate. C. VI.
De perversa mente. C. VII.
De qualitate. C. VIII.
De sensibus. C. IX.
De divite. C. X.
De cogitatione. C. XI.
De fetore. C. XII.
De radice. C. XIII.
De antichristo. C. XIIII.
De iniquo. C. XV.
De sola voce. C. XVI.
Decalogi precepto. C. XVII.
De sancta ecclesia. C. XVIII.
De ultione. C. XIX.
De elato. C. XX.
De iusticia. C. XXI.
De corona. C. XXII.
De flagello. C. XXIII.
De prece et perversis. C. XXIIII.
De livore accenso a facibus. C. XXV.
De correptione. XXVI.
De potibus. C. XXVII.
De avaritia. C. XXVIII.
Item de avaritia. C. XXIX.
De virga aron. C. XXX.
De resurrectione. C. XXXI.
De pravis hominibus flagellantibus iustos. Cap. XXXII.

Pag. 271 — Explicit liber XIIII. Incipit quintus decimus. Incipit: *Hoc quia amici beati...* In XXXII. cap. divisus desinit: *aliis oderunt.* Ibi col. 467.

Item de ypocrita. C. I.
Item de superbo. C. II.
Item de ypocrita. C. III.
Os cordis. C. IIII.
De aspide. C. V.
De rivulo. C. VI.
De melle. C. VII.
De avaritia. C. VIII.
De libertate. C. IX.
De penis. C. X.
Item de avaritia. C. XI.
De iniquo. C. XII.
De iniquo. C. XIII.

De vocatione celi et terre. C. XIIII.
De parte sanctorum. C. XV.
De locutione bonorum. C. XVI.
De tristitia. C. XVII.
De impiis quare vivunt. C. XVIII.
Lugenda agunt peccatores. C. XIX.
De puncto. C. XX.
De via dei. C. XXI.
De anima. C. XXII.
De oratione C. XXIII.
De desiderio iniqui. C. XXIIII.
De despecto deo. C. XXV.
De peccatore ut favilla. C. XXVI.
Post casum inferni iniqus oculos aperit. Cap. XXVII.
De tollerantia divina. C. XXVIII.
De transitu viarum. C. XXIX.
De antichristo. C. XXX.
De fluxis mentibus. C. XXXI.
De viciis. C. XXXII.

Pag. 287 — Explicit liber XV. Incipit. XVI. Incipit: *Qui contra veritatis verba...* In XXXII. cap. divisus desinit: *lacius disserantur.* Ibi col. 501.

De debito. C. I.
Item de hereticis. C. II.
De deo. C. III.
De sententia mutata. C. IIII.
De dedicatione. C. V.
De sententia. C. VI.
Sicut per faciem. C. VII.
De proprio infirmorum. C. VIII.
De oculis. C. IX.
De innocente. C. X.
De libero arbitrio. C. XI.
De dextera. C. XII.
De auro. C. XIII.
De sollicitudine iustorum. C. XIIII.
De flagellis dei. C. XV.
De sancto viro. C. XVI.
De flagello. C. XVII.
De importuna cogitatione. C. XVIII.
De simplici. natura dei. C. XIX.
De protectione anime. C. XX.
De nudis. C. XXI.
De iustis. C. XXII.
De perversis. C. XXIII.
De cecatis. C. XXIIII.
De mane tribus modis. C. XXV.
De adulterio. C. XXVI.
De prosperitate iusti. C. XXVII.
De iniquis. C. XXVIII.
De principe culparum. C. XXIX.
De via vinearum. X. XXX.
De misericordia dei. C. XXXI.
De vermibus. C. XXXII.

Pag. 304 — Explicit liber XVI. Incipit XVII. liber. Incipit: *Quociens in sancti viri...* In XXVII. cap. divisus desinit: *illius intueri.* Ibi col. 533.

De recordatione domini. C. I.
Oculus domini retributio iustorum. et vultus dei dampnatio impiorum. C. II.
Contrictio impiorum. C. III.
De vidue sancta. C. IIII.
De fortitudine mali predicatoris. C. V.
Cur deus peccatores expectat. C. VI.
De oculis sapientis. C. VII.
De elatione et defectu malorum. C. VIII.
Utile de celo et terra in resurrectione. C. VIIII.
Questio utilis. C. X.
Tempus triture. C. XI.
Episcopos recte vivere debere. C. XII.
Principes gentium angelos. C. XIII.
Quo modo sit exercitus angelorum C. XIIII.
Soli humiles adiutores dei sunt. C. XV.
Omne nimium vanum. C. XVI.
Stultum prius confondendum et postea docendum. C. XVII.
Drudas autem regum vel divitum simili pene subicit. C. XVIII.
Predicatores dare et non profunde propter simplices aliquando. C. XIX.
De modo predicationis. C. XX.
De colupnis ecclesie. C. XXI.
De petro super mare ambulante. XXII.
De prudentia et fortitudine dei. C. XXIII.
De consideracione episcoporum. C. XXIIII.
De pulcra consolatione bonorum vel persecucione iniquorum. C. XXV.
Ecce valde peccatores divina misericordia aliquando dyabolum prosternunt. C. XXVI.
Tuba et tonitruum. C. XXVII.

Pag. 316 — Explicit liber XVII. Incipit X. VIII. Incipit: *Plerumque in sacro...* In XL. cap. divisus desinit: *fonte biberimus.* Ibi col. 557.

De potestate dyaboli iusta. C. I.
Quod viri perfecti omnimodis debeant vitare mendacium. C. II.
Adulatores. C. III.
De consciencia. C. IIII.
In ieremia. C. V.
De ypocrita. C. VI.
De discretione. C. VII.
C. VIII. (sic).
Animam nunquam esse ociosam. C. IX.
De ypocrita. C. X.
De sancta ecclesia. C. XI.
De parte imperii. C. XII.
De viduis. C. XIII.
De argento. C. XIIII.
De inopia. C. XV.
De nocte. C. XVI.
De vento. C. XVII.
De turbine. C. XVIII.
De argento. C. XIX.
De ferro. C. XX.
De lapide. C. XXI.
De tempore. C. XXII.
De loco saphiri. C. XXIII.
De nomine avis. C. XXIIII.
De rivo exciso in petra. C. XXV.
De visu precioso. C. XXVI.
De sapientia invenire. C. XXVII.
Qui primus fui blasphemus. C. XXVIII.
De tribus virtutibus. C. XXVIIII.
De divitibus. C. XXX.
De malitia. C. XXXI.
De resuscitata filia principis. C. XXXII.
De predicatione. C. XXXIII.
De vigore mentis. C. XXXIIII.
De doctrina sapientie. C. XXXV.
De domo. C. XXXVI.
De vasis auri. C. XXXVII.
De spiraculo vite. C. XXXVIII.
Deum videri a mortalibus. XXXIX.
De requie. C. XL.

Pag. 341 — Explicit liber XVIII. Incipit liber XVIIII. Incipit: *Quid mirum si...* In XXX. VIII. cap. divisus desinit: *subsequentium credebat.* Ibi col. 603.

De calculo candido. C. I.
De transitu dei. C. II.
De gravitate. C. III.
De helia. C. IIII.
De temptatione. C. V.
Qui dissimulat audire quod narrat. C. VI.
De timore domini. C. VII.
De dracone. C. VIII.
De mense. C. IX.
De perfectione. C. X.
De etate ecclesie. C. XI.
De oculis in circuitu et fimbriis. C. XII.
De tabernaculo dei. C. XIII.
De predicatione. C. XIIII.
De fructu predicationis. C. XV.
De prepositis. C. XVI.
De portis. C. XVII.
De senibus. C. XVIII.
De ordinata pace. C. XIX.
De perfecto in opere. C. XX.
De opere misericordie. C. XXI.
De districtione mansuetudinis. C. XXII.
De paupere et pupillo. C. XXIII.
De iusticia sicut vestimento. C. XXIIII.
De heliazar. C. XXV.
De diademate. C. XXVI.
De studio occultando. C. XXVII.
De paulo se laudante. C. XXVIII.
De fonte iustitie. C. XXIX.
De oculis. fui ceco. C. XXX.
De studio misericordie. C. XXXI.
De summo viro. C. XXXII.
De exemplo gravitatis. C. XXXIII.
De mola dyaboli. C. XXXIIII.
De dilectoribus seculi. C. XXXV.
De electis mutantibus fortitudinem. C. XXXVI.
De fervore mentis. C. XXXVII.
De arcu. C. XXXVIII.

Pag. 358 — Explicit liber XVIIII. Incipit liber. vicesimus. Incipit: *Quamvis omnem scientiam...* In XLVII. cap. divisus desinit: *vacuare videamur.* Ibi col. 635.

De protervis et tumidis. C. I.
De reverentia auditorum et dispensacione magistrorum. C. II.
De serotino ymbre. C. III.
De dispensacione regiminis. C. IIII.
De electis. C. V.
De servientibus domino. C. VI.

De querentibus regnum dei. C. VII.
Quasi rex sedet dominus. C. VIII.
De misericordia et iustitia. C. IX.
De mixta auctoritate. C. X.
De discrecione. C. XI.
De canibus gregis. C. XII.
De hereticis. C. XIII.
De caritate. C. XIIII.
De utili erudicione. C. XV.
De agno comedendo. C. XVI.
Qui videtur non esse deum. C. XVII.
De iunipero. C. XVIII.
De hereticis. C. XIX.
De avaritia. C. XX.
De egra carne. C. XXI.
De necessitatibus. C. XXII.
De pravis. C. XXIII.
De specie sanctitatis. C. XXIIII.
De gravi modestia (molestia). *C. XXV.*
De iugo christi. C. XXVI.
De militibus. C. XXVII.
De stultis. XXVIII.
Genus dei. C. XXIX.
De filiis stultorum in terra non apparentibus. C. XXX.
De muliere sanata a fluxu sanguinis. C. XXXI.
De iusto dispecto a pravis. C. XXXII.
De detractione bonorum. C. XXXIII.
Sed resistentium corda conspiciunt. C. XXXIIII.
De redargutione. C. XXXV.
De adversariis electorum. C. XXXVI.
De muro et ianua erroris. C. XXXVII.
De humiliatione. C. XXXVIII.
De vestimento. C. XXXIX.
De zelo. XL.
De compassione afflicti. C. XLI.
De maiori dato mentis quam muneris. C. XLII.
Dimicare contra prosperitatem. C. XLIII.
De propositis sancti spiritus freno tenendis. C. XLIIII.
De probatione. C. XLV.
De cithara. C. XLVI.
Sancta ecclesia lamentata. C. XLVII.

Pag. 380 — Explicit liber vicesimus. Incipit liber XXI. Incipit: *Intellectus sacri eloquii...* In XIX. cap. divisus desinit: *ira que purgat.* Ibi col. 675.

De virgis iacob. C. I.
Pepigi fedus cum oculis. C. II.
De luxuria mentis. C. III.
De bonis terrenis et anathemate. C. IIII.
De venire ad dominum et qui irascitur. C. V.
De discussione mentis. C. VI.
Quare dominus apparuit in carne. C. VII.
De oculo sequente cor. C. VIII.
De culpa ad opus non permissa et de predicatore ieiuno. C. IX.
De falsa matre. C. X.
Omne magisterium. C. XI.
De concupiscentia. C. XII.
De luxuria eradicante. C. XIII.
De auctoritate regiminis. C. XIIII.
De paupere querente cum necessitate. C. XV.
Sermo bonus super datum optimum. C. XVI.
De familiaritate et natura. C. XVII.
De sociali vita. C. XVIII.
De tempestate. C. XIX.

Pag. 391 — Explicit liber XXI. Incipit XXII. Incipit: *Quod a me sepe...* In XXXIIII. cap. divisus desinit: *ferventiore proferuntur.* Ibi col. 695.

De eo qui veraciter pollet. C. I.
De quatuor virtutibus. C. II.
De specie creationis. C. III.
De manu osculata. C. IIII.
De mente nescia veterescere. C. V.
De corona sapientie. C. VI.
De proprietate. et de ferro ab eliseo. C. VII.
De sanctis minime exultantibus. C. VIII.
De sole fulgente et debitore absoluto. C. IX.
De prosperitate humane infirmitatis et vere electis. C. X.
De bonis ad memoriam repulsis. C. XI.
De luna et de illis qui alias dedignantur. C. XII.
De arbore et utili laceracione. C. XIII.
De tacita leticia. C. XIIII.
De iusto cruciato de sua laude. C. XV.
De leticia ruine inimici non ammissa caritate. C. XVI.
Quid ruine et quid iusticie. C. XVII.
Si iob iniuste agentibus cederet adversarios non haberet. C. XVIII.
Dimictite et dimictetur. C. XIX.
De confessione peccatorum. C. XX.
De confessione sine humilitate. C. XXI.

De custodia. C. XXII.

Sancti autem viri in conmotionis temptatione semetipsos omnino refugiunt. C. XXIII.

De tacere et de verbo domini adulterato. C. XXIIII.

De vera oratione. C. XXV.

De magistri elementis. C. XXVI.

De gradibus. C. XXVII.

De prophetia iusti viri. C. XXVIII.

De fide que est elementum virtutum. C. XXIX.

De gradibus sapientie. C. XXX.

Sacri libri idest divini eloquii memoriam faciens. C. XXXI.

De eo qui regit comunem familiam. C. XXXII.

De pastore conmedente absque pecunia. C. XXXIII.

De predicatore non invidendo. C. XXXIIII.

Pag. 408 — Explicit liber XXII. Incipit XXIII. Incipit: *Prefacionem huius operis...* In XXIII. cap. divisus desinit: *solidius vivat.* Ibi col. 729.

Quadripartita locutione. C. I.

De amatoribus vane glorie. C. II.

Spiritalis predicator. C. III.

De speciebus amatorum vane glorie. C. IIII.

Sancti apostoli revocati a vitio elationis. C. V.

De hereticis. C. VI.

De arrogantibus. C. VII.

De sanctis predicatoribus. C. VIII.

De arrogantibus. C. IX.

De simultatis vitiis. C. X.

De gravi labore arrogantium. C. XI.

De proprietate arrogantium. C. XII.

De fiducia doctrine. C. XIII.

De arrogantibus loquentibus in faucibus. C. XIIII.

De arrogante. C. XV.

De vera scientia. C. XVI.

De grabato. C. XVII.

Electis deus iter asperum facit. C. XVIII.

De anima et de peccatoribus et de eo qui octurat aurem. C. XIX.

Quare appenditis argentum. C. XX.

De vilitate plebis dei. C. XXI.

De improvido milite. C. XXII.

De temptacione et protectione dei. C. XXIII.

Pag. 424 — Explicit liber XXIII. Incipit XXIIII. Incipit: *Eliud vim superne...* In XXI. cap. divisus desinit: *gravis innotescit.* Ibi col. 759.

Letare iuvenis. C. I.

De iustitia reddita homini. et de promissionibus dyaboli. C. II.

De homine. C. III.

De divina lectione et ynnulis capre. C. IIII.

De operationibus iustitie. C. V.

De petro et paulo. C. VI.

De exemplis meliorum. C. VII.

De libero arbitrio. C. VIII.

Deus operatur tribus vicibus per singulos. C. IX.

De matre negligentie et de modis conversorum. C. X.

De petro et de diutinis certaminibus. C. XI.

De cardo. C. XII.

De immensa superbia. C. XIII.

De proprietate arrogantium et de predicationibus iustis. C. XIIII.

De perito medico. et decenti moderamine. XV.

De spiritu et flatu. C. XVI.

De iustis fulgentibus. C. XVII.

De cotidianis defectibus. C. XVIII.

De modis loquendi. C. XVIIII.

De apostata. C. XX.

De ducatu non suscipiendo. C. XXI.

Pag. 439 — Explicit liber XXIIII. Incipit liber XXV. Incipit: *Ipsa humane condicionis.....* In XXX. cap. divisus desinit: *oneris ignorat.* Ibi col. 787.

Deus ignorat principem tirannum et de anima. C. I.

De humilitate electorum. et de ire ad mortem. C. II.

De offenso creatore et de pena prorogata primo homini. C. III.

De accedere ad deum. C. IIII.

De cogitacione. C. V.

De honore regis. C. VI.

De cogitacione iustorum et misterio punitionis. C. VII.

De discussione electorum. C. VIII.

De sacerdote subitiente ligna altaris. C. IX.

De ieremia. C. X.

De offensa regula. C. XI.

De cotidiano iudicio. C. XII.

De potu temperato cum fletu et de custadia cordis. C. XIII.

Pag. 451 — Explicit liber XXV. Incipit liber XXVI. Incipit: *In locucionibus suis hoc arrogantes*... In XXXVII. cap. divisus desinit: *immoderacius extendamus*. Ibi col. 811.

Pag. 474 — Explicit liber XXVI. Incipit liber XXVII. Incipit: *Quisquis de magnis dictis*..... In XXVIII. cap. divisus desinit: *arborem non invenerunt*. Ibi col. 853.

De vestimentis et de accensis auditoribus. Cap. XXVI.
De summis bonis et de origine eorum. C. XXVII.
Qui de semetipsis humilia sentiunt. C. XXVIII.

Pag. 497 — EXPLICIT LIBER XXVII. INCIPIT LIBER XXVIII. Incipit: *Post dapna rerum.....* In XXIX. cap. divisus desinit: *temptationis in corde.* Ibi col. 891.

De virtutis conscientia interfectione. C. I.
De blanda locutione domini et terribili ad iob. C. II.
De domino multipliciter iudicante voluntatem suam. C. III.
De adam et rubo. C. IIII.
De vitio imperitie et vera sapientia. C. V.
De luxuria. C. VI.
De interrogatione dei. et patientia. obedientia et humilitate. C. VII.
De sacerdote portante XII. lapides. C. VIII.
De regulis et lineis electorum. C. IX.
De basibus columpnarum. C. X.
De donis dei. C. XI.
De membris. C. XII.
De mensuris. C. XIII.
De angusta porta. C. XIIII.
De virtute dimictenda pro virtute. C. XV.
De virtute discrete dimissa. C. XVI.
De basibus. C. XVII.
De activa vita. C. XVIII.
De reprobis. C. XIX.
De concepto dolore. C. XX.
De mente confusa in oratione. C. XXI.
De hostiis sancte ecclesie. C. XXII.
Accipite spiritum sanctum et de prohibita procella. C. XXIII.
De hostiis. C. XXIIII.
De in egypto positis. C. XXV.
De imolatione animalium. C. XXVI.
De mare concluso hostiis. C. XXVII.
De paulo. C. XXVIII.
De repressis viciis. C. XXIX.

Pag. 511 — EXPLICIT LIBER XXVIII. INCIPIT XXIX. Incipit: *Dominus deus noster...* In XXVI. cap. divisus desinit: *pateris nescis.* Ibi col. 917.

De humanitate domini. C. I.
De reprobis. C. II.
De iniquis. C. III.
De similibus antichristo. C. IIII.
Qui fastidit subesse. C. V.
De pigmentis. C. VI.
Auferetur ab impiis lux sua. C. VII.
De portis mortis. C. VIII.
De securitate. C. IX.
De purgatione bonorum per malos. C. X.
Predicatores sancti. (sic).
De illustrato corde et de adversario. C. XII.
De convenientibus vitiis. C. XIII.
De herbis. C. XIIII.
De rore et pluvia. C. XV.
De lapide et conclusis omnibus in incredulitate. C. XVI.
De superficie abyssi. C. XVII.
De virtutibus. C. XVIII.
De ceco pro scientia et pro herese. C. XVIIII.
De conpluta terra. C. XX.
De inchoantibus bonum. C. XXI.
De occultis seminibus. C. XXII.
De donis et secretis ysaye. C. XXIII.
De eterna trinitate. C. XXIIII.
De arturo. C. XXV.
De ordine celi. C. XXVI.

Pag. 531 — EXPLICIT LIBER XXVIIII. INCIPIT XXX. Incipit: *Beatus iob talia...* In XXXV. cap. divisus desinit: *robustus stat.* Ibi col. 955.

De splendore fulgoris. C. I.
De fluminibus. C. II.
De gallo. C. III.
De gallo leone et ariete. C. IIII.
De diversitate doctrine. C. V.
De tubis moysi. C. VI.
Concentum celi et ostensa trinitate. C. VII.
De omni visibili. C. VIII.
De impiis. C. IX.
De ornamento tabernaculi. C. X.
De temporibus congruis doctrine. C. XI.
De morsu aspere increpationis et de cervice. C. XII.
De doctore resignato corvo. C. XIII.
De presso contumeliis et de exemplis sanctorum. C. XIIII.
De abscisione carnali. C. XV.
De labore predicationis. C. XVI.
De veris doctoribus. C. XVII.
De sanctis renovatis virtutibus. C. XVIII.

De inclinato celo. C. XIX.
De iugo christi. C. XX.
De silencio in celo. C. XXI.
De adam dormiente. C. XXII.
De clamore exactoris et de victoria carnis. C. XXIII.
De vitio gule. C. XXIIII.
De discretione comedendi. XXV.
De ascensu in convalli. C. XXVI.
Quare deus factus est homo. C. XXVII.
De labam. C. XXVIII.
De bello gedeon. C. XXIX.
De bellatoribus querendis. C. XXX.
De repulsis a prelio. C. XXXI.
De lucerna ponenda super candelabrum. C. XXXII.
De pascuis domini. C. XXXIII.
De subtracto sermone. C. XXXIIII.
De salute et remedio humilitatis. C. XXXV.

Pag. 552 — EXPLICIT LIBER XXX. INCIPIT LIBER XXXI. Incipit: *In paradisum sano homini...* In XXXVII. cap. divisus desinit: *humiliter subdat.* Ibi col. 995.

De circulo aureo. C. I.
De voluntate dei. C. II.
De fractis glebis et de falsis christianis. C. III.
De amatoribus mundi et fictis fratribus. C. IIII.
De levitate ancipitris. C. V.
De parvulis auditoribus et de ypocrita. C. VI.
De iustis inter peccatores. C. VII.
De ypocrita et de apostolo et de veracibus magistris. C. VIII.
De ypocrita et de mente iustorum. C. IX.
De postposita cura subditorum. C. X.
De apostolo cupiente despicere discipulos suos exteriora et de ypocrita deserente custodiam filiorum. C. XI.
De perfecto christiano et de aliis prohibendis et de aliis tollerandis. C. XII.
De odiosa contentione. C. XIII.
De cogitatione ypocrite. C. XIIII.
De ypocrita despiciente electum virum. C. XV.
De equo. C. XVI.
De ceraste. C. XVII.
De vero predicatore. C. XVIII.
De locustis. C. XIX.
De naribus. C. XX.
De terrenis cogitacionibus et de sancto viro. C. XXI.
De non formidando potestatem seculi et de fervore dei. C. XXII.
De pugna appetenda et aliquando evitanda. C. XXIII.
De precipite. C. XXIIII.
De pharetra et asta contra predicatorem. C. XXV.
De gaudio predicatoris. C. XXVI.
De amore et timore. C. XXVII.
De edomato corpore. C. XXVIII.
De hiis qui presunt. C. XXIX.
De duplici percussione adversarii. C. XXX.
De discusso nimio ardore. C. XXXI.
De sanctis. C. XXXII.
De bonis mala nascuntur. C. XXXIII.
De superbia. C. XXXIIII.
De pennis. C. XXXV.
De altitudine terre. C. XXXVI.
De visione dei. C. XXXVII.

Pag. 580 — EXPLICIT LIBER XXXI. INCIPIT XXXII. Incipit: *Sancti viri quo...* In XIX. cap. divisus desinit: *super celos regnet.* Ibi c. 1045.

De duabus locutionibus. C. I.
De iuramento. C. II.
De sua natura nichil corporeum. III.
De transfiguratione. C. IIII.
De creacione. C. V.
De equo et bove aquam bibente. C. VI.
De dracone ligato et millenario numero. C. VII.
De cauda dyaboli et delictis danihelis. C. VIII.
De interfectione antichristi. C. IX.
De nervis testiculorum. C. X.
De ossibus antichristi et de sono sine sensu bene vivendi. C. XI.
De cartillagine dyaboli. C. XII.
De prima sugestione dyaboli. C. XIII.
De tribus ordinibus. C. XIIII.
De paulo concedente minima peccata pro evitandis maioribus. C. XV.
De fraudulento consilio. C. XVI.
De dilectione et de viciis sub specie virtutum. C. XVII.
De angusta porta. C. XVIII.
Ipse est principium viarum dei. C. XIX.

Pag. 596 — EXPLICIT LIBER XXXII. INCIPIT

XXXIII. Incipit: *Antiqui hostis qui sub*..... In XXXIIII. cap. divisus desinit: *unda lacrimarum*. Ibi col. 1075.

De monte. C. I.
De bestiis. C. II.
De umbra. C. III.
De luxuria. C. IIII.
De salice. C. V.
De iordane. C. VI.
De viciis. C. VII.
De insidiis dyaboli. C. VIII.
De gratia concordie. C. IX.
De funibus. C. X.
De circulo et de falce. C. XI.
De maxillis. C. XII.
De pio et de iusto et molis. C. XIII.
De medicamentorum vulnerum. C. XIIII.
De tribus vitiis. C. XV.
De colupnis C. XVI.
De negotiatoribus. C. XVII.
De bellis dyaboli. C. XVIII.
De spe. C. XIX.
De numere dei. C. XX.
De libero arbitrio. C. XXI.
De prolissa oratione et de vitiis. C. XXII.
De virtute orationis. C. XXIII.
De indumento dyaboli. C. XXIIII.
De portis syon. C. XXV.
De potestate equorum et de oblivione. C. XXVI.
De fusili scuto. C. XXVII.
De falsa defensione. C. XXVIII.
De alterna defensione. C. XXIX.
De ypocrita et bestia ascendente de terra. C. XXX.
De numulariis et predicatoribus antichristi. C. XXXI.
De fumo. C. XXXII
De viciis sibi succedentibus et de olla succensa. C. XXXIII.
De vitiis. C. XXXIIII.

Pag. 618 — Explicit liber XXXIII. Incipit XXXIIII. Incipit: *Quia ex hoc Mundo*.... In XX. cap. divisus desinit: *humilitatem tuentur*. Ibi c. 1115.

De paupere. C. I.
De ordine dispositionis et de signis antichristi. C. II.
De reproba congregacione. C. .III
De dyabolo significante incudem. C. IIII.
De pugnacione angelorum. C. V.
De duplici gladio et de sagictis. C. VI.
De reprobis. C. VII.
De lapidibus funde et de malleo. C. VIII.
De sole. C. IX.
De auro. C. X.
De potestate leviatam. et de absconsis viciis. C. XI.
De bonis et malis perversorum bene usis ad exemplum bonorum et de olla fervente et de unguento. C. XII.
De dyabolo faciente mirabilia. C. XIII.
De nullo iusto crudelitate pasto. C. XIIII.
De superbo et humili. C. XV.
De malis que iuvant et de bonis que nocent. C. XVI.
De cibo et veneno. C. XVII.
De superbia viciis et virtutibus contrariis in mente. C. XVIII.
De prepositis et subditis. C. XIX.
De tumentibus in superbia. C. XX.

Pag. 634 — Explicit liber XXXIIII. Incipit liber XXXV. et ultimus. Incipit: *Quia iste ultimus*... In XIIII. cap. divisus desinit: *Si cum per me verba accipit. pro me lacrimas reddit*. Ibi col. 1143.

Loqui ad deum. C. I.
De favilla et cinere. C. II.
De moyse stante supra petram. C. III.
De septem. C. IIII.
De ordine remunerationis. C. V.
De helya. C. VI.
De gravi merore. C. VII.
De obedientia. C. VIII.
Item de obedientia. C. IX.
De camelo et bubus. C. X.
De millenario numero. XI.
De qualitatibus hominis. XII.
Multa nunc exhibenda sunt que in paradiso necessaria non fuerunt. C. XIII.
De electis. C. XIIII.
De infirmo. C. XV.

Ad calcem postremae paginae rubro colore characteribus eiusdem aevi exarata haec leguntur: Explicit liber moralium. Beati Gregorii super Iob. Quem scribi fecit. Reverendus dominus.

PIRRUS THOMACELLUS DE NEAPOLI. ABBAS SACRI MONASTERII CASINENSIS. A MAGISTRO IOHANNE DE CALABRIA. QUI IPSUM INCEPIT. DIE II.° NOVEMBRIS. VII.e INDICTIONIS. FINIVIT AUTEM DIE XII.° IULII INDICTIONIS PREDICTE. ANNO VERO DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI MILLESIMO QUADRINGENTESIMO VICESIMO NONO. IN SANCTO GERMANO DEO GRATIAS. AMEN.

CODEX LXXIII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 37, ET 129, INTERIORI VERO 262.
PLUTEO DD.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 36 /₀. latitudinis 26/₀, paginarum 348, characteribus Longobardis XI Saec. scriptus, iussu Abbatis Theobaldi, qui Casinense rexit monasterium ab anno 1022 ad annum 1035. Continet primam partem *Moralium* sive *expositionis in Iob* Sancti Gregorii Magni.

Huius Codicis meminit Montfauconius sub numero 73. his verbis: *Moralia S. Gregorii pape in Iob. In principio Codicis sunt duae antiquae imagines S. Benedicti, Theobaldi Abbatis, S. Gregorii et S. Petri.* Citatur etiam a Leone Hostiensi (*Chron. Casinen.* lib. 2. cap. 52), qui ibi recensens bona, quae Casinensi Monasterio acquisivit Theobaldus Abbas, inter caeteros codices eius iussu descriptos, *quorum* Casini *maxima paupertas usque ad id temporis erat*, indicat *primam* hanc *partem Moralium* S. Gregorii Papae. De duabus imaginibus, quae initio Codicis occurrunt, non in compactione, haec habet Federicius: « Fol. 1. a t.°, et cum foliis com- « pactis Fol. 4., magna extat figura, minio haud « imperita manu picta, a parte dextera S. Patrem « Benedictum exhibens sellae insidentem ad instar « faldistorii factae, unoque gradu erectae. Circa « caput circulum, seu coronam auream (laureolam « appellant) gestat, et in capite Capitium acumina- « tum assutum scapulari violaceo, quod parva sutu- « ra prope corporis medium coniungitur; tunica « talaris alba, manicae strictae, sandalia virida, « cruraque alba apparent, ut non satis constet, an « ea albedo tibialia, vel carnem ipsam referat, ma- « nus dextera erecta benedicens, sinistra librum « apertum substentat genu sinistro innixum, su- « praque caput hae literae unae aliis impositae le- « guntur:

S
—
B
E
N
.

« Laeva figurae pars Monachum stantem exhibet, « cuius scapulare valde prolixum violaceum vittis « utrinque coniungitur cum caputio acuminato illi « assuto, tunica colore margaritario candicans, ca- « pitis corona ut illa Fratrum Praedicatorum, bar- « ba rotunda, in pedibus sandalia *rubea*, ambabus « manibus librum sustentat iam erga S. Patrem « Benedictum aperturus, atque supra caput usque « prope humeros haec inscriptio legitur:

THEO ⁘
B
A
DOMLNVS
D
V
S
.
—
A
B
.

« nempe qui Codicem tunc scribendum curavit, qui- « que gubernare caepit *anno 1022*. Haec Gattula « tom. 2. *Histor. Casinen.* pag. 469. col. 2. At ad- « vertendum est, virum doctissimum in eo hallu- « cinatum, quod super caput Theobaldi Abbatis co-

« ronam viderit ad instar illius quam gerunt fratres « Praedicatores; nam Abbas ille capitium habet in « capite eodem modo ac adversa figura mox descri- « pta S. Benedicti, Laureola tantum circa caput « Teobaldi deficiente. Pariter crura S. Benedicti al- « ba vidit, ut non satis ipsi constiterit, an ea al- « bedo tibialia, vel carnem ipsam referret; et tamen « certissimum est supra crura usque ad calcem ti- « biae tunicam ipsam extendi, quae quidem macu- « lis quibusdam albis conspersa undequaque est, « nec in cruribus dumtaxat; at maculae illae vel « pictoris sunt imaginationi dandae, vel potius ad « significandas umbras, quae ex plicis resultant. « Fol. 2. alia similis adest figura magna eadem ma- « nu facta, exhibens a parte dextera S. Gregorium « Papam sedentem vestitum pallio, et pontificali « veste, cum Laureola circa caput, retro ipsi stan- « te Iuvene itidem Laureato, et fortasse significatur « Petrus eius Diaconus, ante vero Legium cum li- « bro, supra quem manus habet S. Pontifex: su- « pra caput hoc Epigraphe est:

S
—
G
R
E
G
.

« A laeva vero parte Iuvenem alium stantem pari- « ter cum Laureola circa caput, et cum corona ad « instar illius, quam gerunt Fratres Praedicatores, « et cum Pallio usque ad medietatem tibiae, et li- « bro, qui sustentatur manu sinistra ad cor, et « manu dextera adiuvatur, supra superiorem par- « tem ipsius: supra caput haec inscriptio:

S
—
P
E
T
.

Habet pro compactione quatuor folia manuscripti XI Saec. quae continent fragmenta trium homiliarum, quarum prima in Evangelium: *Cum turbae irruerent...* est Venerabilis Bedae, et legitur in Tomo V. Combefis, pag. 191; secunda in Evangelium: *Erat homo ex Pharisaeis...* eiusdem Bedae, ibi Tomo VI pag. 567 occurrit, et tertia in Evangelium: *Homo quidam fecit coenam magnam....* ibidem, Tomo V. pag. 156, reperitur sub nomine Gregorii Magni. In compactione occurrunt haec scripturae tentamina, diversis tribuenda temporibus: *Cui caput infirmum cetera membra dolent.*

Cum humani casus tempore sive sanctus sive malignus spiritus egredientem animam claustra carnis acceperit in eternum secum sine ulla permutatione retinebit ut nec exaltata ad supplicium proruat nec eternis mersa suppliciis. ulterius ad remedium erectionis ascendat.

Neque enim valde laudabile est bonum esse cum bonis set bonum esse cum malis. Sicut enim gravioris culpe est inter bonos bonum non esse. Ita immensi est preconii bonum tamen (?) *inter malos estitisse.*

Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. diffusa est gratia in labiis tuis..

Quod nova testa capit inveterata sapit.

Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.

Qui tibi dicit sit sibi (?) quesumus ave.

Anima habet tres dotes post mortem, memoria intelligetia et volumptas.

Pag. I — Incipit: *Reverentissimo et sanctissimo fratri leandro coepiscopo. gregorius servus servorum dei. Dudum te frater...* Desinit: *ex utraque fulciatur.* Gregorii T. I. col. 533, ed Bened. Par. 1705; cum qua Codex collatus est.

Pag. 10 — Explicit epistola beati gregorii pape ad leandrum episcopum. Incipit prephatio. Incipit: *Inter multos sepe queritur...* Desinit: *fructu satiare.* Ibi col. 7.

Pag. 30 — Sine titulo sed littera intiali variis coloribus picta hic liber, ut sequentes, incipit: *Vir erat in terra hus nomine iob. Idcirco sanctus vir...* Desinit: *non recedat.* Ibi col. 17.

Pag. 73 — Incipit: *Scriptura sacra mentis oculis...* Desinit: *sublata toleramus.* Ibi col. 37.

Pag. 143 — Incipit: *Beatus iob ad mortem...* Desinit: *loca producamus.* Ibi col. 73.

Pag. 197 — Incipit: *Qui textum considerat et sensum...* Desinit: *liber a domino suo.* Ibi col. 101.

Pag. 267 — Incipit: *Cum valde occulta sint...* Desinit: *desideriis infirmatur. Explicit prima pars.* Ibi col. 137.

CODEX LXXIV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 74 ET 48, INTERIORI VERO 309.
PLUTEO DD.

Codex membraceus, in folio, longitudinis metri 36/₀ latitudinis 28/₀, paginarum 374, duplici columna, et caracteribus XI Saeculi ineuntis descriptarum, cum capitalibus literis stylo longobardico vario colore depictis. Continet partes tertiam et quartam *Moralium* Sancti Gregorii Papae. Hunc Codicem, qui habet pro compactione quaedam folia Libri *Comitis* eiusdem Saeculi, *Lando indignus diaconus* obtulit *in Cenobio Sancte dei genitricis marie ubi dicitur albaneta*, ut legitur in pagina 185. Citatur a Montfauconio sub eodem numero 74, his verbis: *S. Gregorii moralia in Iob.*

Pag. 1 — Incipit expositio liber Beati iob a sancto gregorio papa per contemplationem sumpta. libri VI. Pars tertia. Incipit: *Quamvis in prolixo opere esse culpabilis*... Desinit: *delectationem venit.* Tom. I. *Opp.* Gregorii col. 365. ed. Bened. 1705. cum quo hic Codex conlatus est.

Pag. 34 — Explicit liber. XI. Incipit liber XII. Incipit: *Mos iustorum est*.... Desinit: *simplicitate laudavit.* Ibi col. 691.

Pag. 66 — Explicit liber XII. Incipit liber XIII. Incipit: *Esse hoc perversorum*..... Desinit: *securus non est.* Ibi col. 417.

Pag. 89 — Explicit liber XIII. Incipit liber XIIII. Incipit: *Superiori huius libri*... Desinit: *diutius expectavit.* Ibi col. 437. In inferiori margine pag. 112, legitur: *Hic est minus quaternus. I.* et quae occurrunt in editione a postremis verbis capitis 47: *negarent. Sequitur*... usque ad verba *nostram post resurrectionem* capitis 77, desunt in Codice.

Pag. 114 — Explicit liber XIIII. Incipit liber XV. Incipit: *Hoc quia amici*... Desinit: *in aliis odiunt.* Ibi col. 459. Codex pariter mutilus est nonnullis foliis.

Pag. 153 — Explicit liber XV. Incipit liber XVI. Incipit: *Qui contra veritatis*... Desinit: *latius disserantur.* Explicit pars III. Incipit pars IIII.

Ad calcem paginae 160, manus recentioris aevi scripsit: *Hic minus est quaternus. I.* Haec pagina desinit: *Malorum domos dominus bonis implet. quia etiam ingratis*... Quae sequuntur in Editione usque ad verba: *qui semper est pavidus*... a prioribus verbis versiculi 17, capitis XXII, usque ad initium versiculi 16 capitis XXIII, desiderantur in Codice.

Pag. 185 vacua est et tantum haec, scripta charactere eiusdem aevi, exhibet: *Ego frater lando indignus diaconus offero istos libros in cenobio Sancte dei genitricis marie ubi dicitur albaneta. Hae sunt ultime moraliae. quae scripte sunt. prime scribende sunt. Unde plurimum rogans peto. uti ego desiderabi. Ita et vos finiatis. Alii libri unum antiphonarium. unum istoriarium. Continentem in se librum apocakalipsis et actum apostolorum. cum septem aepistole canonice. unum prophetarum continentem in se aepistolae pauli. unum computum. unum psalterium. una glosa* (alia manu:) *et tari. X. da ipsi presbyteri. Idem presbyter ardeczone et alii sociis suis.* Ad calcem praecedentis paginae legitur: *In ista tertia parte duo caterni desunt.*

Pag. 176 — In explanatione beati iob. liber. moraliorum. XVII. a beato papa gregorio. per contemplatione sumptus. et ad calcem: Moraliorum pars quarta. Incipit: *Quoties sancti viri historiam*... Desinit: *illius intueri?* Ibi col. 533.

Pag. 202 — Explicit liber XVII. Incipit li-

BER XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio...* Desinit: *fonte biberimus.* Ibi col. 557.

Pag. 241 — EXPLICIT LIBER XVIII. INCIPIT LIBER XVIIII. Incipit: *Quid mirum si aeterna...* Desinit: *subsequentium credebat.* Ibi col. 603.

Pag. 278 — EXPLICIT LIBER XVIIII. INCIPIT LIBER XX. Incipit: *Quamvis omnem scientiam...* Desinit: *operis vacuare videamur.* Ibi col. 635.

Pag. 327 — EXPLICIT LIBER XX. INCIPIT LIBER XXI. Incipit: *Intellectus sacri eloquii...* Desinit: *eius ira quae purgat.* Ibi col. 675.

Pag. 351 — EXPLICIT LIBER XXI. INCIPIT LIBER XXII. Incipit: *Quod a me saepe...* Desinit: *spiritu ferventiore proferuntur.* EXPLICIT LIBER XXII. CUM DEO AUXILIO EXPLICIUNT VERBA IOB. HELIUD. HELIUD. Ibi col. 695.

In pagina Codicis 374 haec recentioris aevi leguntur:

Largus qui suntum facit ex ratione libenter.
Parcus qui retinet quicqyit non postulat usus.
Qui retinet avide quod res deposcit avarus.
Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui.
Liber sancte Marie de Albaneto.

CODEX LXXV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 75 ET 152, INTERIORI VERO 307. PLUTEO DD.

Codex membranaceus in folio, characteribus Longobardis saeculi XI. ineuntis, longitudinis metri 38/₀, latitudinis 26/₀, foliorum 128. Continet Gregorii *Moralia*, (lib. 17 usque ad 21), quo titulo exterius praenotatur, et a Montfauconio recensetur. Hinc inde duo folia in eius compactione Missalis, remotiori aevo conscripti, fragmenta habentia, prostant. In quibus notatu dignum est, quod Abbatis nomen in Missae Canone una cum nomine Episcopi recurrat: *Antistite nostro N. et Abbate nostro N.* Post verbum: *cultoribus*, sequitur: *Mihi quoque indignissimo famulo tuo propitius esse digneris, et ab omnibus me delictorum offensionibus emundare.* Ad *Comunicantes* vero, post nomen *Laurentii*, ponitur *Vincentii, Chrysogoni* etc. et post omnes: *Nec non et illorum quorum hodie solemnitatis in conspectu gloriae tuae celebratur triumphus in toto orbe terrarum.*

Pag. 1 — Sine titulo incipit: *Quoties in sancti viri historia*... Desinit: *illius intueri*. T. I. col. 533. *Opp.* S. Greg. ed. Bened. Paris. 1705. cum qua hoc Codice conlato, has variantes lectiones in primo Cap. invenimus: *Quoties... viri historiam... ipso postis fronte... id est ecclesiae... nisi de quo... sic loquitur sua... ventura narrat ut praesentia transcendat... de praesentibus disserit ut de futuro contecescat... dicens.*

Pag. 40 — Explicit liber XVII. Incipit XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio*... Desinit: *fonte biberimus*. Ibi col. 557.

Pag. 118 — Explicit liber XVIII. Incipit liber XIX. Incipit: *Quid mirum si aeterna*... Desinit: *subsequentium credebat*. Ibi col. 603.

Pag. 176 — Explicit liber XIX. Incipit liber XX. Incipit: *Quamvis omnem scientiam*... Desinit: *operis vacuare videamur*. Ibi col. 635.

Pag. 247 — Explicit liber XX. Incipit liber XXI. Incipit: *Intellectus sacri eloquii*... Desinit: *quia tanto*, et alia manus, ut sententiam compleret adiunxit: *ei bona temporalia suppetunt quanto eterna denegantur*. Ibi col. 675. Reliqua desiderantur.

CODEX LXXVI.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 76, ET 119, INTERIORI VERO 269. PLUTEO DD.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 34/₀, latitudinis 25/₀, paginis 252, duplici columna characteribus Longobardis Saec. X. desinentis exaratus. Continet *Moralia* S. Gregorii. PP. a Lib. 23 ad 27. inclusive. Sub eodem numero et titulo a Montfauconio recensetur. In eius compactione quatuor folia veteris Lectionarii Saec. XI. occurrunt, in quibus extant fragmenta Isaiae, Epistolarum Pauli *ad Titum*, *ad Thimoteum*, *ad Philemonem*. In postrema pagina manus Saec. XIV. characteribus gothicis hos versiculos, nullo inter se cohaerentes sensu, subscripsit:

Dum sumus in mundo vivamus corpore mundo
Carmina qui quondam studio florente peregi
Flebilis heu mestos cogor inire modos
Audio sic dici dando retinentur amici...

Leguntur etiam sequentia amanuensium tentamina: *Mens mea solidata est et in christo fundata. Christus me misit ad istam provinciam ubi non parvum populum acquisivi. non me permittas domine famulum tuum a te separari tempus est ut commendes terre corpus meum.*

Geburga. Mathelda. advico. dipold. Uga. Gualteri. Ave maria...

Cum manibus mando. sine manibus omnia tango. Ne moliaris amico tuo malum cum ille in te habeat fiduciam.

Pag. 1 — In hac prima pagina, alba ab ammanuensi relicta, hic titulus rubro colore inscriptus legitur: INCIPIT MORALIUM LIBER XXIII. A BEATO PAPA GREGORIO PER CONTEMPTATIONEM SUMPTUS. Deinde in sequenti pagina incipit: *Prephationem huius operis...* Desinit: *solidius vivat*. T. I. *Opp.* S. Greg. col. 729. ed. Bened. cum qua conlatus est hic Codex.

Pag. 50 — EXPLICIT LIBER XXIII. INCIPIT LIBER XXIIII. Incipit: *Heliud vim supernae...* Desinit: *set onus aestimatur*. Ibi col. 759. In Codice autem deest, carentia duorum foliorum, dimidium ultimi capitis editionis.

Pag. 89 — Sine titulo, qui fortasse erat in duobus foliis in Cod. deficientibus, incipit: *Ipsa humanae condicionis qualitas...* Desinit: *exhordia oneris ignorat*. Ibi col. 787.

Pag. 125 — Sine titulo incipit: *In locutionibus suis...* Desinit: *ne inmoderatius extendamus*. Ibi col. 811.

Pag. 189 — Incipit: *Quisquis de magnis dictis...* Desinit: *arborem non invenerunt*. EXPLICIT LIBER. XXVII. DEO GRATIAS. AMEN. Ibi col. 853.

CODEX LXXVII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 77 ET 120, INTERIORI VERO DEFICIENTE. PLUTEO DD.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 35/₀, latitudinis 24/₀, Longobardis characteribus Saec. X, paginarum 490, a Iohanne scriptus, ut legitur in ultima pagina. Continet *Moralia* S. Gregorii Magni a lib. 28 ad 35. In eius compactione pars cap. XIII. legitur *Lib. Esther*; fragmentum Homiliae XXI. sine initio et fine, S. Gregorii in *Ezechielem*; et initium Homiliae super Evangelium: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum*, tributae Severiano, quae apud Bandinium T. I. p. 374. S. Ambrosio, et a Cambefitio T. VII. p. 155 Petro Crysologo tribuitur. Montfauconius sub eodem numero et titulo recenset hunc Codicem.

Pag. 1 — In hac prima pagina alia manus hos versus scripsit:

Summe Pater cunctorum conditor.
sacri verbi preclare genitor.
te nunc mea ut vota deprecor.
mitis spectes ex alto solio.
Tu qui bona largiris omnia.
mea precor emunda labia.
almi patris quo clara merita.
tua valeam referre gratia.
Qui ceu celestis sideris.
longe emicat totis seculis.
vix immortalibus ei similis.
extat aliquis ex philosophis.
Estque nobili satus sanguine.
et valde clara renitet progenie.
cuius proavi celsi comites.
armis opibus fratres proceres.

Pag. 2 — In explanatione beati iob liber moraliorum vicesimus octavus. A beato papa gregorio. per contemplatione sumptus. Incipit: *Post damna rerum...* Desinit: *temptationis in corde*. T. I. *Opp.* col. 891. S. Greg. ed. Bened. Paris. cum qua hunc Codicem (qui autem initio caret uno folio, quod continere videtur quae in ed. sunt a verbis: *in laudem dei...* ad: *vacua gravatur*), contulimus.

Pag. 46 — Explicit liber XXVIII. Incipit. liber XXVIIII. Incipit: *Dominus deus noster ihesus christus in eo quod....* Desinit: *haec pateris nescis*. Ibi col. 917.

Pag. 110 — Explicit liber XXVIIII. Incipit. XXX. His verbis rubro colore scriptis incipit: Beatus iob talia utrumne fecerit dominum interrogante *requiritur.....* Desinit: *in illo robustius stat*. Ibi col. 955.

Pag. 174 — Explicit liber XXX. Incipit liber XXXI. Incipit: *In paradisum sano homini....* Desinit: *se humiliter subdat*. Ibi col. 995. In Cod. desunt quae a verbis: *in frigore...* (in primo versu col. 1003), ad: *generant filios* (in decimo versu col. 1004). Hic autem Codex nullo caret folio, et videtur amanuensis quae desunt, omisisse.

Pag. 266 — Explicit liber XXXI. Incipit liber XXXII. Prioribus verbis rubro colore scriptis incipit: Sancti viri quo apud deum altius virtutum *dignitate.....* Desinit: *super caelos regnet*. Ibi. col. 1045.

Pag. 321 — Explicit liber XXXII. Incipit liber XXXIII. Prioribus verbis rubro colore scriptis, incipit: Antiquo hosti qui sub *vehemoth nomine......* Desinit: *citius unda lacrimarum*. Ibi col. 1075.

Pag. 397 — Explicit liber XXXIII. Incipit liber XXXIIII. Incipit: *Quia ex hoc mundo*

COD. LXXVII.

PAGINA CCLXXXVII.

boues&ũ ac quae quaelib& fon
didae bibunt. sedf&no non
nisimundouescantur ;

COD. LXXVIII

PAGINA XVII.

Sed lnatē hęc lib& lnqui
rere. sipar lnsublimib;
summae requiratur ;

COD. LXXIX

PAGINA CCV.

Fiat ergo nobis omnips ds dulcis in
musaculis. & carmen insuauelsi
audiunt mentē occula ;

COD. LXXX

PAGINA LXV.

Timendum lataq; est. ne etiam nobis ea
dicatur; surgite quia nob stetis; ista
detur. quam uis stare iam non noua.
qui non stetit noua ista dete ;

COD. LXXXI

PAGINA CCCVIII.

"Hinc petrus cum iuxta ac corde
rectangere. ammonebat dicens.
" Succingite lumbos mentis uestre ;

LIT. CAS.

corpus..... Desinit: *humilitatem tuentur.* Ibi col. 1115.

Pag. 417 — EXPLICIT LIBER XXXIIII. INCIPIT LIBER XXXV. Incipit: *Quia iste ultimus huius.....* Desinit: *lacrimas reddit.* Ibi col. 1143. EXPLICIT. IUBANTE DOMINO. LIBER. XXXV. Deinde immediate sequitur:

Hoc in libro constant volumina.
non plus octo.
Papa a gregorio.
aedita sanctissimo.
Hunc iohannes scribere decrevit.
atque complevit.
Quisquis quem tetigerit.
sit illo lota manus.
Aperiat dominus lectori.
per omnia sensum.
Scriptori autem.
perpetuum regnum.
Amen.

Haec iterum in Codice LXXXI, qui Gregorii *Moralia* etiam continet leguntur.

CODEX LXXVIII.

**SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 78 ET 49, INTERIORI VERO 264.
PLUTEO DD.**

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 36/₀, latitudinis 27/₀, paginarum 386, characteribus Longobardis saec. XI. ineuntis, tempore Theobaldi Ab. Continet S. Gregorii *Moralia* a Lib. 17 ad 22. inclusive. Eum recenset Montfauconius sub eodem numero, hoc titulo: *Oratio S. Leonardi. Moralia S. Gregorii P.* Cur vero de S. Leonardi Oratione mentio fiat nobis incompertum, cum nihil de hoc in Codicis examine invenire fuit. In eius compactione prostant fragmenta S. Scripturae et initium *Expositionis S. Hieronymi Presbyteri* ad *Minervum et Alexandrum de quaestione Apostoli.* Cf. *Opp.* S. Hier. ed. Bened. T. V. p. 210.

Pag. 2 — Prima pagina vacua relicta, in margine superiori secundae alia manus scripsit: *In christi nomine. Incipit liber XVII. Moralium Gregorii papae. pars. IIII.* Deinde sine titulo incipit: *Quotiens in sancti viri historiam*... Desinit: *magnitudinis illius intueri.* T. I. col. 533. *Opp.* Greg. ed. Bened. cum qua hunc Codicem contulimus.

Pag. 50 — Explicit liber XVII. Incipit XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio*... Desinit: *in ipso suo fonte biberimus.* Ibi col. 557. Fere integra pagina 66 ab scripto vacua est, nihil tamen ibi deest.

Pag. 154 — Explicit liber XVIII. Incipit liber XVIIII. Incipit: *Quid mirum si aeterna dei sapientia*.... Desinit: *subsequentium credebat.* Ibi col. 603.

Pag. 217 — Explicit liber XVIIII. Incipit liber XX. Incipit: *Quamvis omnem scientiam*... Desinit: *operis vacuare videamur.* Ibi col. 635.

Pag. 296 — Explicit liber XX. Incipit liber XXI. Incipit: *Intellectus sacri eloquii*... Desinit: *ira quae purgat.* Ibi col. 675.

Pag. 332 — Explicit liber XXI. Incipit liber XXII. Incipit: *Quod a me saepe*... Desinit: *spiritu ferventiore proferuntur.* Explicit liber XXII. cum domino auxilio. Expliciunt verba iob. hinc heliud. Ibi col. 695.

In ultima Codicis pagina, ob folii recisionem, desideratur maior pars orationis ab ipso, qui eum habuit, in spatio ab amanuensi sine scriptura relicto, scripta; quae remanent, usu et tempore trita vix leguntur, et sunt additiones textui deficienti appositae. Scriptura et stylus XII Saec. et Petrum Diaconum sapiunt:.. *radiare virtutibus, corruscare sermonibus atque meritorum fulgoribus elucere... et perspicacis... acuminis intellectus, in virorum tam proborum deductus medio, non paveret? Quis inter agmina celestium cherubim ubi tamquam fluvius labitur altitudo scientie locuturus. et admirans ierarchie celestis gloriam pulsibus trementibus non cederet. (non) caderet cordis sensibus, non visibus corporeis cecutiret? Ubi totius capud religionis et ordinis, ac omnium monachorum archangelus Abbas iste noster quem cernimus, quasi cherub alatus ad domini ministerium, in vestibus sanctimonie refulget gloriosus. illum prefigurans in habitu quem mentis portat iugum in conspectu... sensus deficeret. hereret memoria. et plectrum lingue volubilis, non in mediis sermonibus hesitaret.... in oculis misit utpote castrorum acies ordinata; iubare virtutum celestium pretio... Chorus hic vester lucidus. et ut paradisus domini rutilans egregius comunicatus; tipum portat principatus etherei... candidat... quic-*

quid in illis primo sacre fidei coronavit articulo...
Alia manus sequentia scripsit:

Cum bona fratres agitis semper ad memoriam mala
Ad sextum decimum numerum quinto dato primum
Belligeris quinque plus uno iungere linque
Confert ut hec est lex viginti IIIIor. et sex.
Da tres bis quinos numero coniungere binos
Et precedentes duo sunt quinque sequentes...
Non amat id quod agit sed quod habere cupit.
Sassa volo iacere in prunis volo iacere.

CODEX LXXIX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 78 ET 131, INTERIORI VERO 266. PLUTEO DD.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 38/₀, latitudinis 28/₀, characteribus Longobardis Saec. XI, 500 paginis duplici columna distinctis. Continet S. Gregorii *Moralia* a Lib. XI ad XXII. inclusive. In compactione habet hinc inde duo folia, quae fragmentum Isaiae, Epistolae ad *Phylemonem*, trigintaocto titulos capitum Epist. *ad Hebraeos*, quos in lucem protulimus ex Cod. 35 in T. I. huius Biblioth. pag. 351. ac denique hunc Prologum in Epist. *ad Hebraeos*, qui in edit. desideratur: *Epistolarum autem que fertur ad haebreos; non eris creditum propter stylis; sermonisque dissonantia. Sed vel barnabae iuxta tertullianum; vel lucae aevangeliste iuxta quosdam. vel clementis romane post aecclesie aepiscopi. quem aiunt sententias pauli; proprio ordinasse et ornasse sermone. Vel certe quia paulus scribat ad haebreos et propter invidiam sui apud eos nominis titulum; in principio salutationis amputaverat. Scripserat autem ut haebreus; haebraycae. idest sui eloquio disserentissime; ea quae aeloquenter scripta fuerat in haebreo; aeloquentius vertisse in grecum. et hanc esse causam quod a ceteris pauli aepistolis discrepare videatur. Legunt quidam et laudicenses; sed ab omnibus exploditur.*

Pag. 1 — Incipit expositio libri beati iob. a Sancto Gregorio papa per contemplationem sumpta. pars tertia. Liber undecimus. Incipit: *Quamvis in prolixo opere.....* Desinit: *huc delectationem venit.* T. 1. col. 365 *Opp.* Greg. ed. Ben. Paris 1705. In margine, initio cuiusque libri Codicis, adest index Capitum scriptus characteribus Gothicis saeculi XIV., quae capita modo rerum titulis, modo tantum seriei numeris, in corpore discriminantur. Codici, a pag. 15. ad 22, quatuor folia, quibus carebat, suppleta sunt characteribus Gothicis posterioris aevi.

Pag. 33 — Explicit liber XI. Incipit XII. Prioribus verbis maiusculis litteris scriptis hic liber, ut aliquoties etiam sequentes, incipit: *Mos iustorum est....* Desinit: *cordis simplicitate laudavit.* Ibi col. 391.

Pag. 73 — Explicit liber XII. Incipit liber XIII. Incipit: *Esse hoc perversorum proprium solet...* Desinit: *in suis vocibus securus non est.* Ibi col. 417.

Pag. 102 — Explicit liber tertius decimus. Incipit quartus decimus. Incipit: *Superiori huius operis parte...* Desinit: *iudicium diutius expectavit.* Ibi col. 435.

Pag. 148 — Explicit liber XIIII. Incipit XV. Incipit: *Hoc quia amici mei beati iob nequaquam...* Desinit: *sed etiam in aliis odiunt.* Ibi col. 459.

Pag. 192 — Explicit liber XV. Incipit XVI. Incipit: *Qui contra veritatis verba...* Desinit: *opitulante domino latius disserantur.* Ibi col. 501.

Pag. 239 — Explicit pars tertia. Incipit quarta. Liber septimus decimus. Incipit: *Quotiens sancti viri historiam...* Desinit: *magnitudinis illius intueri.* Ibi col. 533.

Pag. 267 — Explicit liber XVII. Incipit XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio.....* Desinit: *suo fonte biberimus.* Ibi col. 557.

Pag. 328 — Explicit liber octavus decimus. Incipit Nonus decimus. Incipit: *Quid mirum si aeterna dei...* Desinit: *subsequentium credebat.* Ibi col. 603.

Pag. 370 — Explicit liber XVIIII. Incipit XX. Incipit: *Quamvis omnem scientiam*... Desinit: *operis vacuare videamur*. Ibi col. 635. Prima columna pag. 405. vacua est; et in prima columna p. 409 vacuo spatio interrupta, nullus materiae defectus deprehenditur.

Pag. 427 — Explicit liber vicesimus. Incipit vicesimus primus. Incipit: *Intellectus sacri eloquii*... Desinit: *ira quae purgat*. Ibi col. 675.

Pag. 456 — Explicit liber XXI. Incipit XXII. Incipit: *Quod a me saepe iam dictum est*.... Desinit: *ferventiore proferuntur*. Ibi col. 695. Explicit liber XXII. Cum dei auxilio expliciunt verba iob. Incipit heliud.

CODEX LXXX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 80, ET 64, INTERIORI VERO 265. PLUTEO DD.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 40/₀, latitudinis 30/₀, habens paginas 336, Longobardis characteribus duplici columna distinctas, exaratas a quodam Stephano, ut in ultima Codicis pagina legitur. In eius compactura occurrunt fragmenta passionum SS. Primi et Feliciani, S. Fabiani Papae, S. Eupli Diaconi, S. Ippoliti et sociorum, S. Cassiani, S. Eusebii Presbyteri, SS. Ruphi et Carponii, Vitae S. Augustini Episcopi, et S. Barnabae Apost. De his agemus in examine Cod. 142. in quo iterum lectori se exhibent. Continet Codex *Moralia* S. Gregorii a lib. 22 ad 35 inclusive. A Montfauconio sub eodem numero et titulo refertur.

Pag. 1 — INCIPIT SUPER HELIUD. PARS QUINTA. LIBER XXIII. Incipit: PRAEPHATIO(NEM) HUIUS *operis totiens*... Desinit: *fugiens solidius iuvat*, T. I. col. 729. *Opp.* S. Greg. ed. Bened. Eadem manus, quae in praecedenti Cod. ut diximus, indicem initio uniuscuiusque libri, et titulos in corpore supplevit, etiam in hoc utrumque fecit.

Pag. 31 — EXPLICIT LIBER XXIII. INCIPIT LIBER XXIIII. Incipit: *Heliud vim Superne dispensationis*... Desinit: *patienter gravis innotescit.* Ibi col. 759.

Pag. 57 — (EXPLICIT LIBER XXIIII. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XXV.) Incipit: *Ipsa humanae conditionis*....... Desinit: *exordia oneris ignorat.* Ibi col. 787.

Pag. 76 — EXPLICIT LIBER XXV. INCIPIT XXVI. Incipit: *In locutionibus suis*... Desinit: *ne immoderatius extendamus.* Ibi col. 811.

Pag. 108 — EXPLICIT LIBER XXVI. INCIPIT XX SEPTIMUS. Incipit: *Quisquis de magnis dictis*... Desinit: *arborem non invenerunt. Explicit liber XX. VIII. quinte partis.* Ibi col. 853.

Pag. 139 — In Praecedenti pagina vacua, manus posterioris aevi scripsit titulos capitum huius libri; deinde in hac sic legitur. IN EXPLANATIONE BEATI IOB. LIBER MORALIORUM. VICESIMUS OCTAVUS. A BEATO PAPA GREGORIO. PER CONTEMPLATIONIS(EM) SUMPTUS. Incipit: *Post damna rerum*... Desinit: *temptationis. in corde.* Ibi col. 891.

Pag. 160 — EXPLICIT LIBER XXVIII. INCIPIT XXVIIII. Incipit: *Dominus deus noster ihesus christus in eo quod*... Desinit: *haec pateris nescis.* Ibi col. 917.

Pag. 190 — EXPLICIT LIBER XXVIIII. INCIPIT XXX. Incipit: *Beatus iob talia*... Desinit: *in illum robustius stat.* Ibi col. 955.

Pag. 217 — EXPLICIT LIBER XXX. INCIPIT XXXI. Incipit: *In paradysum sano homini*... Desinit: *se humiliter subdat.* Ibi col. 995.

Pag. 252 — EXPLICIT LIBER XXXI. INCIPIT XXXXII. Incipit: *Sancti viri quo apud deum*...... Desinit: *super celos regnet.* Ibi col. 1045.

Pag. 271 — EXPLICIT LIBER XXXII. INCIPIT XXXIII. Incipit: *Antiqui hostis quibus vehemot*.... Desinit: *citius unda lacrymarum.* Ibi col. 1075.

Pag. 301 — EXPLICIT LIBER XXXIII. INCIPIT LIBER XXXIIII. Incipit: *Quia ex hoc mundo*....... Desinit: *humilitatem tuentur.* Ibi col. 1115.

Pag. 319 — EXPLICIT LIBER XXXIIII. INCIPIT XXXV. Incipit: *Quia iste ultimus huius operis*... Desinit: *pro me lacrimas reddit.* Ibi col. 1143. Hic leguntur etiam versus qui sunt in fine Codicis 77. sed amanuensis huius Codicis est Stephanus:

Hoc in libro constant volumina.
Non plus XIII.
Papa a gregorio.
Edita sanctissimo.
Hunc Stephanus Scribere decrevit.
Atque complevit.
Quisquis quem tetigerit.
Sit illi lota manus.
Aperiat Dominus lectori.
Per omnia sensum.
Scriptori autem.
Perpetuum regnum. Amen.

CODEX LXXXI.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 81 ET 126, INTERIORI VERO 267.
PLUTEO DD.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 36/₀, latitudinis 27/₀, constat paginis 416, characteribus Longobardis Saec. XI, a scriptore Aandoys exaratus, ut in ultima pagina legitur. Continet *Moralia* S. Gregorii Pp. a lib. 22, ad 35. Pro compactura habet finem Vitae S. Pauli Primi Eremitae a S. Hieronymo conscriptae, fragmentum Sermonis in Octava Epiphaniae Gregorii Neocesareae, cuius versio a graeco differt a translatione Cambefisii (*Bibl. PP. Concion.* T. I. p. 619); et aliud fragmentum vitae S. Hilarii a Fortunato scriptae (Cf. *Migne Patrol.* T. IX. p. 186.); et fragmentum Vitae S. Benedicti a S. Gregorio scriptae. Montfauconius hunc Codicem, qui olim ad monasterium S. Mariae de Albaneta pertinuit, sub eodem numero et titulo memorat.

Pag. 1 — In explanatione beati iob. liber moraliorum XXIII. a beato papa grecorio per contemplationem sumptus. Et in margine inferiori: Moraliorum pars quinta et sexta. Incipit: *Prephationem huius operis toties...* Desinit: *fugiens solidius vivat.* T. I. col. 729. *Opp.* S. Gregorii. Codex caret pluribus foliis; in eo desiderantur quae in editione occurrunt a verbis postremis n. 28: *quae recte astruit.....* ad: *considerata infirmitate,* quae sunt post 19. versum, col. 759.

Pag. 17 — Explicit liber XXIII. Incipit liber XXIIII. Incipit: *Heliud vim supernae...* Desinit: *patienter gravis innotescit.* Ibi col. 759.

Pag. 37 — Explicit liber XXIIII. Incipit liber XXV. Incipit: *Ipsa humanae conditionis.....* Desinit: *exhordia oneris ignorat.* Ibi col. 787.

Pag. 61 — Explicit liber XXV. Incipit liber XXVI. Incipit: *In locutionibus suis...* Desinit: *immoderatius extendamus.* Ibi col. 811.

Pag. 104 — Explicit liber XXVI. Incipit liber XXVII. Incipit: *Quisquis de magnis dictis.....* Desinit: *arborem non invenerunt.* Explicit liber XXVII. deo gratias. amen. Ibi col. 853.

Pag. 144 — In explanatione beati iob. liber. moraliorum. vicesimus octavus. a beato gregorio. per contemplationem sumptus, et in margine inferiori: Ultima pars moraliorum. Incipit: *Post damna rerum...* Desinit: *temptationis in corde.* Ibi col. 891.

Pag. 157 — Explicit liber XXVIII. Incipit liber XXIX. Incipit: *Dominus deus noster ihesus christus in eo...* Desinit: *Cur haec pateris nescis.* Ibi col. 917.

Pag. 196 — Explicit liber XXIX. Incipit liber XXX. Incipit: *Beatus iob talia...* Desinit: *in illum robustius stat.* Ibi col. 955.

Pag. 239 — Explicit liber XXX. Incipit liber XXXI. Incipit: *In paradysum sano homini...* Desinit: *se humiliter subdat.* Ibi col. 995.

Pag. 294 — Explicit liber XXXI. Incipit liber XXXII. Incipit: *Sancti viri quo apud...* Desinit: *super caelos regnet.* Ibi col. 1045.

Pag. 327 — Explicit liber XXXII. Incipit liber XXXIII. Incipit: *Antiquo hosti qui...* Desinit: *unda lacrimarum.* Ibi col. 1075.

Pag. 357 — Explicit liber XXXIII. Incipit liber XXXIIII. Incipit: *Quia ex hoc mundo...* Desinit: *humilitatem tuentur.* Ibi col. 1115.

Pag. 387 — Explicit liber XXXIIII. Incipit liber XXXV. Incipit: *Quia iste ultimus...* Desinit:

lacrimas reddit. EXPLICIT IUVANTE DOMINO. LIBER XXXV. Ibi col. 1143. Hic etiam extant versus, qui in Codicibus 77 et 80 occurrunt, sed cum nomine Aandoys.

Hoc in libro. constant volumina.
Non plus VIII.
Papa a gregorio. Edita sanctissimo.
Hunc AANDOYS (?) *scribere decrevit. Atque complevit.*
Quisquis quem tetigerit. Sit illi lota manus.
Aperiat dominus lectori. per omnia sensum.
Scriptori autem. perpetuum regnum. Amen

Manus diversi temporis scripserunt:
Iob vati nate (?) reparantur res geminate.

Sancti igitur viri cum se ad predicandum parant prius se interius virtutibus innovant ut ad hoc quod loquendo docent vivendo concordent.

Ve terre et mari quia diabolus descendi ad vos abens iram magnam sciens quod modicum tempus abetis. Ambulaverunt estento colo.

Ego margareta sto in necclesia sancte marie albanete et offero me et omnia mea substantia.

Dum sumus in mundo vivamus corpore mundo.
Liber sancte marie de albaneto.

CODEX LXXXII.

SIGNATUS NUMERO EXTERIORI 82 INTERIORI VERO 262.
PLUTEO DD.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 36/₀, latitudinis 26/₀, foliorum 382, characteribus Longobardis duplici columna exaratus Saec. X. Continet Gregorii Papae *Moralia* a Lib. 10 usque ad 16 inclusive. Eius meminit Montfauconius sub eodem numero et hoc titulo: *Libri Moralium S. Gregorii Papae in Iob.* Nitide conscriptus; et pag. 236 duobus imaginibus, Salvatoris et Gregorii Papae, perbelle decoratur. In eius compactura quatuor folia diversae aetatis exhibent fragmenta S. Scrip. V. et N. Test. et Sermonis, cuius auctor nos omnino fugit. Albo signanda est lapillo dies illa, Gregorio Magno dicata, anni 1874, in quo, cum S. Thomae Aquinatis memoria solemnibus officiis, sexto ab eius morte saeculo recurrente, ab Italis honestaretur, in hunc Codicem incidimus. Nam sedula eum opera excutientes, ad paginas 320. 321, 322. devenimus, quas prae ceteris in margine commentario refertas inopinate deprehendimus. Oculorum et mentis acie in eas cupide intenta, impossibile dictu est quanta laetitia suffunderemur, ubi commentarium illud non solum S. Thomae Aquinatis epistolam Bernardo Abbati Casinensi directam, adhuc delitescentem esse, sed etiam sua ipsa manu exaratam agnovimus. Codex iste cedro liniendus, quem Doctor Angelicus prae manibus habuit, et doctrinae suae novo testimonio locupletavit. Hinc Epistolam S. Thomae in voluminis *Florilegio* primitus edituri, historico commentariolo declarabimus.

Pag. 1 — **Incipit expositio libri beati iob a sancto grogorio papa per contemplationem sumpta libri. VI. pars tertia.** Incipit: *Quamvis in prolixo opere...*, Desinit: *huc delectationem venit.* T. I. col. 365. *Opp.* S. Gregorii ed. Bened. 1705.

Pag. 60 — **Explicit liber XI. Incipit liber XII.** Incipit: *Mos iustorum est...* Desinit: *cordis simplicitate laudavit.* Ibi col. 391.

Pag. 117 — **Explicit liber XII. Incipit liber XIII.** Incipit: *Esse hoc perversorum...* Desinit: *securus non est.* Ibi col. 417.

Pag. 160 — **Explicit liber XIII. Incipit liber XIIII.** Incipit: *Superiori huius operis...* Desinit: *diutius expectavit.* Ibi col. 435.

Pag. 236 — **Explicit liber XIIII. Incipit liber XV.** Incipit: *Hoc quia amici beati iob...* Desinit: *in aliis odiunt.* Ibi col. 459.

Pag. 309 — **Explicit liber XV. Incipit liber XVI.** Incipit: *Qui contra veritatis verba...* Desinit: *opitulante deo latius disserantur. Explicit liber XVI. Incipit liber XVII.* Ibi col. 501.

Reliqua desiderantur.

PAGINA CCCXX.

COD. LXXXIII.

PAGINA V.

COD. LXXXIV.

PAGINA XLV.

COD. LXXXV.

PAGINA CXXVI.

LIT. CAS.



CODEX LXXXIII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 83, ET 54, INTERIORI VERO 270. PLUTEO HH.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis metri 37/$_0$, latitudinis 29/$_0$, paginarum 330 duplici columna distinctarum, characteribus Longobardis Saec. XI. Continet S. Gregorii Pp. *Homilias quadraginta*, et citatur a Montfauconio sub eodem numero 83.

In compactione habet fragmenta Libri *Psalmorum et Prophetiae Ieremiae.*

Ante primum folium assuta paginula indicat Homilias in festo quorumdam sanctorum recitandas:

Recentiori manu: *In festo sancti Thomasii confessoris. Si quis vult post me venire.*

In festo sancti ludovici episcopi et confessoris...

Sequentia amanuensis XI Saec. scripsit: *In sancti marcelli pape legitur omelia. Homo quidam peregre proficiscens.*

In sancte prisce. omelia. Simile est regnum celorum thesauro.

In sancti basilidis, cyrini, naboris et nazarii. Omelia. Misit ihesus duodecim discipulos suos precipiens eis dicens. In via gentium.

In sancti nicandri, et marciani. Omelia. Dum audieritis prelia.

In s.... omelia. Si quis venit ad me et non odit patrem.

In s... Omelia Sint lumbi vestri.

In s. luce omelia. Si quis vult post me venire.

Sequentia vero addita sunt recentiori manu: *In Sancti Bertharii. Quoniam dominus hac redemtor noster.*

In sancti dominici confessoris. Omelia. Si quis vult post me venire.

In sancti Ludovici confessoris...

In sancti Bernardi abbatis eadem omelia legatur.

Occurrunt etiam sequentia variorum amanuensium scripturae tentamina: *Reverendo in christo patri domino domino Antonio de napuli et Nicollaus de piretecone?*

Dum sumus in mundo vivamus corpore mundo.

Redemptor mundi signo crucis ab omni nos adversitate custodi. qui...

Pag. 1 — Incipit: *Reverendissimo et sanctissimo fratri Secundino coepiscopo. Gregorius servus servorum dei. Inter saera missarum...* Desinit: *certiores fiant.* T. I. col. 1434. *Opp. S.* Gregorii ed. Bened. Paris. 1705. cum qua hunc Codicem contilimus.

Pag. 2 — In nomine sancte trinitatis incipiunt capitula omiliarum, quae dividuntur in duas partes; quarum prima complectitur XX priores titulos, secunda XX. reliquos titulos Homiliarum Gregorii, quae in hoc Codice continentur. Singulis Homeliis praeponitur Evangelium, quod earundem est argumentum; nos brevitatis gratia tantum priora verba proferemus.

Pag. 4 — *Erunt signa.....* Omelia lectionis ejusdem habita ad populum in basilica beati petri apostoli. Incipit: *Dominus ac redemptor noster paratos....* Desinit: *illius timendo praevenitis.* Ibi col. 1436.

Pag. 10 — Sequentia sancti evangelii secundum lucam. *Assumpsit ihesus...* Omelia lectionis ejusdem habita ad populum in basilica beati petri apostoli. Incipit: *Redemptor noster praevidens...* Desinit: *dedit laudem deo.* Ibi col. 1440.

Pag. 16 — Sequentia sancti evangelii secundum matheum *Loquente ihesu...* Omelia lectionis ejusdem habita ad populum in basilica sancte

FELICITATIS DIE NATALIS EJUS. Incipit: *Sancti evangelii fratres karissimi brevis*..... Desinit: *in mente trucidamus*. Ibi col. 1444.

Pag. 20 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Misit ihesus duodecim*.... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI STEPHANI MARTYRIS. Incipit: *Cum constet omnibus*... Desinit: *cum festinatione preparemur*. Ibi col. 1446.

Pag. 25 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Ambulans dominus ihesus*... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI ANDREE APOSTOLI DIE NATALI EJUS. Incipit: *Audistis fratres karissimi. quia ad unius*.... Desinit: *ad propria contemnenda perducatur*. Ibi col. 1450.

Pag. 28 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Cum audisset iohannes in vinculis*... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM. HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTORUM MARCELLINI ET PETRI IN IERUSALEM. Incipit: *Quaerendum* (hoc verbum in Cod. tantum litteram initialem habet) *nobis est fratres ckarissimi. iohannes*... Desinit: *cum iohanne valeatis*. Ibi col. 1452.

Pag. 34 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Miserunt iudei*... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. Incipit: *Ex huius nobis lectionis*... Desinit: *ex humilitate valeatis*. Ibi col. 1456.

Pag. 39 — IN NATALI DOMINI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Exiit edictum*..... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTE MARIE IN DIE NATALI DOMINI. Incipit: *Quia largiente domino*.... Desinit: *factus est deus homo*. Ibi col. 1460.

Pag. 42 — IN NATALI PLURIMORUM CONFESSORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre*... OMELIA LECTIONIS EJUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI SILVESTRI DIE NATALIS EJUSDEM. Incipit: *Lectio sancti evangelii fratres karissimi. sollicite considerare*... Desinit: *lucrum nos quod fecimus excuset*. Ibi col. 1462.

Pag. 48 — IN EPYPHANIA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Cum natus esset*.... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM. HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. IN THEOPHANORUM DIE. Incipit: *Sicut in lectione evangelica*.... Desinit: *malis amaricati redeamus*. Ibi col. 1468.

Pag. 54 — IN NATALI VIRGINUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum thesauro*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTE AGNES DIE NOTALIS EIUS. Incipit: *Celorum regnum fratres karissimi iccirco terrenis*... Desinit: *gaudia sine labore capiatis*. Ibi col. 1472.

Pag. 59 — ITEM UNDE SUPRA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Simile est regnum caelorum decem virginibus*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTE AGNES DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Sepe vos fratres charissimi ammoneo prava opera*... Desinit: *quia nescitis diem neque horam*. Ibi col. 1476.

Pag. 66 — IN UNIUS CONFESSORIS. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus discipulis suis. Sint lumbi vestri*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM. HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI FELICIS MARTYRIS DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Sancti evangelii fratres karissimi aperta vobis*... Desinit: *si prius quam veniat semper timeatur*. Ibi. col. 1480.

Pag. 72 — DOMINICA I. POST OCTAVAM PASCHAE. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. Incipit: *Audistis enim fratres karissimi ex lectione evangelica*... Desinit: *in perventione satiemur*. Ibi col. 1484.

Pag. 77 — DOMINICA IN SEXAGESIMA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus turbis similitudinem hanc. Exhiit qui seminat*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. Incipit: *Lectio sancti evangelii quam modo fratres karissimi audistis. expositione*... Desinit: *consortes esse valeatis*. Ibi col. 1488.

Pag. 83 — DOMINICA CAPUT QUADRAGESIMAE. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Ductus est ihesus in deserto*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI IOHANNIS QUAE APPELLATUR CONSTANTINIANA. Inci-

pit: *Dubitari a quibusdam solet. a quo spiritu...* Desinit: *iuste competit relaxemus.* Ibi col. 1492.

Pag. 88 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Designavit dominus et alios...* INCIPIT OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD EPISCOPOS IN CONSISTORIO LATERANENSI. Incipit: *Dominus et salvator noster fratres karissimi. aliquando...* Desinit: *esse valeamus. per dominum...* Ibi col. 1496.

Pag. 104 — DOMINICA IN SEPTUAGESIMA. LECTIO SANTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini patri familias...* XVII. (alia manus superscripsit alterum I. et revera haec est homilia XVIII. in indice Codici praeposito). OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM. IN DIE SEPTUAGESIMA. Incipit: *In explanatione sua multa ad loquendum...* Desinit: *dicamus omnes. deus misericordia mea.* Ibi col. 1510.

Pag. 112 — DOMINICA V. DE QUADRAGESIMA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Dixit ihesus turbis iudeorum et principibus sacerdotem. Qui ex vobis...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. XVIIII. Incipit: *Pensate fratres karissimi mansuetudinem...* Desinit: *evadere nequaquam possit.* Ibi col. 1506.

Pag. 118 — DOMINICA IIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Anno quinto decimo imperii tyberii...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. Incipit: *Redemptoris nostri praecursor. quo tempore...* Desinit: *supernae misericordiae pignus tenemus.* Ibi 1516.

Pag. 131 — EXPLICIT OMELIA XX. BEATI GREGORII PAPE. INCIPIUNT CAPITULA DE PARTE SECUNDA. Deinde sequuntur capitula quae iam in indice Codici praeposita scripta erant, et iterum initio uniuscuiusque Homiliae leguntur. Illis absolutis, sic Codex se habet: LECTIO SANCTI EVANCELII SECUNDUM MARCUM. *Maria Magdalene et maria iacobi...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATE MARIE SEMPER VIRGINIS DIE SANCTUM(O) PASCAE. Incipit: *Multis vobis lectionibus fratres karissimi. per dictatum.......* Desinit: *dedit unicum filium suum. ihesum christum dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1526.

Pag. 139 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Una sabbati. Maria magdalene...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI IOHANNIS QUE APPELLATUR CONSTANTINIANA. Incipit: *Fractus longa molestia...* Desinit: *adiuvat ipse quem amanus. Ihesus christus dominus noster qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 331.

Pag. 148 — LECTIO SANCTI EVAGELII SECUNDUM LUCAM. *Duo ex discipulis ihesu ibant ipsa die in castellum...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. Incipit: *In cotidiana vobis sollemnitate laborantibus....* Desinit: *recipiat ad regnum. Ipso adiuvante qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1538.

Pag. 151 — LECTIO SANCTI EVANCELII SECUNDUM IOHANNEM. *Manifestavit se iterum ihesus discipulis...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI LAURENTII MARTYRIS. Incipit: *Lectio sancti evangelii quae modo in vestris auribus lecta est fratres mei... ad perfectionem roborat. Per ihesum christum dominum nostrum qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1540.

Pag. 158 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Maria stabat ad monumentum....* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM. HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI IOHANNIS QUE APPELLATUR CONSTANTINIANA. XXV. Incipit: *Maria magdalene quae fuerat in civitate......* Desinit: *eterno consolabitur gaudio. Qui vivit et regnat cum patre in.... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1544.

Pag. 169 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Cum sero esset...* DOMINICA OCTAVA PASCHAE. AD SANCTUM PANCRATIUM. OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI IOHANNIS QUE APPELLATUR CONSTANTINIANA. Incipit: *Prima lectionis huius evangelice quaestio.....* Desinit: *singulariter amatis. Qui vivit et.... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1552.

Pag. 179 — EXPLICIT (alia manus correxit: *incipit*) OMELIA XXVII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Dixit ihesus discipulis suis. Hoc est praeceptum meum...* OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI PANCRATII DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Cum cuncta sacra eloquia...* Desinit: *nunc decertantes iuvat. Per ihesum christum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1560.

Pag. 187 — EXPLICIT (alia manus correxit: *in-*

cipit) OMELIA XXVIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM. *Dixit ihesus discipulis suis. Euntes in universum mundum*...OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. DIE ASCENSIONE DOMINI. Incipit: *Quod resurrectionem dominicam*...... Desinit: *ipse qui dedit. ihesus christus dominus noster qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1568.

Pag. 196 — EXPLICIT (alia manus superscripsit: *incipit*) OMELIA XXVIIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IONANNEM. *Erat quidam regulus*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM. HABITA AD POPULUM. IN CIMITERIO SANCTORUM NEREI ET ACHILLEI. Incipit: *Lectio sancti evangelii quam modo fratres audistis. expositione non indiget*... Desinit: *quam per fidem tenetis. Per ihesum christum qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1566.

Pag. 199 — EXPLICIT (alia maus correxit: *incipit*) OMELIA XXX. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *Dixit ihesus discipulis suis. Si quis diligit me*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI. DIEM SANCTUM PENTESCOSTEN. Incipit: *Libet* (de hoc verbo in Cod. tantum prima littera *L*, valde pulchre decorata, extat, et ad caeteras litteras scribendas spatium, in quo alia manus prae eis perperam suffecit verba: *Lectio sancti evangelii*, vacuum relictum fuit) *fratres karissimi evangelice verba lectionis*,.... Desinit: *sed datur. Per dominum nostrum ihesum christum qui... saeculorum. Amen.*

Pag. 210 — EXPLICIT OMELIA XXXI (alia manus incepit abradere *explicit*, ut forte scriberet *incipit*; sed destitit, et delevit I numeri seriei) LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM. HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI LAURENTII MARTYRIS DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Dominus et redemptor noster per euangelium suum. aliquando verbis*... Desinit: *mereamur pervenire. Per dominum nostrum ihesum christum. qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1582.

Pag. 217—OMELIA BEATI GREGORII (alia manu: *pape*). LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus discipulis suis. Si quis vult post me*... OMILIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTORUM PROCESSI ET MARTINIANI DIE NATALIS EORUM. Incipit: *Quoniam* (hoc verbum in Cod. habet tantum litteram initialem et alia manus ceteras adiunxit ut vocem *quoniam* compleret) *dominus ac redemptor noster novus homo*... Desinit: *citius adepturi sumus. Dominum eum qui vivit... Amen.* Ibi col. 1586.

Pag. 226 — XXXIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Rogabat ihesum quidam phariseus*... IN QUADRAGESIMA OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI CLEMENTIS. LEC. I. Dividitur in duodecim lectiones. Incipit: *Cogitanti michi de marie paenitentia*... Desinit: *que fletibus lavatur. In christo ihesu domino nostro. qui... seculorum. Amen.* Ibi col. 1592.

Pag. 235 — EXPLICIT (alia manus scripsit: *incipit*) OMELIA XXXIIII. (alia manus rubro colore adiunxit: *Dominica* III *post octavas pentecostes*). LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Accesserunt ad ihesum*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTORUM IOHANNIS ET PAULI. Incipit: *Aestivum* (diphthongus initialis soluta est, litteris *a* et *e* expressis, caeterae vero litterae ad marginem initialis scriptae sunt) *tempus quod corpori meo*... Desinit: *factus est iudex noster. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1600.

Pag. 254 — EXPLICIT (alia manus correxit: *incipit*) OMELIA XXXV. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus discipulis suis. Cum audieritis prelia*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI MENNE DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Quia longius ab urbe digressi sumus*... Desinit: *opitulatur in temptatione. Per ihesum christum dominum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1612.

Pag. 263 — OMELIA XXXVI. (alia manus adiunxit: *dominica* IIII, sed est secunda, *post octavas pentecostes*). LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam*... OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATORUM APOSTOLORUM PHILIPPI ET IACOBI. Incipit: *Hoc distare fratres karissimi inter delicias*... Desinit: *amore flagramus. Qui vivit et regnat*.... *seculorum. Amen.* Ibi col. 1618.

Pag. 276 — EXPLICIT OMELIA XXXVI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus turbis. Si quis venit ad me*... XXXVII. INCIPIT

OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA SANCTI SEBASTIANI DIE NATALIS EIUS. Incipit: *Si consideremus fratres harissimi quae et quanta sunt quae nobis...* Desinit: *pacis remedia contulit. Ihesus christus... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1626.

Pag. 286 — EXPLICIT OMILIA XXXVII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Dicebat ihesus parabolam hanc. Simile est regnum caelorum homini regi...* INCIPIT OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI CLEMENTIS MARTYRIS. Incipit: *Textum lectionis evangelicae fratres karissimi. volo...* Desinit: *adsumere naturam nostram. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1634.

Pag. 302 — EXPLICIT *(incipit)* OMELIA XXXVIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Videns ihesus civitatem flevit super illam...* INCIPIT OMELIA LECTIO EIUSDEM HABITA AD PUPULUM IN BASILICA SANCTI IOHANNIS QUAE APPELLATUR CONSTANTINIANA. Incipit: *Lectionem brevem sancti evangelii...* Desinit: *ipse de quo loquitur. Qui vivit et... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1644.

Pag. 313 — EXPLICIT OMELIA XXXVIIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Dixit ihesus discipulis suis. Homo quidam erat dives...* IN QUADRAGESIMA AD SANCTA M. IN TRANSTIBERIM INCIPIT OMELIA LECTIONIS EIUSDEM HABITA AD POPULUM IN BASILICA BEATI LAURENTII MARTYRIS. Incipit: *In verbis sacri eloquii...* Desinit: *mentibus loquatur. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi 1652.

Pag. 328 — EXPLICIUNT OMELIE GREGORI PAPE NUMERO XL. INCIPIT DECRETUM EIUSDEM. Incipit: *Regnante in perpetuo domino nostro ihesu christo temporibus piissimi....* Desinit in manco Codice: *Unde necesse est ut quis quis ex iure ecclesiastico servitutem ad dei servitium...* Ibi T. II. col. 1288.

CODEX LXXXIV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 84 ET 153, INTERIORI VERO 272.
PLUTEO B.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 36/₀, latitudinis 28/₀, Saec. XI desinentis. Constat 380 paginis, duplici columna distinctis, et duobus foliis in eius compactura, habentibus fragmenta Missarum II et III. Domin. post Pentecosten. Continet viginti unam Homilias S. Gregorii PP. in *Ezechielem Proph.* Eius meminit Montfauconius sub eodem numero et titulo.

Pag. 3 — In nomine domini dei atque salvatoris ihesu christi. Incipit epistola beati gregorii papae urbis romae ad marianum episcopum. de omeliis quas fecit in iezechiele propheta in prima parte visionis eius inchoata in basilica lateranis episcopi (sic) quae appellatur. aurea. Incipit: *Dilectissimo fratri Mariano episcopo. Gregorius servus servorum dei. Omelias quae in beato hiezechihel propheta ita ut...* Desinit: *aepule avidius sumantur.* Greg. *Opp.* T. I. col. 1173. ed Bened. 1705. cum qua hic Codex collatus est.

Explicit epistola. Incipit prephatio. Incipit: *Dei omnipotentis aspiratione de iezechihel propheta locuturus...* Desinit: *quod pro nobis incarnatum vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1173.

Pag. 14 — Explicit prephatio. Incipit omelia prima. Incipit: *Usus propheticae locutionis...* Desinit: *habemus adiutorem. Qui vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1183.

Pag. 28 — Explicit omelia I. Incipit secunda. Incipit: *Sancta quatuor animalia quae...* Desinit: *sit laus aeternae sapientiae quae vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1191.

Pag. 40 — Explicit omelia secunda. incipit tertia. Incipit: *Per sanctum prophetiae spiritum...* Desinit: *Habentes adiutorem unicum patris ihesum christum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1199.

Pag. 49 — Explicit omelia tertia. Incipit quarta. Incipit: *O quam mira est profunditas...* Desinit: *Demus ei gloriam demus laudem qui.... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1205.

Pag. 59 — Explicit Omelia quarta. Incipit Omelia quinta. Incipit: *Tenebrosa aqua in nubibus...* Desinit: *ihesu christo confidentes. qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1213.

Pag. 74 — Explicit omelia quinta. incipit Omelia sexta. Incipit: *Sicut nostis fratres karissimi. consuetudo...* Desinit: *alligatione confidamus. Qui vivit... seculorum. Amen.* Ibi col. 1223.

Pag. 91 — Explicit omelia sexta. Incipit septima. Incipit: *Quod per exempla iustorum multi...* Desinit: *dat vitam mundo. Qui vivit.... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1235.

Pag. 114 — Explicit omelia septima incipit octava. Incipit: *Initium libri in hiezechiel propheta...* Desinit: *omnipotenti patri coeternus. qui cum eo vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1249.

Pag. 134 — Explicit omelia octava. Incipit omelia nona. Incipit: *Solent quidam scripta sacri eloquii...* Desinit: *ipso adiuvante faciamus. Qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1263.

Pag. 158 — Explicit omelia nona. Incipit omelia decima. Incipit: *Inter cetera miracula. hoc quoque mirandum...* Desinit: *infirmitate roboraret. ihesus... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1281.

Pag. 177 — Explicit omelia decima. Incipit

UNDECIMA. Incipit: *Servata veritate historiae divina...* Desinit: *carne roborare ihesus... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1293.

Pag. 199 — EXPLICIT OMELIA UNDECIMA. INCIPIT DUODECIMA. Incipit: *Quia multis curis praementibus...* Desinit: *per gratiam redemptoris. qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1307.

Pag. 218 — EXPLICIT OMELIA DUODECIMA. INCIPIT TERTIA.X. Incipit: *Ne quidam me fortasse tacita cogitatione....* Desinit: *unigetus patris. qui cum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1319.

Pag. 232 — EXPLICIT OMELIA TERTIA.X. INCIPIT QUARTA DECIMA. Incipit: *Vir cuius calamus mensurae in manu eius ecce describitur...* Desinit: *sperantes in verbo. quod vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1327.

Pag. 250 — EXPLICIT OMELIA QUARTA·DECIMA. INCIPIT QUINTA X. Incipit: *Vir cuius erat species aeris...* Desinit: *gloriam perduxit. in qua vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1341.

Pag. 267 — EXPLICIT OMELIA QUINTA X. INCIPIT SEXTA X. Incipit: *Memoratis superius thalamis...* Desinit: *ihesu christo veniamus. Qui vivit... seculorum. Amen.* Ibi col. 1351.

Pag. 285 — EXPLICIT OMELIA SEXTA X. INCIPIT SEPTIMA X. Incipit: *Postquam de contemplationes* (is) *gratia obliquas fenestras...* Desinit: *veniunt. Largiente domino nostro ihesu christo qui... seculorum. Amen.* Ibi col. 1363.

Pag. 303 — EXPLICIT OMELIA SEPTIMA DECIMA. INCIPIT. OCTAVA X. Incipit: *Magna legentium debet esse...* Desinit: *monstramus. Laetemur ergo in eius adiutorio qui in suis nobis sequacibus omnia quae praecepit ostendit. omnipotens redemptor noster qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* Ibi col. 1375.

Pag. 323 — EXPLICIT OMELIA OCTAVA DECIMA. INCIPIT NONA.X. Incipit: *Prophetae verba quae largiente domino...* Desinit: *adest gratia redemptoris nostri. qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1389.

Pag. 341 — EXPLICIT OMELIA NONA X. INCIPIT VICESIMA. Incipit: *Quid sumus locuturi de mystici* (is) *sensibus...* Desinit: *sanguinem fudit. Qui vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1401.

Pag. 362 — EXPLICIT OMELIA XX. INCIPIT XXI. Incipit: *Sacri eloquii mysticos sensus...* Desinit: *Sit itaque gloria omnipotenti domino nostro ihesu christo qui... saeculorum. Amen.* DEO GRATIAS. Ibi col. 1375.

CODEX LXXXV.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 85 ET 154, INTERIORI VERO 304.
PLUTEO KK.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 38/₀, latitudinis 25/₀, characteribus Longobardis XI saeculi ad finem vergentis, paginarum 330 duplici columna distinctarum. Continet quatuor libros *Dialogorum S. Gregorii Papae.* Angelus de Nuce in edenda, ac illustranda notis vita S. P. Benedicti hoc Codice usus est, qui pernitide scriptus, cum pulcherrimis initialibus litteris, ab editione Benedictina operum S. Gregorii passim quoad titulos et divisiones Capitum differt, et non contemnendam lectionum variantium segetem habet, ut conferentibus palam fiet. Non semel occurrunt in Codice tituli, qui in Graeca translatione Papae Zachariae leguntur, et divisio capitum magis cum Graeco concordat. Ex quo patet Codicem nostrum exemplatum fuisse super vetustissima manuscripta, quorum unum Zacharias prae manibus habuisse censere licet. Habet pro compactione fragmentum commentarii in Decretales, et duas decretales Alexandri Papae, quae integre legi nequeunt.

Pag. 1 —Littera initiali auro, coloribusque perpulchre decorata incipit: Incipit liber primus dialogorum beati gregorii pape. Incipit: *Quadam die nimis quorundum secularium...* Desinit: *si aliud exordium sumamus.* Hunc Codicem cum editione Migne T. III. *Opp.* S. Gregorii contulimus, excepto II. Libro.

Pag. 67 — Explicit liber primus. Incipiunt capitula. *Vita et miracula venerabilis Benedicti conditoris. vel abbatis monasterii. quod appellatur arcis provinciae campaniae.* « Hanc certe inscriptionem, inquit Nuceus, vetustas ipsa commendat. » Post titulum hunc, exhibet Codex seriem omnium capitum sequentis libri, quae singulis capitibus praefixit Nucens, qui hoc Codice usus est in edenda et illustranda notis vitam S. P. Benedicti, suis quibusque locis ex eodem indice desumpta, ut supra diximus.

Pag. 69 — Expliciunt capitula incipit liber Secundus. Incipit: *Fuit vir vite venerabilis gratia benedictus et nomine...* Desinit: *loquendi vires interim per silentium reparemus.* In Codice nostro et in aliis narratio seu primum Caput huius libri non incipit ex verbis: *Fuit vir...* sed ex aliis: *Hic itaque.* Quae vero praecedunt, Prologi instar sunt: neque semel tantum distinctio et initia Capitum à vulgatis discrepant. *Chron. Cass.* ed. Angeli Nucei, Lutetiae Parisiorum. 1668.

Pag. 134 — Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tertii, et enucleata serie capitulorum, quae in editione unicuique capiti praeponuntur, legitur: Expliciunt capitula.

Pag. 135 — Incipit liber tertius. Incipit: *Cum vicinis valde patribus intendo...* Desinit: *hoc quarto volumine demonstrabo.* T. III. ed. Migne *Opp.* Greg. col. 215.

Pag. 233 — Explicit liber tertius. Incipiunt capitula libri quarti, et post seriem capitulorum sequitur: Incipit liber quartus. Incipit: *Postquam de paradisi gaudiis culpa...* Desinit: *si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.* Explicit liber dialogorum editus a beato gregorio papa urbis rome. Ibi col. 317.

PAGINA XX.

COD. LXXXVII.

PAGINA CCCXLIV.

QUOD VIRI PREFECTI OMNIMODIS DEBEANT VITARE MENDACIUM.

Sed sciendum ut perfecte adhereat veritati. nec studiose prohibet nec precipitatione mentiri.

COD. LXXXVIII.

PAGINA XXI.

De notionibus

Dicto de personis. dicendum est de no est de notionibus. et primo de noti onibus in generali. secundo in speciali. et primo distinguende sunt opiniones diver se de notionibus et que possunt sub sistere et que non.

COD. LXXXIX

PAGINA IV.

COD. XC

PAGINA CII.


UNIV. OF MICH.

CODEX LXXXVI.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 86 ET 34, INTERIORI VERO 259. PLUTEO EE.

Codex membranaceus in folio maximo, longitudinis metri 55/₀, latitudinis 38/₀, characteribus Longobardis Saec. XI incipientis duplici columna exaratus. Forte unus ex Codicibus iussu Theobaldi Abb. conscriptis, cum in eorum serie in Cod. 57 ultima pag. relati Gregorii libri *Moralium* occurunt. Notandum tamen est quod scripturae forma huius Codicis, licet longobardam manum prodat, Casinensis scholae stilum non sapit. Id clarius evincitur ex capitalium litterarum depictarum decoratione, quae longe omnino abest ab illa, quam passim in aliis Codicibus a Theobaldi, vel Desiderii monachis exaratis, est videre. In eius compactione nonnulla fragmenta assuta sunt de passione SS. Saturnini et Sisinnii, Genesis, Prologi in Pentateucum S. Hieronymi, et vitae S. Clementis Papae.

Pag. 1 — In nomine dei summi. Incipit liber moraliorum beati Gregorii papae romani numero triginta quinque sumpta per contemplationem. Pars prima. Reverendissimo et sanctissimo Fratri Leandro episcopo. Gregorius servus servorum dei. Incipit: *Dudum te pater beatissime*... Desinit: *ex utraque fulciatur*. Explicit epistola. (S. Gregorius, tom. I, col. 509, Migne).

Pag. 4 — Incipit prefatio. Incipit: *Inter multos sepe queritur*... Desinit: *de allegoriarum fructu satiare*. Notandum quod neque praefationis huius, neque librorum est ulla in capita partitio.

Pag. 9 — Absolute incipit: *Vir erat in terra hus nomine iob. Idcirco sanctus vir*... Desinit: *a veneratione historiae non recedat*.

Pag. 19 — Explicit Liber primus. Incipit Liber Secundus. Incipit: *Scriptura sacra mentis oculis*... Desinit: *ad momentum sublata toleramus*.

Pag. 38 — Explicit liber II. Incipit liber III. Incipit: *Beatus autem iob ad mortem petitus*... Desinit: *prout singula expetunt loca producamus*.

Pag. 52 — Explicit liber III. Incipit Liber IIII. Incipit: *Qui textum considerat. et sensum*... Desinit: *Et servus et liber a domino suo*.

Pag. 72 — Explicit liber quartus Incipit liber quintus. Incipit: *Cum valde occulta sint divina iudicia*... Desinit: *nisi qui adhuc in desideriis infirmatur*.

Pag. 98 — In expositione beati Iob moralia sancti Gregorii papae libri quinque sumpta per contemplationem. Pars secunda. Incipit: *Servata historiae veritate beati iob dicta*... Desinit: *qui sagittam fortiter dirigens civem ferit*.

Pag. 116 — Explicit Liber VI. Incipit Liber VII. *Quorundam mentes plus flagella quam convitia cruciant*... Desinit: *aura levitatis portat*.

Pag. 133 — Explicit Liber VII. Incipit Liber VIII. Incipit: *Precedente iam libello tractavimus*... Desinit: *repente ad eterna rapiuntur*.

Pag. 158 — Explicit liber VIII. Incipit Liber VIIII. Incipit: *Perverse mentes si semel ad studium*... Desinit: *sempiterna supplicia horroris evadamus*.

Pag. 185 — Explicit liber nonus. Incipit liber decimus. Incipit: *Quotiens in arenae spectaculum fortis athleta descenderit*... Desinit: *quanto ex lectionis quoque intercessione respirat*.

Pag. 201 — Explicit par secunda libri moraliae quinti. In dei omnipotenti nomine. Incipit moralia sancti Gregorii in Iob pars tertia. Liber undecimus (sic). Incipit: *Quamvis in prolixo opere esse culpabilis stili mutabilitas non debet*...

Desinit: *quia nec per carnalem huc delectationem venit.*

Pag. 217 — Explicit liber XI. Incipit liber XII. Ipcipit: *Mos iustorum est tanto sollicitius...* Desinit: *quem testis veritas de cordis simplicitate laudavit.*

Pag. 232 — Explicit liber XII. Incipit liber XIII. Incipit: *Esse hoc perversorum proprium solet...* Desinit: *in suis vocibus securus non est.*

Pag. 242 — Explicit liber XIII. Incipit liber XIIII. Incipit: *Superiori huius operis parte tractavimus...* Desinit: *quanto ante iudicium diutius expectavit.*

Pag. 261 — Explicit liber XIIII. incipit liber XV. Incipit: *Quia amici beati iob nequaquam perversi esse potuerint...* Desinit: *sed etiam in aliis oderunt.*

Pag. 279 — Explicit liber XV. Incipit liber XVI. Incipit: *Qui contra veritatis verba in allegatione deficiunt...* Desinit: *opitulante deo latius disserantur.*

Pag. 297 — In expositione beati Iob moralia domni Gregorii papae urbis Romae per contemplationem sumpta libri sex. Pars quarta. libri XVII. Incipit: *Quotiens in sancti viri historia...* Desinit: *Quis poterit tonitrum magnitudinis illius intueri.*

Pag. 310 — Explicit liber XVII. incipit XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio sic nonnulla mystica...* Desinit: *in ipso suo fonte biberimus.*

Pag. 334 — Explicit liber XVIII. Incipit XVIIII. Incipit: *Quid mirum si eterna dei sapientia...* Desinit mancus post paucas periodos: *in eorum dictis atque consolationibus ab huius vitae fatigatione respirant...* (Vide edit. Benedict. tom. I. col. 604. D).

CODEX LXXXVII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 87, ET 35, INTERIORI VERO 258. PLUTEO EE.

Codex in folio maximo, longitudinis metri 49/₀, latitudinis 33/₀, membranaceus, paginarum 722, duplici exaratus columna characteribus latinis, de quorum aetate hoc a I. B. Fridericio notatum invenimus: *Codex Saeculi X, vel, si recentior, Saeculi XI. ineuntis, scriptus ad summum sub Theobaldo Casinensi Abbate anno circiter 1023. Librarii manus non procul distat ab illa Codicis 117.* Recensetur a Montfauconio sub numero 87, his verbis: *In Iob moralia S. Gregorii papae*; exteriori vero titulo notatur: *Gregorii Moralia Antiquissimis Characteribus Latinis.* Habet pro compactura quatuor folia pulcherrimi Lectionarii XI Saeculi desinentis, quae continent fragmentum Homiliae, cuius haec sunt ultima verba: *et tenentes humilitatis christi pignora temporalia; mansuetudinis premia ab eo capiamus aeterna*; homiliam B. Gregorii Papae, quae incipit: *Sicut ex lectione evangelica fratres audistis; caeli rege...* quae reperitur apud Combefis, Tomo I, pag. 581; aliam S. Augustini homiliam incipientem: *Nuper caelebravimus diem...* quae ibidem legitur, pag. 550; initium alterius homiliae eiusdem Sancti quae incipit: *Celebravimus ante hos dies sicut meminit sanctitas vestra...* edita a Caillau ex Codicibus Casinensibus, pag. 37., numero XIX; necnon fragmentum alterius sermonis, qui incipit: *Nomen ex greca lingua translatum... Orietur stella ex iacob...* tributi a Bandinio S. Augustino (*Bibl. Laur.* Tom. 1. col. 77.), et in editione Benedictina desiderati. Singulis quibusque lectionibus hisce apponuntur in fine Responsoria, tum etiam Antiphonae adsunt ad Psalmos, et Versus post quamlibet Lectionem cum notis, ex quibus colligit Gattula decantata ea fuisse cum notis: quod in compacturis aliorum plurium codicum etiam animadvertitur. Item apponitur, characteribus Gothicis Saeculi XV, Tabula, ad inveniendum Pascha ab anno 1406. ad 1919. Datur huius tabulae sequens explicatio: *Ymnus ad inveniendum pascha. Et nota quod unaquaque dictio servit pro uno anno. scilicet. quota est prima lictera uniuscuiusque dictionis in ordine* (recentiore charactere *abcd*). *Ad tot dies mensis Aprilis erit pascha. Set quando dictio finitur in m. tunc ipsa prima lictera illius dictionis servit pro mense martii. Et tunc numerabis a fine. Et nota quod inceptus fuit in ano millesimo quartocentesimo sexto. Et currit usque ad annum millesimum nogentesimum tricesimum septimum* (sic). *Et sic redeas a capite. in perpetuo duraturus. Ytem nota quod unusquisque versus costat ex decem et novem dictionibus corespondentibus aureo numero. Item ubi sunt tria punta rubea ibi erit annus bixestilis.* Deinde diverso charactere sequitur Index capitulorum ordinatorum per Alphabetum super Moralia S. Gregorii Papae in libro Iob.

Codici praefixa sunt quatuor folia quae continent: *Capitula ordinata per alphabetum super moralia Sancti Gregorii pape. In libro Iob*, recentiori charactere digesta, quae extant etiam in Cod. LXXII.

Pag. 1 — IN NOMINE DEI SUMMI. INCIPIT. LIBER MORALIUM. BEATI. GREGORII. PAPE. ROMANI. NUMERO. XXXV. SUMPTA. PER CONTEMPLATIONEM.

INCIPIT. EPISTOLA. EIUSDEM. AD. LEANDRUM. EPISCOPUM. IN EXPOSITIONE. LIBRI. IOB. Incipit: *Reverendissimo et sanctissimo fratri Leandro.....* Desinit: *mei quoque labor studii ex utraque fulciatur.*

Primum folium, quod deerat, recentiori charactere suffectum fuit. T. I. ed. Bened. col. I. *Opp*. S. Gregorii.

Pag. 3 — Incipit prologus. Incipit: *Christi ihesu gregorius servus...* Desinit: *et quasi sine labore inveniretur*. Deest in editis, at iam typis a nobis traditus supra pag. 271.

Explicit prologus. Incipiunt capitula. Liber primus. Sequitur series capitulorum. Deinde: Expliciunt capitula.

Incipit liber primus de moralibus beati gregorii pape. Incipit: *Inter multos sepe queritur quis libri...* Desinit: *a veneratione historiae non recedat*. Explicit liber I.

Pag. 21 — Incipiunt capitula Incipit liber secundus, et sequitur series capitulorum.

Pag. 21 — Expliciunt capitula. Incipit secundus. Incipit: *Scriptura sacra mentis oculis...* Desinit: *sublata tolleramus. Amen*. Ibi col. 37.

Pag. 42 — Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri III. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber III. Incipit: *Beatus iob ad mortem petitus.......* Desinit: *prout singula expetunt loca producamus*. Ibi col. 73.

Pag. 61 — Fere integro folio ab scripto vacuo relicto, sequitur: Incipiunt capitula libri quarti. Recensentur tituli capitum libri quarti.

Expliciunt capitula. Incipit liber IIII. Incipit: *Qui textum considerat...* Desinit: *et servus liber a domino suo*. Ibi col. 101.

Pag. 84 — Explicit liber quartus. Incipiunt capitula libri. Quintus. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber. V. Incipit: *Cum valde oculta sint...* Desinit: *adhuc in desideriis infirmatur*. Ibi col. 137.

Pag. 112 — Explicit liber quintus. Incipit capitula liber sextus. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula liber sextus. Incipit liber VI. Incipit: *Servata historie veritate....* Desinit: *sagittam fortiter dirigens. civem ferit*. Ibi col. 181.

Pag. 132 — Explicit liber VI. Incipiunt capitula libri VII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 133 — Expliciunt capitula liber VII. Incipit liber VII. Incipit: *Quorundam mentes plus flagella...* Desinit: *aura levitatis portat*. Ibi col. 211.

Pag. 150 — Incipiunt capitula liber octavus. Sequitur series capitulorum.

Pag. 151 — Expliciunt capitula. Incipit liber VIII. Incipit: *Precedenti iam libello tractavimus....* Desinit: *repente ad aeterna rapiuntur*. Ibi col. 241.

Pag. 180 — Explicit liber. VIII. Incipiunt capitula libri VIIII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 181 — Expliciunt capitula. Incipit liber. VIIII. Incipit: *Perverse mentes si semel.....* Desinit: *supplicia orroris aevadamus. Amen*. Ibi col. 287.

Pag. 210 — Explicit liber. VIIII. Incipiunt capitula libri X. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber X. Incipit: *Quotiens in arene spectaculum....* Desinit: *quoque intercessione respirat*. Ibi col. 337.

Pag. 227 — Incipiunt capitula libri. XI. Recensentur tituli capitum huius libri.

Expliciunt capitula. Incipit liber XI. in expositione beati iob. Incipit liber XI. Incipit: *Quamvis in prolixo opere...* Desinit: *per carnalem huc delectationem venit*. Ibi col. 365.

Pag. 245 — Incipiunt capitula libri. XII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber XII. Incipit: *Mos iustorum est...* Desinit: *cordis simplicitate laudavit*. Ibi col. 391.

Pag. 259 — Explicit liber. XII. Incipiunt capitula libri XIII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber. XIII. Incipit: *Esse hoc perversorum...* Desinit: *vocibus securus non est*. Ibi col. 417.

Pag. 271 — Explicit liber XIII. Incipiunt capitula libri XIIII. Sequitur series capitulorum.

Incipit liber. XIIII. Incipit: *Superiori huius operis pertractavimus...* Desinit: *iudicium diutius expectavit*. Ibi col. 435.

Pag. 290 — Explicit liber XIIII. Incipiunt capitula libri. XV. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber XV. Incipit: *Quia amici beati iob...* Desinit: *sed etiam in aliis oderunt*. Ibi col. 459.

Pag. 309 — Explicit liber. XV. Incipiunt capitula libri. XVI. Sequitur series capitulorum.

Pag. 310 — Expliciunt capitula liber XVI. Incipit liber XVI. Incipit: *Qui contra veritatis verba*... Desinit: *opitulante deo latius disserantur*. Instigo adoleo offero. Ibi col. 501.

Pag. 328 — Explicit liber XVI. feliciter, et iterum rubro colore: Explicit liber. XVI. Incipiunt capitula libri XVII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 329 — Incipit liber. XVII. Incipit: *Quotiens in sancti viri historia*... Desinit: *magnitudinis. illius. intueri*. Ibi col. 533.

Pag. 342 — Explicit liber septimus decimus. Incipiunt capitula libri. XVIII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 343 — Expliciunt capitula. Incipit liber XVIII. Incipit: *Plerumque in sacro eloquio*... Desinit: *suo fonte biberimus*. Ibi col. 557.

Pag. 370 — Explicit liber XVIII. Incipiunt capitula libri. XVIIII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber. XVIIII. Incipit: *Quid nimirum si aeterna*... Desinit: *subsequentium credebant*. Ibi col. 603.

Pag. 389 — Explicit liber. XVIIII. Incipiunt capitula libri XX. Sequitur series capitulorum.

Pag. 390 — Explicit capituli. Incipit liber vigesimo. Incipit: *Quamvis omem scientiam*... Desinit: *operis vacuare videamur*. Ibi col. 635.

Pag. 417 — Explicit liber XX. Incipiunt capitula libri. XXI. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber XXI. Incipit: *Intellectus sacri eloquii*.... Desinit: *eius ira quae purgat*. Ibi col. 675.

Pag. 430 — Explicit liber XXI. et post fere integram paginam, ab scripto vacuam relictam, sequitur: Incipiunt capitula libri. XXII. Recensentur tituli capitum libri XXII.

Pag. 431 — Expliciunt capitula. Incipit liber XXII. Incipit: *Quot a me sepe*... Desinit: *ferventiore proferuntur. Amen*. Ibi col. 695.

Pag. 451 — Explicit liber XXII. Incipiunt capitula libri XXIII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber. XXIII. Incipit: *Prefationem huius operis*... Desinit: *fugiens solidius vivat*. Ibi col. 729.

Pag. 468 — Explicit liber XXIII. Incipiunt capitula libri. XXIIII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber. XXIIII. Incipit: *Heliu vim superne*... Desinit: *gravis innotescitur*. Ibi col. 759.

Pag, 484. — Explicit liber. XXIIII. Incipiunt capitula libri. XXV. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula libri. XXV. Incipit liber. XXV. Incipit: *Ipsa humane conditionis*... Desinit: *exordia honoris ignorat*. Ibi col. 787.

Pag. 500 — Explicit liber vigesimus. V. Incipiunt capitula libri. XXVI. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula libri XXVI. Incipit liber. XXVI. Incipit: *In locutionibus suis*... Desinit: *ne inmoderatius extendamus*. Ibi col. 811.

Pag. 527 — Explicit liber. XXVI. Incipit liber XX. septimus. Incipiunt capitula libri XXVII. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber XXVII. Incipit: *Quisquis de magnis dictis*... Desinit: *arborem non invenerunt*. Ibi col. 853.

Pag. 544 — Explicit liber XXVII. Incipit liber XX. octavus. Incipiunt capitula libri XXVIII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 545 — Expliciunt capitula. Incipit liber XXVIII. Incipit: *Post damna rerum*... Desinit: *temptationis in corde*. Ibi col. 891.

Pag. 560 — Explicit liber XXVIII. Incipiunt capitula libri XXVIIII. Sequitur reries capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber XXVIIII. Incipit: *Dominus deus noster*... Desinit: *cur haec pateris nescis*. Ibi col. 917.

Pag. 583 — In fere integra pagina alba legitur: Explicit liber XXVIIII, deinde sequitur: Incipiunt capitula. libri XXX. Recensentur tituli capitum huius libri.

Explicit capituli libri. XXX. Incipiunt liber. XXX. Incipit: *Beatus iob talia*... Desinit: *in illo robustius stat*. Ibi col. 955.

Pag. 608 — Explicit liber trigesimus. Incipiunt capitula libri. XXXI. Sequitur series capitulorum.

Expliciunt capitula. Incipit liber trigesimo

PRIMUS. Incipit: *In paradisum sano homini....* Desinit: *se humiliter subdat.* Ibi col. 995.

Pag. 641 — EXPLICIT LIBER XXXI. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XXXII. Sequitur series capitulorum.

EXPLICIT CAPITULI. INCIPIT LIBER XXXII. Incipit: *Sancti viri quo...* Desinit: *super caelos regnet.* Ibi col. 1045.

Pag. 662 — EXPLICIT LIBER XXXII. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XXXIII. Sequitur series capitulorum.

Pag. 663—EXPLICIUNT CAPITULI. INCIPIT LIBER XXXIII. Incipit: *Antiquo hosti...* Desinit: *citius unda lacrimarum.* Ibi col. 1075.

Pag. 689 — EXPLICIT LIBER. XXXIII. INCIPIT LIBER. XXXIIII. Incipit: *Quia ex hoc mundo....* Desinit: *humilitatem tuentur.* Ibi col. 1115.

Pag. 707 — EXPLICIT LIBER TRICESIMUS QUARTUS. INCIPIUNT CAPITULA LIBRI. XXXV. Sequitur series capitulorum.

Pag. 708 — EXPLICIUNT CAPITULI. INCIPIT LIBER TRICESIMO QUINTO. Incipit: *Quia iste ultimus....* Desinit: *pro me lacrimas reddit. Deo gratias. Amen.* EXPLICIT LIBER XXXV. Ibi col. 1143.

CODEX LXXXVIII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 88 ET 288, INTERIORI VERO 673.
PLUTEO OO.

Codex membranaceus, in folio, longitudinis meri 33/₀, latitudinis 25/₀, characteribus Gothicis saec. XV. pag. 928, quae duplici columna exaratae sunt. Continet *Summam Magistri gulielimi super quatuor libros sententiarum*. Citatur a Montfauconio sub eodem numero 88, et sub titulo quo exterius notatur: *Guillelmus super quatuor libros sententiarum*. Gulielmus Cave in *Scriptorum ecclesiasticorum Historia litteraria* citat *Commentarium in IV. libros Sententiarum*, Parisiis editum 1500, compositum a Gulielmo, natione Gallo, S. Theologiae in Academia Parisiensi Professore, et postea Episcopo Autissiodorensi, qui claruit anno 1206; aliud Commentarium in IV libros Sententiarum Tritemius, Du Pin, Moreri, Guillelmo origine Anglo, Ordinis Minoritarum, Scoti Magistro, tribuunt. Guillelmus iste circa annum 1270 claruit. Guillelmus Vorilongus, Ordinis Minoritatum, vir eruditissimus, saeculo XV praedictos libros commentario quoque ornavit, quod in lucem prodiit Lugdun .1484, Paris. 1503, et Venet. 1519. Nullum horum Auctorum prae manibus habentes, initium et finem librorum dabimus, aliis postea disquisitionibus indagaturi, utrum praesens opus editione aut collatione egeat. Ad calcem primae paginae manu recenti scriptum est: *Guidone super sententie*. Codex habet pro compactione fragmentum *Historiae translationis Sancti Mauri*, auctore Odone, in *Actis Sanctorum* Bollandi, Tomo I, pag. 1051, editae.

Pag. 1 — INCIPIT SUMMA MAGISTRI GULIELIMI. SUPER IIIIOR. LIBROS SENTENTIARUM. I. Incipit: *Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium sicut enim naturali dilectione diligitur deus propter se ipsum super omnia. ita fide acquiescitur prime veritati super omnia propter se. ideo nichil certius fide. et ita fides cum nichil certius habeat. probari non potest. et ideo dicit apostolus quod fides est argumentum non conclusio. probans non probatum. Magistri ergo immo sancti perverse videntur agere cum rationibus humanis nituntur probare fidem. vel articulos fidei. cum fides secundum apostolum sit tanquam probans non probatum. argumentum non conclusio videntur etiam evacuare meritum fidei. quia dicit. beatus Gregorius. fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. ipsi vero nituntur prebere experimentum fidei et ita videntur evacuare meritum fidei. Solutio triplici ratione ostenditur fides. prima est quia res naturales argumentant fidem.... et de predestinatione et voluntate dei.*

Pag. 3 — PROBATIO QUOD DEUS EST PRINCIPIUM. Incipit: *Primo debemus ostendere deum esse rationibus. idest. principium rerum esse...* Desinit liber primus: *Quia in prima hoc verbum est significat tempus confuse in conclusione determinate.*

Pag. 113 — LIBER II. Incipit: *Ante quam dicamus de creatione mundi videndum est de exemplari per eius imitationem factus est mundus ille sensibilis...* Desinit: *ex hoc patet quod oportet dici propter prohibitionem illam omnia peccata esse equalia.*

Pag. 257 — LIBER III. Incipit: *Dicto de peccatis quibus homo lapsus est in perditionem dicendum est de reparatione scilicet. de filio dei...* Desinit: *Si autem scit propositum nequiter iudicasse. non debet ei obedire in ista parte.*

Pag. 727 — LIBER IIII. Incipit: *Dicto de preceptis et iudiciis consequenter dicendum est de sacramentis. circa que primo videndum est. quid sit sacramentum...* Desinit: *que preparavit deus hiis qui diligunt eum vel illum. Illa gaudia nobis prestare dignetur. ihesus christus dominus noster. qui cum patre et spiritu sancto. vivit et regnat. per omnia secula seculorum. Amen.*

CODEX LXXXIX.

SIGNATUS NUMERO EXTERIORI 82 INTERIORI VERO 262.
PLUTEO DD.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 38/₀, latitudinis 25/₀, paginarum 678 duplici columna, characteribus XIV Saeculi exaratus. Pro titulo exteriori habet: *Gulielmi Durantis Speculum iudiciale*, sub quo titulo et numero a Montfauconio recensetur. Continet: *Speculum iudiciale Gulielmi Durandi*, qui fuit episcopus Mimatensis, auditor et discipulus Henrici de Segusia, Cardinalis Ostiensis, *Domini papae subdiaconus et cappellanus inter decretorum professores* non *minimus*, ut ipse ait in praefatione, qua anno 1271, Adriano Papae V, adhuc Ottobono Sancti Adriani diacono Cardinali, suum Opus dedicavit; sed iuris *Speculator* oculatissimus, utriusque censurae omnium calculo haud dubie princeps. Ex marginarum notulis videtur hic Codex ad quemdam iurisconsultum pertinuisse, antequam inter huius Bibliothecae Codices annumeraretur. Habet pro compactione duo folia Homiliarii XI Saeculi ad finem vergentis, quae continent partem Homiliae Sancti Gregorii Magni in Evangelium: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum... Quia Dominus ac redemptor noster..*; initium Homiliae eiusdem in Evangelium: *Cum audieritis praelia... Dominus ac redemptor noster..*; fragmentum Homiliae eiusdem in Evangelium: *Cum audieritis praelia et seditiones... Quia longius ab urbe digressi sumus...* Duo alia folia Bibliae XI Saeculi ineuntis, compactioni pariter inservientia, continent fragmenta Isaiae Prophetae, scilicet, Capita 20, 21, 33 integra, et partes Capitum 19 et 22, 30 et 35.

In prima pagina adest initialis litera, quae exhibet Gulielmum genibus Cardinalis Ottoboni sedentis, provolutum, eique Opus suum, quod manibus gerit, offerentem.

Pag. 1 — In nomine domini et gloriose virginis matris eius speculum iudiciale a magistro guillelmo duranti conpositum. Incipit.

Reverendo in christo patri suo domino octobono dei gratia sancti adriani diacono cardinali, guillelmus duranti domini pape subdiaconus et cappellanus inter decretorum professores minimus cum reconmendatione sui utriusque hominis miraculorum. idest. anime et corporis. ut de cond. di. IIII. non ex quo. B. hominis sospitatem et cum debita correctione perspicaciter speculari ac salubriter attendere presens opus. Cum editione Veneta anni 1602 Codicem contulimus.

Incipit: *De trono dei procedunt fulgura voces atque tonitrua...* Desinit: *humiliter postulans et devote.* Ibi Tomo I. pag. 1.

Pag. 2 — Prima particula. *Prime autem partis Capitula sunt hec.* Sequitur series capitum primae partis. Ibi pag. 8.

Pag. 3 — Incipit: *Quoniam parum esset nosce iura......* Desinit: *et de salariis.* Ibi pag. eadem.

Rubrica.. De iudice delegato. Incipit: *Iusta promissionis ordinem...* Desinit: *et. §. penultimo et finali.* Ibi pag. eadem.

Pag. 11 — De legato. Incipit: *Quoniam legati officium...* Desinit: *ver. quid sit legatus et sequent.* Ibi pag. 30. In pag. 21 Cod. haec legitur nota marginalis: *Vidi de facto pro quodam de sarno. ordinato.... statuta tempora. et queritur an episcopus posset dispensare et dic quod non ut hic.*

l. 9. §. *nunc vel episcopum.* Ibi pag. 50 secunda columna.

Pag. 26 — Rubrica. De dispensatione. Incipit: *Premisimus que circa forum contenciosum... Dispensatio est provida...* Desinit: *ut XXIII. q. IIII. ecce.* Ibi pag. 58.

Pag. 50 — In margine: *Rubrica. de iudi e ordinario.* Incipit: *Videamus quis dicatur... Ordinarius est....* Desinit: *ut extra. de rescript. siscitatus.* Ibi pag. 98.

Pag. 51 — In margine: *Rubrica. de auditore.* Incipit: *Auditor est is...* Desinit: *secundum Goffredum.* Ibi pag. 100.

In margine legitur: *Rubrica. De assessore.* Incipit: *Ad huius materie... Assessor est is quem...* Desinit: *iu. secundum Ubertum.* Ibi pag. eadem.

Pag. 52 — De arbitris. Incipit: *Dictum est supra... Arbiter est qui de parcium consensu...* Desinit: §. *finali versu cum autem.* Ibi pag. 102.

Pag. 66 — De iurisdictione omnium iudicum. Incipit: *Expedito tractatu de iudicibus...* Desinit: *ad se asserit pertinere.* Ibi pag. 133.

Pag. 70 — De officio omnium iudicum. Incipit: *Que ad perpetuam memoriam... dicamus Officium...* Desinit: §. *qui depositi.* Ibi pag. 140.

Pag. 72 — Ad haec verba : *Porro si officio iudicis... ut si mihi furtum fit, et nescio per quem sacerdos me petente ex officio suo potest excomunicare furem incertum...* haec legitur nota in margine: *Nota istud cotidianum esse in ecclesia Theatina.* Ibi pag. 143 posteriori columna.

Pag. 80 — De recusatione. Incipit: *Dicto de iudicibus... Recusatio est...* Desinit: *versu facta igitur.* Ibi pag. 155.

Pag. 85 — Incipit secunda particula. et primo de Actore. Incipit: *Expedito tractatu de iudicibus...* Desinit: *q. I. si quis neque.* Ibi pag. 165.

Pag. 96 — In margine: *Rubrica. De Reo.* Incipit: *Dicto de exceptionibus contra actorem...* Desinit: *quidam existimaverunt.* Ibi pag. 184.

Pag. 98 — In margine: *Rubrica. de accusatore.* Incipit: *Viso de actore videndum est de accusatore...* Desinit: *infra de accus.* §. *tertio.* Ibi pag. 188.

Pag. 102 — De accusato. Rubrica. Incipit: *Viso de exceptionibus...* Desinit: *versiculo si precedens.* Ibi pag. 200.

Pag. 103 — Incipit. III. particula de hiis qui alieno nomine in iudicio interveniunt. Rubrica. Incipit: *Satis utiliter de exceptionibus....* Desinit: *vers. sed pone.* Ibi pag. 201.

In margine: *De procuratore.* Incipit: *Inter eas personas... Ratione igitur sui....* Desinit: *set pone mutuavi.* Ibi pag. 203.

Pag. 118 — Deficiente rubrica, incipit: *Sciendum est quod quedam...* Desinit: *quest. IIII. cap. I. et II.* Ibi pag. 230.

Pag. 119 — In margine superiori: *De defensore.* Incipit: *Defensor est is.....* Desinit: *causam. questio. II.* Ibi pag. 231.

In margine superiori: *De excusatore.* Incipit: *Excusator est is...* Desinit: *extra. de accus. veniens.* Ibi pag. 233.

In margine: *De syndico.* Incipit: *Sindicus grece....* Desinit: *nuntium specialem et c. ut supra.* Ibi pag. eadem.

Pag. 122 — (De yconomo. Rubrica). Incipit: *Quid sit yconomus...* Desinit: *collige ex predictis.* Ibi pag. 238.

Deficiente rubrica incipit: *Contra auctorem universitatis.....* Desinit: *instrumentum vero.* Ibi pagin. 239.

Pag. 123 — (De Orphanotropho. Rubrica.) Incipit: *Orphanotrophis pauca....* Desinit: *versiculo sunt etiam.* Ibi pag. 241. In eadem pagina desunt rubricae titulorum: *De vicedomino, de Vicecomite, de Tutore.* Incipit: *Vicedominus... Ultimo loco.... Frequenter se tutores...* Desinit: §. *postremo. versu. set pone.*

Pag. 129 — In margine superiori, aliena manu, ut frequenter accidit: *De curatoribus.* Incipit: *Viso de tutoribus...* Desinit: *versiculo quod si nullus.* Ibi pag. 252.

Pag. 132 — Non indicatur initium quartae particulae, quae in pag. 3. Codicis postponitur capiti *de Advocato.* Rubrica vero *de Advocatis* legitur in margine superiori paginae sequentis. Incipit: *Compendio satis ac utiliter......* Desinit: *ex iniuncto. prope principium.* Ibi pag. 259.

Pag. 141 — (De Exordiis, et Arengis advocatorum. Rubrica.) Incipit: *Nunc de exordiis et arrengiis....* Desinit: *Vide infra in titulo de concilii requisitione.* Ibi pag. 271.

Pag. 150 — In margine inferiori: *Rubrica de* (testibus?). Incipit: *Nunc de. testibus aliqua... Ap-*

ponitur autem... Desinit: *si altera pars renunciat.* Ibi p. 283.

Pag. 177 — Haec datur nota marginalis, quae fertur ad agendi rationem iudicis, quando testes inter se discordant: *Nota pro questione domini Archi. de Ortona.* Ibi pag. 337.

Pag. 179 — DE TABELLIONE. Incipit: *Circa tabellionem.....* Desinit: *plenius informatur.* Ibi pag. 342.

DE EXECUTORE. RUBRICA. Incipit: *Nunc de executore pauca....* Desinit: §. *nunc vero.* Ibi pag. eadem.

DE SALARIIS. RUBRICA. Incipit: *Prelibatum est de personis... Dicturi ergo...* Desinit: *dicetur infra in titulo de magistris.* EXPLICIT PRIMA PARS SPECULI DEO GRATIAS. AMEN. Ibi pag. 343.

Pag. 185 — EXPLICIT LIBER PRIMUS. INCIPIT SECUNDA PARS HUIUS OPERIS ORDINEM IUDICIARIUM IN CIVILIBUS CAUSIS COMPLECTENS. Incipit: *Sancti spiritus gratia suffragante...* Desinit: *celeriter properemus.* Ibi Tomo II. pag. 355.

INCIPIT PRIMA PARTICULA ET PRIMO DE PREPARATORIIS IUDICIORUM. RUBRICA. Incipit: *Bene est ut prius....* Desinit: *questione. IIII. qui sacramento.* Ibi pag. eadem.

Pag. 186 — DE ACTIONE SEU PETICIONE. RUBRICA. Incipit: *Quoniam de iudiciorum... Utrum actio....* Desinit: *vers. Item cum obes.* Ibi p. 357.

Pag. 197 — DE CESSIONE ACTIONIS. Incipit: *Quia sepe in iudiciis.....* Desinit: *ver. postremo et sequenti.* Ibi pag. 378.

Pag. 203 — DE COMPETENTIS IUDICIS ADDITIONE. Incipit: *Iuxta propositionis ordinem...* Desinit: *ne quid no. fi. l. unica.* Ibi pag. 392.

Pag. 204 — Legitur haec nota in margine: *Nota pro iudicibus nole*, quae refertur ad haec verba Codicis: *Quid si privati consentiunt in illum qui nullam habet iurisdictionem.* Ibi pag. 395. col. priori, circa finem.

Pag. 208 — DE RESCRIPTI PRESENTACIONE RECEPCIONE ET IMPUGNACIONE. Incipit: *Exhibitio et receptio rescripti...* Desinit: *dominicalis questio est.* Ibi pag. 403.

Pag. 218 — DE CITATIONE. Incipit: *Supra in titulo...* Desinit: *de dolo et contumacia cum dilecti.* Ibi pag. 427. In pag. 223, ad verba Cod. *In quibusdam enim locis quidam nuncii cum infulis rubris...* legitur in margine: *Nota pro platleariis Civitatis.* Ibi pag. 437. posteriori columna.

Pag. 229 — DE CONTUMATIA. RUBRICA. Incipit: *Quia peremptorie vocati...* Desinit: *de officio delegati consuluit.* Ibi pag. 450.

Pag. 233 — DE PRIMO ET SECUNDO DECRETO. RUBRICA. Incipit: *Quoniam supra titulo...* Desinit: *si finita.* §. *si forte.* Ibi pag. 460. In pag. Codicis 244, legitur haec nota marginalis: *Nota presentem aureum locum pro creditoribus condam Antonii palmeroni*, quae referenda videtur ad haec verba: *Quod si nullus defensor appareat constituetur curator...* Ibi pag. 480, priori col. circa medium.

Pag. 249 — DE COMPARITIONE IN TERMINO. Incipit: *In precedenti titulo...* Desinit: *de competentis iudicis aditione.* §. *finali.* Ibi pag. 491.

Pag. 250 — DE LIBELLI OBLATIONE. Incipit: *In precedenti titulo docuimus.....* Desinit: *consequenter dicamus.* Ibi pag. 492.

DE DILATIONIBUS. Incipit: *Quia libello recepto...* Desinit: *de in integrum restitut. ex litteris.* Ibi pagin. 493.

Pag. 255 — DE FERIIS. Incipit: *In precedent titulo....* Desinit: *in forma autem et sequenti.* Ibi pag. 505.

Pag. 258 — DE RECUSATIONE. Incipit: *In precedentibus.....* Desinit: *supra de recusatione.* Ib pag. 509.

DE EXCEPTIONIBUS ET REPLICATIONIBUS. Incipit: *Quoniam sepe reis...* Desinit: *vers. sed de qua.* Ibi pag. 509. In pag. 271 ad verba: *Item nota secundum Ubertum de bobio et Iohannem de deo quod advocatus qui timet de principali debet differre causam...* legitur in margine: *Nota pro Nino de paterno*, et in margine inferiori alia manu: *Nota vias malignandi propter quas causa potest multum prorogari.* Ibi pag. 532. priori columna.

Pag. 272 — DE SATISDATIONIBUS. Incipit: *Quoniam oblato libello...* Desinit: *vers. porro quia.* Ibi pag. 535.

Pag. 277 — DE INTERROGATIONIBUS QUE FIUNT ANTE LITIS CONTESTACIONEM. Incipit: *Quoniam petitorium iudicium.....* Desinit: *in pertractandis.* Ibi pag. 544.

Pag. 279 — In margine: *De reconventione. Rubrica.* Incipit: *Quia sepe prestitis cautionibus.......* Desinit: *l. I.* §. *finali.* Ibi pag. 548.

Pag. 281 — De incidentibus questionibus et de ordine cognitorum. Incipit: *Sepe plures in iudiciis......* Desinit: *de ordine cognitorum.* Ibi pag. 553.

Pag. 283 — In margine legitur: *De petitorio et possexorio et spoliatione. Rubrica.* Incipit: *Superest ut aliqua......* Desinit: *Cap. II. secundum Petrum de samp.* Ibi pag. 556. In pag. Codicis 286, legitur in margine: *feci fieri de facto cuidam de sancto paulo.* Haec nota refertur ad verba: *Postremo not. consilium sapientum circa interdictum.* Ibi pag. 562, priori col. circa finem.

Pag. 287 — Incipit secunda particula huius secunde partis de litis contestatione. Incipit: *In prima huius partis....* Desinit: *vers. penultimo.* Ibi pag. 565.

Pag. 290 — De iuramento calumpnie. Incipit: *Quoniam statim facta.....* Desinit: *precedenti ver. item not.* Ibi pag. 572.

Pag. 295 — De positionibus. Incipit: *Quoniam post iuramentum....* Desinit: *hoc exprimere debet.* Ibi pag. 582.

Pag. 307 — De confessionibus. Incipit: *Quia factis positionibus.....* Desinit: *in predict. l. maxime.* Ibi pag. 606.

Pag. 311 — De probacionibus. Incipit: *In superiori......* Desinit: *non sunt facte et sequent.* Ibi pag. 618.

Pag. 318 — De articulorum exhibitione et testium productione. Incipit: *Qualiter autem....* Desinit: *non ducimus refricandum.* Ibi pag. 631.

De instrumentorum eductione. Incipit: *Dicto de probatione.....* Desinit: *secundum formam predictam.* Ibi.

Pag. 347 — In margine: *Rubrica. De executoribus ultimarum voluntatum.* Incipit: *Nunc vero aliqua...* Desinit: *vel codicillis.* Ibi.

Pag. 360 — De inventario. Incipit: *Dicto impugnatione....* Desinit: *de bon. prescriptionibus. si quis.* Ibi pag. 631.

Pag. 363 — De presumptionibus. Incipit: *In precedentibus......* Desinit: *et §. videndum versic. quidem.* Ibi pag. 738.

Pag. 364 — De iureiurando. Incipit: *Quoniam ob defectum plene.....* Desinit: *titulo de iureiurando.* Ibi pag. 744.

Pag. 365 — De disputationibus. et allegationibus advocatorum. Incipit: *Quoniam testibus publicatis...* Desinit: *titulo proximo iam dicetur.* Ibi pag. 746.

Pag. 372 — De conclusionibus et renuntiationibus. Incipit: *Finitis partium allegationibus...* Desinit: *versiculo qualiter autem.* Ibi pag. 757.

Pag. 375 — De requisitione consilii. Incipit: *Quoniam* (in margine: *iuribus*) *parcium auditis....* Desinit: *et parcium reformatio continebuntur.* Ibi pag. 755.

Pag. 377 — De peticione sententie et eius cautela. Rubrica. Incipit: *Quoniam disputatione super...* Desinit: *§. finali ad finem.* Ibi pag. 769.

Pag. 378 — In margine: *De relacionibus.* Incipit: *Sepe contingit quod...* Desinit: *intimasti in fine.* Ibi pag. 370.

Pag. 379 — De remissionibus. Rubrica. Incipit: *Sequitur videre.....* Desinit: *ratione forme.* Ibi pag. 773.

Pag. 383 — Incipit tertia particula de prolacione sententie et hiis que ipsam secuntur. Incipit: *Quoniam deliberacione...* Desinit: *hoc reddit ad idem.* Ibi pag. 779. In pag. Codicis 393, haec occurrit nota in margine: *Nota que hic dicuntur. quia in civitate beneventana contra. et cetera. locum habuerunt et dominus Petrus de talgata* (?) *Rector tunc Beneventanus sopleniter et caritative ex suo officio restituit quendam Sapientem Virum ad famam. in qua per calumpniam fuit per emulos labefactus. cuius domini Petri anima requiescat in paradiso.*

Pag. 398 — De sententie executorie. Incipit: *Quia non sufficit....* Desinit: *restitutione sciscitata.* Ibi pag. 817.

Pag. 405. — De appellationibus. Incipit: *Quoniam valida sententia....* Desinit: *C. de temp. app.* Ibi pag. 832.

Pag. 427 — De in integrum restitucione. Incipit: *In precedenti titulo....* Desinit: *lege unica in fine.* Ibi pag. 889.

Pag. 433 — In margine: *De supplicatione.* Incipit: *Preter appellationem...* Desinit: *et obli. constitutionibus.* Ibi pag. 902.

Pag. 434 — De expensis. Rubrica. Incipit: *Ad hunc* (huius) *partis tractatum......* Desinit: *Item si contempnat......* *titulo proximo. §. I. vers. I.* Ibi pag. 903.

Pag. 444 — Explicit liber secundus. Incipit liber tercius. Incipit: *Superius in parte precedenti... Nobis de accusatione...* Desinit: *et in titulo de accusato.* Ibi Tomo III. pag. 3.

Pag. 454 — De denunciatione. Incipit: *Sepe aliquorum crimina...* Desinit: *ut supra.* §. *proximo. dixi.* Ibi pag. 23.

Pag. 455 — De inquisitione. Rubrica. Incipit: *Quoniam sepe post...* Desinit: *de elect. ut preterite.* Ibi pag. 26.

Pag. 465 — Desideratur rubrica in Codice. Incipit: *Non numquam crimen.....* Desinit: *de elect. quod sicut.* Ibi pag. 43.

Pag. 466 — De notoriis criminibus. Incipit: *In precedentibus de modis.....* Desinit: *inquisitionis ad finem.* Ibi pag. 43.

Pag. 469 — (De abolitione et purgatione). Incipit: *Postquam de criminibus...* Desinit: *eo. ex tuarum.* Explicit liber tercius de speculo iudiciali. Ibi pag. 53. Tres columnas sine scriptura reliquit amanuensis.

Pag. 473 — Incipit liber IIIIus. de libellorum conceptione. Incipit: *Formavit deus hominem....* Desinit: *in aureo ropertorio titulo de libel. oblat.* Ibi pag. 56.

Pag. 483 — De summa trinitate et fide catholica. Incipit: *Satis utiliter super...* Desinit: *de hoc dicemus.* Ibi pag. 78.

De constitutionibus libellus. Incipit: *Constitutiones quedam sunt...* Desinit: *XXV. q. I. nulli.* Ibi pag. 76.

Pag. 484 — De Rescriptis. Rubrica. Incipit: *Sciendum est quod...* Desinit: *prescripta formari libellus.* Ibi pag. 81.

De consuetudine libellus. Incipit: *In consuetudine sic...* Desinit: *et sequenti.* Ibi pag. 82.

De postulacione. Rubrica. Incipit: *Postulacio est gratie.....* Desinit: *eligimus et postulamus.* Ibi pag. 83.

Pag. 485 — De eleccione. Rubrica. Incipit: *Quoniam hec materia...* Desinit: *reperire docebit.* Ibi pag. 83.

Pag. 492 — De transaccione. Rubrica. Incipit: *In hac materia...* Desinit: *de cleric. excom. illud.* Ibi pag. 95.

Deficiente rubrica, incipit: *Sic libellus concipitur...* Desinit: *q. III. arcaldus.* Ibi pag. 96.

De renuntiatione. Rubrica. Incipit: *Quando et quibus...* Desinit: *causa per totum.* Ibi pag. eadem.

De supplenda negligentia prelatorum. Rubrica. Incipit: *Sic concipe...* Desinit: *necessarii libelli.* Ibi pag. eadem.

De etate et qualitate et ordine preficiendorum. Rubrica. Incipit: *Potest sic...* Desinit: *infra de privileg.* Ibi pag. eadem.

De sacra unccione. Incipit: *Sciendum est...* Desinit: *libellus necessarius.* Ibi pag. 97.

Pag. 493 — De filiis presbyterorum. Rubrica. Incipit: *In hoc titulo...* Desinit: *inter ceteras.* Ibi pag. eadem.

De servis non ordinandis et eorum manumissione. Incipit: *Sic in hac materia...* Desinit: *pro l. I.* Ibi pag. 98.

Pag. 494 — De obligatis ad ratiocinia. Concordat cum editione hoc Caput, necnon et sequentia, quorum sequuntur rubricae: *De corpore viciatis. De bigamis. Rubrica. De clericis peregrinantibus. Rubrica. De officio archidiaconi. Rubrica. De officio archipresbyteri. Rubrica. De officio vicarii. De officio delegati. De officio ordinarii et de maioritate. et obedientia. Rubrica. De officio iudicis. Rubrica. De treuga et pace. De pactis et transactionibus. De postulandis. Rubrica. De procuratoribus. De hiis que metus causa fiunt. Rubrica. De in integrum restitutione. De alienatione iudicis mutandi causa facta. Rubrica. De arbitris.* Ibi pag. 100 et sequentibus.

Pag. 503 — De iudiciis. Rubrica. Incipit: *Haec rubrica...* Desinit haec particula, quae in Codice rubricam specialem non habet: *de edic. instru.* §. *nunc autem.* Ibi a pag. 118 ad pag. 201. Concordant tituli cum editione, propterea eorum rubricas solummodo lectori offerimus: *De ordine cognitionum. De plus peticionibus. De causa possessionis et proprietatis. Rubrica. — De proprietate. Rubrica. Sequitur videre de secunda parte rubrice scilicet.... in titulo de iudic. — De restitutione spoliatorum. Rubrica. De dolo et contumacia. Rubrica. De eo qui mittitur in possessionem: causa rei servande. Rubrica. Ut lite pendente nihil innovetur. Rubrica. De sequestratione possessionum et fructuum. Rubrica. De confessis. Rubrica. De probationibus. Rubrica. De fide instrumentorum. Rubrica. De iure iurando. Rubrica. De prescriptionibus. Rubrica. De sententia*

et re iudicata. Rubrica. — De appellationibus. Rubrica. Cum variis causis... de testa. raynucius. — De peregrinantibus. De confirmatione utili, vel inutili. Rubrica.

Pag. 541 — Non indicatur initium particulae IV, nec datur rubrica: *De vita et honestate clericorum.* De cohabitatione clericorum et mulierum. Incipit particula: *Clericorum honestatem prelatorum cure relinquimus...* Desinit concordans cum editione, quoad initium et finem Capitum, quorum rubricas damus: *et inde toto anno leges. audivit.* Ibi a pag. 201, ad pag. 439. *De clericis coniugatis. Rubrica. De clericis non residentibus in ecclesia vel prebenda. Rubrica. De prebendis et dignitatibus. Rubrica. De clerico egrotante vel debilitato. Rubrica. De institutionibus. Rubrica. De concessione poss. Rubrica. Ne sede vacante aliquid innovetur. Rubrica. De hiis que fiunt a prelato sine consensu capituli. Rubrica. De hiis que fiunt a maiori parte capituli. Rubrica. Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. Rubrica. De rebus ecclesie non alienandis. Rubrica. De precariis. Rubrica. De conmodato. Rubrica. De deposito. — De emptione et venditione. Rubrica. Bene est ut in hoc titulo... §. finali versiculo qui si emptor. — De locato. Rubrica.* (De emphyteusi. Rubrica) *De rerum permutatione. De feudis. Rubrica. Rubrica. De pignoribus et aliis caucionibus. Rubrica de fideiussoribus. De obligationibus et solutionibus. De donationibus. De peculio clericorum. Rubrica. De testamentis. Rubrica. De successoribus ab intestato. De sepulturis. Rubrica. De parochiis. Rubrica. De decimis. Rubrica. De regularibus et transeuntibus ad religionem. Rubrica. De conversacione coniugatorum. Rubrica. De conversacione fidelium* (infidelium). *Rubrica. De voto et voti redemptione. Rubrica. De statu monachorum. et canonicorum regularium. Rubrica. De religiosis domibus ut episcopo sint subiecte. Rubrica. De cappellis monachorum. Rubrica. De iure patronatus. Rubrica. De censibus et exaccionibus. Rubrica. De consecratione ecclesie et altaris. Rubriea. De ecclesiis edificandis. Rubrica. De immunitate ecclesiarum et cimiteriorum et rerum ad eas pertinencium. Ne clerici vel monachi secularibus negociis se immisceant. Rubrica.*

Pag. 642 — Incipit liber de sponsalibus et matrimoniis. Rubrica. Incipit: *Ad huius materie noticiam prenotandum est...* Coucordant capita quoad initium et finem cum editione. *De sponsalibus impuberum. Rubrica. De clandestina disponsatione. Rubrica. De sponsa duorum. Rubrica. De conditionibus appositis in desponsalibus vel aliis contractibus. Qui clerici. vel voventes matrimonium contrahere possint. De eo qui duxit in uxorem quam polluit per adulterium. De coniugio leprosorum. Rubrica. De coniugio servorum. De natis ex libero ventre. De cognatione spirituali. De cognatione legali. De eo qui cognovit consanguineam uxoris sue. De consanguinitate et affinitate. De frigidis et maleficiatis et impotentia coheundi. De matrimonio contra interdictum ecclesie contracto. Rubrica. Qui filii sint legitimi. Rubrica. Qui matrimonium accusare possunt. Rubrica. De divorciis. Rubrica. De donacionibus. inter virum et uxorem et de dote post divorcium restituenda. De accusationibus inquisitionibus et denunciacionibus. De calupniatoribus. Rubrica. Dc Simonia. Rubrica. De magistris. Rubrica. De iudeis et sarracenis. Rubrica. De hereticis. De sismaticis. De infantibus et languidis expositis. Rubrica. De homicidio. De adulteriis et stupro. De raptoribus et incendiariis et violatoribus. De furtis. Rubrica. De usuris. De crimine falsi. Rubrica. De sacrilegiis* (sortilegiis). *De clerico venatore. De clerico exomunicato vel interdicto ministrante. De inordinato ministrante. De novi operis nunciacione. De privilegiis et excessibus privilegiatorum. De iniuriis et dapno dato. De penis. Rubrica. De penitentiis et remissionibus. Rubrica. De sententia excomunicacionis.* Desinit vero libri quarti quarta particula: *ad quod nos perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen.*

Explicit speculum iudiciale magistri. Guillelmi Duranti. Deo gratias. Ibi a pag. 440 ad pag. 522.

CODEX XC.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 90 (OLIM 29) ET 227, INTERIORI VERO 535. PLUTEO T.

Codex membranaceus in folio parvo, longitudinis metri 31/₀, latitudinis 19/₀, constat paginis 256 characteribus Longobardis Saec. X., exterius inscriptus: *Auxilii Praesbyteri Etymologicon Linguae Latinae*. Quatuor folia habet in compactura; quorum duo, eius initio, exhibent fragmentum libri Apocalypsis, et vitae S. Constantii Episcopi et Confessoris, quae incipit: *Cum per omnes Italiae, immo totius occidentis partes beatissimi confessoris Benedicti....* Haec vita apud Bolland. legitur I. die Septembris. Ad calcem eius aliud fragmentum de passione S. Focae sub Traiano Imper., Apocalypsis, et initium vitae S. Silvestri Papae. Montfauconius sub numero 29 et sub eodem titulo eius meminit, T. I. pag. 220. D. Et pag. 219, hoc Auxilii opus appellat: *Amplissimus liber; ita ut non solum Etymologicon, sed etiam Dictionarium sit.* Nullum huius libri aliud exemplar occurrit in *Bibl. Laurentiana* et *Leopoldina*; et de eius auctore Fabritius in sua *Biblioth. Latina*, et Cave in *Biblioth. Script. Eccl.* silent. Cl. v. Franciscus Fogginius Bibliothecae Vaticanae custos, Placidum Fridericium, datis de hac re epistolis, monuit de alio Codice huius operis Auxilii in Vaticana existenti Saec. XI. signato n. 1469. Cardin. Mai quadam sua epistola Tostium docuit (*1843 Decemb.*) hoc Auxilii *Ethimologicon* concordare cum Codice Vaticano eodem titulo inscripto, a S. Isidoro fere totum excerpto. Sed miramur, virum cl. in talem ivisse sententiam, cum extra dubitationem perspectum sit, initium Ethimologicon Vaticani, ab eo in suo *Spicilegio Romano* exhibitum, omnino a Casinensi differre, et nihil in eo deprehendisse, quod ab Isidoro ablatum agnoscatur. Forte Auxilii *Etymologicon* lucem adhuc expectat.

Pag. 1 — In superiori margine Saec. XIV. manus inscripsit: INCIPIUNT FLOSCULI ETHIMOLOGUM BREVITER ABLATI AB AUXILIO PRESBYTERO. Hic titulus appositus est super alium iisdem verbis expressum, Codicique omnino coevum, cuius abrasio et litterae quaedam adhuc apparent, et declarant antiquitatem tituli. Deinde, capitali litera vario depicta colore, sed tempore detrita, incipit: *Alfa et Ω, quia nulla litera ante A. Nulla post Ω. Ita et Christus primus quia ante eum nichil est. et post eum nichil...*

Pag. 253 — Desinit: *Zona, cingulum, cinctorium. Zozamin. praeparatio. in aciem.*

Pag. 254 — Adsunt explicationes quaedam verborum S. Scripturae. Incipiunt: *Nequiter. indignitatur. Expectant. sustinentes. Possidebunt. hereditabunt.* Pag. 256 desiuunt: *Potentatibus. virtutibus. Benetinnientibus. iubilationis. Estus. calor. Estas cauma. Cete. bilbe.* Eadem pagina sequitur fidei professio per interrogationes et responsa. Incipit: *Quomodo credimus in Deum?* Desinit: *Ecce vox. et homo. et columba.* Si clare nobis innotuerit hoc *Etymologicon* Auxilii nondum aspexisse lucem, inter *Analecta Casinensia*, ad eruditorum et maxime lexicographorum utilitatem integrum erimus prolaturi.

PAGINA III.

Finit pf.

VERBUM DNI QUOD FACTUM EST AD OSEE FILIUM ... EIUSDEM BEERI. ... similiter.

Verbum dni quod in principio erat apud dm patrem et ds erat verbum.

COD. XCIV.

PAGINA LIV.

Incip prologus libr ...

Sufficiat michi voluminum magnitudo, que lib explanationem ... prophete ... ubi aliquid ... donum ...

COD. XCV.

PAGINA XLII.

XXIIII

Age iam etiam Iulius ... que ... scripta ... habebantur, cum his ... explicemus.

COD. XCVI.

PAGINA LXXVI

COD. XCII.

PAGINA XIV.

COD. XCI.

PAGINA CLXXIII.

LIT. CAS.



CODEX XCI.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 91 ET 303, INTERIORI VERO 162. PLUTEO MM.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 33/$_{0}$, latitudinis 26/$_{0}$, characteribus Longobardis Saeculi XI, foliorum 176, duplici columna paginis distinctis. Habet *Epistolarum Hieronymi tomum primum*; sed male, nam est secundus. Eum memorat Montfauconius sub eodem titulo et numero. Missalis Saec. XI. quatuor folia initio et fini ei adnectuntur. Incipit Epistolarum index a num. 79 et desinit ad 122. Codex mutilus est in fine.

Pag. 2 — Praeponitur in praecedenti pagina, in cuius initio scribitur recentiori manu: *Liber fratrum Casinensium. si quis eum furatus fuerit. vel hunc titulum deleverit sit Anathema*, series nominum, quibus Epistolae Hieronymi in hoc Codice contentae, inscribuntur, a numero LXXVIIII ad CXXII, ad finem cujus haec leguntur: EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI HUIUS. APOLOGETICUM HIERONIMI AD PAMACHIUM, quod caput erat Indicis. Deinde sic in hac pag. incipit: *Quod ad te hucusque non scripsi. causa...* Desinit: *vel lazarum sequi vel divitem*. S. Hieronymi *Opp*. T. I. col. 493. ed. Migne, cum qua hunc Codicem contulimus.

Pag. 24—HIERONIMUS. AD PAMMACHIUM. LXXX. Incipit: *Christiani interdum pudoris est...* Desinit: *universo loquatur hominum generi*. Ibi col. 511.

Pag. 25 — HIERONIMUS AD PAMMACHIUM ET MARCELLUM. LXXXI. Incipit: *Rursum orientalibus vos locupleto mercibus....* Desinit: *longo tempore arefacta moriantur*. Ibi col. 790.

Pag. 28 — HIERONIMUS. AD DOMNIONEM. Incipit: *Litterae tuae et amorem sonant periter et quaerelam...* Desinit: *soli cubitare non possunt. uxores ducere*. Ibi col. 512.

Pag. 32 — HIERONIMUS AD EUSTOCHIUM FILIAM SANCTAE PAULAE DE VIRGINITATE SERVANDA. Incipit: *Audi filia et vide. et inclina aurem tuam...* Desinit: *et flumina non cooperient eam*. Ibi col. 394.

Pag. 67 — HIERONIMUS AD ASELLAM DE FINCTIS AMICITIIS QUI SIBI DETRAHEBANT. LXXXIIII. Incipit: *Si tibi putem gratias referri posse non sapiam...* Desinit: *fluctusque maris tuis precibus mitigam*. Ibi col. 480.

Pag. 70 — HIERONIMUS AD VIRGINES EMONENSES. LXXXV. Incipit: *Charte exiguitas indicium solitudinis est....* Desinit: *oculus tuus nequam est?* Ibi col. 344.

Pag. 71 — HIERONIMUS AD DEMETRIADEM. LXXXVI. Incipit: *Inter omnes materias quas ab adulescentia.....* Desinit: *quarum imitatio forma virtutis est*. Ibi col. 1107.

Pag. 92 — HIERONIMUS. AD LETAM DE INSTITUTIONE FILIE. LXXXVIII (sic). Incipit: *Apostolus paulus scribens ad corinthios....* Desinit: *erudiam regnis caelestibus offerenda*. Ibi col. 867.

Pag. 103 — HIERONIMUS. AD FABIOLAM DE VESTE SACERDOTALI. Incipit: *Usque hodie in lectione veteris testamenti...* Desinit: *sed meis sum viribus estimandus*. Ibi col. 608.

Pag. 120 — HIERONIMUS. AD MATREM ET FILIAM IN GALLIA COMMANENTIBUS. XC. Incipit: *Retulit michi quidam frater e gallia...* Desinit: *ingenio ignoscat vel tempori*. Ibi col. 953.

Pag. 129 — HIERONIMUS. AD CASTORINAM MATERTERA(am). Incipit: *Iohannes idem apostolus et evangelista...* Desinit: *haec cum lecta fuerit. absolvet*. Ibi col. 546.

HIERONIMUS. AD FURIAM DE VIDUITATE SERVANDA. Incipit: *Obsecrans(as) litteris. et suppliciter de-*

precaris.... Desinit: *et numquam de secundis nuptiis cogitabis.* ibi col. 550.

Pag. 141 — HIERONIMUS. AD SALVINAM CONSOLATORIAM DE NEBRIDIO ET VIDUITATE SERVANDA. Incipit: *Vereor ne officium putetur ambitio...* Desinit: *et occultum iudicium legentium pertimesco.* Ibi col. 724.

Pag. 152 — HIERONIMUS AD AGGERUCIAM DE MONOGAMIA. Incipit: *In veterem viam. nobam semitam querimus.....* Desinit: *sub nomine tuo titulum possidebit.* Ibi col. 1046.

Pag. 167 — HIERONIMUS. AD HEDIBIAM QUESTIONES MANDAT NUMERO DUODECIM. CAPITULA. XCIIII. Incipit: *Ignota vultu fidei michi ardore notissima es...* Desinit: *et acceduntur extinguitur in nobis.* Ibi col. 981.

Pag. 197 — EXPLICIT AD HEDIBIAM QUAESTIONES. INCIPIUNT CAPITULA QUESTIONUM AD ALGASIAM. Ad finem capitulorum legitur: AD ALGASIAM QUESTIONUM. MMIKIΩN. INCIPIUNT QUESTIONIS HIERONIMI AD ALGASIAM. Incipit: *Filius meus apodemius qui interpretationem nominis sui...* Desinit: *postea mendacium. idest antichristum suscepturi sint.* Ibi col. 107.

Pag. 235 — EXPLICIT AD ALGASIAM QUAESTIONES NUMERUM. XI. INCIPIT AD MARCELLAM DE QUINQUE QUAESTIONIBUS NOVI TESTAMENTI VEL DE HIS QUI DOMINO OCCURSURI SUNT. HIERONIMUS. Incipit: *Magnis nos provocas questionibus et torpens otio...* Desinit: *describuntur apud quos esse dignatur.* Ibi col. 586.

Pag. 238 — EXPLICIT DE QUINQUE QUESTIONIBUS. ITEM AD MARCELLAM HIERONIMUS DE ONASO. Incipit: *Medici quos vocant chirurgicos crudeles putantur.....* Desinit: *ita et formosus et dissertus videri poteris.* Ibi col. 473.

Pag. 239 — HIEROMINUS MARCELLE DE HEBREICIS NOMINIBUS ET VERBIS. Incipit: *Nuper cum pariter essem non per epistolam...* Desinit: *ut avidius velis audire quae tacita sunt.* Ibi col. 430.

Pag. 240 — HIEROMINUS AD MARCELLAM DE X. NOMINIBUS QUIBUS APUD HEBREOS DEUS VOCATUR. Incipit: *Nonagesimum psalmum legens in eo loco...* Desinit: *habere possumus. ALKINACIKEBAC. Salonas.* Haec graeca verba ab amanuensi, fortasse graecae scripturae ignaro, male scripta sunt. Ibi col. 428.

Pag. 241 — ITEM AD MARCELLAM DE FIDE NOSTRA ET DOGMATA HERETICA. Incipit: *Testimonia de iohannis evangelio congregata...* Desinit: *quid sentirem a me volueris sciscitari.* Ibi col. 474.

Pag. 243 — EXPLICIT CONTRA MONTANUM. ITEM AD MARCELLAM DE BLASPHEMIA IN SPIRITUM SANCTUM INREMISSIBILE. CII. Incipit: *Brevis quaestiuncula quam misisti et aperta responsio est...* Desinit: *ut non tam epistolam quam commentariolum dictaremus.* Ibi col. 477.

Pag. 245 — HIERONIMUS AD MARCELLAM DETRACTORIBUS (sic) SUIS. IIII. Incipit: *Post priorem epistolam. in qua de hebraeis verbis...* Desinit: *secus omnem aquam ubi bos et asinus calcant.* Ibi col. 431.

Pag. 246 — HIERONIMUS. AD MARCELLAM DE MUNERIBUS. Incipit: *Ut absentiam corporum spiritus confabulatione...* Desinit: *cereos quoque accendisse sit gratum.* Ibi col. 480.

ITEM AD MARCELLAM DE URBE SECEDENDUM. Incipit: *Ambrosius quo cartas sumptus notarios.....* Desinit: *ut vulgo dicitur amatoriae cantiones. Vale.* Ibi col. 478. Huic epistolae in Cod. ut etiam in antiquis editionibus adnectitur elogium Bethel incipiens a verbis: *Verum ut ad villam et ad mariae...* usque ad verba quibus Codex desinit; in editione autem in Epistola XLVI. relatum est.

Pag. 249 — ITEM AD MARCELLAM NE CONTRISTETUR DE EGROTATIONE BLESILLE. Incipit: *Abraham temptatur in filio. et fidelior invenitur...* Desinit: *convicia. cum dominus eius dictus sit belzebub.* Ibi 463.

Pag. 251 — ITEM EPISTOLAM(a) SANCTI HIERONIMI AD MARCELLAM. CVIII. Incipit: *Epistolae officium est de re familiari aut de cotidiana...* Desinit: *dum magna sectamur. etiam minora perdentes.* Ibi col. 435.

Pag. 257 — ITEM AD MARCELLAM. Incipit: *Beatus pamphilus martyr cuius vitam eusebius...* Desinit: *subrepente somno frustetur infirmitas.* Ibi col. 448.

Pag. 260 — ITEM AD MARCELLAM. CVI. Incipit: *Ut tam parvam epistolam scriberem cause duplicis fuit...* Desinit: *eadem christiana simul alligatur et mater. Explicit.* Ibi col. 446.

Pag. 260—HIERONIMUS AD MARCELLAM. Incipit: *Nudius tertius cum centesimum octavo decimum*

psalmum... Desinit: *satanam sub pedibas nostris velociter. Explicit.* Ibi col. 442.

Pag. 263 — HIERONIMUS MARCELLE DE DIAPSALMA. Incipit: *Quae acceperis reddenda cum fenore sunt. sortis que dilatio*... Desinit: *quam stultam habere scientiam nescientum.* Ibi col. 433.

Pag. 266 — INCIPIT AD HELIODORUM EPISCOPUM DE EPITHAPIUM NEPOTIANI EPISCOPI. Incipit: *Grandes materias ingenia parva non sufferunt*... Desinit: *non possumus de eo loqui numquam desinamus.* Ibi col. 589.

Pag. 280 — HIERONIMUS CONSOLATORIA AD TYRASIUM DE MORTE FILIE SUAE. Incipit: *Benedicto et dilectissimo parenti tyrasio. Hieronimus. karitatis tuae scripta percepi in quibus*... Desinit: *ita et deus eos qui dormierunt in christo adducet cum illo.* Ibi tom. XI. ep. 40. col. 287, et inter *Opp.* Cypriani. app. 4 p. 274 ed. Hartel.

Pag. 284 — HIERONIMUS AD IULIANUM EXORTATORIAM(a) DE PIGNORIBUS CONSULTUM. Incipit: *Filius meus frater tuus ausonius in ipso*..... Desinit: *et sit tibi tanti dux femina facti.* Ibi tom. I. col. 760.

Pag. 291 — CONSOLATORIA HIERONIMI AD PAULAM DE DORMITIONE BLESILLE. Incipit: *Quis dabit capiti meo aquam. et oculis meis*... Desinit: *Audiet me semper loquentem cum sorore cum matre. Amen.* Ibi col. 465.

Pag. 299 — EXPLICIT DE DORMITIONE BLESILLAE. INCIPIT EPITHAPIUM SANCTAE PAULE A SANCTO IERONIMO AEDITUM. Incipit: *Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas*... Desinit: *annos quinquaginta sex. mensibus octo. diebus viginti unum.* Ibi col. 878.

Pag. 324—CVII. HIERONIMI EPISTOLA AD THEODORAM SPANAM DE MORTE LUCINI. Incipit: *Lugubri nuntio consternatus*... Desinit: *Ego dormio. et cor meum vigilat.* Ibi col. 685.

Pag. 326 — HIERONIMUS AD OCEANUM PRESBITERUM DE MORTE FABIOLAE. Incipit: *Plures anni sunt quos super dormitione blesillae*... Desinit: *Cui plus dimittitur. plus amat.* EXPLICIT DE MORTE FABIOLAE. Ibi col. 690.

Pag. 334 — INCIPIT AD MARCELLAM DE EXITU LEAE. Incipit: *Cum hora ferme tertia hodierne diei*... Desinit: *non nos perpetuos estimemus ut possimus esse perpetui.* Ibi col. 425.

Pag. 335 — ITEM AD MARCELLAM DE VITA ET OBITU ASELLAE. Incipit: *Nemo reprehendat quod in aepistolis aliquos aut laudamus*.,. Desinit: *Maritatae colant, noxiae timeant. suspiciant sacerdotes.* Ibi col. 427.

Pag. 337 — HIERONIMUS. AD INNOCENTIUM. DE SEPTIES PERCUSSA. Incipit: *Sepe a me innocenti karissime postulasti*... Desinit: *ut redditam vitae redderem libertati.* Ibi col. 325.

Pag. 341 — AD PRINCIPIAM VIRGINEM DE VITA SANCTAE MARCELLAE. HIERONIMUS. Incipit: *Sepe et multum flagitas virgo christi principia.* Desinit: *et deo et legentibus placere desiderans.* Ibi col. 1087.

Pag. 348 — EXPLICIT AD PRINCIPIAM VIRGINEM INCIPIT AD PAMMACHIUM DE MORTE PAULINAE. Incipit: *Sanato vulnere et in cicatrice superductae cutis. si medicina*... Desinit: *Ego quidem romae non eram. et tunc me tenebat heremus atque utinam pertenuisse quando socero tuo*... Ibi col. 639. Codex mancus desinit sub medium n. 13. edit., deficiente forte uno tantum folio, nam epistola Hieronymi ad Pammachium de morte Paulinae est postrema Indicis Codici praefixi.

CODEX XCII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 92 ET 122, INTERIORI VERO 159.
PLUTEO H.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 36/₀, latitudinis 24/₀, characteribus vulgo Gothicis saeculi XIII. ineuntis. Continet *Epistolas et sermones Sancti Hieronymi*, et citatur a Montfauconio sub numero 92, his verbis: *Tomus secundus Epistolarum S. Hieronymi. Epistola Eusebii ad Damasum. Sermones S. Hieronymi de quibusdam Sanctis. Sermo Iohannis de Ragusio habitus coram Cardinalibus de Sancto Benedicto. Oratio ad B. Mariam.* Huic Codici plura addita posteriori aevo, et saeculis subsequentibus XIV et XV; plura etiam correcta, ut in collatione characterum et contentorum patet. In fine Codicis compactus est tractatus, qui continet questiones astronomicas, physicas, et medicas breviter solutas; in eo citantur Albumazar, Hali, Mesala, Aristotelis Metaphisica, Metheora, Physica, Problemata, Hippocrates, Galienus, Iordanus, Avicenna, Averroes. Nomen auctoris nos fugit, sed XIV Saeculo vixit, ut ipse testatur in initio huius operis, cui manus posterioris aevi hunc titulum: *Discursus astronomicus*, apposuit: *Insuper anno 1373. die. 29. Martii erit coniunctio Saturni et martis in aquario... et erit similis effectus sicut anno 1348.* In tribus ultimis foliis Codicis occurrit: *Sermo in festo Sancti Benedicti fratris Iohannis de Ragusio ordinis predicatorum. Apud sanctos apostolos Rome, in presentia Cardinalium, et cetera. Anno domini M. CCCC. XXX. Indictione octava.* Iohannes Ragusaeus natione Dalmata, Ordinis Praedicatorum Procurator generalis, ineunte anno 1433 ad Concilium Basileense legatus adversus Hussitarum Advocatum Ioannem de Rogkysana dissertationes habuit. Ab eodem Concilio Constantinopolim anno sequenti missus est, ut Graecos ad Concilium invitaret; sed anno 1438, dereliquit Basileenses Patres, et partibus Eugenii IV favens, Concilio Ferrariensi interfuit. Anno 1440, episcopus Argentinensis factus, iuxta quosdam postea Cardinalatus honores accepit. Codex habet pro compactione 5 folia manuscripti XI Saeculi, quae continent fragmenta Libri *Comitis*, qui iam pluries a nobis fuit citatus. In duobus aliis foliis Codici praeviis, amanuensis XIV Saeculi titulos Epistolarum, qui in Codice non indicantur, scripsit: INCIPIUNT CAPITULA IN EPISTOLIS SANCTI IERONIMI PRESBITERI, quae CXXXXIIII. numerantur. Isti vero tituli, qui desiderantur in Codice, rescripti sunt initio uniuscuiusque epistolae charactere recentiori, et a nobis omissi. In pagina sequenti legitur haec oratio ad B. M. Virginem:

Tibi, o, piissima Virgo Virginum. tibi inquam in aram cordis meis mea ymolatur anima, et ex intimo interioris hominis mey ad te desiderii amor ascendit. descendat, o, sublimis domina misericordia tua ad iacentem miseriam meam et eam pro levamine sublevet consueta repetitione scelerum frequentius inclinatam. Relevet itaque dulcedo dulcissima amarissime mee necessitatis angustiam, quam nimium talento plumbi gravior sarcina iniquitatis angustat quam gravium infliclione vulnerum hostis affligit que superiori domino meo non servio, dominum anime mee licet inferior caro inimica non servit. Infelix ego homo sum dum caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Set ubi, o, dulcissima domina a facie huius tempestatis abscondar, sub umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas mea donec respicias et reficias defectus meos donec mecum facias misericordiam et

mecum perficias inperfectum. Spes siquidem magna mihi aperit tui amoris aperitio et ad sublimitatis tue solium preces peccatoris inducit, nomine enim dulcissimo. maria. idest. maris stella diceris. set ut ipsa tui dignatio quod est lectione dignius dignitatem huius nominis exponit. Nobis autem navigantibus per hoc mare magnum et spatiosum inter varios mutabilis mortalitatis fluctus speciosa misericordia tua speciosius sydereo fulgore refulget, ut nos per te recuperate felicitatis reducat in patriam. Fidenter nomen tuum invoco nomine quod est ori meo mel. auribus melos. et cordi iubilum. Fidenter nomen tuum invoco nomino quod precem levat spem inovat desperato. Tu enim domina stella es aromatica ex qua vulnerum meorum medicina defluxit per quam generalis est omnium celebrata curatio. Tu via es qua deus venit ad homines homo redit ad dominum qua peccator venit ad veniam seu venia venit ad peccatores. Ad veniam quesiti sumus veniam non querentes per ihesum christum dominum nostrum ut eundem sciremus querere quesitorem. Set quomodo queremus eum Virgo pia nisi per te veniamus ad eum qui per te venit ad nos. Tu enim genuysti hominibus hominem, ut homines generetur deus cuius deitas ad hoc infirmatur in nobis. Infirmata est ut infirmitatem nostram sua deytate firmaret. Exaudi precor domina clamorem desiderii mey et aput filium tuum lapsum mey reatus excusa qui coram oculis tuis lapsum mey reatus accuso. Quem enim parere potuisti te non poterit obaudire nec apud filium cassa matris oratio, qui te matrem voluit habere ut nos eum possimus habere redemptorem. Per te igitur misericordiarum domina reconciliemur filio tuo per quem reconciliamur nos patri. et aput eum causam pro peccatoribus egit. Ut enim ad te gratia plena loquar ex gratia te debes peccatoribus exibere gratiosam. cum nimium peccatorum restauratio tantae sublimitatis arcem extruxit. Miror loquor, o, domina set sic est multum gaudeo multum audeo multumque gaudium, multam mihi fac audaciam. Nos enim tibi teque nobis mira vicissitudo confederat ut scilicet tu per nos habeas id esse quod es. nos autem per te id esse quod sumus. Si enim nulla precessisset nostra transgressio non esset subsecuta nostra redemptio, et sic non esset necessarium te parere redemptorem. ut quid in... pro peccatoribus pareres si deesset qui peccasset. Ut quid mater fieres salvatoris si nulla esset indigentia salutis. Per te igitur domina celestis medici medicina ad fluxa nostra defluxit ut si non inveniret in homine quod curaret idem medicus matrem in hominibus non curaret habere. Causa ergo necessitatis nostre extitit tue provectionis ut enim redderetur glorie peccator inglorius ad hanc usque gloriam tu gloriosa provecta es ut absque superno rege nil superius habeas in supernis, quem in angelicam transieris dignitatem usque ad superni regis es sublimata conscensum. Ubi enim idem rex posuit filium tuum quem ex te sumpsit ibi posuit et te matrem ex qua sumpsit. Nec enim fas est credere te alibi esse quam ubi est quod ex te sumptum est. Hec dona tu piissima domina a peccatoribus habes. Set multum per te hereditant peccatores. Nos autem per te hereditamus misericordiam miseri. ingrati gratiam, veniam peccatores sublimia infimi celestia terreni deum homines, mortales vitam, patriam peregrini et quicquid per te habemus. quia non sufficit admirari est narrare difficile. Eya ergo o generalis omnium spes, o, dulcis meorum vulnerum medicina, meis quoque medere vulneribus qui post salutaris lavacri ablutionem tot abluenda conmisi tot illicita perpetravi. Munda domina cor meum ab omni superfluo et tot immunditiis deditum intima fac florere munditia. Gustem, o, dulcissima domina gustem inquam per te vitiis non servire qui in memetipsa didici quam amarum sit vel expertum esse vitia vel vitia experiri. Suscipe deprecor dulcissima domina precem meam et pro me peccatore deprecante filium deprecare et apud solium filii tui tecum redime quod deliqui. apud solium filii tui precem et hostiam pro delicto debet habere nostra transgressio. cum idem filius tuus hostiam dederit pro peccato. qui idem vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Pag. 1—Incipit: I. Cap. Dormientem te... haec epistola, quae prima occurrit in Codice, in edit. Migne est XXXV tom. I. En variantium lectionum specimen:... *longo tempore iam...* verba, quae sequuntur, in edit. Migne desiderantur: *Quia antiqui in tabulis ereis scribebant ad posteritatis memoriam. Itaque... here tabellario... libenter recipio... volueram si negasses...... id est ut et ego interrogem. et tu... omnia melle... homines a bestiis ante-*

cellunt?..... utrumque moderamen... nec epistole brevitatem... eos libros, quos mihi iam pridem dederas ideo... de nostro disputant dogmate... et philosophis disputandis. Quid sibi velit... Si omnia fecit deus... nihil esse bonum possit... tu ne commune dixeris... de egipto exituri... Desinit: *errore benedixit?* Ibi col. 452.

II. Incipit: *Beatissimo pape damaso. Ieronimus. Postquam epistolam....* Desinit prima pars..... *de hac tantum questione dictasse.* Migne tom. I. epist. XXXVI. col. 456. 10.

Pag. 2 — *Cur deus loquitur ad habraham... videtur esse contrarium.*

III. *Hoc vero problema.......* Desinit secunda pars:... *scripturarum imiter simplicitatem.* Ibi col. 459.

Pag. 3 — *Cur ysaac vir iustus...* IIII. *Differo paulisper...* Desinit tertia pars:.... *salvus fiet.* Ibi col. 459.

Pag. 4 — Sequuntur Origenis in Canticum Canticorum homiliae duae, quae in edit. Migne leguntur Tom. II. III. col. 1173, 1174. Prologus incipit: *Beatissimo pape damaso. Ieronimus. Origenes...* Desinit: *placere que parva sunt.*

VI. Legitur homilia prima. Incipit: *Quomodo didicimus...* Desinit: *sponsa formosa. cui est gloria in secula seculorum. Amen.*

Pag. 8 — VII. Homilia secunda. Incipit: *Omnes anime munitiones...* Desinit: *sapientia ihesu christi. cui est honor et gloria in secula seculorum.* Ibi col. 1196.

Pag. 13 — VIII. Incipit: *Maiora spiritus...* Desinit: *diaconus. impendio terre vos salutat.* Ibi. tom. I. epist. LXII. col. 606.

Pag. 14 — VIIII. Incipit: *Multi super hoc sermone...* Desinit: *falsam referre sententiam.* Ibi col. 375. epist. XX.

Pag. 15 — X. Incipit: *Quoniam vetus oriens....* Desinit: *cum antiquo sensu predicent.* Ibi col. 355. epist. XV.

Pag. 16 — XI. Incipit: *Importuna in evangelio...* Desinit: *pro qua christus mortuus est.* Ibi epist. XV. col. 358.

XII. Incipit: *Septuaginta. Et missus est ad me unus...* Desinit: *in actibus apostolorum non legerimus.* Ibi epist. XVIII. col. 372. N. 17.

Pag. 18 — XIII. Legitur pars prior epistolae supradictae. Incipit: *Et factum est in anno...* Desinit: *studeamus et lingua.* Ibi col. 372.

Pag. 22 — XIIII. Incipit: *Beatitudinis tue...* Desinit: *substentanda non siliquis.* Ibi epist. XXI.

Pag. 28 — XV. Incipit: *Domino karissimo et desiderantissimo.....* Desinit: *in domino glorientur.* In Codice desiderantur pauca verba, quae in edit. Migne col. 830 leguntur. Ibi epist. CI.

Pag. 29 — XVI. Incipit: *Domino vere sancto... In ipso profectionis articulo...* Desinit: *aliqua vel disceremus.* Omittuntur in Codice pauca verba quae in edit. Mig. col. 831. inveniuntur scilicet: *misit mihi... te salutat.* Ibi epist. CII.

XVII. Incipit: *Domino vere sancto... Anno preterito...* Desinit: *suscipiende papa.* Ibi epist. CIII.

XVIII. Incipit: *Domino et beatissimo...... Sicut presens.....* Desinit: *ipse cognovero.* Ibi epist. CXI.

XIX. Incipit: *Cur itaque conor contra* (Ibi col. 911.)... *quam quod caritas habet. Nam et ego amicissimam reprehensionem tuam* (hic deficiunt in Codice lineae fere 9)... *si tranquillius accepero non tedar* (desiderantur iterum lineae fere 2)... *melius tumor... nam dum ei compatitur non sanatur. Hoc est enim.....* Desinit: *ad pristinam concordiam revertisse.* Ibi epist. CX.

Pag. 31 — XX. Incipit: *Domino vere dilectissimo... Nunquam me tam facile quisquam cuilibet...* Desinit: *quam iustam intulisse sententiam.* Ibi epst. LVI.

Pag. 33 — XXI. Incipit: *Domino vere sancto... Crebras ad me...* Desinit: *ad me primum facias pervenire.* Ibi epist. CV.

Pag. 34 — XXII. Incipit: *Domino dilectissimo... Habeo gratiam...* Desinit: *nisi hoc soleret esse indicium minus de caritate presumentis.* Desiderantur itaque in Codice lineae fere 4. Ibi epist. LXVII.

Pag. 35 — XXIII. Incipit: *Domino venerabili... Ex quo cepi ad te scribere...* Desinit: *presentiam tuam.* Ibi epist. CIV.

Pag. 36 — XXIV. Incipit: *Domino vere sancto... Tres simul epistolas...* Desinit: *in angulo monasterii susurrare.* Ibi epist. CIV.

Pag. 43 — XXV. Incipit: *Dominis vere sanctis... Tandem ex africa...* Desinit: *Domini vere sancti.* Ibi epist. CXXVI.

Pag. 44 — XXVI. Incipit: *Deum nostrum qui*

nos vocavit... Desinit: *conmendavit posse liberari.* Ibi epist. CXXXI.

Pag. 50—XXVII. Incipit: *Quod ad te scripsi...* Desinit: *communicare digneris.* Ibi epist. CXXXII.

Pag. 55 — XXVIII. Incipit: *Venerabili pape augustino... Virum venerabilem...* Desinit: *ob fraudem cuiusdam amisimus.* Ibi epist. CXXXIV.

XXIX. Incipit: *Domino sancto... Omni quidem...* Desinit: *beatissime papa.* Ibi epist. CXLI.

XXX. Incipit: *Multi utroque claudicant pede...* Desinit: *pereat sempiterna.* Ibi epist. CXLII.

XXXI. Incipit: *Dominis vere sanctis... Sanctus innocentius...* Desinit: *omnium affectione venerabiles patres.* Ibi epist. CXLIII.

Pag. 56 — XXXII. Sequitur explanatio fidei ad Damasum, cuius mentio fit in edit. Mig. tom. XI. operum Hieronymi col. 181. in epistola XVI. Explanatio eadem est ac illa quae in edit. Lugdunensi an. 1530. tom. IV pag. 124 invenitur. Incipit: *Credimus in deum patrem... Secundum illud passus est quod* (sequuntur folia 4. manu posteriori exarata) *pati poterat...* Desinit: *hereticum conprobabit.*

Pag. 56 — DISPUTATIO DE RATIONE ANIME. Incipit: *Cum apud vos celestis...* Desinit: *fluentis sanctis.* Vide edit. Mig. tom. XI. *Opp.*. Hieron. epist. XXXVII.

Pag. 57—XXXIII. HIERONYMUS AD ELIODORUM EPISCOPUM EXORTATORIA MISSA EPISTOLA. Incipit: *Quanto amore...* Desinit: *qui nunc labor durus est.* Ibi tom. I. epist. XIV.

Pag. 60 — XXXIV. Incipit: *Petis a me...* Desinit: *confitetur.* Ibi epist. LII.

Pag. 65 — XXXV. Incipit: *Bonus homo...* Desinit: *salutari volo. Amen.* Ibi epist. LVIII.

Pag. 68—XXXVI. Incipit: *Frater ambrosius...* Desinit: *esse moriturum.* Ibi epist. LIII.

Pag. 73 — XXXVII. Incipit: *Brevis epistola...* Desinit: *totus in cunctis.* Ibi epist. LV.

Pag. 75 — XXXVIII. Incipit: *Paulus presente agrippa...* Desinit: *philippica scribere.* Ibi epist. LVII.

Pag. 80 — XXXVIIII. Incipit: DOMINO DILECTISSIMO... *Oportebat nos...* Desinit: *indicat erroris.* (Verba: *Opto ut valeatis in Domino*, in Codice desiderantur). Ibi epist. LI.

Pag. 85 — XL. Incipit: *Sanctus aliquis...* Desinit: *consensisse videaris.* Ibi epist. LXXXIII.

Cap. XLI. Incipit: *Scedulas quas misisti....* Desinit: *eloquii venustatem.* Ibi epist. LXXXIV.

Pag. 89 — XLII. Incipit: *Qui ethiopem invitat...* Desinit: *quam hominum.* Ibi. tom. XI, Epist. XXXII col. 247.

Pag. 90 — XLIII. Incipit: *Sophronius eusebius ieronimus... Deprecatus es....* Desinit: *confirmetur affectu.* Ibi epist. XLII. col. 297.

Pag. 92 — XLIV. Incipit: *Nunquam fili oceane.....* Desinit: *quod concessum est.* Ibi. tom. I. epist. LXIX.

Pag. 97 — XLV. Incipit: *Legimus in esaya...* Desinit: *diaconi in ecclesia vindicent.* Ibi epist. CXLVI.

Pag. 98 — XLVI. Incipit: *Misisti mihi volumen...* Desinit: *corporis valitudinis.* Ibi epist. LXXIII.

Pag. 100 — XLVII. Incipit: *Decreveram quidem...* Desinit: *plurimum salutamus.* Ibi epist. XVII.

Pag. 101 — XLVIII. Incipit: *Ante annos circiter....* Desinit: *cavenda sunt noverit.* Ibi epist. CXXIV.

Pag. 106 — XLIX. Sequitur explanatio fidei ad Cyrillum. Incipit: *Credimus in unum Deum...* Desinit: *non ambigua sunt sortiti.* Ibi tom. XI. epist. XVII. col. 182.

Pag. 109 — L. Incipit: *Inter omnia...* Desinit: *crebro habebis hospites.* Ibi tom. I. epist. CXLV.

LI. Incipit: *Quod ignotus...* Desinit: *mandata tua non sum oblitus.* Ibi epist. CXXII,

Pag. 113 — LII. Incipit: *Lectus sermo dignationis...* Desinit: *faciam si volueris.* Ibi epist. XLVII.

LIII. Incipit: *Tres quodammodo virtutes...* Desinit: *imperium in secula seculorum. Amen.* Ibi tom. XI. epist. VIII. col. 120.

Pag. 116 — LIV. Incipit: *Queris dardane...* Desinit: *alterum caritatis est.* Ibi tom. I. epist. CXXIX.

Pag. 119 — LV. Incipit: *Nec opinanti michi...* Desinit: *vicissitudine sentiamus.* Ibi epist. LXXI.

Pag. 121 — LVI. Legitur tractatus de perpetua Virginitate B. Mariae adversus Helvidium. Incipit: *Nuper rogatus a fratribus...* Desinit: *pariter experiatur cum matre.* Ibi tom. II. col. 216.

Pag. 129 — LVII. Sequitur adversus Iovinia-

num liber primus. Incipit: *Pauci ammodum dies sunt.....* Desinit: *viros esse desinere.* Ibi tom. II. col. 222.

Pag. 161 — LVIII. Sequitur liber II. adversus Iovinianum. Incipit: *Secunda propositio est...* Desinit: *luxuriam susceperunt.* Ibidem.

Pag. 184 — LIX. Incipit: *Iustum quidem fuerat.....* Desinit: *et sic loquaris.* Ibi tom. I. epist. LXI.

Pag. 186 — LX. Incipit: *Acceptis primum litteris...* Desinit: *in ignem mittetur.* Ibi epist. CIX.

Pag. 187 — LXI. Legitur contra Vigilantium liber. Incipit: *Multa in orbe monstra...* Desinit: *arbitrantur indignos.* Ibi tom. II. col. 354.

Pag. 192 — LXII. Incipit: *Sebesium nostrum...* Desinit: *angustia finienda est.* Ibi tom. I. epist. LXX.

Pag. 194 — LXIII. *Multum in utramque partem.....* Desinit: *vulnus sustinuerim.* Ibi epist. LXXIV.

Pag. 195 — LXIV. Incipit: *Quomodo solomon et achaz undecim annorum genuisse dicantur filios... Zenon nauclerus...* Desinit: *interdicere questionibus.* Desiderantur in Codice lineae fere 15. Vide ibi col. 676. tom. I. Inveniuntur vero pag. Cod. 198. Ibi epist. LXXII.

Pag. 196 — LXV. Incipit: *Quantus beatitudinis...* Desinit: *innector stabilienda amicitia.* Ibi epist. IV.

Pag. 197 — LXVI. Incipit: *In ea mihi heremo commoranti...* Desinit: *negotium prosequatur.* Ibi epist. V. 20. lineae in Codice abrasae inveniuntur. Deinde sequitur ultima pars epistolae edit. Mig. LXXII. col. 675. *De radice enim colubri egredietur regulus... interdicere questionibus. Quid enim prodest. herere...* Desinit: *missa suscipe.*

Pag. 198 — LXVII. *Quamquam mihi...* Desinit: *oppido salutamus.* Ibi epist. LXXVI.

LXVIII. Incipit: *Sanctus filius meus...* Desinit: *fenoris duplicata.* Ibi epist. LXVIII.

Pag. 199—LXIX. *Samuhel quondam...* Desinit: *consumatio in combustionem.* Ibi epist. CXLVII.

Pag. 203 — LXX. Incipit: *Antiquus sermo est...* Desinit: *sermonibus letiorem.* Ibi epist. VI.

LXXI. Incipit: *Turpilius comicus...* Desinit: *indignantis accipiam.* Ibi epist. VIII.

Pag. 204 — LXXII. Incipit: *Nichil est christiano...* Desinit: *magna sunt premia.* Ibi epist. CXXV.

Pag. 209 — LXXIII. Incipit: *Humane vite brevitas...* Desinit: *navigabunt.* Ibi epist. X.

Pag. 210 — LXXIV. Incipit: *Non debet carta...* Desinit: *Amor ordinem nescit.* Ibi epist. VII.

Pag. 211 — LXXV. Incipit: *Quis circa te affectus...* Desinit: *quod scriberes.* Ibi epist. IX.

LXXVI. Incipit: *Dominus noster humilitatis magister...* Desinit: *impercias. Vale in domino.* Ibi epist. XII.

Pag. 212 — LXXVII. Incipit: *Quam vellem...* Desinit: *litoris me prosequatur.* Ibi epist. II.

LXXVIII. Incipit: *In ipso* (*iam*) *profectionis articulo...* Desinit: *supra diximus.* Ibi epist. CXIX.

Pag. 219 — LXXIX. Incipit: *Frater karissime cypriane. scito prenoscens. quia si scribatur extrema littera.* (Vide Mig. col. 1177)..... Desinit: *auxilio deseritur.* Ibi epist. CXL.

Pag. 220 — LXXX. Incipit: *Quod ad te usque huc... statimque.* (Ibi col. 503. 14. Quae pestea sequuntur, posteriori manu scripta videntur)... Desinit: *vel divitem.* Ibi epist. XLVIII.

Pag. 229 — LXXXI. Incipit: *Christiani interdum... vitioque* (hic incipit denuo scriptura Codicis).... Desinit: *hominum generi.* Ibi epist. XLIX.

Pag. 230 — LXXXII. Incipit: *Rursum orientalibus...* Desinit: *arefacta moriantur.* Ibi epist. XCVII.

Pag. 231 — LXXXIII. Incipit: *Littere tue...* Desinit: *non possunt uxores ducere.* Ibi epist. L.

Pag. 232 — LXXXIV. Incipit: *Audi filia...* Desinit: *non cooperient eam.* Ibi epist. XXII.

Pag. 247 — LXXXV. Incipit: *Si tibi putem a me...* Desinit: *precibus mitiga.* Ibi epist. XLV.

Pag. 248 — LXXXVI. Incipit: *Carte exiguitas...* Desinit: *nequam est.* Ibi epist. XI.

LXXXVII. Incipit: *Inter omnes materias...* Desinit: *imitatio forma virtutis est.* Ibi epist. CXXX.

Pag. 258 — LXXXVIII. Incipit: *Apostolus Paulus scribens...* Desinit: *regnis celestibus offendam.* Ibi epist. CVII.

Pag. 262 — LXXXIX. Incipit: *Usque hodie in lectione...* Desinit: *viribus estimandus.* Ibi epist. LXIV.

Pag. 270 — LXXXX. Incipit: *Rettulit mihi...* Desinit: *itineris longitudinem.* Ibi epist. CXVII.

LXXXXI. Incipit: *Primum scire vos cupio*... Desinit: *ignoscat vel tempori*. Mig. eadem epistola sub titulo: *Explicit praefaito*.

Pag. 274 — XCII. Incipit: *Iohannes idem apostolus*... Desinit: *absolvet*. Ibi epist. XIII.

XCIII. *Obsecras litteris*... *non carnaliter* (quae abhinc usque ad finem sequuntur posteriori manu scripta sunt)... Desinit: *nuptiis cogitabis*. Ibi epist. LIV.

Pag. 280 — XCIV. Incipit: *Vereor ne officium*... Desinit: *iudicium legentium pertimesco*. Ibi epist. LXXIX.

Pag. 284 — XCV. Incipit: *In veteri via*... Desinit: *sacrificio preparatum est*. Vide Mig. col. 1054. Hic interrumpitur epistola; in margine vero manus est indicans cum hac epigraphe: *vide ubi est similis manus et prosequere usque in finem*. Quod restat huius epistolae: *Et patriarchae*... *titulum possidebit*, modernior amanuensis rescripsit in alio folio, quod Codici insertum est sub numero paginarum 289, 290, 291 et 292, in qua ultima amanuensis rescripsit primam partem epistolae.

Pag. 288 — XCVI. Incipit: *Ignota vultu mihi fidei ardore*... *Bethl* (haec verba sunt abrasa) *emitico rure latitantem*... *ut collecta fierent per primam sabbati* (pag. 293). *Et hanc ipsam oblationem*... *prophetabunt filii vestri*. (Ibi col. 995. tom. I.) *et filie*... *ex quo omne corpus conexum*. (Ibi col. 1005)... Desinit: *extinguuntur in nobis*.

Pag. 306 — XCVII. Incipit: Ambrosius *quo cartas*... *doleamus in terra* (Ibi epist. XLIII.) *Verum ut ad villulam*.... *fulminata ostenditur*. *Quod de eo displicens est* (Ep. XLVI). *Siquidem ibi sint trophea*.... Desinit: *amatorie cantiones*. Ibi epist. XLIII. col. 491.

Pag. 307 — XCVIII. Incipit: *Filius meus Apodemius*... In margine est additum: *Cur Ioannes discipulos suos mittit ad dominum*... *tollit peccata mundi*. Incipit: I. *De hac questione*... Desinit: *corporis nuntiaret*. In parte paginae superiori legitur: *Qui significet quod in matheo*.... *non extinguet*. Incipit: II. *Ad cuius expositionem*... Desinit: *non oppugnatur*. III. In margine: *Quem sensum habeat*... *abnegat*. Incipit: *De quo in tertio*... Desinit: *portavit*. IIII. Inmargine superiori: *Quid vult significare*... *manifestum est*. Incipit: *Cum enim*... Desinit: *nos primus*. V. In margine inferiori: *Quid sibi velit*... *Ierusalem*. Inc. *Festinans*... Des. *inimicos vestros*. VI. Inc. *Alteram de evangelio*... Desinit: *parce et metet*. VII. In margine: *Quo sensu*... *audeat mori*... Incipit: *Due hereses*... Desinit: *sanguinem fundat*. VIII. In margine inferiori: *Quid sibi velit*... *concupiscentiam*. Incipit: *Ponamus*... Desinit: *scribenda volumina*. VIIII. In margine: *Quare apostolus*... *secula amen*. Incipit: *Revera valida*... Desinit: *mala sint*. X. In margine inferiori: *Quid velit intelligi*... *et reliqua*. Incipit: *Illud quod*... Desinit: *perfectio est*. XI. In margine superiori: *Quid sit quod*... *et reliqua*. Incipit: *In prima*... Desinit: *suscepturi sunt*. In Codice adiungitur: *Explicit ad algasiam Numero*. XI. Ibi epist. CXXI.

Pag. 322 — XCIX. Incipit: Magnis *nos*... *ineffabilia sunt*. *Secunda questio fuit*.... *videtur*. *Tertium*... *cerimonie*. *Quartum est*... *confessum*. *Extrema scedula*... *dignatur*. Ibi epist. LIX.

Pag. 324 — C. Incipit: *Medici quos vocant*.... Desinit: *videri poteris*. Ibi epist. XL.

CI. Incipit: Nuper *cum pariter*... Desinit: *tacita sunt*. Ibi epist. XXVI.

Pag. 325 — CII. Incipit: Nonagesimum *psalmum*... Desinit: *Bacca aonac*. Ibi epist. XXV.

CIII. Incipit: Testimonia.... Desinit: *volueris sciscitari*. In Codice adiungitur: Explicit contra Montanum. Ibi epist. XLI.

Pag. 326 — CIV. Incipit: Brevis *questiuncula*... Desinit: *dictaremus*. Ibi epist. XLII.

Pag. 327 — CV. Incipit: Post *priorem epistolam*... Desinit: *calcant*. Ibi epist. XXVII.

VI. Incipit: Ut *absentiam*... Desinit: *gratum*. Ibi epist. XLIV.

Pag. 328 — CVII. Incipit: Abraham *temptatur in filio*... Desinit: *behelzebub*. Ibi epist. XXXVIII.

Pag. 329 — CVIII. Incipit: Epistolare *officium est*... Desinit: *minora perdentes*. Ibi epist. XXIX.

Pag. 331 — CIX. Incipit: Beatus *pamfilus*... Desinit: *frustretur infirmitas*. Ibi epist. XXXIV.

Pag. 333 — CX. Incipit: Ut *tam parvam*... Desinit: *diligatur et mater*. Ibi epist. XXXII.

CXI. Incipit: Nudius *tertius*... Desinit: *nostris velociter*. *Amen*. Ibi epist. XXX.

Pag. 334 — CXII. Incipit: Que *acceperis*.... Desinit: *nescientium*. Ibi epist. XXVIII.

Pag. 335 — CXIII. Incipit: Grandes *materias*...

Desinit: *tantis malis evaserit.* In Codice adiungitur: *Hic explicat exitus regum romanorum.... Constantius...* Desinit*: nunquam desinamus.* Ibi epist. LX.

Pag. 342 — CXIV. Incipit: BENEDICTO *et dilectissimo parenti tirasio hieronimus. Caritatis tue...* Desinit: *adducet cum illo.* Desiderantur in Codice: *Haec tibi... cesses amare.* Ibi tom. XI. epist. XL. col. 287.

Pag. 344 — CXV. Incipit: *Noverit sancta auctoritas...* Desinit: *pro populo orare.* Desiderantur in Codice tres fere lineae, ab: *hoc papa...* ad: *in ecclesia ne fiant.* Ibi epist. XLIII.

CXVI. Incipit: FILIUS *meus...* Desinit: *sit tibi tanti dux femina facti. Tribuat tibi Christus ut audias. aut taceas. ut intelligas et sic loquaris.* Ibi tom. I. epist. CXVIII.

Pag. 347 — CXVII. Incipit: QUIS DABIT *capiti meo...* Desinit: *cum sorore cum matre. Amen.* Ibi epist. XXXIX.

Pag. 352 — CXVIII. Incipit: SI CUNCTA *mei corporis...* Desinit: *diebus XXI. Explicit epitafium sancte Paule.* Ibi epist. CVIII.

Pag. 366 — CXIX. Incipit: *Lugubri nuntio...* Desinit: *et cor meum vigilat.* Ibi epist. LXXV.

Pag. 368 — CXX. Incipit: *Plures anni sunt...* Desinit*: plus amat.* Ibi epist. LXXVII.

Pag. 373 — CXXI. Incipit: *Cum hora ferme tertia...* Desinit: *possimus esse perpetui.* Ibi epist. XXIII.

Pag. 373 — CXXII. Incipit: *Nemo reprehendat.....* Desinit: *suscipiant sacerdotes.* Ibi epist. XXIV.

Pag. 374 — CXXIII. Incipit: *Sepe ac me innocenti...* Desinit: *redderet libertati.* Ibi epist. I.

Pag. 376 — CXXIV. Incipit: SEPE AC MULTUM *vos flagitas...* Desinit: *placere desiderans.* Ibi epis. CXXVII.

Pag. 379 — CXXV. Incipit: SANATO *vulnere et cicatrice... sed prophetarum cotidie medullas bibas christi patriarcharum confitentem. Iacob ditissimi patris filius...* (Ibi col. 644, ubi viginti fere Codicis lineae desiderantur). Codex desinit verbis manu posteriori, loco abraso, suppletis: *viventibus precepta iusticie:* DEO GRATIAS. In margine adnotatur: *non sic finit in Hieronymiano sed finit sic: tu duarum medius ad christum levius subvolabis.* Hic forsitan aliqua suborta est confusio in codice, vitio amanuensis. Ibi epist. LXVI.

Quae nunc usque ad finem Codicis leguntur, posteriori manu scripta, et Codici adiuncta sunt.

Pag. 383 — Sequitur epistola praecedens: (Ibi tom. I. col. 644. N. 10.) *Sive leges sive scribes...* Desinit: *ad christum levius subvolabis.*

Pag. 384 — CXX. EPISTOLA IERONIMI AD AMICUM EGROTUM. Ibi tom. XI. epist. V. col. 63. Incipit*: Quamquam certissime noverim....* Desinit: *virtute durare permictat.*

Pag. 396 — CXXI. EPISTOLA SANCTI IERONIMI. DE VITA MONACHI CAPTIVI. Ibi. tom. II. col. 55. sub titulo: *Vita Malchi Monachi captivi.* Incipit: *Qui navali prelio...* Desinit: *non posse superari.*

Pag. 400 — CXXII. EPISTOLA DE VIGILIIS SANCTI IERONIMI PRESBYTERI. Ibi. tom. XI. col. 240. ep*:* XXXI. Incipit: *Dignum est fratres...* Desinit: *omnibus vobis. Amen.*

Pag. 404. — IERONIMUS AD RUFINUM DE BONOSO FAMULO DEI. CXXIII. Ibi. tom. I. epist. III. Incipit: *Plus deum tribuere...* Desinit: *numquam vera.*

Pag. 406 — CXXIIII. IERONIMUS AD CELANTIAM. Ibi. epist. CXLVIII. Incipit: *Vetus scripturae celebrata est sententia...* Desinit: *cumque aliis predicaverit ipse reprobetur a domino.* Ibi col. 1215. in fine numeri 22.

Pag. 413 — CXXV. IERONIMUS DE QUADRAGESIMA. Ibi. tom. XI. epist. XXVII. Incipit: *Quomodo mulier...* Desinit: *carnis ac sanguinis agni christi ihesu.*

Pag. 414 — CXXVI. EPISTOLA IERONIMI CONSOLATORIA AD OCCEANUM EPISCOPUM. Ibi. tom. XI. epist. XLI. Incipit: *Diversorum obprobrii tribulationes...* Desinit: *secula seculorum. Amen.*

Pag. 419 — Sequitur sine titulo opusculum de septem ordinibus ecclesiae. Ibi. tom. XI. epist. XII. Incipit: *Sufficere quidem...* Desinit: *scripta non tenent.*

Pag. 432 — CXVIII. IERONIMUS AD VIRGINEM. Ibi. tom. XI. epist. XIII. Incipit: *Quantam in celestibus beatitudinem virginitas...* Desinit: *inviolabilis conservatio.*

Pag. 440 — CXXIX. EPISTOLA IERONIMI AD THEOPHILUM PRESBYTERUM. Ibi. epist. LXIII.

Incipit: *Beatissimo pape Teophilo Episcopo... Meminit...* Desinit: *et factis robustior fiat.*

CXXX. Epistola Theophili ad Ieronimum. Ibi. epist. CXIII. Incipit: *Dilectissimo et amantissimo fratri Ieronimo. Theophilus Episcopus Sanctus Episcopus Agatho. cum dilectissimo dyacono Athanasio. in ecclesiastica directus est causa, quam cum didiceris non ambigo quin nostrum studium...* Desinit: *novas sopire doctrinas.*

Pag. 441 — CXXXI. Epistola Ieronimi ad Theophilum. Ibi. epist. LXXXVIII. Incipit: *Beatissimo pape theophilo... Duplicem michi gratiam beatitudinis...* Desinit: *falce non cessent.*

CXXXII. Epistola Theopili ad Ieronimum. Ibi. epist. LXXXIX. Incipit: *Domino dilectissimo et amantissimo fratri... Didici quod et...* Desinit: *salutari volo.*

Pag. 442 — CXXXIII. Theophilus ad Epiphanium. Ibi. ep. XC. Incipit: *Domino dilectissimo fratri...* Desinit: *in domino salutat.*

CXXXIIII. Ierominus ad Eustochiam Virginem de muneribus. In edit. Mig. Ibi. epist. XXXI. Incipit: *Parva specie...* Desinit: *ancilla non essem.*

Pag. 443 — Incipit sine titulo: *Perfectus homo est qui se ipsum cognoverit...* Desinit: *mei memores semper estote.* Extat etiam in Cod. XXVIII. *Bibl. Leop.* (Bandin. T. II. col. 678 n. CII.) et ibi dicitur non occurrere in editis, nec nos invenimus.

Pag. 444—Item eiusdem pro carnis superbia. C.XXXV. Incipit: *Ad te manum meam extendo...* Desinit: *et animam humilem exaltavit. ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen.* Ibi etiam occurrit: hoc titulo: *Sententiae Theodoti ab Hieronymo translatae,* et Bandinius non invenit, nec nos invenire potuimus.

Pag. 447 — Ieronimus de Luciano Martire. C.XXXVI. Incipit: *Lucianus quoque vir moribus continentia......* Desinit: *tumultu populori necari.* Bolland. T. I. Ianuarii, p. 362.

Pag. 448 — CXXXVII. Epist. V. Leonis pape ad Flavianum Episcopum constantinopolitanum. In *Patr. Lat.* Migne tom. LIV. epist. XXVIII. col. 755. Incipit: *Lectis dilectionis tue litteris quas miramur fuisse...* Desinit: *pravitate salventur. Datum idibus Iunias. Aeterio et Protogene viris clarissimis.*

Pag. 453 — Epistola VI. pape Gregorii ad Recarendum Regem Gothorum atque Svevorum de conversione Gothorum. CXXXVIII. Vide Ibi tom. LXXVII. epist. CXXII S. Gregorii col. 1052. Incipit: *Domino gloriosissimo.... Gregorius servus servorum dei. Explere verbis...* Desinit: *bonitati atque dignitati debebamus.*

Pag. 455—Cap. CXXXIX. Epistola VII. Gregorii pape ad Leandrum Episcopum Spalensem. Ibi tom. LXXVII. epist. Gregorii CXXI.. col. 1050. Incipit: *Reverentissimo et sanctissimo fratri... Sanctitatis tue suscepi...* Desinit: *Deus te incolumem custodiat. Reverendissime frater.*

Pag. 456 — CXXXX. Ieronimus de diversis generibus leprarum. Ibi tom. XI. *Opp.* Hieronymi epist. XXXIV. Incipit: *Admirabile divine dispositionis examen...* Desinit: *si nulla dei offensa in eo reperiatur.* Ibi col. 255.

Pag. 458 — CXLI. Sermo de Natali domini. Ibi tom. XI. op. Hieron. epist. XXV. Incipit: *Hodie verus sol ortus est....* Desinit: *et basiliscum. p. d. n. y. ch... secula seculorum. Amen.*

Pag. 459 — Ieronimus de Epyphania. Ibi tom. XI. epist. XXVI. Incipit: *Dies Epyphaniorum greco nomine...* Desinit: *educavit me cui... in secula seculorum.*

Pag. 460 — CXXXXII. De Misterio Agni in pasce vigilia. Ibi tom. XI. epist. XXVIII. Incipit: *Hodie fratres karissimi populus israel...* Desinit: *vadit christum ihesum. cui est gloria et honor in secula seculorum. Amen.*

Pag. 3 — De constitutionibus. Incipit: Licet *idest quamvis* romanus pontifex *sic etiam appellatur...* Desinit: *penitentiam de peccato.*

Pag. 5 — De rescriptis rubrica. Incipit: Ipso iure. *Habes simile...* Desinit: *quia lapsis etc.*

Pag. 23 — De consuetudine. Incipit: Consuetudinem *memoria non existit...* Desinit: *et unius diei.*

Pag. 26 — De postulatione. Rubrica. Incipit: Perpetuo edicto. *Il di. constitutio ibi habetur...* Desinit: *in glossa sed quid si etc.*

Pag. 27 — De electionibus. Rubrica. Incipit: Statuimus si quis. *Videtur quod hic isto nomine...* Desinit: *et postea appareat contradictor.*

Pag. 76 — In margine alia manu: *Rubrica de renunciatione.* Incipit: Quoniam curiosi. *habes simile...* Desinit: *de transl. quanto in fine.*

In margine et alia manu: *Rubrica de supplenda*

negligentia prelatorum. Incipit: Quoniam edictum. *archiepiscopus remensis...* Desinit: *caritatem et c. ecclesiasticis.*

Pag. 79 — In margine alia manu scriptum legitur: *Rubrica. De temporibus ordinationum.* Incipit: Sepe contingit excommunicationis *maioris que a fraterna...* Desinit: *dicunt quidam etc.*

Pag. 82 — In margine: *Rubrica. De etate et qualitate.* Incipit: Permittimus *et concedimus. potestatem damus...* Desinit: *et Innoc.*

In margine: *Rubrica. De filiis presbyterorum et aliis illegitime natis.* Incipit: Si qui defectum. *sic I. C. Prox. de tali defectu...* Desinit: *videas de hoc.*

Pag. 84 — In margine, semper alia manu: *Rubrica de bigamis.* Incipit: Altercationis *idest certaminis littigationis.....* Desinit: *vel monachi C. II.*

Pag. 85 — In margine: *Rubrica. De officio Vicarii.* Incipit: Romana officialem. *ubi dicitur habere idem consistorium...* Desinit: *vestro patri.*

Pag. 86 — In margine: *Rubrica. De officio iudicis et potestate delegati.* Incipit: Statuimus. *propterea que olim a diversis...* Desinit: *usque ad finem dec.*

Pag. 94 — In margine: *Rubrica. De officio legati.* Incipit: Officii debitum. *Hic videtur quod prelatus...* Desinit: *de preben. si motu.*

Pag. 98 — In margine: *Rubrica. De officio ordinarii.* Incipit: Romana dyocesi. *Hic repete quod dixi...* Desinit: *ubi dixi.*

Pag. 106 — In margine: *Rubrica. De maioritate et obedientia.* Incipit: Episcopali capitulum. *ad quod iurisdictio...* Desinit: *q. VI. in principio.*

In margine: *Rubrica. De pactis.* Incipit: Pactum, *quid sit pactum...* Desinit: *pape bonifatii super cathedram.*

Pag. 108 — In margine: *Rubrica. De procuratoribus.* Incipit: Non indistincte admittendo. *expresse comprobatur sententia...* Desinit: *tua nos in fine.*

Pag. 111 — In margine: *Rubrica. De hiis que vi metusve causa fiunt.* Incipit: Absolutionis beneficium. *aliquando dicitur...* Desinit: *ita quorumdam in fine.*

Pag. 112 — In margine: *Rubrica. De in integrum restitutione.* Incipit: Ecclesia. *propter altercationem doctorum...* Desinit: *queris prope principium.*

Pag. 113 — In margine: *Rubrica. De arbitris.* Incipit: Si e tribus duorum. *Huius datio est...* Desinit: *hec verba sumuntur. Explicit liber primus deo gratias. amen. amen.* Recentiori manu: *Finit XXVI. petitio.*

Pag. 114 — In margine legitur: *De iudiciis,* et spatio ad initialem litteram relicto, incipit: Iuris esse ambiguum. *ius est ambiguum...* et concordantibus titulis, in margine recentiori manu appositis, cum titulis capitulorum sexti libri Decretalium, desinit secundus liber in his verbis: *a quo non est appellatum. s. e. super eo. Explicit liber secundus. deo gratias. amen.* (alia manu: *finit IX petitio*).

Pag. 154 — Legitur in margine: *Rubrica. De vita et honestate clericorum.* et spatio relicto ad literam initialem, incipit: Clerici dignitati. *non quod clerici dicuntur...* Desinit: *hoc etiam satis probatur hic.* Tituli in marginibus appositi concordant cum titulis capitum libri sexti Decretalium, sed in codice liber tertius, a libro quarto, solita maiuscula non distinguitur.

Pag. 216 — Manus recentior in margine scripsit: *Rubrica. Incipit liber quintus de accusationibus inquisitionibus et denunciationibus.* Spatio ad literam initialem relicto, incipit: Postquam certis. *factum recitat unde...* Desinit: *de clerico egrotante. cum percussio in fine. Explicit liber quintus. deo gratias.* Et alia manu: *Finit IX petitio.* Posteriori columna huius paginae, quae est ultima Codicis, vacua remanente, in inferiori margine haec verba emptionis codicis leguntur: *Hunc librum et lecturam Domini Iohannis de lignano. in cartis bommacinis emi Ego Iohannes azella de gaieta a geronimo filio quodam domini Iohannis de nellis de ytro pro ducatis VIIII per manus nicolai de magistro.*

COD. XCVII

PAGINA XCIII.

xi. Al gem e sto macchi signa.
Quisolus fuerat pungat dolorib; ; acromae
chu. uomicae sequunt. febres graviores
est. his sed hiuendes caelefacciones
acles.

COD. XCVIII.

PAGINA XV.

Uox sponsę
Dignum dilec
to meo ad po
tandum. labi
isq; & dentibus
illius ruminan
dum ;

COD. XCIX.

PAGINA CCCCCII

Lēc xi.
[redacted]
A uesto que
rendum est.

COD. C.

PAGINA CCCII.

Iat unde supra dominum hic est omnium.
E a ulma luciniacae suae.
& ecce offerebant ei patra
lyaeu lac etiac in lecto ;

LIT. CAS.



CODEX XCVII.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 97 ET 88, INTERIORI VERO DEFICIENTE.
PLUTEO V.

Codex in folio, membranaceus, longitudinis metri 41/₀, latitudinis 30/₀, paginarum 552, foliorum scilicet 276, praeter quaedam deficientia, duplici columna, characteribus antiquioribus longobardicis, qui Francicam vel Merovingicam scripturam sapiunt, conscriptus. Saeculo IX ad finem vergente, vel saltemi nitio saeculi X, confectus videtur, quamvis cl. De Renzi qui eum iam X. saeculo assignaverat, postea circa annum 1086 reiiciat, ea ductus ratione quod ibi dominetur farmacopea a Constantino afro invecta, citeturque idem Constantinus, at eius nomen nullibi reperiri fas nobis fuit. Cl. vir forsan ex eo deceptus fuit quod nostros Codices prae manibus non habens, uni tribuit quod aliis convenit. Praetiosior omnibus Codicibus Medicinam tractantibus habendus, eaque methodo redactus, ut originem monachicam scriptoris demonstret. Cuiquam Codicem examinanti, singularum partium dispositionem, materiasque in eo contentas, clare apparebit in eo contineri plenam medicam institutionem, habita temporum ratione, quibus conflatus fuit; eumque esse ex illis prototypis, ex quibus *Articulae* defluxerunt, quae nihil aliud erant nisi Ippocratis, Galeni, Theophili, Ioannicii, aliorumque excerpta. Nihil desideratur in Codice quod ad practicam Medicinae spectet; nam praeter sfigmicae et uroscopiae tractatus, invenies *Quomodo visitare debes infirmum*, definitionem medicinae, de eius *inventoribus*, *de tribus haeresibus medicorum*, piretologiam ex Galeno, et Aurelio, praxim ex Alexandro Iatrosophista, Dioscoride et Apuleio Platonico, atque alia innumera.

Continet Codex, qui exteriori titulo insignitur: *Hippocratis prognostica et Aphorismi*, *Alexandri Iatrosophistae Medicina*, *Apulei Herbarium*, sequentes tractatus:

In hoc Codice amanuensis saepe aut aliquid reliquit, aut male scripsit, verbi gratia in libro Scolapii Medici, qui editus fuit XV saeculo, ut suo loco dicemus, Prologus sic legitur in Garioponto: *Cephaloponia est capitis dolor, commoto cerebro, ac tempore, aliquando quidem magnus, aliquando*

parvus. Apprehendimus hunc ex tardo dolore capitis, temporum ac frontis, quem Graeci crotaphion dicunt; et in Codice: *Cefaloponia idest capitis dolor. commotum cerebrum vel tempora. Unde eum apprehendis. ex ardore capitis. cum tempora ac frontem. quod greci trot afion vocant.* Et item cap. II. *Scotomia nascitur in vinosis hominibus... et haemorroides quae in capite sunt inflantur. Ut causa... vertiginem patiuntur et tamquam somno gravati cadunt. Conspiciunt;* et in Codice: *Scotomaticorum passio nascitur in venenosis hominibus... emorroyde que in capite sunt ut causa... capitis vertiginem conspiciunt.* Ceterum, demptis amanuensis erroribus, Codex magni habendus est ab omnibus, qui circa res medicas curas impendunt. Talique in honore habitus fuit a clariss. viris Salvatore de Renzi, et Daremberg, quorum ille Scolapium, Hyppocratem, Alexandrum Iatrosophistam, Apuleium, Galenum; iste Aurelium, Galenum, Aesculapium, Hyppocratem, Dioscoridem, Apuleium in suis habere voluerunt. Optandus quidem esset totus Codex, prout est, in lucem edi, ut saeculorum ante XI ratio rei Medicae dignoscatur, cum Codex noster velut synopis Medicinae eorum temporum sit. Recenset Montfauconius hunc Codicem his verbis: *Herbarium Apulei cum tractatu de Quadrupedibus eiusdem. Alexandri Iatrosophistae medicina. Liber Scolapii Medici (sic). Prognostica et Aphorismi Hyppocratis. Galenus de pulsibus et urinis, et aliis ad artem medendi pertinentibus.*

Habet Codex in compactura fragmentum Homiliae in Evang. *Assumpsit Iesus Petrum*, quae initio ac fine caret. Item de passione S. Ioannis Apost. et Evang. quae desinit: *et precum suarum consecuntur effectum. Prestante domino nostro ihesu christo. qui... Amen.* Item initium Tractatus S. Augustini Ep. in Evang. *Dixit Iesus Petro: sequere me.* Incipit: *Non parva quaestio est...* Item sermo S. Iohannis CPolitani Episcopi de Innocentibus: *David propheta sanctissimus loquitur...* Item lectionem libri Apocalypsis, cum antiphonis pro officio S. Ioannis Apost. et Evang. et SS. Innocentium. Tandem fragmentum initio ac fine carens homiliae in Ev. *Accessit mater filiorum Zebedaei.*

Legitur in *Chronico Casinensi* (lib. 1. cap. 33). Berthariu·m Abbatem Casinensem *duo codices medicinales eius industria de innumeris remediorum utilitatibus hinc inde collectos composuisse.* Forte hic Codex et alius signatus n. 69, sunt qui a Leone Berthario adiudicantur.

Pag. 1 — Incipit acephale, deficiente saltem primo folio: *Nec interroges annos vel etatem ipsius sed fac secundum rationem...* Desinit: *et serotalaxas. iste vero non curantur.*

De cataractas. Incipit: *Cataractas curas...* Desinit: *et sanus efficitur.*

Incipit epistola pronosticon. de signis et egritudines. idest intellegentia. et signa vite vel mortis. Incipit: *Peritissimum omnium rerum esse et domestica...* Desinit: *si sudat totum corpus scias eum vivere egrotum.*

Pag. 3 — Incipiunt indicia valetudinum yppogratis. Incipit: *Si tinnitum aurium fuerit...* Desinit: *in maximum periculum eveniens.* finit indicia diversarum valetudinum.

Pag. 4 — Quomodo visitare debes infirmum. Incipit: *Non omnem infirmum...* Desinit: *et cura tibi difficilis non videtur.* Edidit de Renzi: *Collectio Salernitana*, tom. II. pag. 73.

Cura febrientibus. Incipit: *Quomodo febrientem curare...* Desinit: *et sic mortui sunt.*

Vindicianus pentadio nepoti suo salutem. Incipit: *Licet te scire karissime...* Desinit: *maiora nos posse noscituro.*

Pag. 6 — Contradicit scrutari viscera. Incipit: *Expositio membrorum.* . Desinit: *Alba atque pinguem.* Explicit epistola vindiciani seu expositio membrorum. AMHN.

Pag. 8 — In ora inferiori huius paginae legitur: *Ad caligo oculorum. Sucus prunioli. sucus celidonie: ossa sippie. fel leporis. fel perdicis. fel galli nigri. acetu vetere vini. pones in vas eneo. expertum est.*

Incipit epistola yppogratis. de fleubothomia. Incipit: *Periflevothomia idest vena recta incisio...* Desinit: *et placet fel.*

Pag. 10 — De mensura tollendo sanguinem. in magnitudine egritudinis et fortitudo virtutis. Incipit: *Prima est contemplatio...* Desinit: *quando inflationis causa sanguis detrahitur.* explicit.

Incipit problema aristotelis philosophi. Incipit: *Quare si venter inferior...* Desinit: *ideo fit rigor.* explicit.

Pag. 12 — Incipit de ossa hominibus. Incipit: *Per quanta ossa......* Desinit: *sunt in homine. VIIII.*

Item de ossibus ex quibus humoribus singule infirmitates nascuntur. Incipit: *Ossa humana absque curatione sunt...* Desinit: *significat eiuta borsum (eius abortum?) faciat.* explicit.

Pag. 13 — Incipit epistola yppogratis. Incipit: *Medicina est que corporis vel tuetur...* Desinit: *adversus externos ictus cursusque servatur.*

De nomine eius. Incipit: *Nomen autem medicinae...* Desinit: *sed periculum affert.*

De inventoribus. Deest initium detruncato margine folii. Desinit: *in insula choo.*

Pag. 14 — De tribus heresibus medicorum. Incipit. *Hi itaque viri tres...* Desinit: *sed solas morborum substantias.*

De quattuor humoribus corporis. Incipit: *Sanitas. integritas corporis est...* Desinit: *causas veteres procedunt.*

(De acu)tis morbis quas greci chron... Incipit: *Oxea est acutus morbus...* Desinit: *simul cum morte venit.*

Pag. 15 — De chroneticis morbis. Incipit: *Chronia est prolixus. idest longus morbus...* Desinit: *quod obducat vulnera atque obtegat.*

Pag. 18 — De remediis et medicaminibus. Incipit: *Medicine curatio spernenda non est...* Desinit: *quia cyrurgus fuit.*

Pag. 19 — De creticis diebus. Incipit: *Creticos dies...* Desinit: *aut liberent.*

De libris medicinalibus. Incipit: *Aforismus est...* Desinit: *quod ibi herbae notentur.*

De instrumentis medicorum. Incipit: *Enchyridion dictum...* Desinit: *solvi collirium facit.*

De odoribus. et unguentibus. Incipit: *Odor vocatus...* Desinit: *et longius redolens.*

Pag. 20 — De medicina. Incipit: *Queritur a quibusdam...* Desinit: *cerotum. calasticum. marciaton.* Explicit deo gratias. Amen.

Incipit epistola ypoogratis ad regem antigonem. Incipit: *Quoniam convenit te peritissimum...* Desinit: *et corpus curandum.* Explicit.

Pag. 23 — Item alia epistola. Incipit: *In primo omnium elementorum...* Desinit: *causa valida curatur.* Explicit.

Pag. 24 — Item alia epistola. Incipit: *Frustra mortalium genus moritur...* Desinit: *vel macronosia.*

Alia. Incipit: *Non satis vexantur...* Desinit: *non potest scire.*

Alia epistola. Incipit: *Ne ignorans quispiam...* Desinit: *varietate vexantur.*

Pag. 26 — Item alia epistola de pulsis. et urinis. Incipit: *De agnoscendas febres omnes...* Desinit: *suisque temporibus esse curanda.*

Incipit prologus galieni de pulsis et orinis. Incipit: *Omnium causarum...* Desinit: *fecisset errorem.* Explicit prologus.

Pag. 27 — Incipiunt capitula libri galieni de pulsis et urinis.

I. De effemeris febribus.
II. De acutis febribus idest maior synochus.
III. De causon. et synochum. et synocis.
IIII. De planetis febribus idest erraticis.
V. De quartanis.
VI. De tertianis.
VII. De cotidianis.
VIII. De caput dolentibus.
VIIII. De cardiacis.
X. De lytargicis.
XI. De pleureticis.
XII. De peripleumonicis.
XIII. De synancis.
XIIII. De spasmo et tetano.
XV. De ydrofovicorum.
XVI. Qui ylio dolet.
XVII. Qui roansatis patitur.
XVIII. De epylempticorum qui sine contractione sunt.
XVIIII. De ruptione apostematis.
XX. De catecticis.
XXI. De dysintericis. et cyliacis.
XXII. De nefreticorum.
XXIII. De ydropicorum.
XXIIII. De hyctericorum.
XXV. De aepaticorum.
XXVI. De spleneticorum.
XXVII. De artriticorum.
XXVIII. De sciaticorum.
XXVIIII. De renum ulcerationem.
XXX. De scabias in vesica cum quis habuerit. Expliciunt capitula.

Incipit liber galieni de pulsis. et urinis. In

PRIMIS. I. DE EFFEMERIS FEBRIBUS. Incipit: *Effemerum febrium pulsus est simplex*... et divisus per suprascripta capitula desinit: *initium cauculi ostendit*. EXPLICIT LIBER URINARUM GALIENI DOGMATICIS.

Pag. 33 — INCIPIT PROLOGUS GALIENI LIBRI PRIMI. DE FEBRIUM DIVERSITATE. Incipit: *Quoniam quidem non solum... causam in tempore suo*. INCIPIAMUS NUNC FEBRIUM DICERE DIVERSITATES. *Quae vel quante sint*... Desinit: *difficilis ad curandum*. EXPLICIT PROLOGUS.

Pag. 34 — INCIPIUNT CAPITULA DE EODEM LIBRO.

I. De effemeras febres.
II. Signa aliarum febrium effemerum.
III. De cura effemerum febrium.
IIII. Incipit de synocho.
V. Cura communis omnibus synochis.
VI. De tribus synochis.
VII. Incipit cause agmasticorum.
VIII. Incipit signatio agmasticorum idest synochorum tertiorum hoc est novissimorum.
VIIII. Curatio synochorum ita se continet.
X. Incipit cura agmasticorum hoc est secundarum synochorum.
XI. Incipit potio causae suprascriptae.
XII. Incipit cura synochorum epagmasticorum.
XIII. Incipit egritudo que appellatur synocis.
XIIII. Incipiunt cause diaforeticorum.
XV. De cura diaforeticorum.
XVI. De febribus que cum syntomate nascuntur.
XVII. Ad incidendas febres.
XVIII. De malfactionibus.
XVIIII. De cura malfactionum.
XX. De aliis malfactionibus.
XXI. De syntomatibus causarum.
XXII. De causa capitis in febribus.
XXIII. De diebus creticis.
XXIIII. De ceteris creticis tertianae. et quartanae febris. idest cura ipsorum.
XXV. De cura cotidiane febris.
XXVI. De tertianae.
XXVII. De cura tertiane vere.
XXVIII. De cura tertiane diverse.
XXVIIII. De quartana.
XXX. De cura quartane.
XXXI. De dieta.
XXXII. Incipiunt cause tetardeicorum idest quartanariorum.
XXXIII. Incip. quartanae notae. idest non vere.
XXXIIII. Incip. signa duarum quartanarum.
XXXV. Incip. curationes quartane vere.
XXXVI. Incip. cura quartanae notae.
XXXVII. Incip. causae triteicorum idest tertianariorum dyonisii medici.
XXXVIII. Incip. tertianae notae. idest non vere.
XXXVIIII. Incip. ambe tertianae coniuncte. idest vera et non vera.
XL. Incip. cura tertianae vere.
XLI. Incip. cura duarum tertianarum mixtarum.
XLII. Incip. cura tertiane note. idest non vere.
XLIII. Incip. signa amfemerinorum. idest cotidianorum verorum.
XLIIII. Incip. signa amfemerinae notae idest non vere.
XLV. Incip. curatio cotidianarum verarum.
XLVI. Incip. curatio amfemerinorum verorum.
XLVII. Incip. signa duarum cotidianarum.
XLVIII. Incip. cura duarum cotidianarum.
XLVIIII. Incip. sucus cotidianarum.
L. De planetis febribus idest erraticis.
LI. Incip. cure de febrium planetarum. idest errantium.
LII. De quattuor temporum causarum febrium.
LIII. De diebus creticis.
LIIII. De aliis creticis diebus incipiamus dicere.
LV. De creticis febribus diebus sive periodicis sive acutis.
LVI. De emitriteis febribus.
LVII. De numero creticorum.
LVIII. Incip. prognostica.
LVIIII. Incip. signa mortifera iuxta yppogratis sententiam. EXPLICIUNT CAPITULA.

Pag. 35 — INCIPIT LIBER PRIMUS GALIENI DOGMATICIS. IN PRIMIS. DE EFFEMERIS FEBRIBUS. Incipit: Febrium species *non nisi doctissimorum est*... Et divisus per suprascripta capita desinit liber primus: *de aliis dicturis causis in alio incipiam*. EXPLICIT LIBER PRIMUS GALIENI. In hoc libro desunt duae paginae, idest 47 et 48 in quibus iscripta erant finis cap. XVIII. et initium cap. XIX.

Pag. 67 — INCIPIUNT CAPITULA. LIBRI II.

I. De flegmone.
II. De cura flegmonis.

III. Curatio genus reumatismi.
IIII. Cura flegomis vel apostemae.
V. De cura erisypele.
VI. De herisypilatibus quae intrinsecus fiunt.
VII. De igne sacro qui extrinsecus nascitur.
VIII. De cura erpetarum. idest erpenarum.
VIIII. De alia specie herpetis.
X. De carvunculis.
XI. De dieta ciborum.
XII. De tumoribus.
XIII. De scyrosin per omne corpus.
XIIII. De virtute adipum.
XV. De lapide pyriten. et de militen.
XVI. De scyrosin splenis.
XVII. De scyrosin iecoris.
XVIII. De flegmone et inflatione capitis.
XVIIII. De inflationibus et ventositate viscerorum.
XX. De ventis eurus.
XXI. De stomachi fervore vel calore.
XXII. De frigdore stomachi.
XXIII. De stomachi inflatione vel dolore.
XXIIII. De vomitu. vel singultu.
XXV. De apostematibus.
XXVI. De apostematibus quae intrinsecus nascuntur.
XXVII. De cancrena.
XXVIII. De cancro.
XXVIIII. De elefantiacis.

Pag. 68 — Deficiente titulo libri, incipit: De flegmone. Explicito *primo libro de curatione fêbrium...* Et diviso libro in supradictis capitum titulis, desinit: *manifesta ratione conscribam.* Explicit Galieni liber secundus.

Pag. 89 — Incipiunt capitula libri tertii.

I. Cephalea est dolor capitis qui multum temporis tenet.
II. Curatio cephalargie.
III. De scotomaticis.
IIII. Cura scotomaticorum.
V. Incipit de epylempticis.
VI. Curatio epylempticorum.
VII. Incipit causa maniae.
VIII. Curatio maniae.
VIIII. Incip. causae quae in visceribus sunt. et caput tenent. idest stomachum.
X. Stomachi autem que causae sint scire convenit.
XI. Algemae stomachi signa.
XII. Curatio algemae.
XIII. De flegmone hoc est fervor. hoc est algema. signa eorum.
XIIII. Curatio eorum.
XV. De scleroma. idet duritia. signa eius.
XVI. Curatio scleromae.
XVII. De enpneumatosis. idest inflatio. signa eius.
XVIII. Curatio inflatione stomachi.
XVIIII. De anorexia. idest fastidium. signa eius.
XX. Curatio anorexiae stomachi talis est seu cum febre seu sine febre.
XXI. De paralysis stomachi. signa eius.
XXII. Curatio eius talis est.
XXIII. De perielcoseos. idest vulnera in stomacho qui habent sic intellegis.
XXIIII. Curatio eorum talis est.
XXV. Fleumone quod dicimus tumore cum fervore stomachi sic intellegis.
XXVI. Curatio cause suprascripte.
XXVII. Apostema stomachi sic intellegis.
XXVIII. Curatio eorum talis est.
XXVIIII. Vulnera si in ventre nascantur. sic intellegis.
XXX. Cura eorum talis est.
XXXI. Incip. causae cyliecorum et signa.
XXXII. Curatio eorum talis est.
XXXIII. De peripleumonicis signa. idest causa in pulmones.
XXXIIII. Cura eorum talis est.
XXXV. Incip. pleuresis. idest lateris dolor. quorum signa sic intellegis.
XXXVI. Curatio eorum talis est adhivenda.
XXXVII. Incip. causas epatis. quod habet causas sex.
XXXVIII. Fleumone. idest tumor iecoris intellegis sic.
XXXVIIII. Apostema iecoris haec signa habet.
XL. Cum se ruperit apostema sic intellegitur.
XLI. Curatio causarum suprascriptarum.
XLII. Incip. apostematis cura quod fit in iecore.
XLIII. Incip. pelcosis signa. idest vulneratio iecoris et cura eorum.
XLIIII. Incip. curatio scelere. idest duritia cum sensu.
XLV. Item ad quod supra curatio.
XLVI. Incip. syrexi. idest ruptio apostematis signa.

XLVII. Cura eorum talis est.

XLVIII. Quomodo intellegas apostema ex alto ad superficiem se dedisse ut fassi.

XLVIIII. De scirosin idest duritiam iecoris sine sensu quae in initio curari potest sic.

L. Incipiunt signa spleneticorum.

LI. Incip. curatio spleneticorum.

LII. Incip. cause emoptoycorum.

LIII. Cura emoptoycorum.

LIIII. Incip. cause empiycorum. idest qui sanias proiciunt vel purulentas excreant.

LV. Incip. cura empyicorum secundum suas differentias.

LVI. Incip. causae nefreticorum qui et dolores et lapides in renibus habent.

LVII. Incip. signa nefreticorum qui dolores et arenas nutriunt.

LVIII. Incip. curatio nefreticorum. curatio flegmatis. idest tumoris.

LVIIII. Incipit cura eorum qui lapides in renibus habent.

LX. Incipit cura eorum qui arenas habent.

LXI. Incip. cause vesicae vel signa secundum suas passiones.

LXII. Incip. signa qui lapides in vesica habent.

LXIII. Incip. signa eorum qui sanguinem melant.

LXIIII. Incip. curatio cauculorum.

LXV. Incip. curatio vulnerationum que facta est in vesica.

LXVI. Incip. curatio eorum qui triciacis patiuntur.

LXVII. Curatio pytiriasis.

LXVIII. Incip. causa colicorum vel signa.

LXVIIII. Cura colicorum secundum differentias eorum. In primis cataplasma.

LXX. Incipit primum glisterem simplicem colice.

LXXI. Incip. unctionum causae suprascripte.

LXXII. Incip. cause dysintericorum.

LXXIII. Incip. signa dysinterie quae intestino maiori est.

LXXIIII. Incip. signa ut agnoscas si vulnera ipsa limpida sunt aut sordida.

LXXV. Curatio eorum secundum suas differentias.

LXXVI. Incip. cataplasma dysinterie.

LXXVII. Incip. compositio trociscorum qui fortiter facit ad dysinteria.

LXXVIII. Incip. signa synancicorum secundum suas passiones.

LXXVIIII. Curatio synancicorum.

LXXX. Incip. signa apoplexiae secundum suas passiones.

LXXXI. Curatio eorum talis est.

LXXXII. Incip. signa paraliticorum secundum suas passiones.

LXXXIII. Curatio eorum talis est.

EXPLICIT CAPITULA.

Pag. 90 — INCIPIT LIBER III. IN PRIMIS. DE CEPHALEA. I. Incipit: Cephalea est dolor *capitis qui multum tempus*... Distracto integro quaternione VIII., liber III. caret fine, scilicet ab illis verbis capitis LXXII.: *ut exustae intestinae vulnera facerent et san*..., in quibus desinit VII. quaternio. Libri IIII Galieni finis ultimi capitis tantum legitur in Codice, initio primae columnae quaternionis VIIII. scilicet:... *et de superioribus speciebus que ad tempus locum habuerit*... Desinit vero liber IV: *cum ipso in mortario comiscis et dabis bibere*. EXPLICIT LIBER IIII. GALIENI. Animadvertendum est in hoc libro tertio titulos libro praefixos non semper responderi adamussim titulis, quibus singula capita praesignantur.

Pag. 109 — INCIPIUNT CAPITULA LIBRI AURELII. DE ACUTIS PASSIONIBUS.

I. De febrium qualitates.

II. De febrium curas.

III. De sudores.

IIII De pericausis spiritu.

V. De vigilias quae in febribus fiunt.

VI. De dolore capitis quae in febribus fit.

VII. De sicca et aspera et usta in febribus lingua.

VIII. De freneticis.

VIIII. De lytargia.

X. De pleureticis.

XI. De perifleumonicis.

XII. De synancis.

XIII. De cardiacorum dispositionem.

XIIII. De colericis.

XV. De dyarria.

XVI. De cordapsu hoc est yleum.

XVII. De his quibus stercora non reddunt.

XVIII. De his qui in febribus tremunt.

XVIIII. De apoplexia.

XX. De spasmis et tetanis.

XXI. De ydrofobicis.

XXII. De fastidium in acutis febribus.

XXIII. De vesicae impetu in acutis febribus.
XXIIII. De vesica si defluxerit in acutis febribus.
XXV. De singultu in febre.
XXVI. De parotidas quae in febribus fiunt.

Expliciunt capitula.

Incipit liber Aurelii. In primis de acutis passionibus. Incipit: Omnibus hominibus *generantur aegritudines*... Liber dividitur in XXVI. capitibus, praeter prologum; quorum tituli respondent, paucis exceptis, iis qui supra leguntur. Liber desinit: *et sicut in omnibus vulneribus exigerit.* Explicit liber Aurelii. Amen.

Pag. 131 — Incipiunt capitula libri Scolapii medici.

I. De cephalea.
II. De scothomia.
III. De aepylemsia.
IIII. De mania.
V. De melancolia.
VI. De enteasmon.
VII. De fialtes.
VIII. De vocis amputatione.
VIIII. De arteriacis.
X. De dentium vitia.
XI. De aurium vitia.
XII. Quid sit podagris serviendum.
XIII. De catarron.
XIIII. De vua.
XV. De tussicula.
XVI. De moptoycis.
XVII. De ptysicis.
XVIII. De tysis.
XVIIII. De empyicis.
XX. De anhelitum.
XXI. De stomachi causa.
XXII. De paralysis.
XXIII. De cyliacis.
XXIIII. De colicis.
XXV. De tromvos.
XXVI. De catalempticis.
XXVII. De bulismos quae et fetedencos.
XXVIII. De pytiriaseos.
XXVIIII. De lumbricos.
XXX. De tenesmon.
XXXI. De dysinteria.
XXXII. De lyenteria.
XXXIII. De epaticis.
XXXIIII. De spleneticis.
XXXV. De hictericis.
XXXVI. De cacexia.
XXXVII. De ydropicis.
XXXVIII. De dyabetes.
XXXVIIII. De elefantiosos.
XL. De nefreticis. hoc est de renum dolore.
XLI. De vesicae causam.
XLII. De veretri causam.
XLIII. De ve(re)tri causam in orificium et ani.
XLIIII. De sciaticis.
XLV. De psyalgicis.
XLVI. De artriticis.
XLVII. De podagricis.

Expliciunt capitula.

Incipit liber Scolapii medici.

In primis de cephalea. Incipit: Cecaloponia *idest capitis dolor*... Desinit liber, distinctus per suprascriptos capitum titulos, qui fere adamussim respondent ad invicem: *credenda sunt magis humana corpora ad operandam sanitatem.* Explicit. Deo gratias. Amen. Liber iste Scolapii Medici iam a XV saeculo lucem aspexit promiscue cum operibus Guarimpoti Salernitani, et sub eius nomine, vel ob Typographi ignorantiam, qui in unum redegit duo opera inter se distincta; vel quia in uno volumine exscriptas invenit, ipseque edidit sub titulo: *De morborum curatione.* In hoc libro invenies scriptorem VIII. vel IX. saeculi, et certe ante saeculum XI.

Pag. 199 — Incipit prologus super expositionem aforismi. Incipit: *Medicina partitur secundum minorem portionem*... Desinit: *Haec est portio medicinae.* Explicit Deo gratias. Comentum hoc differt ab noto Constantini afri, aliisque editis, antiquiusque censendum. Eius Prologum editit cl. De Renzi: *Coll. Salern.* tom. I. pag. 87. Reliqua adhuc lucem expectant.

Pag. 200 — In nomine domini nostri ihesu christi. Incipit commentum aforismorum. Incipit: *Quia necesse est semper in omnibus*... Desinit: *Si enim requiras certam rationem. quod aforismi sunt. tot partes.* Explicit.

Pag. 201 — Incipiunt capitula aforismi. Liber I.

I. Quod est aforismum? Sermo brevis. Integrum sensum. preposita rei scribens. Vita brevis. Ars

autem prolixa. tempus velox. experimentum vero fallens.

II. Determinatio molesta.

III. Oportet autem solum medicum prevere quae oportet facienda.

IIII. De perturbationibus ventris. et reiactationibus.

V. De inanitione quae oportet fieri.

VI. Contemplari autem oportet. et tempus et aetatem et regionem.

VII. De exercitatione quae in summum bona valitudo est.

VIII. Non enim possunt manere in eodem. neque silere.

VIIII. Horum ergo causa bonam balitudinem solvere convenit.

X. *Neque repressiones ad ultimum ducere fallentes sunt.*

X*I. Sed debes considerare qualis que natura fuerit qui habet.*

X*II. Similiter autem et inanitiones quae in ultimo perducit.*

X*III. De tenues et simplices cibi et in longis semper causis.*

X*IIII. Quae ad ultimum simplicitatis perducentes.*

X*V. In tenuissimis et simplicibus cibis delinquunt egroti.*

X*VI. Propter hoc et sani falentes sunt vel decipientes.*

X*VII. Propterea ergo tenues et simplices cibi fallentes.*

X*VIII. In ultimas vero egritudines. ultimae curare.*

X*VIIII. Et quaeque per circuitus interpolantur. interpolationibus.*

XX. *Ubi valde secundum acumen est aegritudo. illuc et optimum.*

XX*I. Ubi autem non se convenit humaniorem cibum adhivere.*

XX*II. Quando stavilita fuerit aegritudo.*

XX*III. Contemplari autem oportet aegrotantem.*

XX*IIII. Quibus enim status continuo simplicibus reficiendum.*

XX*V. Quibus autem in posterum status in illo et ad illum.*

XX*VI. In accessionibus subtrahere. addere enim nocet.*

XX*VII. Ammonitiones enim et deductiones declarant aegritudinem.*

XX*VIII. Senes apte ieiunium ferunt secundum medie aetates.*

XX*VIIII. Horum autem quia seipsis fortes et animosiores sunt.*

XXX. *Senibus autem modicus calor est. propterea itaque fomite.*

XXX*I. Ventre in hieme et verno ferventiores secundum.*

XXX*II. Liquida omnia nutrimenta febricitantibus conveniunt.*

XXX*III. Et quibus semel. et iterum. aut multum. aut minus et secundum.*

XXX*IIII. Aestate et autumno cibos graviter ferunt.*

XXX*V. Quibus pro circuitu occasiones fiunt. non dare cibum.*

XXX*VI. Antequam crisin fiant quae solvunt egritudinem.*

XXX*VII. Quae oportet deducere quae magis labuntur.*

XXX*VIII. In acutis causis raro. et in initiis farmacis.*

XXX*VIIII. Si qualia oportet purgari. purgentur.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER PRIMUS. QUID EST AFORISMUM?... FALLENS. Incipit: *Continuo yppograles in initio laudationis suae pulsor videtur magis quam advocator ut omnes qui ad artem vel disciplinam medicinae ingredi desiderant. profugos illos redderet a secta medicinae. cum ea quae introducendorum aures potuissent percipere. primum debuerit memorie commendare...* Desinit liber divisus per suprascripta capita: *purgata non fuerint. contrarium est.*

EXPLICIT AFORISMI PARTICULA PRIMA.

Pag. 212 — INCIPIT CAPITULA PARTICULAE SECUNDE.

I. In quocumque morbo somnus laborem prestat. mortale est.

II. De somno et vigilie ultra modum factis.

III. De repletione et indigentia.

IIII. De labores spontanei qui inducunt morbos.

V. De his qui in corporibus laborant et plurimum non sentiunt dolorem.

VI. De corpora que per multum tempus extenuata sunt.

VII. Si *ex egritudine cibum accipiens. non convalescit.*

VIII. Oportet cum valuerit quis purgari et mollita reddere.
VIIII. De corpora que non sunt pura. quanto magis nutrit plus nocet.
X. Facile est repleri potu quam cibo.
XI. Quae relinquuntur in nobis post solutionem. iterationes faciunt.
XII. Quibuscumque solutio crisis fit. his nox grabis.
XIII. In ventris solutionibus inmutationes que egerunt iubant.
XIIII. Ubi fauces egrotant aut pustulae in corpore nascuntur.
XV. Ubi est indigentia. non oportet laborari.
XVI. Ubicumque exca extra natura amplius venerit. valetudinem facit.
XVII. Manifestat ergo sanatio que reficiunt copiosae.
XVIII. Acutorum morborum non est in omnibus certa pronuntiatio.
XVIIII. Quibuscumque iuvenibus ventres soluti sunt.
XX. Indigentia repletio curat vel solvit.
XXI. Acute egritudines determinantur in XIIII dies.
XXII. Septima dierum. IIII. denuntiat.
XXIII. Alterius ebdomades octaba principantur.
XXIIII. Conspicienda XV. haec est enim alterius ebdomadis contemplatrix.
XXV. Rursus. XVII. haec est IIII. quidem a quartadecima.
XXVI. Contrarie valetudines respondent in. XIIII. dies.
XXVII. Ipsa enim quarta videndi septimana.
XXVIII. Quartanae aestivae plerumque fiunt breves.
XXVIIII. Febres in spasmum fieri melius. quam spasmum in febre.
XXX. De his qui non secundum rationem relevant.
XXXI. Nec valde veretri mala nascentia extra rationem.
XXXII. Febricitantium non valde in superficiem permanere.
XXXIII. Inchoantibus morbis. si quis videtur moveri statum.
XXXIIII. Circa initia et fines omnia imbecilla.
XXXV. Qui ex acredine apte reficitur.
XXXVI. Plerumque omnes pessimae (ha)bentes bene reficientes.
XXXVII. Qui autem circa initia abstinentes fortius.
XXXVIII. In omni egritudine vegetari mentem.
XXXVIIII. In morbis minus periclitantur.
XL. In omnibus morbis diuturnis qui circa umbilicum et super pectinem.
XLI. Qui salubriter habet corpus in medicaminum.
XLII. Quod modico peius et potum et cibum.
XLIII. Seniores. iuveniores plerumque egrotant.
XLIIII. Broncis et corize valde senibus non maturantur.
XLV. Qui deficiunt frequenter.
XLVI. Solvere apoplexiam fortem vel sanare impossibile est.
XLVII. Stranguilatorum autem et deficientium nec mortuorum.
XLVIII. Qui valde cras(si) sunt secundum naturam celerius moriuntur.
XLVIIII. Aepylemticis iunioribus evadere contigit per inmutationes.
L. Duo dolores simul innati non in eodem loco.
LI. Circa nativitatis saniem et dolores et febres.
LII. In omni motu corporis cum caeperit laborare.
LIII. Oportet ergo et consueta mutare.
LIIII. Non transire ad aliam manentem.
LV. Quotquod ventres solutos habent iuvenes.
LVI. In magnitudinem corporis iuvenescere decet.
EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT PARTICULA. II. IN QUOCUMQUE DOLORE AUT MORBO SOMNUS... MORTALE EST. Incipit: *Questio nobis evenit contra yppocratem....* Desinit: *potius quam meliora.* EXPLICIT PARS SECUNDA.

Pag. 225 — INCIPIT PARS TERTIAE.

I. De inmutationes temporum quando maximae generant nerbos (morbos).
II. De frigus et aestus. et cetera cum ratione simili.
III. De temporibus quando eadem die aliquando aestus. aliquando frigus facit.
IIII. Austri. auditum grabant. caliginem faciunt.
V. Sic autem septemtrion tussicule facit faucium. ventris duritiam.
VI. Quando estas fuerit verno similis. sudores in febribus.
VII. In siccis febribus acutae nascuntur.
VIII. Si precipuae fuerit annus talis constitutus.

VIIII. In autumno acutissimae aegritudines mortifere.

X. Autumno. tysicis malum.

XI. De temporibus autem siquidem hyemps siccus et fri(gi)dus fuerit.

XII. Sin vero austrina hyemps fuerit et tranquilla.

XIII. Quae autem generaverint inutilia. et morbida generant.

XIIII. Reliquis autem dysinteriae. et oculorum dolores. sicci.

XV. Si autem aestas frigida fuerit et sicca. au- . tumnus autem.

XVI. Si autem boreum et inaquosum. his qui humide nature sunt.

XVII. Qualitates autem anni omni modo sicce a pluvealibus.

XVIII. Egritudines autem in pluvialibus plerumque fiunt.

XVIIII. In siccis autem fit sic. oculorum cause.

XX. Per dies autem boreae qualitates corpora condensant.

XXI. Austrini vero dissolvunt corpora et humectunt.

XXII. Secundum tempora quidem verni et initio tempestatis (estatis).

XXIII. Aestate vero et autumno certo tempore senes.

XXIIII. Aegritudines autem omnes quidem in omnibus temporibus fiunt.

XXV. Etenim verno melancolie. maniae.

XXVI. Estate vero aliqua horum. et febres acutae.

XXVII. Autumno vel estivo. multe febres.

XXVIII. Hyeme vero. pleureticis. brancis et tussiculae.

XXVIIII. In etatibus vero accidunt minoribus et novellis.

XXX. Cum autem addentiaverit. gingibarum prurigines.

XXXI. Maioribus autem infantibus. tussiculae. spondili.

XXXII. Maioribus autem et ad iuventa venientibus.

XXXIII. Plerumque pueris cause determinantur.

XXXIIII. Iuvenibus autem. sanguinis fluxus.

XXXV. Horum maioribus dypsmae. suspiria.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT PARS TERTIA. I. IN MUTATIONE TEMPORUM... IMMUTATIONES MAXIMAE. Incipit: *Completa atque digesta...* Desinit: *ex ipsa fit materia.*

EXPLICIT PARS TERTIA.

Pag. 235 — INCIPIT PARTIS QUARTAE.

I. Utero gravidas medicaminibus purgari sic exposcit.

II. In purgationibus talia educere ex corpore.

III. Si qualia oportet purgari purgentur.

IIII. Quare tale iuvet fieri purgatione?

V. Sub. caniculares. et ante caniculares molestae sunt. purgationes.

VI. Macilentos et facile reicientes.

VII. Pthynodeas et melancolicos vero fortius.

VIII. Purgare valde in acutis necesse est.

VIIII. Tortiones quibus circa umbilicum et lumborum.

X. Et quibus ventres lyenterice hyeme purgari.

XI. Ad eleborismos qui non facile suso purgantur.

XII. Aut autem sommus et non motus.

XIII. Cum volueris magis reducere. elleborum movet corpus.

XIIII. Ellevorum periculosum est.

XV. Sine febribus constituti. ieiunium stomachi.

XVI. Quicumque in farmaco positi non sitiunt cum purgantur.

XVII. Sine febribus constitutis si fuerit tormentum.

XVIII. Egestiones nigras velut ex sponte venientes.

XVIIII. Et quando colores multos pessimos habuerint.

XX. Egritudinum quorum initiantium colera nigra.

XXI. Quibus egritudines acutas et diuturnas.

XXII. Dysinteria si colera nigra initiaverit mortalis est.

XXIII. Sanguis suso qualiscumque manaverit.

XXIIII. Nigre egestiones. si ex dysinteria.

XXV. In febribus sanguis fluxus quantumcumque fuerit.

XXVI. Quibuscumque egestiones ex surdatione facta.

XXVII. Quibuscumque in febribus sexti diei constitutis.

XXVIII. Quibus accessiones fiunt.

XXVIIII. Qui de quartano exagitantur.

XXX. Lavoriosis in febribus. in articulis.

XXXI. Quibus exurgentes de morbo.

XXXII. Sed et si ante dolens quis fuerit.

XXXIII. Si febricitanti tumore non constituto.
XXXIIII. Si febricitanti non convertatur.
XXXV. Sudores febricitantes si ceperit tertio die.
XXXVI. Frigidi sudores cum acuta febre morte pronuntiant.
XXXVII. Cum molliore prolixitatem morbi.
XXXVIII. Ubi in corpore sudor. illic indicat morbum.
XXXVIIII. Sudor multus ex sommo.
XL. Sudor multus frigidus.
XLI. Febres quecumque non deficiunt.
XLII. Quicumque aut temores. aut in articulis.
XLIII. Quibus febres prolixe sunt.
XLIIII. Si rigor obvenerit.
XLV. Excreationes in febribus.
XLVI. Si autem non deficientibus febribus.
XLVII. In non deficiente febre.
XLVIII. Quibus forte non deficientibus febribus.
XLVIIII. In febribus apostemata.
L. Quod quod in febribus vel in aliis infirmitatibus.
LI. Quibus in dentibus in febribus limositate fiunt.
LII. Quibus plurimum tussiculae siccae.
LIII. Quae ex inguibus febres male.
LIIII. Febricitantibus sudore supervente.
LV. De spasmo. aut tetano.
LVI. De causon laborante.
LVII. Tertianus verus. determinatur in VII. periodos.
LVIII. Cuicumque in febribus aures insurdaverint.
LVIIII. Febricitantem nisi in cretico die febris dimiserit.
LX. Quibuscumque in febribus hycter innascitur.
LXI. Quibuscumque in febribus cotidie frigores fiunt.
LXII. Quibus in febribus. VII. et VIIII. vel VIIII. (sic). *hicter innoscitur.*
LXIII. In febribus circa ventrem caumam fortem.
LXIIII. In febribus acutis ventris morsus.
LXV. In febribus ex sommo timorem vel spasmum malum est.
LXVI. In febribus spiritus deficiens malum est.
LXVII. Quibus urinae crasse et glivose sunt.
LXVIII. Quibus urina involuta velud in iumentis.
LXVIIII. Quibus septima die determinantur.
LXX. Quibus urine limpide albae. malignum.
LXXI. Quibus precordia extant. idest inflant.
LXXII. Quibus pus est in articulis.
LXXIII. Urina pinguis multa et alba facta.
LXXIIII. Si sanguinem vel pus minxerit.
LXXV. Quibuscumque in urina pingues carnes.
LXXVI. Quibus urina pinguis constituta fuerit.
LXXVII. Qui repente sanguinem melant.
LXXVIII. Quibus urine arenosae residunt.
LXXVIIII. Si sanguine melant.
LXXX. Si sanguinem et pus melant.
LXXXI. Quibus in veretro pustella nascuntur.
LXXXII. Urina nocte plurimum facta.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT PARS QUARTA DE AFORISMIS. I. UTERO GRAVIDAS... PROVECTA VITARET. Incipit: *Usque ad istum locum. particula fuit...* Desinit liber IV. distinctus in supradictis capitibus: *calor naturalis digestionem vel egestionem celerius facit.* EXPLICIT PARTICULA. IIII.

Pag. 252 — INCIPIUNT CAPITULA PARTIS. V.

I. Spasmus de elleborum mortale est.
II. In vulnere spasmus factus. mortale est.
III. Sanguine multo fluente spasmus innatus malum est.
IV. Immoderata purgatione spasmus innatus.
V. Si ebriatus subito aliquis obmutuerit.
VI. Quodquod tetano appraehenduntur in IIII. die pereunt.
VII. Epylempsie quibus ante inventa nascuntur.
VIII. Ab spasmo et tetano capto febris acuta supervenit.
IX. Quodquod pleuretici non purgantur in XIIII. die.
X. Tysici maxime fiunt ab VIII. et X. usque ad XXXV.
XI. Quibuscumque synancis refugit. ad pulmonem eius convertitur.
XII. His qui de tysin molestantur.
XIII. Quibuscumque tysicis capilli de capite ceciderint.
XIIII. Qui spumosum sanguinem expuunt.
XV. De tysis laborante solutio ventris facta.
XVI. Quicumque ex pleureticis tysici fiunt.
XVII. Calidum nocet frequenter utentibus.
XVIII. Frigidum vero spasmum et tetanon ignores.
XVIIII. Frigidum vero inimicum ossibus.
XX. Quaecumque infrigdaverit. recalefacere.
XXI. Frigidum quidem demordens cutem.

XXII. *Quando in tetano sine vulnere in iuvene carnoso.*

XXIII. *Calidum saniem faciens non in omni vulnere.*

XXIIII. *In his quidem oportet frigidum.*

XXV. *Frigidum sicut nivis cristallum pectori nocivum.*

Expliciunt capitula.

Incipit pars. V. I. Spasmus de elleborum mortale est. Incipit: *Completa igitur atque digesta...* Desinit, suprascriptis divisus capitulis, liber V: *stupor dolorem mitigat.* Explicit particula V.

Pag. 257 — Incipiunt capitula partis. VI.

I. Menstrua adducere ex aromatibus.

II. Aqua que cito calefacit cito infrigidatur.

III. Mulier in utero habens. flevothomata discutiet.

IIII. Mulieri in utero habenti. de acuta egritudine.

V. Mulieri sanguinem vomenti. menstruis erupentibus.

VI. Menstruis non deficientibus.

VII. Mulieri in utero habenti. si venter cucurrit.

VIII. Mulieri de matrice laboranti.

VIIII. Mulieri menstrua. mali coloris.

X. *Mulieri in utero habenti si mamillae subito siccaverit.*

XI. Mulieri in utero habenti. si altera mamilla siccaverit.

XII. Mulier quae neque conceperit. neque generaverit.

XIII. Mulieri cuilivet in mamillis in sanguine lac convertitur.

XIIII. Mulierem si vis scire si concipit.

XV. Mulier quidem si masculum ferat. ruvicunda est.

XVI. Si autem mulieri in utero habenti herisypila nata fuerit.

XVII. Que extra natura graciles constitutae non concipiunt.

XVIII. Quae autem moderatum corpus habuerit abortierit.

XVIIII. Quae secundum natura grasse sunt non concipiunt.

XX. *Si matrix ad vertebrum posita saniam fecerit.*

XXI. Infantes masculi quidem in dextris. faemine vero in sinistris.

XXII. Magis matrix cum precipitantium est.

XXIII. Si volueris menstrua retinere.

XXIIII. Que in hutero habent. harum concluditur orificium matricum.

XXV. Si in utero habent lac multum de mamillas manaverit.

XXVI. Infantes quacumque corrupturae sunt.

XXVII. Si vero rursum dura fuerit. dolor erit in vulneribus.

XXVIII. Quibus orificium matricum durum est.

XXVIIII. Quae in utero habent. a febribus corripiuntur.

XXX. *In profluvium mulieris si spasmus et animi defectio supervenerit.*

XXXI. Menstruis multis venientibus morbi accidunt.

XXXII. Si circa anum tumentem et matrice tumentem stranguiria.

XXXIII. Si circa renes saniatos stranguiria supervenerit.

XXXIIII. Si circa iecur tumentem singultus nascitur.

XXXV. Mulier si non acceperit in utero.

XXXVI. Mulieri in utero habenti. si menstrua venerit.

XXXVII. Mulieris purgatio non venerit.

XXXVIII. Quae densas et frigidas matrices habet.

XXXVIIII. Similiter autem et circa viros.

XL. Lac dare aput dolentibus pessimum est.

XLI. Convenit autem tysicis non valde febrientibus.

XLII. Quibus tumores in vulneribus non valde spasmantur. (Titulus iste deest in indice huic libro praesignato).

XLIII. Si rubri fuerint tumores vulnerationum.

XLIIII. Si solidis et molestis constitutis.

XLV. Posteriora capitis dolenti.

XLVI. Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis.

XLVII. Quibus corium extenditur. siccum est et durum.

XLVIII. Qui hicterici sunt. non valde inflationes patiuntur.

Expliciunt capitula.

Incipit pars. VI. I. Menstrua adducere... gravedinem fecisset. Incipit: *Completa igitur atque digesta...* Desinit liber VI. ut supra distinctus: *inflationes non facit.* Explicit particula. VI.

Pag. 266 — Incipiunt capitula partis. VII.

I. In diuturna lyenteria. oxiregmia innata.

II. Quibus nares humidae sunt naturaliter.
III. Salubria in longa dysinteria abstinentia cibi.
IIII. Dolores quae in latere et in pectore sunt.
V. Nefretici et quae circa vesica nascuntur.
VI. Senioribus circa ventrem nati.
VII. Ydropicis quibus nascuntur vulnera in corpore.
VIII. Latae pustulae non valde pruriginosae.
VIIII. Caput dolentibus et circa dolenti.
X. Malancolicis et nefreticis emorroyde innate.
XI. Ydropem fieri aut tysin. aut maniam.
XII. Qui singultum patiuntur. sternutatio supervenerit solvit.
XIII. Qui ydropici sunt. per venas in ventrem aquas fluentes.
XIIII. De dyarria prolixa.
XV. Pleuretin habenti. aut peripleunomia.
XVI. Oculos dolentes. dyarria si occupaverit bonum est.
XVII. Vesica exsiccata. aut cerebrum aut corde.
XVIII. Cui incisum fuerit os aut sartilago.
XVIIII. Si in ventriculo sanguis effusus fuerit.
XX. Menomenis varicis autem aemorroydes in nocte.
XXI. Quecumque eruptiones de dorso ad cubitum transeunt.
XXII. Si timorem aut anxia habeat.
XXIII. Ignis sacer foris incipiens.
XXIIII. Quibuscumque incausos rigores nascuntur.
XXV. Quodquod ympiici aut ydropici comburruntur.
XXVI. Eunuchi podagrici non sunt.
XXVII. Mulier non podagrat nisi menstrua ei defecerit.
XXVIII. Puer non podagrat antequam venere coheat.
XXVIIII. Dolores oculorum merata potio vel lavacrum vaporatio.
XXX. Trauli de diarria maxime capiuntur.
XXXI. Acidum ructantes non valde pleuretici efficiuntur.
XXXII. Quodquod calvi sunt. his varices magni non nascuntur.
XXXIII. Dysirri. flevothomia solvit.
XXXIIII. De synance capto tumores.
XXXV. Quibus absconditi canceres nascunlnr.
XXXVI. Spasmus fit de repletione. aut de inanitione.
XXXVII. Quibus circa precordia dolor fit.
XXXVIII. Quibus sanies facta in quocumque loco.
XXXVIIII. In morbo regio iecur dum fuerit. pessimum est.
XL. Si quis ex spleneticis dysinteria exagitantur.
XLI. Qui gibbi ex anelito vel tusse fiunt.
XLII. Plerumque quibus farmacia flevothomia.
XLIII. Si spleneticis dysinteria supervenerit.
XLIIII. Quaecumque podagricis egritudines fiunt.
XLV. Quibuscumque cerebrum conciditur.
XLVI. Quibuscumque sanis repente dolores nascuntur.
XLVII. Contemplari autem oportet et indicia oculorum.
XLVIII. Desypiritiae. idest desipientia que cum risu fiunt.
XLVIIII. In acutis causis que cum febribus fiunt.
L. Podagrici. verno aut autumno molliuntur.
LI. Melancolicus morbus in hac periculose.
LII. Apoplectici autem maxime fiunt etate XL annorum.
LIII. Quibuscumque ex sciade laborantibus exilit vertebrum.
LIIII. In acutis morbis frigus articulorum malum est.
LV. Circa vomitum singultum et oculi sanguinolenti malum est.
LVI. In sudore obripilatione inutile est.
LVII. In mania aut dysinteria vel ydrops.
LVIII. In egritudine diuturna sine cibo.
LVIIII. Ex vinolentia rigor. alienatio.
LX. Si per sanguinis fluxum alienatio et spasmus malum est.
LXI. Circa pleureticum vel pleripleumonia frenesis malum est.
LXII. Circa vulnera potiora spasmus aut tetanus malum est.
LXIII. In vulneratione capitis extollentia alienatio malum est.
LXIIII. Circa sanguinis sputum sanies malum est.
LXV. Circa tysin saniem. sputus et defusio.
LXVI. Circa fervore iocineris singultus malum est.
LXVII. In pustulae intro rumpenti.
LXVIII. Circa vitia spasmus. insanie.
LXVIIII. Circa ossi nudatione herisipila.

EXPLICIUNT CAPITULA

Pag. 267 — INCIPIT PARS VII. I. IN DIUTURNA LYENTERIA... ET IN PTHARMICI. Incipit: *Completa atque digesta....* Desinit liber VII. divisus ut supra: *quod in presenti cognoscimus.* EXPLICIT AFORISMUS CUM EXPOSITIONE SUA. LEGE FELICITER.

Pag. 282 — INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI. ALEXANDRI TROSOPHISTAE.

XXVIIII. Si ex pinguibus et frigidis humoribus caput doleat.
XXX. Curatio si in febribus caput doleat.
XXXI. Curatio si ex vino caput doleat.
XXXII. Si ex percussione caput doleat.
XXXIII. De cephalea.
XXXIIII. Si de infraxin caput doleat.
XXXV. Signa si flegmon in capite fit.
XXXVI. Signa si ex ventositate dolor fit.
XXXVII. Signa si de acro humore dolor capitis fit.
XXXVIII. Signa si ex colerico humore distemperantia fit.
XXXVIIII. Cura cephalicis.
XL. Cura si ex colerico humore dolor capitis fiat.
XLI. Ad capitis purgationem.
XLII. Cerotum vel trociscos anodinos ad caput.
XLIII. Curatio si ex distemperantia dolor fiat.
XLIIII. De emigranii dolore.
XLV. Si de stomacho emigranii dolor fiat.
XLVI. Si de frigido humore stomachi dolor fit emigranii.
XLVII. Si de colerico humore fiat emigranii dolor.
XLVIII. Crisma localis ad emigranii dolorem.
XLVIIII. Curatio si de colerico humore emigranii fit.
L. De frenetica passione.
LI. Que causa est freneticis.
LII. Signa precidentia freneticis.
LIII. Signa de non vere frenetice.
LIIII. Signa quibus diuturna futura est frenesis.
LV. Curatio freneticorum.
LVI. Ciborum rationalis frenesim.
LVII. De lytargicis.
LVIII. Curatio lytargicis.
LVIIII. De epylempsia.
LX. Signa epylemsie.
LXI. Curatio epylempsie.
LXII. De apozima danda.
LXIII. De catarticis.
LXIIII. De apoflegmatismis.
LXV. De vomitu.
LXVI. Curatio si de stomacho facta fuerit epylempsia.
LXVII. Si ex aliquo membro fit epylempsia.
LXVIII. De diuturnos passiones epylempticis.
De fisicis. et ligaturis epylempticis. (Titulus hic desideratur in Indice libro praefixo).
LXVIIII. Quid cavendum sit epylempticis.
LXX. De melancolicis.
LXXI. Signa si ex plenitudine sanguinis melancolia fit.
LXXII. Curatio melancolie.
LXXIII. Si ex colera mania. vel melancolia nata fuerit.
Pag. 326 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore. Intravit ihesus in quoddam... in domum suam. Et reliqua.* OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sanctum evangelium cum legeretur audivimus...* Desinit: *sed deus qui incrementum dat.* (Augustinus, tom. V. par. I. ser. 104, col. 616, Migne). Deinde haec leguntur in pag. 336: *Sequitur. Extollens vocem quaedam mulier... quae suxisti. Vere beata Maria. quia tanquam in sacrario ventris sui portavit cum ministerio sacerdotem. Nam quicquid in saeculum futurum erat. id totum de eius beato ventre processit. Processit enim sacerdos et hostia deus resurrectionis. et sacerdos oblationis. et hostia passionis. Hoc autem totum in christo agnoscimus. Deus est quod ad patrem rediit. pontifex. quod se ipsum victimam optulit pro nobis. Marie ergo beatum uterum. non uterum sed templum fuit christi. Quid est autem in illo. nisi quod super coelos estimandus est. ubi quasi secretiori tabernaculo mysterium a divinitate disponitur. Super coelos plane beatus uterus mariae estimandus est. quia victorem filium dei ad coelos remisit. Inde venit ut pateretur. hinc rediit ut regnans adoretur. Inde humiliatus descendit. hinc ad patrem glorificatus ascendit. Melius plane templum corporis quam celi. Residens christus in coelis ibi est terribilis hic autem mansuetus. Ibi peccata vindicans. hic peccata condonans. Ibi potestatem iudicis utitur. hic per dilectionem inter fratres honoratur. atque ut simus beati qui audiunt verbum dei et custodiunt hortatur. Ideoque nobis bonum est eum adorare. ut possimus non eum timere cum iudicat. Ihesus christus dominus noster. qui cum patre et spiritus sancto vivit et regnat deus. per omnia secula seculorum. Amen.*

Pag. 338 — LECTIO XII. SERMO VENERABILIS PAULI DIACONI. Incipit: *Licet omnium sanctorum fratres charissimi...* Desinit: *pietate solita intercedit.* (P. Diaconus col. 1565, Migne).

Pag. 351 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Celebritas hodiernae diei ammonet...* Desinit: *commendare dignetur in coelis. Ad ipsum qui in trinitate perfecta vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* (Hildefonsus, ser. VII. col. 267, Migne).

Pag. 360 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Adest nobis dilectissimi optatus dies...* Desinit: *que meruisti benedicta prece proferre mundo. Per eum qui vivit et regnat deus in secula seculorum. Amen.* (Augustinus, tom. V. par. 2. ser. 194, col. 2104, Migne).

Pag. 371 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Scientes fratres dilectissimi auctori nostro...* Desinit: *virginitatem non abstulit. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* (Hildefonsus, ser. VIII. col. 269, Migne).

Pag. 383 — Deest in Codice folium integrum. Incipit: (*Omnibus*) *dilectissimi utriusque sexus sit tanquam in imagine descripta.....* Desinit: *Unus deus pater ex quo omnia. et nos in illo. Et unus dominus ihesus christus per quem omnia. et nos per ipsum. Qui vivit et regnat etc.* (Ambrosius, passim in libris *De Virginibus, et De institutione Virginis*).

Pag. 402 — INITIUM SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM. *Liber generationis.... iudam et fratres eius. Et reliqua.* OMELIA DOMNI PETRI HOSTIENSIS EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Audistis fratres charissimi dominicae incarnationis ineffabile sacramentum. Audistis in genealogia...*

Desinit: *ad eius valeamus consortium pervenire. Qui cum patre etc.* (S. Petrus Damianus, tom. I. pag. 126 edit. Rom. 1606).

Pag. 457 — Hic etiam ab iniqua manu folium unum abscissum est. Qua de re incipit absque titulo et initio: *(Sancti Ioannis Baptistae) Natalem hodie prosecuturus...* Desinit: *videretur esse condicionis humanae.* (Ambrosius, tom. IV. ser. 51 col. 708, Migne).

Pag. 462 — LECTIO IIII. SERMO SANCTI SEVERIANI EPISCOPI. Manus recentior scripsit *Severiani* ubi legebatur *Augustini*. Incipit: *Aurum de terra eligere qui noverunt...* Desinit: *ut una sanctitatis dominicae repleat cantilenam.* (Augustinus, tom. V. par. II. ser. 199, col. 2117, Migne).

Pag. 471 — LECTIO VIII. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Prolixa narratio. sed compensatur...* Desinit: *Bene cogitata plura erunt.* (Augustinus, tom. V. par. I. ser. 287, col. 1301, Migne).

Pag. 476 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore. Elisabeth impletum est... et congratulabantur ei. Et reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI. DE EADEM LECTIONE. Deest unum folium. Incipit: *Novi prophetae corda preparantur...* Desinit: *pervenire mereamur. Ihesum christum deum et dominum nostrum. Qui vivit etc.* (Beda, tom. V. homil. XIV. col. 210, Migne). Desunt tantum tredecim primi versus.

Pag. 496 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Sancti iohannis baptistae ac precursoris...* Desinit: *presentem ostendit. Cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.* (Caillau pag. 76).

Pag. 502 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. *Fratres karissimi natalem magni hominis...* Desinit: *religio perficiatur. Per dominum nostrum ihesum christum cui est honor et gloria. et potestas. una cum deo patre omnipotente. et cum spiritu sancto nunc et semper etc.* (Augustinus, tom. XI. ser. 8. col. 994, Migne).

Pag. 513 — Manus recentior scripsit: DOMINICA INFRA OCTAVAM. Deinde legitur: SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. LECTIO I. Incipit: *Hodie dilectissimi fratres iohannis qui domini precurrit adventum...* Desinit: *in illo habitat in nobis. Qui vivit etc.* (Augustinus, tom. V. par. 2. ser. 189, col. 2115, Migne).

Pag. 521 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore. Elisabeth impletum... patris sui Zachariam. Et reliqua.* EX COMMENTARIO VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI. Incipit: *Mire sanctus evangelista premittendum putavit...* Desinit: *et coram ipso. et omnibus diebus.* (Beda, tom. III. *exposit. in Lucam* col. 324 A, usque ad 326 B).

Pag. 532 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Sollemnis dies hodie fratres karissimi de nativitate...* Desinit: *flos decidit. verbum autem domini manet in aeternum.* (Augustinus, tom. XI. ser. 7. col. 991. Migne. Vide notam *a*).

Pag. 540 — OCTAVAE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE. LECTIO PRIMA. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Conceptio atque nativitas venerandi iohannis...* Desinit: *et caput se suum recepturum noverat et salutem.* (S. Maximus, ser. 62, col. 658, Migne).

Pag. 548 — LECTIO VII. SERMO SANCTI LEONIS PAPAE. Incipit: *Beatissimorum apostolorum passio fratres......* Codex noster nonnullis versibus est abundantior edito; nam post verba: *et pii sanguinis effusione fundarunt*, haec leguntur: *Horum denique charissimi per universum mundum veneranda hodie passio celebratur. Horum hodie concursu laetissimo excolit roma martyrium. et quorum dudum impia persecuta est sanguinem. eorum nunc peculiari devota patrocinio gloriatur. Prestante domino nostro ihesu christo. cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.* (S. Maximus, ser. 71 col. 399, Migne).

Pag. 553 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore. Elisabeth impletum... patris sui Zachariam. Et reliqua.* TRACTATUS SANCTI AMBROSII EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Habet sanctorum editio laetitiam plurimorum...* Desinit: *nequaquam sui poenam sermonis evasit.* (Augustinus *in Lucam*, tom. II. lib. II. col. 1643. D. usque ad 1646 A, Migne).

Pag. 561 — Deest unum folium, et absolute incipit: *David ut ascenderet...* Desinit: *nunquam habuit ante eum rex israhel.* (Lib. I. *Paralipomenon*, a cap. 21. v. 18. usque ad cap. 29. v. 22).

Pag. 578 — LECTIO V. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Celebritas huius congregationis...* Desinit: *martyrum reliquiis amplius honorari.* (Augustinus, tom. V. par. I ser. 336, col. 1471, Migne).

Pag. 590 — LECTIO VII. ET VIII. FIANT DE SERMONE. *Admoneo vos dilectissimi.* LECTIO. Numerus est abrasus. *Sermo Sancti Augustini episcopi ad collationem.* Hic titulus est recentissime superpositus antiquo abraso. Incipit: *Recte festa ecclesiae colunt qui se ecclesie filios esse cognoscunt.....* Desinit: *Ad quae vos bona perducat. qui vivit etc.* (Augustinus, tom. V. par. II. ser. 231 col. 2171, Migne).

Pag. 600 — LECTIO I. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Nomen *Augustini* inscripsit manus posterior. Incipit: *Dominus noster ihesus christus virtute patris extendit celum...* Desinit: *et aeterna prospera consequamur. Qui vivit* etc. (Edidit. Caillau pag. 61).

Pag. 607 — LECTIO. Numerus est abrasus. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. *Ingressus ihesus perambulabat... pusillus erat.* Incipit: *Audivimus modo evangelii capitulum...* Desinit: *quod zacheus meruit.* (Bandinius *Bibl. Laurent.* tom. I. col. 502). Inter editos non invenimus.

Pag. 614 — LECTIO VII. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Admoneo vos dilectissimi. ut demus operam...* Desinit: *et ille te salubriter audiat orantem. Cui est honor et regnum. et summa potestas in secula seculorum. amen.* (Augustinus, tom. XI. ser. 10. col. 1001, Migne).

Pag. 628 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore. Facta sunt encenia... in porticu salomonis. Et Reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE. Folium integrum deest. Incipit: *(Facta sunt) encenia in hierosolimis... salomonis. Si ergo ambulare voluit...* Desinit: *suae visionis introducat. Ihesus christus dominus noster qui* etc. Quia fragmentum tantum huius homiliae inter expositiones Bedae super evangelium Ioannis invenimus, integram edendam putamus.

EX CODICE XCIX



LIT. CAS.

CODEX XCIX.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 99 ET 206, INTERIORI VERO 1070. PLUTEO H.

Codex membranaceus, latitudinis metri 23/₀, longitudinis 35/₀, paginarum 514, duplici columna et pernitido Longobardo charactere, iussu Desiderii Abbatis exaratus, peritissimi amanuensis Leonis opus eximium. Continet *lectiones, quae in vigiliis praecipuarum festivitatum... debeant legi*, ut in initio Codicis indicatur. In ultima pagina manus recentioris aevi delineavit rotam fortunae cum quatuor regibus. Rex, qui eminentiorem rotae locum tenet, coronam in capite, sceptrum, cuius summitas desinit in lilium, in dextera, in sinistra vero aliud sceptrum, cuius vertex flore quodam ornatur, gerit, et hoc verbo inscribitur: *Regno*; ad eius dexteram, rex alius flebili vultu, manibus rotam tenens, sicut et alii duo reges, corona privatur et deperditum luget regnum hac voce: *Regnavi*; tertius vero his verbis notatus: *Sum sine regno*, rotae subest, et moerens regnantem aspicit; quartus tandem hilari vultu vocem *Regnabo* videtur proferre.

Alia manus scripsit: *Regno. Regnabo. Regnavit Dominus meus. Regno. Questa e la rota de la ventura. Beatu quillu che regna Dominus Deus.* Alia manu: *Reverendo... domino Ioanes de Gallerio filius.* Similis rota XII Saeculi, sed peritioris calami, occurrit in Codice 189, cum versibus, qui figurarum sensum declarant.

Praeter capitales litteras, quae tum linearum inter se, quasi nodis consertarum, hominum, animalium, volucrum, frandium, litterarumque mirabili implexu, tum auri et variorum colorum nitore, intuentium oculos demulcent; Codex quinque delineatas exhibet imagines, formae venustate, vividis vultuum lineamentis, molli vestium deflexu, mirabile artis huius aevi monumentum, cuius auctor, bysantinis solutis compedibus, novam artibus viam sternit, per quam ipse Iottum et Cimabuem tempore et aliquando peritia antecedit. Primam Codicis iconem aere incisam publicae tradidit luci Bernardus de Montfaucon in suo *Diario Italico*, in cuius pag. 322 et seq. haec leguntur: *In Codice XI. saeculi, et in alio eiusdem aetatis vestes Monachorum, manu, ut illo aevo non imperita,* (utinam manus illius, qui tabulam incidit, Leonem peritia saltem adaequasset) *repraesentatur. In priore talis a fronte nota praemittitur:* Anno Dominicae... *Qui sedens exhibetur extensa dextera, sinistraque baculum recurvum tenens, S. P. Benedictus est, pedibus terens vestem, cucullam aestimo. Eam genuflexus Iohannes subducit, qui fortasse ritus in admittendis noviliis in usu fuit. Haec porro carmina prope Iohannem supplicem posita leguntur:* Accipe... *Ex altera parte Desiderius Abbas codicem, qua forma hodieque in bibliotheca conspicitur, manibus tenet et S. Benedicto offert. Diaconus manum Desiderii humeris admotam habens, videtur esse Leo qui Codicem exscripsit.*

De hac tabella ex hoc *Diario* desumpta, et in primo Tomo *Annalium Benedictinorum*, pag. 120 iterum data, haec habet Mabillonius in Tomo V. pag. 49 eiusdem Operis: *In illo Codice depicta est imago sancti Benedicti sedentis, et ad eius pedes Iohannes ipse in habitu novitii, capitium superiori tunicae assutum gerens, utraque manu cucullam sancto Benedicto exhibens, sibi imponendam. In eadem tabella quam in aes incisam Tomo primo nostrorum Annalium exhibuimus, depicti sunt Desiderius abbas cum veste sacerdotali, dextra am-*

plectens eumdem Iohannem, (sic enim interpretor) veste monastica iam indutum, qui praedictum codicem sancto Benedicto offert, apposita sequenti inscriptione.... An is sit Leo Marsicanus, qui tum Casini iunior monachus erat, adeoque ipsius Ioannis concivis, aliis divinandum permitto. Hanc inscriptionem cum pictura ex Diario Italico nostri Bernardi de Montfaucon accepi... Ceterum totam illam inscriptionem, etiam ubi agitur de sanctissimi patris Benedicti sororisque sanctae Scholasticae corporibus, quae Casini quiescere dicuntur, relatam volo absque praeiudicio nostrae professionis, quam in superioribus satis asseruisse mihi videor.

Ad calcem paginae, quae supradictas praefert effigies, leguntur hi versus:

Accipe dignanter quod fert, pater alme Iohannes
Munus et aeterni sibi confer munera regni.
Supplicis ac votis pius inde faveto Leonis.
Est studio cuius opus actum codicis huius.

In aversa autem pagina, haec sequuntur: *Anno dominicae Incarnationis millesimo septuagesimo secundo. Indictione decima. Cum post transitum sanctissimi et eximii patris Benedicti in hoc eius venerabili Caenobio Casinensi ubi sacratissimum eiusdem patris et legis latoris nostri qui* (*atque*?) *ipsius egregiae sororis Scolasticae corpora honorifice humata quiescunt. Septimo et trigesimo loco domnus Desiderius venerabilis abbas praesset. inter cetera suorum monimenta magnalium quibus prae omnibus suis antecessoribus mirifice floruit; hunc quoque pulcherrimum librum describi praecepit. Continentem scilicet eas lectiones quae in vigiliis precipuarum festivitatum idest Nativitatis Domini. Sancti Stephani. Sancti Iohannis evangelistae. Epyphaniae. Resurrectionis. Ascensionis. ac Pentecostes debeant legi. Quem videlicet librum ego frater Iohannes Marsicanae dudum ecclesiae archipresbyter, nunc autem ultimus eiusdem sancti loci famulus. ob meam meorumque salutem ex propriis sumptibus componere feci. Ipsique sanctissimo patri Benedicto eo die quo eius habitum suscepi. super illius sacrum altare devotus obtuli. Contestans de cetero. ut si quis hunc quolibet obtentu ex hoc sancto loco auferre presumpserit. cum illis mansionem sortiatur aeternam quibus in extremo iudicio dicturus est Christus. Ite maledicti in ignem aeternum; qui paratus est diabolo et angelis aeius. Quisquis tamen haec legeris. Subiectum quoque dysticon legere ne pigriteris.*

Huius scriptorem libri pie Christe Leonem
In libro vitae dignanter supplico scribe.

De interpretatione huius iconis, Montfauconius, Mabillonius, Federicius, et nonnulli alii inter se pugnant. In praefatione huius *Bibliothecae Casinensis* pag. VI, Tomo I, iam de usu linteorum, sive *manutergiorum* ad involvendos Codices disserentes, opinionem nostram produximus, asserentes imaginem illius monachi, qui inferius stat in tabella, esse Leonis, *Codicem a se exaratum eo manutergio protectum D. Benedicto offerentis.* Ille vero, qui sellae ad instar faldistorii multiplicibus gemmis ornati sedet, baculum pastoralem sinistra gerens, et dextera benedicens, nostra quidem sententia, nobisque in hoc Montfauconio et Mabillonio consentientibus, est S. Benedictus; nimbo enim rotundo ornatur, et luce clarius his verbis indicatur: *Accipe dignanter... pater alme... Munus. et aeterni sibi confer munere regni.* Qui propius S. Benedicto accedit, dignior loco quem occupat, nimbo formae quadratae quem solus gestat, munere quo fungitur; quia sinistram super humerum monachi, quem benigne aspicit tenens, dextera versus D. Patriarcham extensa, mediatoris more eum Sancto Benedicto sistit; indumenti forma, utpote qui sub cuculla monastica cum caputio, vestem fimbria splendida ad limbum, et manicas ornatam et stolam, non diaconalem sed praesbyteralem gerit; ut Mabillonio et nobis arridet, est Abbas Desiderius, qui *inter cetera suorum monimenta magnalium quibus prae omnibus suis antecessoribus mirifice floruit; hunc quoque pulcherrimum librum describi praecepit;* et de hac re dubitanti, satis erit, ut quidquid dubii relinquat, sola inspectio muralium picturarum Ecclesiae Sancti Angeli ad Formas iuxta *speciosam* Capuam urbem. Ibi enim nobilis imago huius celeberrimi Abbatis, tunc Ecclesiae Principis, postea instar Petri, Christi clavicularii conspicitur, cum nimbo eiusdem formae, tonsa barba, ut in Codice, et offerens Occidentalium monachorum Patri, ecclesiam monasterii, quod aedificaverat *ex integro tam speciose, tam spatiose, quemadmodum hodie cernitur*, ut asserit Leo noster in Chronicae suae libro III, Cap. XXXVII.

Quis vero sit tertius monachus, qui defert Codi-

cem, legenti supra citatos versus, obvia responsio est; non dicitur enim, ut asserit Montfauconius, *munus*, quod fert Desiderius, sed *Iohannes*, uti Mabillonio et nobis placet; si vero a Montfauconii et Mabillonii sententia discedimus in appellatione definienda postremi monachi, en sententiae nostrae momenta. Ex quatuor versibus et ex verbis sequentis paginae: *hunc quoque librum*... quatuor in tabella imagines recurrere oportet. S. Benedictus; abbas Desiderius, qui nomine duorum aliorum monachorum ad eumdem dirigit preces; Iohannes, qui *munus, librum* scilicet, quem *ex propriis sumptibus componere* fecit, et Leo, *Est studio cuius opus actum codicis huius*, qui hunc Codicem manutergio involutum S. Benedicto offert. Confer de hoc Prolegomena nostrae *Bibliothecae*, et Epistolam Theodemari Abbatis ad Carolum M. apud Haeftenum, *Disquisit. Monast.* Tom. 2, pag. 1086. Tabula Montfauconii perperam dat huic linteo Cucullae formam, quae in Codice minime deprehenditur; monacho autem, non novitio, haud opus est cuculla, eam enim gestat cum caputio, uti clare patet ex amplioribus manicis cucullae tunicae manicis impositis. Montfauconio dicenti: *Haec porro carmina prope Iohannem supplicem posita leguntur*, ipse Leo, qui se ultimum nominat, et humillime ad S. Benedicti pedes flectit genua, aperte contradicit his verbis:

Supplicis ac votis pius inde faveto leonis.

Ultro Mabillonio veniam damus quod ex duobus imaginibus Iohannis, et Leonis unam conficiat personam; utpote cui huiusmodi imaginum interpolata et corrupta editio Montfauconii male fucum fecit. In Codice enim Iohannes decurtatam gerit barbam, et ille quem Leonem vocamus, omnino tonsam habet.

Aliae imagines, nuntium Angeli ad Virginem fusum manu versantem, apparitionem Angeli Iosepho lectulo decumbenti, Magorum adorationem et Christi ascensionem exhibentes, fusiori dissertatione et aeris incisione dignae sunt. Nuntius Virginis iam luci traditus in Historia Montis Casini, quam vide. (Tosti. *Storia della Badia di Monte Cassino*, Tomo II, pag. 314 et seqq.)

Quisnam vero sit iste Leo harum imaginum delineator, qui optime de hoc Monasterio et de artium cultoribus meritus est, haud perspicuum. De quodam Leone a Paschali Papa II. iuxta Wionem, ab Urbano II. iuxta Ciacconium creato Cardinali, haec habet Petrus Diaconus in Libro suo *De viris illustribus Casinensibus: Leo S. R. E. Cardinalis Diaconus, et Casinensis Coenobii monachus, insignis studio, ac eloquentia; Scripsit ex nomine Urbani Papae quamplures Epistolas, fecit et Registrum eius.* Ipse Leo Marsicanus, chronographus noster, in *Chronicae Casinensis* Libro II. cap. XCIX, disserens in Capite praecedenti de nova Desiderii in Abbatem Casinensem assumptione, ait: *Quidam Novitius bonae conversationis, Frater Leo nomine, civis Amalfitanus post nocturnam synaxim etc......* Cuinam vero Leoni opus adiudicandum erit? Forte in Codicum excussione serius in hanc rem lucem clariorem vertere nobis dabitur.

Pag. 4 — In vigilia natalis domini. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Cum esset desponsata...* Tractatus Sancti Hilarii episcopi de eadem lectione. Incipit: *Hanc conceptionem mariae sanctissimae...* Desinit: *questio est generationis ihesu christi domini nostri. Cui... sacculorum. Amen.* In *Bibl. Laur.* T. I. col. 395, etiam Hilario tribuitur et ibi non dicitur editus, nec nobis in ed. Migne occurrit.

Pag. 13 — Lectio II. Sermo sancti severiani episcopi. Incipit: *Audistis fratres Quemadmodum nobis hodie beatus evangelista generationis christi retulit.....* Desinit: *quem deum magus adoravit in terris.* In *Bibl. PP. Cancion.* T. 1. pag. 114. Chrysologo tribuitur.

Pag. 23 — Post paginam albam, sine titulo, cum littera initiali valde pulchra, incipit: *Primo tempore alleviata...* Desinit: *contemplati sunt.* Dividitur in quatuor lectiones. (Isaiae, IX.).

Pag. 44 — Lectio quinta. Tractatus Sancti Ambrosii episcopi. Incipit: *De ortu salvatoris Dicturi non putamus. alienum...* Desinit: *operibus exercebat carnis aetatem.* Desumptus est ex eius expos. *in Lucam*, Lib. II. ed. Migne, Tom. II. col. 1646. incipit autem a n. 36. et desinit in n. 49. editionis, col. 1652. v. 26.

Pag. 59 — Sermo Sancti Augustini episcopi. Incipit: *Natus est nobis hodie salvator. Et ideo omni mundo...* Desinit: *possit ascendere. Per dominum nostrum ihesum christum. qui ex virginali utero carnem sumens hodie mundo apparuit. Cui sit laus. honor. virtus. decus. et imperium. per in-*

finita saecula saeculorum. Amen. Aug. Sermo CCCLXXI.

Pag. 67 — Sermo sancti augustini episcopi. Lectio. VI. Incipit: *Sanctificavit mobis istum diem dies qui fecit...* Desinit: *per illum imus. non perimus.* Aug. Sermo CLXXXIX. Codex continet variantes lectiones, quas ad calcem editio Migne retulit et alias quae ibi non leguntur.

Pag. 74 — Lectio VII. Sermo Sancti augustini episcopi. Incipit: *Commendat nobis divinae circa nos altitudinem gratiae. filius dei sine tempore natus...* Desinit: *senescere licet. mori non licet.* Aug. Sermo CCXXV.

Pag. 83 — Lectio octava. Sermo Sancti augustini episcopi. Incipit: *Vos inquam convenio o iudei qui...* Desinit: *nihil quaerere debeatis.* Aug. *Opp.* T. VIII col. 1123. a Cap. XI. ad vers. quartum Cap. XVII. Codex ut editio continet versus Sybillinos, quorum initium est: *Iudicii signum*, cum notis musicis exaratos, at caret aliis versibus qui incipiunt: *In manus tuas.*

Pag. 100 — Lectio nona. Lectio sancti evangelii secundum matheum. *Liber generationis...* Tractatus Sancti hilarii de eadem lectione. Incipit: *A transmigratione Babylonis usque ad christum...* Desinit: *Christi autem generatio sic erat.* Hanc Homiliam editor operum S. Hilarii pollicitus est dare in *Appendice*, ut in nota C. col. 921, ed. Migne; sed in *App.* non invenitur. Videtur igitur nondum lucem aspexisse.

Pag. 114 — Lectio decima. Lectio Sancti evangelii Secundum lucam... *Exiit edictum a cesare augusto...* Omelia beati gregorii papae de eadem lectione. Incipit: *Quia largiente domino missarum...* Desinit: *propter te factus est Deus homo.* Greg. Hom. VIII. T. I. col. 1460. ed Bened.

Pag. 119 — Lectio XI. Lectio Sancti evangelii secundum lucam... *Pastores loquebantur ad invicem...* Omelia venerabilis Bedae presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Nato in bethleem domino salvatore...* Desinit: *glorificemus et laudemus ipsum deum ac dominum nostrum ihesum christum. qui... saeculorum. Amen.* Hom. VI. eiusdem T. V. col. 34, ed. Migne.

Pag. 133 — Lectio Duodecima. Initium sancti evangelii Secundum iohannem. *In principio erat verbum...* Tractatus sancti augustini episcopi de eadem lectione. Incipit: *Intuentes Quod audivimus ex lectione...* Desinit: *quem ipsi deum videbimus.* Aug. Tractatus I. *in Iohannem* T. III. col. 1379.

Pag. 167 — In dimidia columna huius paginae ab amanuensi alba relicta, manus posterior characteribus Gothicis iterum partem superioris Tractatus exaravit, usque ad verba: *pacem populo tuo. et colles iustitiam.*

Pag. 168 — Sine titulo incipit: *In diebus illis crescente numero discipulorum....* Desinit: *ibant evangelizantes verbum dei.* Dividitur in quatuor lectiones. (*Act. Apost.* VI).

Pag. 190 — Lectio quinta. Sermo Beati maximi episcopi. Incipit: *Lectio actuum apostolorum quae nobis...* Desinit: *vobis ipse prestare dignetur. Qui cum patre... saeculorum. Amen.* Hom. LXIV. eiusdem, col. 379, ed. Migne.

Pag. 200 — Lectio (deletum est verbum *octava*). Sermo Sancti augustini episcopi. Incipit: *Fratres karissimi celebravimus hesterna die natale quo rex...* Desinit: *pro lapidatoribus suis. Ipso favente. Qui cum deo... saeculorum. Amen.* Aug. Sermo CCXV. *App.*

Pag. 207 — Lectio nona. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Ecce ego mitto ad vos prophetas...* Ex commentario beati Ieronimi presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Ecce ego mitto ad vos... Hoc quod antea dixeram...* Desinit: *in nomine domini nostri. et christi ora conspicient.* Hieronymi *Comm. in Mattheum*, a vers. 34 Cap. XXIII. usque ad finem huius Cap. T. VII. col. 179. ed. Migne.

Pag. 215 — Lectio X. Sermo Sancti augustini episcopi. Incipit: *Gloriosissimus et in christo beatissimus martyr Stephanus...* Desinit: *orationibus suis commendent nos.* Aug. Sermo CCCXVI. Dividitur in duas lectiones.

Pag. 226 — Lectio XII. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Natalis domini et salvatoris nostri ihesu christi quo...* Desinit: *fieri voluit hominis filius. Ihesus christus... saeculorum. Amen.* Aug. Sermo CLXXXIV.

Pag. 232 — In dimidia columna huius paginae, et in integra pagina sequenti, ab amanuensi albis relictis, characteribus Gothicis alia manus scripsit sequentem sermonem: Sabbato in Vigilia pente-

COSTES. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Si diligitis me mandata mea servate*... OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Post repetitam sancti evangelii lectionem, incipit: *Hic est utique in trinitate spiritus sanctus*... Desinit: *per spiritum sanctum qui datus est nobis.* Aug. Tractatus LXXIV. *in Iohannem;* T. III. col. 1826. sed in Codice incipit post vers. 19. huius Tractatus, et desinit post vers. 8. columnae sequentis.

Pag. 234 — LECTIO PRIMA. Incipit: *Apocalypsis ihesu christi. Quam dedit illi deus*... Desinit: *et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.* Dividitur in quatuor lectiones. (Apocal. I.).

Pag. 247 — LECTIO QUINTA. PASSIO SANCTI IOHANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTE. Incipit: *Secundam post neronem. domitianus persecutionem exercuit*... Desinit: *insignia quaedam et trophea visibilis in eo resurrectionis ostendens.* Non reperimus.

Pag. 281 — LECTIO NONA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.... *Dixit ihesus petro. Sequere me. Cnversus petrus*... TRACTATUS SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Non parva questio est cur apostolo petro*... Desinit: *quia verum est testimonium eius.* Aug. Tractatus CXXIV. *in Iohannem.* In Cod. autem deest fere integer n. 8. editionis.

Pag. 309 — LECTIO XII. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Dominus noster ihesus christus fratres karissimi qui semper*... Desinit: *ut faceret coheredes. Ihesus christus dominus noster. qui.... saeculorum. Amen.* Paucis discrepantibus usque ad verba: *confisa laetatur*... respondet Sermoni CXXI. *App.* quem praenotant editores Augustini operum in manuscriptis variis cum insigni varietate reperiri.

Pag. 316 — IN EPIPHANIA DOMINI. LECTIO PRIMA. In sequenti pagina adest icon exhibens adorationem Magorum astantium, et munera offerentium Domino. Ipsi nequaquam coronati sunt: instar pilei caput coopertum habent. Angelus est supra Mariam manu extensa ad eam, et Virgo in manibus tenet Christum Dominum.

Pag. 318 — Incipit: *Omnes sitientes Venite ad aquas et qui non habetis*... Desinit: *et facta sunt universa ista. dicit dominus.* Dividitur in quatuor lectiones. (Isaiae, LXV).

Pag. 345 — SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Ait prophetarum praecipuus esayas sicut audistis*... Desinit: *ita de nostra retributione laetemur.* Hom. XXVII. eiusdem, col. 283. ed. Migne.

Pag. 352 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. LECTIO V. Incipit: *Nuper celebravimus diem quo ex iudaeis*... Desinit: *ex gentibus peccatores. Ipso adiuvante. qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* Aug. Sermo CXCIX.

Pag. 359 — LECTIO VI. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Celebravimus ante hos dies sicut meminit*..... Desinit: *praemia ab eo capiamus aeterna.* Edidit Caillau p. 37.

Pag. 366 — SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI. LECTIO VII. Incipit: *Audistis fratres lectionem evangelii salutaria presentis*... Desinit: *nos eum regnantem habemus in caelo.* Hom. XXV. eiusdem, col. 279. ed. Migne.

Pag. 372 — SERMO SANCTI FULGENTII EPISCOPI. LECTIO VIII. Incipit: *Post illam Sollennitatem quam nobis*... Desinit: *Sine aliqua miseria concedetur aeterna felicitas.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. pag. 497.

Pag. 383 — LECTIO NONA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Cum natus esset*..... OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sicut ex lectione evangelica fratres audistis. celi*... Desinit: *ad eam malis amaricati redeamus.* Gregorii Hom. X. col. 1468. ed. Bened.

Pag. 397 — LECTIO XII. SERMO SANCTI LEONIS PAPAE. Incipit: *Celebrato proximo die quo intemerata*... Desinit: *quibus parata sunt coelestia. per dominum nostrum. Qui... saeculorum. Amen.* Sermo XXXI. eiusdem, col. 235. ed. Migne.

Pag. 403 — In hac pagina tantum legitur. DOMINICA SANCTUM PASCHA. LECTIO PRIMA, et in sequenti: LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM... *Maria magdalena et maria iacobi*... OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Multis vobis lectionibus fratres karissimi*... Desinit: *dedit unicum filium suum. Per eundem ihesum christum.... saeculorum. Amen.* Hom. XXI. Greg. col. 1526. ed. cit.

Pag. 418 — IN ASCENSIONE DOMINI. LECTIO PRIMA. In sequenti pagina adest icon exhibens ascensionem Domini. Apparet B. Virgo brachiis extensis in medio apostolorum, qui omnes ad-

mirantes stant. Ipsa sola et duo angeli ei assistentes habent aureolam supra caput.

Pag. 420—Sine titulo incipit: *Primum quidem sermonem feci de omnibus*... Desinit: *qui salvi fierent cotidie in ipso*. Dividitur in quatuor lectiones. (Act. Apost. I).

Pag. 425—Lectio (deletum est verbum: *sexta*). Sermo sancti leonis papae. Incipit: *Dominus noster ihesus christus postquam a mortuis resurrexit*... Desinit: *et ablatus est ab eis in caelum*. Non invenimus inter eius *Opp*.

Pag. 431 — Sermo Sancti augustini episcopi Lectio V. Incipit: *Glorificatio domini nostri ihesu christi Resurgendo et ascendendo*... Desinit: *si non premat spiritum sarcina peccatorum*. Aug. Sermo CCLXIII., sed in Cod. desinit n. 3. ed. ubi ad calcem editores adnotant apud Am. Er. et in manuscriptis, quae prae manibus habuerunt, concludi.

Pag. 436 — Lectio (deletus est numerus seriei). Sermo sancti... nomini auctoris deleto, alia manus suffecit: *Augustini episcopi*. Incipit: *Salvator noster dilectissimi fratres ascendit in caelum*... Desinit: *ad exercenda opera bona concedat. Quod ipse prestare dignetur. qui cum... saeculorum. Amen*. Aug. Sermo CLXXVII.

Pag. 440—Lectio nona. Lectio Sancti evangelii secundum marcum. *Recumbentibus undecim discipulis*... Omelia beati Gregorii papae de eadem lectione. Incipit: *Quod resurrectionem dominicam discipuli*... Desinit: *desiderium nostrum ipse qui dedit. Ihesus christus dominus noster. qui... saeculorum. Amen*. Greg. Hom. XXIX. col. 1568 ed. Bened.

Pag. 461 — Charactere posterioris aevi pro titulo habetur: Vigilia pentecostes evangelium secundum iohannem. *Si diligitis me*. Incipit: *Cum complerentur dies pentecostes*... Desinit: *advocaverit dominus deus vester*. Dividitur in quatuor lectiones. (Act. Apost. II).

Pag. 467 — Sermo sancti augustini episcopi. et in margine inferiori: *legitur ad mensam cum sequentibus*. Incipit: *Felix est dies hodierna fratres karissimi*... Desinit: *ut spiritum sanctum cum apostolis suscipiamus*. Edidit Caillau pag. 37.

Pag. 472 — Lectio V. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Grata est deo sollemnitas. ubi viget*... Desinit: *Ametur a quo factus est mundus*. Aug. Sermo CCCLXXVIII.

Pag. 479 — Lectio VII. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Discessurus e mundo et ascensurus in caelum*... Desinit: *in nobis semper esse dignaetur. Praestante domino..... saeculorum. Amen*. Aug. Sermo CLXXXIV. *App*.

Pag. 482 — Lectio VIII. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Perpetui muneris refulsit hodie ornamentum*... Desinit: *quando indulgentiam accipere meruimus spiritus sancti. Prestante domino... saeculorum. Amen*. Aug. Sermo CLXXXVI.

Pag. 486 — Lectio nona. Lectio sancti evangelii secundum iohannem... *Si quis diligit me*... Omelia Beati gregorii papae de eadem lectione. Incipit: *Libet fratres karissimi evangelice verba lectionis*... Desinit: *quae nobis iam non relinquitur. sed datur. Per dominum nostrum ihesum christum. qui... saeculorum. Amen*. Greg. Hom. XXX T. I, col. 1574. ed. Bened.

CODEX C.

SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 100 ET 211, INTERIORI VERO 1073. PLUTEO HH.

Codex membranaceus in folio, longitudinis metri 35/₀, latitudinis 26/₀, constat paginis 378, charactere Longobardo Saec. X. desinentis, conscriptis. Habet pro compactura fragmentum Missae in vigilia Ap. Petri et Pauli, in cuius Praefatione haec occurrunt... *Vere dignum usque aeterne Deus, apud quem cum beatorum apostolorum continua festivitas. aeterna caelebritas; atque triumphi caelestis perpetuus sit natalis; nos tamen beatae confessionis initia recolentes; frequenti tribuas devotione gaudere; ut crebrior honor sacratissimae passionis; propensius maiorem nobis retributionis gratiam largiatur per christum dominum nostrum.* Sequuntur fragmenta Capitum IX et X. Danielis et Ezechielis.

Codex caret initio, deficiente primo folio et hoc titulo notatur: *Homiliarium de tempore et Sanctis, in quo sunt multa Caesarii Episcopi, Pauli Diaconi et Mari Episcopi.*

In pag. 1. occurrit pars homiliae super Evangelium: *Egressus Iesus perambulabat Iericho*; quae acephala incipit: *hominis nemo praesumit cum vestibus conscissis et inquinatis accedere...* Desinit: *Ad quod gaudium nos dominus sub sua protectione perducat. qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* (S. August. sermo CCXXIX. tom. V. pars altera, col. 2167. n. 3 editionis Migne). En variantium lectionum specimen: *ab altare domini... odii veneno perculsus... prius reconciliare... Hic habet textus lectionis evangelice... et vidit ibi hominem... velimus ammittere... si ammissa... per poenitentiam vel pacem.... excommunicatione cessemur...*

Pag. 4 — Sermo beati Augustini episcopi. Incipit: *Dominus noster ihesus christus virtutem patris extendit coelum sicut pellem...* Desinit: *et aeterna prospera consequamur. Qui vivit et regnat cum patre deus. in unitate spiritus sancti. per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Caillau pag. 61).

Pag. 7 — Lectio Sancti evangelii secundum lucan. *In illo tempore. Egressus ihesus perambulabat hiericho... et ipse dives. et reliqua.* Omilia Venerabilis Bede presbyteri de eadem lectione. Incipit: *Et egressus ihesus perambulabat hiericho... Que impossibilia sunt...* Desinit: *quod factus est benigne pro nobis. Qui vivit et regnat cum patre deus. in unitate spiritus sancti. per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Beda *in Lucam* tom. III. cap. XIX. col. 559 usque ad 562 B, edit. Migne).

Pag. 12 — Sine ullo titulo incipit: *Audivit vestra dilectio in praesenti sancti evangelii lectione...* Desinit: *petenti propheta totum optulit quod abebat...* Desunt reliqua. Haec homilia a nobis in *Florilegio* tomi I. huius Bibliothecae pag. 186 edita est.

Pag. 15 — In natali Sancti Andree apostoli lectio sancti evangelii secundum iohannem. *In illo tempore. Ambulans dominus ihesus secus mare galileae... erant enim piscatores. Et reliqua.* Omilia beati gregorii papae. Incipit: *Audistis fratres karissimi quia ad unius iussionis vocem...* Desinit: *quandoque ad propria contemnenda perducatur.* (S. Gregor. tom. I. homilia V. in Evang. col. 1452. edit. Benedict.).

Pag. 17 — Dominica prima de adventu domini. Lectio Sancti evangelii secundum lucan. *In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Erunt*

signa... maris et fluctuum. et reliqua. OMILIA BEATI GREGORII PAPAE. Incipit: *Dominus ac Redemptor noster fratres karissimi....* Desinit: *quanto nunc districtionem illius timendo prevenitis.* (Ib. col. 1436).

Pag. 21 — DOMINICA II. DE ADVENTU DOMINI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore. miserunt iudei ab ierusolimis... quia non sum ego christus. Et reliqua.* OMILIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Ex huius nobis lectionis verbis...* Desinit: *ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.* (Ib. col. 1456).

Pag. 25 — DOMINICA III. DE ADVENTU DOMINI. LECTIO SECUNDUM MATTHEUM. *In illo tempore. Cum audisset iohannes in vinculis... an alium expectamus. et reliqua.* OMILIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Querendum nobis est fratres karissimi....* Desinit: *vocari ab eo angeli cum iohanne valeatis.* (Ib. col. 1452).

Pag. 28 — DOMINICA IIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN. *Anno quintodecimo imperii... tetrarcha autem galileae herode. Et reliqua.* OMILIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Redemptoris nostri precursor...* Desinit: *quid aliud quam supernae misericordiae pignus tenemus?* (Ib. col. 1516).

Pag. 38 — IN OCTABA DOMINI ANTE NATALE. SECUNDUM MATTHEUM. *In illo tempore. Missus est gabrihel angelus... et nomen virginis mariae. Et reliqua.* OMILIA BEDE PRESBYTERI. Incipit: *Exordium nostrae redemptionis...* Desinit: *ipse ad profundam hanc convallem lacrimarum descendere dignatus est ihesus christus dominus noster qui vivit et regnat. in saecula saeculorum. Amen.* (Beda tom. V. col. 9. edit. Migne).

Pag. 43 — IN VIGILIIS NATIVITATIS DOMINI. OMILIA BEATI BEDE PRESBYTERI. Incipit: *Nativitatem domini et salvatoris nostri ihesu christi...* Desinit: *regnum nobis patris sui dare dignetur aeternum. Ihesus christus dominus noster qui vivit in secula seculorum. Amen.* (Ib. col. 31).

Pag. 47 — IN NATIVITAS DOMINI. *In illo tempore. Exiit edictum... universus orbis. et reliqua.* SERMO SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *De ortu salvatoris nostri dicturis* (sic) *non putavimus...* Desinit: *exercebat carnis aetatem.* (S. Ambros. tom. II. col. 1646 usque ad 1652 B, edit. Migne).

Pag. 51 — IN NATIVITATE DOMINI. SERMO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Natus est nobis hodie salvator...* Desinit: *hodie mundo apparuit. Cui sit laus. honor. virtus. decus et imperium. per infinita saecula saeculorum. Amen.* (S. Aug. tom. V. 1659).

Pag. 53 — IN NATIVITATE DOMINI EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM. *In illo tempore. Exiit edictum... universus orbis. Et reliqua.* OMILIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONEM. Incipit: *Quia largiente domino missarum sollempnia ter hodie...* Desinit: *quia propter te factus deus homo.* (S. Greg. homil. VIII. tom. I. 1460, edit. Benedict.)

Pag. 54 — SERMO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. IN NATIVITATE DOMINI. Incipit: *Vos inquam convenio o iudei..* Post verba: *audite quid dixerit* legitur: VERSI IN NATIVITATE DOMINI. *Iudicii signum. tellus...* Desinit: *non adeo potuit observari.* (S. Aug. VIII. col. 1123. cap. XI). Deinde, ceteris omissis sequitur: *Credo iam vos inimici iudei ita obrutos. Confutatosque esse ipsa veritate. ut nichil ultra repugnare. nichil querere debeatis* (Cap. XVII). *Prestante eodem domino nostro ihesu christo qui cum deo patre et sancto spiritu ante omnia extitit saecula. et in nostris temporibus hodierna die de virgine matre ortus. mundo apparuit. et devicto hoste callido. nunc et semper aeternaliter vivit et regnat cum eodem patre sanctoque spiritu. per infinita semper saecula saeculorum. Amen.*

Pag. 58 — IN NATALI SANCTI STEPHANI. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Fratres karissimi celebravimus hesterna die natale...* Desinit: *ipso favente qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* (Cumdius. tom. I. pag. 335, edit. Lugdun. 1588). Huius sermonis finis parum ab edito differt.

Pag. 60 — OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. IN SANCTI STEPHANI. Ab alia manu superadditum est: *Sermo* et *Maximi.* Incipit: *Lectio actuum apostolorum quae nobis hodie lecta est...* Desinit: *Quam remorantibus vobis ipse prestare dignetur. qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. amen.* (S. Maxim. col. 379. edit. Migne).

Pag. 62 — IN NATALI SANCTI IOHANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTAE. *In illo tempore. Dixit ihesus petro sequere me... quem diligebat ihesus. et reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI. Incipit: *Lectio sancti evangelii quae nobis lecta est fratres mei...* Desinit: *ad dona sempiterna quae promisit*

pervenire. Per dominum nostrum ihesum christum qui vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen. (Beda, tom. VII. col. 432, edit. Basileae 1563).

Pag. 67 — In natali innocentorum. Sermo beati Augustini episcopi. Incipit: *Dilectissimi fratres praecantator propheta david...* Desinit: *Ergo fratres karissimi oremus ut digni simus christum sequi quatenus cum eo mereamur regnare in saecula saeculorum. Amen.* (Mai, *Nova PP. Bibl.* I. 232).

Pag. 68 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Fratres karissimi ait spiritus sanctus per salomonem. Invidia....* Desinit: *Cuius nativitate gaudentes et exultantes per ipsum deo patri gratias referamus. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.* Sedula adhibita diligentia, inter editos invenire hunc sermonem nobis non fuit datum.

Pag. 69 — Lectio sancti evangelii secundum matthaeum. *In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph.... in egiptum. et reliqua.* Omelia venerabilis vede presbyteri. Incipit: *De morte praetiosa martyrum christi innocentum.....* Desinit: *danique vocem laetitiae et salutis aeternae in tabernaculis iustorum. Qui vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Beda, ib. 437).

Pag. 72 — Epiphania domini. Sermo beati maximi episcopi. Incipit: *Ait prophetarum praecipuus esaias. sicut audistis karissimi...* Desinit: *Ut sicut de eius inluminatione gaudemus. ita de nostra retributione laetemur.* (S. Maxim. col. 283. Migne).

Pag. 74 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Nuper celebravimus diem. quo ex iudeis dominus natus est...* Desinit: *per quos congregaret salvandos etiam ex gentibus peccatore(s). Ipso adiuvante. qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* (S. Aug. ser. CXCIX. col. 1026, Migne).

Pag. 75 — Lectio sancti evangelii secundum matheum. *In illo tempore. Cum natus esset ihesus... hierusolimam dicentes. et reliqua.* Omelia Beati Gregorii pape. Incipit: *Sicut ex lectione evangelica fratres audistis...* Desinit: *peccata nostra praeterita in baptismatis perceptione re...* Desunt septem versus editionis. (S. Gregorii hom. X. pag. 1468. edit. Benedict.).

Pag. 79 — Dominica prima post epiphaniam. Lectio sancti (evangelii) secundum lucam. *In illo tempore. Cum factus esset ihesus annorum duodecim... consuetudinem diei festi.* Omilia venerabilis bede presbyteri. Incipit: *Aperta nobis est fratres karissimi sancti evangelii lectio recitata...* Desinit: *Cuius beneficiis et muneribus aeternis. sit laus et gratiarum actio in omnia saecula. amen.* (Beda, ib. 280).

Pag. 82 — In octaba epiphaniae. Lectio sancti evangelii secundum matheum. *In illo tempore. Venit ihesus a galilea... et tu venis ad me. et reliqua.* Omilia venerabilis bede presbyteri. Incipit: *Lectio sancti evangelii quam modo fratres audivimus. magnum nobis.....* Desinit: *quam conservare in nobis intemeratam dignetur. ipse qui dedit ihesus christus dominus noster.* (Beda, ib. 450).

Pag. 88 — Dominica II. post epiphaniam. Lectio sancti evangelii secundum iohannem. *In illo tempore. Nuptiae facte sunt... matre sua. Et reliqua.* Omilia benerabilis vede presbyteri. Incipit: *Quod dominus noster atque salvator ad nuptias vocatus...* Desinit: *et in futuro perfectae ihesus manifestet gloriam suam. in qua vivit et regnat. per.* (Beda, ib. 284).

Pag. 94 — Dominica III. post epiphaniam. Lectio sancti evangelii secundum lucam. *In illo tempore. Regressus est ihesus... per universam regionem de illo. et reliqua.* Tractatus beati ambrosii. episcopi. Incipit: *Et regressus est ihesus in virtute spiritus in galileam. Completur hoc loco prophetia esaiae dicentis....* Desinit: *et invisibilia nobis eius per ea quae sunt invisibilia demonstrantur.* (Ambrosius *in Lucam*, tom. II. col. 1709, usque ad col. 1710 B. Migne).

Pag. 95 — In purificatione sancte marie. Sermo sancti Augustini episcopi. Incipit: *Sic namque fratres olim prophetam prophetatum est...* Desinit: *qui autem adoraverunt humilem. invenerunt excelsum. qui cum patre et spiritus sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.* (S. Augustinus, tom. V. col. 1998 ver. 34 ad 1999, vers. 34).

Pag. 96 — Item unde supra. Sancti augustini episcopi. Incipit: *Hodiernus dies. magnum nobis contulit gaudium...* Desinit: *hic est qui tollit peccata mundi. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et*

regnat deus. in saecula saeculorum. amen. (August. sermo CCCLXX. tom. V. col. 1657. Migne). Totus non concordat, et aliquid deest in Codice; quapropter edendus videtur.

Pag. 97 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore postquam impleti sunt... in iherusalem. Et reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI. Incipit: *Solemnitatem nobis hodiernae celebritatis quam quadragesimo...* Desinit: *aeternae suae visionis luce refecit. ihesus christus dominus noster qui vivit et regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.* Inde sequitur tota columna vacua relicta. (Beda, tom. V. col. 79, Migne).

Pag. 103 — SERMO LEONIS PAPE. Incipit: *Cum multis modis dilectissimi iudaica impietas laboraret...* Desinit: *ut non solum paradisi restituamur habitaculo sed etiam regni coelestis gloriae praeparemur.* (S. Leo, tom. I. sermo LXI. col. 346. Migne).

Pag. 105 — SERMO LEONIS PAPAE. Incipit: *Sermo proximus dilectissimi cuius vobis promissum restituere...* Desinit: *ut quod fecit concupisci faciat optineri. qui vivit et regnat cum domino nostro ihesu christo filio suo et cum spiritu sancto in saecula seculorum. Amen.* (Ib. 372).

Pag. 107 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SAECUNDUM MARCUM. *In illo tempore. Maria magdalene... ungerent ihesum. Et reliqua.* OMELIA DOMINI GREGORII PAPAE DICENDA IN DIE SANCTO PASCHAE. Incipit: *Multis vobis lectionibus fratres karissimi per dictatum loqui consuevi...* Desinit: *dedit unicum filium suum. Ihesum christum dominum nostrum qui cum eo vivit et regnat deus in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.* (S. Gregor. tom. I. homil. XXI. pag. 1527. edit. Benedict).

Pag. 110 — Sine titulo incipit: *Post custodias sevas et vincula dura. post aceti et fellis pocula...* Desinit: *Sufficiant exactae poene. fovebit vos maiestas mea cum in coelo fuerit caro mea. una cum patre et sancto spiritu in saecula saeculorum. Amen.* (Mai, *Nova bibilioth. PP.* tom. I. 77).

Pag. 112 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SAECUNDUM LUCAN. *In illo tempore. Exeuntes duo ex discipulis... nomine emmaus. Et reliqua.* OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DICENDA FERIA II. POST PASCHA. Incipit: *In cotidiana vobis solempnitate vobis laborantibus. pauca loquenda sunt...* Desinit: *sed ut proprios servulos recipiat ad regnum caelestem. Praestante domino nostro ihesu christo qui cum patre vivit et regnat per cuncta saecula saeculorum. Amen.* (S. Gregor. ib. 1539).

Pag. 113 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SAECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore. Manifestavit se ihesus... et alii ex discipulis eius duo. Et reliqua.* OMELIA DOMINI GREGORII PAPE DICENDA FERIA IIII. POST PASCHA. Incipit: *Lectio sancti evangelii quae modo in vestris auribus lecta est...* Desinit: *hic quandoque ad perfectionem roborat. per ihesum christum dominum nostrum qui cum eo vivit et regnat deus in unitate ispiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Ib. 1540).

Pag. 117 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore. cum esset sero die illo... et dicit eis. pax vobis. et reliqua.* OMELIA DOMINI GREGORII PAPAE LEGENDA ERIT SABBATO POST PASCHA. Incipit: *Prima lectionis evangelice huius quaestio animum pulsat...* et mutila desinit: *Sed firma petra oleum fudit. qui post re(surrectionem)...* (Ib. 1552 usque ad 1555 A). Sequitur fragmentum homiliae, cuius auctor nos omnino fugit, nec inter Patrum scripta eam invenimus; ideoque nobis in *Florilegio* edenda videtur.

Pag. 121 — *In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Vado ad eum... quo vadis. Et reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI DOMINICA III. POST OCTAVAM PASCHAE. Incipit: *Sicut ex lectione evangelica fratres karissimi audivimus...* Desinit: *Quo operante* (cooperante) *ipso qui hunc et polliceri suis fidelibus et dare consuevit. ihesu christo domino nostro qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Beda, ib. 26).

Pag. 126 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis... sit plenum.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI DOMINICA IIII. POST OCTAVAM PASCHAE. Incipit: *Potest movere infirmos auditores quomodo....* Desinit: *sed palam de patre annuntiet nobis. Cum quo vivit et regnat deus in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.* (Beda, ib. 31).

Pag. 131 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SAE-

Pag. 111 — OMELIA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Cum dominus ihesus christus predixisset discipulis suis*... Desinit: *quantum dominus adiuverit. explicandum*. Augustini *Tractatus XCIV. in Iohannem*. T. III. col. 1687. ed. Migne.

Pag. 114 — UNDE SUPRA DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Promittens dominus missurum spiritum sanctum*... Desinit: *supplicio terrenda est angelorum*. Ibi col. 1870.

Pag. 118—DOMINICA IIII POST OCTAVAM PASCHE SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Amen Amen dico vobis*... OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Potest movere vel firmos auditores*... Desinit: *sed palam de patre annuntiet nobis. Cum patre... saeculorum. Amen*. Bedae Hom. VII. T. V. col. 163. ed. Migne.

Pag. 124—IN LETANIA MAIORE. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Petite et dabitur vobis*. OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Dominus et salvator noster ad caelestis*... Desinit: *ante secula paravit per ihesum christum... saeculorum. Amen*. Ibi hom. VIII. col. 168.

Pag. 131 — KALENDIS MAI NATALI SANCTORUM PHILIPPI ET IACOBI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Non turbetur cor vestrum*... SERMO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Erigenda nobis fratres ad deum*... Desinit: *patrefamilias nostro largiente reddamus*. Augustini *Tractatus LXVII. in Iohannem*. T. III. col. 1813.

Pag. 133 — SERMO UNDE SUPRA. Incipit: *Nunc est dilectissimi ut quantum*... Desinit: *quia spiritus promptus est. caro autem infirma*. Ibi col. 1815.

Pag. 135 — IN VIGILIIS DE ASCENSA DOMINI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Sublevatis ihesus oculis*.... SERMO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Ante ista que nunc sumus*... Desinit: *dedisti mihi ut faciam*. Ibi col. 1901.

Pag. 139 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Religiosis admodum gaudiis*..... Desinit: *captivitas. suavitatem in qua aeternaliter. Eodem domino ihesu... saeculorum. Amen*. Maximi Hom. XLIV. col. 623. ed. Migne.

Pag. 140 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM... *Recumbentibus undecim discipulis*..... OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Quod resurrectionem dominicam*... Desinit: *desiderium nostrum ipse qui dedit ihesus... saeculorum. Amen*. Gregorii Hom. XXIX. T. I. col. 1568. *ed. cit.*

Pag. 147 — SERMO DE ASCENSIONE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. Incipit: *Glorificatio domini nostri ihesu christi resurgendo*... Desinit: *si non premat spiritus sarcina peccatorum*. Augustini Sermo CCLXIII. usque ad n. 3.

Pag. 149 — UNDE SUPRA. Incipit: *Salvator noster dilectissimi fratres ascendit*.... Desinit: *bona opera concedat. Quod ipse prestare dignetur qui cum... saeculorum. Amen*. Ibi Sermo CLXXVII. *Append.*

Pag. 150 — UNDE SUPRA. Incipit: *Dominus noster ihesus christus postquam a mortuis resurrexit*... Desinit: *et ablatus ab eis in caelum*. Non invenimus.

Pag. 152 — SERMO SANCTI LEONIS PAPE UNDE SUPRA. Incipit: *Et quando de cruce nostra processit oratio*... Desinit: *liceat promereri gratia domini nostri ihesu christi. Amen*. Non invenimus.

Pag. 162 — DOMINICA I POST ASCENSIONE DOMINI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.... *Cum venerit....* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Ex multis sancti evangelii locis...* Desinit: *sacramenta prerogavit per... Amen.* Bedae Hom. X. T. V. col. 181.

Pag. 172 — IN VIGILIIS PENTECOSTES SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Si diligitis me mandata mea...* OMELIA BEDE PRESBITERI. Incipit: *Quia sancti spiritus hodie fratres karissimi.....* Desinit: *mundus esset apud eum. Cum quo vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 189.

Pag. 182 — IN DIE PENTECOSTES SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM..... *Si quis diligit me...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Libet fratres karissimi evangelicae verba lectionis...* Desinit: *que nobis iam non relinquitur reddatur. Per dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Gregorii Hom. XXX. T. I. col. 1574. ed. Bened.

Pag. 191 — UNDE SUPRA. Incipit: *Felix est dies hodierna fratres karissimi...* Desinit: *cum apostolis suscipiamus.* Caillau col. 62.

Pag. 193 — IN OCTAVA PENTECOSTES. ET IN PASCHA ANNOTINA. ET INVENTIO SANCTE CRUCIS. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Erat homo ex phariseis...* OMELIA BEDE PRESBITERI. Incipit: *Sicut ex lectione sancti evangelii fratres karissimi audistis. princeps......* Desinit: *exaltemus nomen eius invicem. Cui est gloria... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XII. T. V. col. 197. ed. Migne.

Pag. 199 — DOMINICA I. POST OCTAVAM PENTECOSTES. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Estote misericordes sicut...* OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Nolite iudicare. ne.... Hoc loco nihil aliud nobis praecipi existimo.....* Desinit: *eicere festucam de oculo fratris nostri.* Ibi col. 276. Initio et fine concordat cum ed. in medio discrepat.

Pag. 203 — SERMO BEDE PRESBITERI SUPER EPISTOLA PAULI. UNDE SUPRA. Incipit: *Existimo enim quod non sunt condignae... Exhortatio haec ad superiora pertinet quibus ostendit...* Desinit: *ad iniuriam proficere creatoris.* Est Ambrosii, T. IV. col. 124. ed. Migne.

Pag. 206 — DOMINICA II. POST OCTAVAM PENTECOSTES. TRACTATUS SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *Ascendens ihesus in unam navem...... Ubi dominus multis inpertivit varia genera sanitatum...* Desinit: *ut vivificandi habeant potestatem.* Ambrosii *Exposit. in Lucam*, a vers. 3. ad vers. 8. Cap. V.

Pag. 209 — EXPOSITIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI IN EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS. Incipit: *Sicut peregrini hominis inprobabilis...* Desinit: *nunc ipsum ordinem unius patris per unum christum filium eius declarat.* Extat inter *Opp.* S. Ambrosii T. IV. col. 90.

Pag. 212 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM... *Cum turbe irruerent....* OMELIA BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Factum est autem cum turbae.... Stagnum genesareth idem dicunt esse. quod...* Desinit: *tamquam vocantem ac iuventem ut sequerentur.* Bedae *Exposit. in Lucam*, Cap. V. vers. 1. ad 11. T. III. col. 381. ed. Migne.

Pag. 215 — IN VIGILIA SANCTI IOHANNIS BAPTISTE. INITIUM SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Fuit in diebus herodis regis iudeae. sacerdos quidam....* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Venturus in carne dominus et redemptor noster...* Desinit: *nos in vitam coronat aeternam. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XIII. T. V. col. 202.

Pag. 224 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Elisabet impletum est tempus...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Precursoris domini nativitas.....* Desinit: *pervenire mereamur. ihesum christum... regnat.* Ibi col. 210.

Pag. 230 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Sancti iohannis baptiste. natalem hodie....* Desinit: *esse condicionis humanae.* Extat inter *Opp.* S. Ambrosii T. IV. col. 708; et in *Nova PP. Bibl.* Mai T. I. pag. 355.

Pag. 231 — UNDE SUPRA. Incipit: *Aurum de terra eligere qui noverunt....* Desinit: *dominice repleat cantilenam.* In *Bibl. Laur.* T. I. col. 408. et Suppl. I. col. 433. anonymus habetur; at est Sermo CXCIX. Aug., cum quo initio concordat Sermo XCI. Petri Chrysologi col. 455. ed. Migne.

Pag. 234 — Sine titulo incipit: *Prolixa narratio. sed compensatur labor...* Desinit: *bene cogitata plura erunt.* Aug. Sermo CCLXXXVII.

Pag. 235 — IN NATALI SANCTORUM IOHANNIS ET

PAULI. EX COMMENTARIO VENERABILIS VEDE ERESBITERI. Incipit: *Attendite a fermento..... Ad hoc fermentum cum pertinent omnia que recumbens...* Desinit: *vel ignorantia negant. condicio putaretur.* Bedae Hom. LXXIII. T. V. col. 457. ed. Migne. In Cod. fere dimidia eius pars deest.

Pag. 238 — IN VIGILIA SANCTI PETRI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Dicit symoni petro ihesus...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Virtutem nobis perfecte dilectionis. presens...* Desinit: *et se facta remunerare pollicetur. Ihesu christo... seculorum. Amen.* Ibi col. 214.

Pag. 245 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Venit ihesus in partes cesaree...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Lectio sancti evangelii quam modo fratres audistis tanto...* Desinit: *ille nobis ante secula promisit. Qui vivit... seculorum. Amen.* Ibi 219.

Pag. 251 — SERMO BEDE PRESBITERI. Incipit: *Apostolici natalis gaudio fratres karissimi petri et pauli...* Desinit: *effusione sanguinis devoti consecrarunt.* S. Maximi Hom. LXIX. col. 397. ed. Migne. Vide adnotationes a Bruno Bruni huic et sequentibus Homiliis praepositas.

Pag. 252 — CUIUS SUPRA Incipit: *Beatissimorum apostolorum passio fratres. quorum...* Desinit: *et pii sanguinis effusione fundarunt.* Ibi col. 399.

Pag. 253 — SERMO IN NATALI SANCTI PETRI APOSTOLI. Incipit: *Notum omnibus vobis est fratres et universo mundo...* Desinit: *spernit christum. qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 671.

Pag. 256 — UNDE SUPRA. Incipit: *Cum omnes beati apostoli parem gratiam...* Desinit: *universam deicit vanitatem.* Ibi col. 401.

Pag. 257 — UNDE SUPRA. Incipit: *Piscatoris et persecutoris. sacratissimus dies...* Desinit: *currerunt utrique ad metam martyrii.* Augustini Sermo CCV. usque ad priora verba n. 4.

Pag. 260 — IN SANCTI PAULI APOSTOLI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Dixit symon petrus ad ihesum...* EXPOSITIO EIUSDEM EX COMMENTARIO ORIGENIS. Incipit: *Cum cuidam adolescenti se cupienti sequi... Et hoc poterit quis et simpliciter...* Desinit: *possidebit vitam aeternam.* Origenis *Vetus interpretatio*, ed. Paris 1740, ad calcem pag. relata, ibi T. III. pag. 682. Duo folia excisa videntur; sed nihil deest.

Pag. 265 — DOMINICA. III. POST PENTECOSTEN. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Accesserunt ad ihesum publicani et peccatores...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Aestivum tempus quod corpori meo...* Desinit: *factus est iudex noster. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Gregorii Hom. XXXIV. T. I. col. 1600. ed. Bened.

Pag. 280 — DOMINICA. IIII. POST OCTAVAM PENTECOSTES. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Homo quidam fecit cenam magnam....* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Hoc distare fratres karissimi inter delicias corporis et cordis...* Desinit: *amore fraglamus. qui vivit... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1618.

Pag. 291 — DOMINICA I. POST NATALEM APOSTOLORUM SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM. MATHEUM... *Amen amen dico vobis. nisi...* EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Omnis qui irascitur fratri suo...* Desinit: *alligatione confidamus. qui vivit... saeculorum. Amen.* Concordat initio cum vers. 20 Cap. V. *Commentarii in Mattheum* Hieronymi, T. VII. col. 37. sed deinceps ab eo discrepat.

Pag. 297 — ITEM UNDE SUPRA. Incipit: *Evangelii testus commemorat...* Desinit: *offeres munus tuum. Adiuvante illo qui hoc precepit. Domino nostro... saeculorum. Amen.* Non invenimus.

Pag. 303 — IN NOCTE APOSTOLORUM. SERMO SANCTI (sic). Incipit: *Fratres karissimi aut erroris est aut delicti...* Desinit: *eternae vitae ianuas patefecit. Prestante domino... saecula. Amen.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. pag. 203. Complectitur etiam hic Sermo continuationem a Mai ad calcem relatam, quia alienam ab eius titulo esse censuit, eo quod, cum de S. Petro esset, de Pauli Conversione deinde ageret; in hoc Cod. cohaeret suo titulo, qui est: *In nocte apostolorum.*

Pag. 305 — IN OCTAVA APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM (hic titulus alio deleto superscriptus est). *Iussit ihesus discipulos suos ascendere...* SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Gloriosissimos christianae fidei principes...* Desinit: *ibi regni sui principes collocaret.* Maximi Hom. LXVIII. col. 391.

Pag. 311 — In sancte felicitatis. Lectio sancti evangelii secundum matheum. *Loquente ihesu ad turbas*... Omelia beati gregorii pape de eadem lectione. Incipit: *Sancti evangelii fratres karissimi*... Desinit: *desideria in mente trucidamus.* Gregorii Hom. III. T. I col. 1444.

Pag. 314 — Dominica I. post octaba apostolorum. Lectio Sancti evangelii secundum marcum... *Cum turba multa essent cum ihesu*... collecta de sanctis doctoribus Ambrosio. hieronimo. Seu gregorio papa et beda. Incipit: *Priusquam de septem panibus et paucis pisciculis*... Desinit: *et nos ferri mereamur. Prestante domino nostro... saeculorum. Amen.* Mai hunc Sermonem, qui in hoc Cod. a diversis Doctoribus collectus dicitur, et in *Bibl. Laur.* T. I col. 374. Bedae adiudicatur, Augustino tributum *in Nova PP. Bibliot.* T. I. col. 393. edidit.

Pag. 320 — Dominica II. post octava apostolorum. Sequentia Sancti evangelii secundum matheum... *Adtendite a falsis prophetis*... Omelia. Origenis de eadem lectione. Incipit: *Attendite a falsis... Quod paulo superius spatiosam*... Desinit: *ut vos operibus demonstretis qui sitis et cuius sitis. Prestante et adiuvante... saeculorum. Amen.* Extat ipsi Origeni tributus hic sermo in *Bibl. PP. Concion.* Combefisii T. V. pag. 243.

Pag. 328 — sermo sancti hieronimi presbiteri. unde supra. Incipit: *Attendite a falsis prophetis... Haec de omnibus quidem intellegi potest. quia aliud*... Desinit: *facultatem peccandi. tamen adhuc habetis affectum.* Hieronymi *Commentar. in Mattheum*, a vers. 15. ad vers. 24. T. VII. col. 49. ed. Migne.

Pag. 330 — Dominica III. post octava apostolorum. Sequentia sancti evangelii secundum lucan... *Homo quidam erat*... Omelia lectionis eiusdem ex commentario venerabilis bede presbiteri. Incipit: *Dicebat autem... In vilico hoc quem dominus eiciebat*... Desinit: *certissima debent spe summe retributionis erigi.* Bedae *Exposit. in Lucam*, Caput XVI. T. III col. 529. ed. Migne.

Pag. 333 — Incipit: *Theophilus antiocenae ecclesiae septimus*... Desinit: *ut metamus in benedictione.* Hieronymi Epistola CXXI. T. I. post 16. ver. col. 1020, usque ad finem Cap. VI.

Pag. 334 — Sermo unde supra. Incipit: *Homo quidam erat dives... Dominus enim noster ideo dignatus est*... Desinit: *in adventum ipsius domini nostri ihesu christi. Qui regnat.... saeculorum. Amen.* Non invenimus.

Pag. 337 — Unde supra sermo. *In vilico quem dominus eiciebat de vilicatu*... Desinit: *miseriae. beatitudinis copia ditabuntur.* Initio concordat cum Homilia VIII. Bedae T. V. col. 284. usque ad verba: *iniquus conferendus est*; caetera imminuta sunt in Cod.

Pag. 338 — Dominica octava apostolorum. Lectio sancti evangelii secundum lucam... *Quidam legis peritus surrexit*... ex commentario bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Ecce quidam legis peritus... Legis peritus qui de vita eterna dominum temptans*... Desinit: *sublevanda devotus operare.* Quamvis initio, quod in ed. est post 53 versum, et fine concordet; in medio tamen in multis differt ab Hom. XII. Bedae T. V. col. 293. ed. Migne.

Pag. 343 — Unde supra sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Homo quidam descendebat ab hierusalem... Ipse adam intellegitur in genere*... Desinit: *cum mei liceret pasci ex evangelio.* Augustini *Qua est. Evangeliorum*, Lib. II. Quaest. XIX. T. III. col. 1340.

Pag. 344. — Dominica IX. post octavam apostolorum lectio sancti evangelii secundum lucan... *Duo homines ascenderunt in templum*... ex commentario venerabilis bede presbiteri. Incipit: *Quia parabolam dominus qua semper*... Desinit: *cum christo regnemus sociati omnibus sanctis.* Differt ab Hom. X. Bedae T. V. col. 289.

Pag. 349 — Unde supra. Incipit: *Modo ex evangelio audivimus fratres karissimi. duorum hominum*... Desinit: *quia superbis deus resistit. humilibus autem dat gloriam.* In duobus Codd. *Bibl. Laur.* T. I. col. 452. et Suppl. I. col. 397. sicut in hoc, caret nomine auctoris.

Pag. 352 — Sermo Sancti augustini episcopi unde supra. Incipit: *Non est opus sanis medicus... Domini vox est. ad hoc autem vocat peccatores*... Desinit: *quia qui fecerit voluntatem dei. manet in eternum. quomodo et deus manet in aeternum.* Hic Sermo etiam anonymus habetur in *Bibl. Laur.* Suppl. I. col. 397.

Pag. 355 — In natali sancti laurentii. le-

VITE SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Beatissimi laurentii fratres karissimi. annua semperque nova...* Desinit: *incorruptae lucis in lumine refulgere.* Maximi Hom. LXXVI. col. 411. ed. Migne.

Pag. 356 — UNDE SUPRA MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Cum innumerabilium virtutes martyrum...* Desinit: *gloriosius a martyribus triumphentur.* Ibi col. 681.

Pag. 357 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Quamvis fratres karissimi. beati laurentii...* Desinit: *triumphali voce dampnavit.* Ibi col. 679.

Pag. 359 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Beatissimi laurentii martyris cuius natalem...* Desinit: *diem iudicii non timere.* Ibi col. 675; est mutilus in Cod.

Pag. 361 — Manu posteriori in fere dimidia columna huius paginae et integra sequentis haec Homilia addita fuit: *In nativitate Sancte Marie Lectio IX.* Incipit: *Liber generationis... Omilia venerabilis petri hostiensis Episcopi de eadem lectione. Audistis fratres karissimi dominice incarnationis ineffabile sacramentum....* Desinit, divisa in quatuor lectiones cum suis Responsoriis: *ponam super sedem tuam.* Inter *Opp.* Petri Damiani, edit. Paris. 1642, tom. II. pag. 104.

Pag. 363 — SERMO IN NATALI SANCTE DEI GENITRICIS MARIE LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN.... *Intravit ihesus in quoddam castellum....* OMELIA AUTPERTI ABBATI(s). Incipit: *Adest dilectissimi fratres dies...* Desinit: *expectatio omnibus electis eius. Ipsi gloria... saeculorum. Amen.* Legitur inter *Opp.* Augustini Serm. CCVII. sed Autperto Abbati Casinensi adiudicandus videtur, ut recte notat Gattula in margine Codicis.

Pag. 373 — ITEM SERMO UNDE SUPRA. Incipit: *Celebritas hodierna die ammonet...* Desinit: *commendare dignetur in caelis. Ad ipsum qui in trinitate perfecta vivit... saeculorum. Amen.* Extat inter *Opp.* S. Maximi col. 867. ed. Migne, et S. Hildefonsi T. XCVI. *Patrol. Lat.* col. 267. ed. eiusd.

Pag. 376 — SERMO UNDE SUPRA. Incipit: *Adest nobis dilectissimi optatus dies...* Desinit: *proferre mundo qui vivit..... saeculorum. Amen.* Augustini Sermo CXCIV. *App.*

Pag. 380 — ITEM UNDE SUPRA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM..... *Intravit ihesus in quoddam castellum....* OMELIA PAULI DIACONI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sacrae lectionis series que nobis evangelico de fonte...* Desinit: *desiderata concedit. qui cum patre... saeculorum. Amen.* Vide quae de hac Hom. diximus in excussione Cod. CI. ubi pag. 152 etiam occurrit.

Pag. 387 — ITEM UNDE SUPRA. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *Intravit...* OMELIA PAULI DIACONI. Incipit: *Licet omnium sanctorum fratres karissimi veneranda...* Desinit: *pietate solita intercedit.* Anonymus in *Bibl. Laur.* T. IV. hic Sermo, et in Cod. XCVIII. Paulo Diacono tribuitur. Editus est a Martene *Veter. Script.* T. IX. col. 166.

Pag. 393 — UNDE SUPRA. SERMO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Cogitis me o paula. et eustochium. immo caritas christi...* Desinit: *cum ipso et vos appareatis in gloria. Amen.* Hieronimi Epistola IX ad Paulam et Eustochium *de Assumptione beatae Mariae Virginis.* T. XI. col. 126. ed. Migne.

Pag. 421 — Sine titulo incipit:

Hunc genitrix domini parvum tibi magna libellum.

Hunc marus presul virgo maria dedi....

Desinit:

In lucis pacis sorte quietis. Amen. (Vide Cod. C. pag. 205).

Deinde sequitur: *Hanc autem supra scripti libelli...* Desinit: *signatum centenario numero perveniatur.* (Vide Cod. C. pag. 201).

Pag. 424 — ITEM MIRACULUM SANCTISSIME GENITRICIS HAC SEMPER VIRGINIS MARIE APUT EIUS ECCLESIAM QUOD IN PUHERO HEBREO IESTUM EST. Incipit: *Ad laudem omnipotentis domini et corroborandam catholicae seriem fidei. quid...* Desinit: *illa in urbe salvati sunt. Per christum dominum nostrum cui..... saeculorum. Amen.* (Vide Cod. C. pag. 203).

Pag. 426 — DOMINICA I. POST SANCTI LAURENTII. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM... *Exiens ihesus de finibus...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Surdus ille et mutus quem mirabiliter....* Desinit: *intimare dignabitur. Ihesus christus dominus noster... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XI. T. V. col. 290. ed. Migne.

Pag. 431 — DOMINICA II. POST SANCTI LEURENTII.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM... *Dum iret ihesus in hierusalem*... SERMO BEATI AUGUSTINI ET EX COMMENTARIO BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sicut universae parabolae domini*.... Desinit: *inde in perpetuum eterna nobis requies preparatur. Per dominum... saeculorum. Amen.* Non extat inter *Opp*. Bedae.

Pag. 436 — IN DECOLLATIONE SANCTI IOHANNIS BAPTISTE. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM.... haec verba et initium evangelii quod Homeliae praemitti solet deleta sunt... *Misit herodes*... OMELIA VENERABILIS BEDAE PRESBITERI. Incipit: *Natalem fratres karissimi beati iohannis diem*... Desinit: *sublevaret ad caelos. Ihesus christus.... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XX. T. V. col. 237.

Pag. 446 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATEUM. EX COMMENTARIO HIERONIMI PRESBITERI. (Hic titulus prae alio deleto: ITEM UNDE SUPRA, ad marginem scriptus est.) Incipit: *In* (Littera initialis *I* alteri maiori deletae superscripta est:) *illo tempore audivit herodes... Quidam ecclesiasticorum interpretum causas*..... Desinit: *et postes credentium. sanguinem. respergendi.* Hieronimi *Comm. in Mattheum*. Cap. XIV. ad dimidium vers. 12.

Pag. 448 — Deleto titulo: DOM. III. POST SANCTI LAURENTII, posterior manus rescripsit: *Dominica XIII.* SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Nemo potest. duobus dominis*... OMELIA LECTIO EIUSDEM VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Nemo potest duobus dominis servire. quia non valet*... Desinit: *et hoc nimirum ex abundanti superadditur.* Initio concordat cum Hom. XIV. Bedae T. V. col. 298. usque ad verba: *miseratio dei magna est.* Sequitur explanatio ad vers. 22-31. Cap. XII. Lucae, quae deprompta est ex eiusdem *Commentario in Lucam*, T. III. col. 492.

Pag. 452 — ITEM UNDE SUPRA EX COMMENTARIO BEATI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *Quia plerumque devotio fidei infirmitate*...... Desinit: *et ipse te enutriet.* Ambrosii *Exposit. in Lucam*, a vers. 22. ad 31. Cap. XII. T. II. col. 1819. ed. Migne, ubi deest periodus initialis.

Pag. 455 — IN NATIVITATE SANCTE DEI GENITRICIS ET VIRGINIS MARIE. SERMO BEATI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *Omnibus nobis dilectissimi utriusque sexus*... Desinit: *et unus dominus ihesus christus per quem omnia et nos per ipsum. Qui vivit... seculorum. Amen.* Initium huius sermonis usque ad verba: *altissimo vota mea*, quae sunt I. colum. pag. 459. deprompta est ex Lib. II. *de Virginibus*, a n. 6. ad n. 17. ed. T. II. col. 220. Quae sequuntur in Codice, Caput V. de *Institutione Virginis* a n. 33. usque ad 35 et 56. nec non et sequens Caput VIII. Cap. IX. et quaedam Capitis X. continent.

Pag. 462 — UNDE SUPRA. Incipit: *Scientes fratres dilectissimi auctori nostro multum*... Desinit: *virginitatem non abstulit. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Maximi Sermo XI. *App*. col. 865. qui etiam Hildefonso (T. XCVI. *Patrol*. Migne col. 269) tribuitur.

Pag. 466 — MENSE SEPTEMBER SERMO LEONIS PAPE. Incipit: *Apostolica institutio dilectissimi. quae*..... Desinit: *donetur et posse. Per dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Leonis Sermo XCII. T. I. col. 453.

Pag. 469 — DOMINICA IIII. POST SANCTI LAURENTII. SERMO. Incipit: *Hodiae beatus evangelista. quia viduae matris*.... Desinit: *tam praesentia quam futura bona. Per dominum... saeculorum. Amen.* Hic sermo, et ille Codicis XXXVI. Plut. XVII. *Bibl. Laur*. T. I. col. 375. nomen auctoris non exhibent; editi tamen extant inter *Opp*. Petri Chrysologi ed. Migne col. 487.

Pag. 472 — SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Si diligenter audistis evangelicam lectionem*... Desinit: *de saeculi fluctibus demergatur.* Maximi LXXXV. col. 445. ed. Migne.

Pag. 475 — UNDE SUPRA LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM... *Ibat ihesus in civitatem*... OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Et factum est deinceps. ibat... Naim civitas est galileae. in secundo*..... Desinit: *semper in corde mittendo.* Bedae Hom. XV. T. V. col. 299. ed. Migne.

Pag. 477 — SERMO UNDE SUPRA. Incipit: *Cum appropinquaret autem porte civitatis..... Et hic locus utrumque redundat*... Desinit: *vitandae mortis indulserit.* Extat in *Bibl. PP. Concionatoria* Combefisii, T. V. pag. 449.

Pag. 479 — IN SANCTI MATHEI APOSTOLI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Vidit ihesus hominem sedentem*... OMELIA VENERABI-

LIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Legimus apostolo dicente. quia omnes peccaverunt...* Desinit: *in throno patris. una cum spiritu sancto vivit... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XXII. T. V. col. 249.

Pag. 488 — DOMINICA V. POST SANCTI LAURENTII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM... *Cum intraret ihesus.....* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Post repetitam evangelii lectionem incipit: *Ydropis morbus. ab aquoso humore...* Desinit: *accubitus quaeri vetat congruit.* Ibi col. 300. Codex Commentario in verba: *Dicebat autem et ei...* et sequentibus caret.

Pag. 492 — DOMINICA VI. POST SANCTI LAURENTII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Accesserunt ad ihesum sadducaei...* OMELIA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Post repetitam Evangelii lectionem incipit: *Sadducaei extra fidem resurrectionis...* Desinit: *his qui erant de eo placita perfungebatur.* S. Hilarii *Commentar. in Mattheum*, a num. 3. ad fere dimidium num. 6. Cap. XXIII. T. I. col. 1045. Migne.

Pag. 494 — ITEM SERMO UNDE SUPRA SANCTI IOHANNIS OSAUREI. Incipit: *In illa die accesserunt ad ihesum sadducaei... In qua die? qua die. quando recedebant sadducaei. et accedebant pharisaei...* Desinit: *magis frigescit et deficit.* In *Bibl. Laur.* T. I. col. 406. etiam Chrysostomo tribuitur hic sermo, et non dicitur editus.

Pag. 500 — IN DEDICATIONE SANCTI MICHAHELIS ARCHANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Quis putas maior est...* EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Post repetitam Evangelii lectionem incipit: *Quod sepae monui. etiam nunc observandum est...* Desinit : *feminarum propter angelos.* Hieronymi *Commen. in Mattheum*, a vers. 1. Cap. XVIII. ad vers. 12. T. VII. col. 132. ed. Migne.

Pag. 504 — DOMINICA (IN OCTAVA SANCTI ANGELI?) LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Ascendens ihesus in navicula. transfretavit...* TRACTATUS SANCTI HILARII EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Ascendens... Paraliticum dicunt oblatum iacentem in lecto...* Desinit: *docerent quatenus essent curandae.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. col. 490.

Pag. 505 — UNDE SUPRA SERMO SEVERIANI EPISCOPI. Incipit: *Christum in humanis actibus. divina gessisset misteria...* Desinit: *iudaicae perfidiae iam moreris.* Maximi Hom. CVIII. col. 501. ed. Migne.

Pag. 509 — UNDE SUPRA SERMO. Incipit: *In hanc igitur navem idest ecclesiam...* Desinit: *et reversionis in caelo.* S. Hilarii *Comm. in Matthaeum*, a postremis verbis n. 4. Cap. IX.

Pag. 510 — DOMINICA I. POST SANCTI ANGELI LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Simile est regnum celorum homini regi...* OMELIA QUAM PAULUS DIACONUS EX DONO DEI COMPOSUIT EX EADEM LECTIONE. Incipit: *Praesens sancti evangelii lectio quam...* Desinit: *gaudiis sine fine potiemur. Bibl. Patrum* Lugdun. T. XXVII. pag. 484.

Pag. 519 — DOMINICA II. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Abeuntes pharisei. consilium...* OMELIA IOHANNIS CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Omnis malitia confunditur quidem...* Desinit: *et appraehendimus quae sunt utilia sicut deus.* Extat in *Bibl. PP. Concion.* Combefisii T. V. pag. 620.

Pag. 523 — SERMO SANCTI EPIPHANII EPISCOPI UNDE SUPRA. Incipit: *Quantis remediis et medicaminibus...* Desinit: *simul mirantes discesserunt.* Non invenimus.

Pag. 525 — DOMINICA III. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Ecce princeps unus accessit...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Et ecce vir venit cui nomen erat iairus... Priori lectione...* Desinit: *non inpinguat caput meum.* Bedae *Opp.* T. III col. 411.

Pag. 533 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI HIERONIMI DESUPER MATHEUM. Incipit: *Et ecce princeps... Octabum signum est in quo princeps...* Desinit: *synagoga eorum mortua non resurgit.* Hieronymi *Comm. in Mattheum*, a vers. 18 Cap. IX ad vers. 26, T. VII. col. 59. ed. Migne.

Pag. 534 — DOMINICA IIII. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Simile est regnum celorum homini...* OMELIA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI... Incipit: *Audivimus sanctum evangelium. et loquentem in evangelio...* Desinit: *subveniat laborantibus.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. pag. 314.

Pag. 537 — EXPOSITIO SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Simile factum... Haec secunda*

parabola est. cum interpretatione sua... Desinit: *sicut sol in regno patris sui.* Hieronymi *Comm. in Mattheum*, a vers. 24. Cap. XIII. ad vers. 43. ibi col. 92.

Pag. 543 — TRACTATUS BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Idem est ac praecedens, sed brevior.

Pag. 545 — DOMINICA V. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Cum appropinquaret...* OMELIA SANCTI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Lectionem brevem sancti evangelii...* Desinit: *ipse de quo loquimur.* Gregorii Hom. XXXIX. T. I. col. 1644. ed. Bened.

Pag. 556 — DOMINICA... LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *Egressus ihesus de templo....* EXPOSITIO BEATI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Egressus... Post commemorationem deserende hierusalem.....* Desinit: *humilitatis operatus est. Ihesus christus dominus noster. qui... saeculorum. Amen.* Hilarii *Comm. in Mattheum* Caput XXV. T. I. col. 1052. ed. Migne.

Pag. 560 — EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI. Incipit: *Egressus ihesus... Iuxta historiam. manifestus est sensus...* Desinit: *fidei non potest ignorare. per eundem dominum nostrum..... saeculorum. Amen.* Hieronymi *Comm. in Mattheum*, a vers. 1 Cap. XXIV. ad vers. 14. T. VII. col. 182. ed. Migne.

Pag. 562 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Cum videritis abominationem...* OMELIA BEATI HIERONIMI PRESBITERI SUPER MATHEUM. Incipit: *Cum ergo videritis... Quando ad intellegentiam provocamur...* Desinit: *in quo ista sunt terraque non fuerit.* Ibi col. 184. a vers. 15. Cap. XXIV. ad vers. 35.

Pag. 566 — OMELIA EPIPHANII EPISCOPI. Incipit: *Dulcissimi nobis. domini nostri praeceptum est dicentis...* Desinit: *Qui haec fecerit. non confundetur in aeternum.* In *Bibl. Laur.* T. I. col. 394. Ambrosio tribuitur, at non dicitur hic sermo editus, nec a nobis inter editos inventus fuit.

Pag. 572 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *De die autem illa...* OMELIA BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *De die... In quibusdam latinis codicibus additum...* Desinit: *qua hora filius hominis venturus sit.* Hieronymi, ibi col. 188. a vers. 36. ad vers. 43.

Pag. 574 — UNDE SUPRA SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Et praedicabitur evangelium per omnes civitates. Idest civitates iudeae. notus enim...* Desinit: *antychristo non negabunt.*

Pag. 576 — INCIPIT OMELIA IN VIGILIIS SANCTI ANDREAE. Incipit: *Tanta ac talis est scripturae divinae sublimitas...* Desinit: *qui est promittere dignatus. Ihesus christus... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XXIII. T. V. col. 256. ed. Migne.

Pag. 584 — ITEM IN DEDICATIONE ECCLESIE. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Non est arbor bona...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Quia propitia divinitate fratres karissimi. sollemnia...* Desinit: *videre bona sua in terra viventium. ihesus christus dominus noster... saeculorum. Amen.* Ibi col. 433.

Pag. 590 — UNDE SUPRA. *Deo nostro inenarrabilis gratias agere debemus...* Desinit in manco Codice: *super lapides indicos mercedem meliorem quam non pe...* Videtur aliquantulum, quoad sensum, concordare com Sermone Sancti Gaudentii T. V. pag. 733. *Bibl. PP. Concion.* Combefisii.

Post unum folium album sequuntur alia, quae alium Codicem praeseferunt, ex quo ablata, huic assuta sunt.

Pag. 601 — IN NATALI SANCTI ANDREE APOSTOLI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Ambulans ihesus iuxta mare galilee...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Audistis fratres karissimi quia ad unius...* Desinit: *contempnenda perducatur. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Gregorii *Opp.* T. I. col. 1450. ed. Bened.

Pag. 605 — IN NATALI UNIUS APOSTOLI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Ego sum vitis...* OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONEM (sic). Incipit: *Iste locus evangelicus fratres ubi se dicit...* Desinit: *verbum quod locutus sum vobis.* Augustini. *Tractatus LXXX. in Iohannem* T. III. col. 1839. ed. Migne, et extat inter *Opp.* Fulgentii T. LXV. *Patrol. Lat.* Migne col. 913.

Pag. 609 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Magis magisque salvator gratiam qua salvamur...* Desinit: *et habitavit in nobis.* Ibi *Tractatus* LXXXII. Adest sequens nota in margine pag. 611: *In tempore illo regnante impio decio imperatore. facta est ingens persecutio christianorum. Decius autem oppugnans christianos. descendit in civitate constantinopoli et rursum in cartagine et*

ephesum. propter quod congregati sunt ante eum omnis multitudo civitatis et ecclesia fidelium dispersa est. et sacerdotes humiliati sunt. et omnis fraternitas conturbata est ante illum. Quando vero ingressus est decius cesar in ephesum. exaltatum est cor eius nimis. et cepit edificare templa idolorum in medio civitatis. et precepit ut omnis populus et omnis dignitas sacrificarent cum eo idolis suis. Et congregabuntur ex omnibus civitatibus. et maculabuntur corpora eorum ex sacrificiis. et fumus hostiarum implebit omnem civitatem tamquam nebula et tenebre et caligo.

Pag. 613 — IN NATALI PLURIMORUM APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Hoc est praeceptum meum...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Cum cuncta sacra eloquia dominicis....* Desinit: *nunc decertantes iubat. Per dominum... saeculorum. Amen.* Gregorii *Opp.* T. I. col. 1566 ed. Bened.

Pag. 623 — IN NALALI UNIUS MARTYRIS. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Si quis venit ad me...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Si consideremus fratres karissimi quae et quanta.:.* Desinit: *remedia contulit. ihesus christus... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1626.

Pag. 637 — IN NATALI PLURIMORUM MARTYRUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Cum audieritis prelia et seditiones...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Quia longius ab urbe digressi sumus...* Desinit: *opitulatur in temptationem. Per ihesum christum... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1612.

Pag. 649 — ITEM DE CONFESSORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Homo quidam peregre proficiscens...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Lectio sancti evangelii fratres karissimi sollicite considerare.....* Desinit: *lucrum nos quod fecimus excuset.* Ibi col. 1462.

Pag. 657 — ITEM PLURIMORUM CONFESSORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Sint lumbi vestri praecincti...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sancti evangelii fratres karissimi aperta vobis est lectio recitata...* Desinit: *Sic enim sic mors ipsa cum venerit vincitur si prius quam veniat semper timeatur.* Ibi col. 1480.

Pag. 664 — IN NATALI CONFESSORUM QUI NON FUERUNT PONTIFICES. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Nemo accendit lucernam....* EX COMMENTARIO SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *Nemo... Ergo quia in superioribus ecclesiam synagogae pretulit...* Desinit: *sed fulgens candore solis aeterni luce nos gratiae spiritalis illuminet.* Ambrosii *Expos. in Lucam,* T. II. col. 1812. a n. 96. ad n. 100.

Pag. 665 — OMELIA BENERABILIS BEDE PRESBITERI. Incipit: *Nemo lucernam.... De se ipso dominus haec loquitur ostendens et si supra dixerit...* Desinit: *ixta sensum moralem generaliter instituant.* Bedae Hom. LXXVII. T. V. col. 466. ed. Migne.

Pag. 667 — IN NATALI VIRGINUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Simile est regnum celorum decem virginibus.....* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sepe vos fratres karissimi ammoneo prava opera fugere...* Desinit: *ante mentis oculos semper ponenda qua ait. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Opp.* Gregorii T. I. col. 1476.

Pag. 677 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Simile est regnum celorum thesauro...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Caelorum regnum fratres karissimi idcirco....* Desinit: *quam educunt et secus litus sedent...* Ibi col. 1472. Deficientibus duobus foliis, haec Homilia mutila desinit, et sequens acephala incipit.

Pag. 681 — Incipit:..... *ut renuntiemus nostris quia quisque ad fidei agonem.....* Desinit: *regnum citius adepturi sumus. Per eumdem... saeculorum. Amen.* Ibi col. 1586. in Cod. incipit post vers. 1. n. 2.

In margine pag. 681, 682, 683, 684 et 685. adest fragmentum Tractatus *de Trinitate* S. Ambrosii, quod sic in Cod. incipit: *Non tam quod diversus sit iuxta differentias nominum...* et desinit post vers. 18. Cap. XII: *genitum ex se. non post se. Ipso adiuvante... saeculorum. Amen.* Extat in Tom. IV. *Opp.* Ambrosii col. 514. post vers. 18. Cap. V.

Pag. 693 — ITEM VERSUS. Recentiori manu additus est hic titulus: *De sancto Menna sunt versus isti.* Incipit: *Sis pater alme tuis famulis spes firma*

salutis... Desinit: *Pro nobis ora dominum sanctissime menna. Amen.* Hos versus inter editos non invenimus.

Pag. 695 — Tractatus sancti Ambrosii episcopi. Lectio I. Incipit: *Nullus igitur qui sanum sapit*... Desinit: *spiritus sapientie intellectus consilii fortitudinis. scientiae pietatis ac timoris ut iam dictum est nuncupatur.* Ambrosii *De Trinitate Tractatus*, T. IV. col. 509. ed. Migne, a Cap. I. usque ad dimidium Cap. V.

CODEX CIII.

**SIGNATUS NUMERIS EXTERIORIBUS 103 ET 184, INTERIORI VERO 1075.
PLUTEO HH.**

Codex membranaceus, longitudinis metri 34/₀, latitudinis 25/₀, duplici columna, diversis manibus, ut ex numero linearum, initialium, aliarumque litterarum forma patet, exscriptus characteribus Longobardis Saec. X, vel XI ineuntis, in folio parvo pag. 540 constans, habens pro titulo exteriori: *Homiliae SS. Maximi, Leonis, Augustini, Bedae, Hilarii et Aliorum Patrum*. Sub eodem numero et titulo eius meminit Montfauconius. Habet pro compactura quatuor folia manuscripti XI Saec. quae continent fragmenta vitae S. Benedicti scriptae a S. Gregorio Magno. Hic Codex ad monasterium Sancti Michaelis pertinuit, ut eruitur ex his verbis quae in ultima leguntur pagina: *Quicumque hanc homeliam sancto michaeli subtrahere voluerit etc.*

Pag. 1 — Continet finem homiliae in dominica secunda Adventus a verbis: *mirabilius facere voluit ut Christus de virgine nasseretur....* Desinit: *quae in coelis sunt et quae in terris.* Cuinam tribuenda sit haec homilia perspici non potest, licet eius lectio mentem ad Augustinum flectat, utpote quae aliquid prodat de virga Aaron et de nucis similitudine, quod in XXXI. sermone eius *Opp.* (tom. V. col. 1805) legitur.

Pag. 2 — Dominica III. de adventu domini. Sermo S. maximi episcopi. Incipit: *Ecce ex qua tribu nasciturus esset Christus...* Desinit: *id est in virtutum sublimitate collocatam.* (S. Maximus Taurin. *App.* col. 845, Migne).

Pag. 5 — Unde supra aliut sermo beati maximiani episcopi. Incipit: *Satis abundeque disisse me craedo...* Desinit: *ibi cum voluerit et resurgat.* (S. Maximus, col. 531 usque ad 534 A, Migne).

Pag. 9 — Item de ieiunio mensis decimi. feria IIII. Ante natalem domini. Incipit: *Eodem tempore missus est angelus gabriel... et nomen virginis maria. Latent quidem divina misteria.....* Desinit: *inanes autem sunt dies impiorum.* (S. Ambrosius, *Expos. in Lucam*, tom. II. col. 1633 usque ad 1643 C. Migne).

Pag. 19 — Feria VI. Ante natale domini. Sermo sancti leonis papa(e). Incipit: *Si fideliter dilectissimi atque sapienter.....* Desinit: *dignabitur adiuvare. Per dominum nostrum ihesum christum qui etc.* (S. Leo, col. 168, Migne).

Pag. 22 — Sabbato. Sermo sancti leonis papae. Incipit: *Praesidia dilectissimi sanctificandis menti(bu)s nostris...* Desinit: *dignabitur adiuvare. Per dominum nostrum ihesum christum etc.* (Idem, col. 182). Ultima periodus huius sermonis est eadem ac postrema praecedentis.

Pag. 25 — Item In vigilia nativitatis domini. sermo beati severiani episcopi. Huic titulo alia manus superscripsit: *Lectio S. evangelii secundum matheum. In illo tempore. Cum esset disponsata... habens de spiritu sancto. Et reliquà. Omilia S. severiani episcopi.* Incipit: *Audistis fratres quemadmodum nobis hodie...* Desinit: *quem deum magus adoravit in terris.* (Extat in Cumdio tom. I. pag. 91).

Pag. 29 — Item. In nativitate domini. Sermo Sancti augustini episcopi. II. vigilia. Incipit: *Natus est nobis hodie salvator...* Desinit: *ad deum homo possit ascendere. Per dominum nostrum ihesum christum qui ex virginali utero carnem su-*

mens. hodie mundo apparuit. (Augustini tom. V. par. 2. col. 1650, Migne). Postrema periodus deest in edit.

Pag. 33 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN. *In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Erunt signa... non transient.* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Dominus ac redemptor noster paratos...* Desinit: *distri(c)tionem illius timendo prevenitis.* (S. Gregorius, tom I. col. 1436. edit. Benedict.).

Pag. 38 — LECTIO S. EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM. DOMINICA II. *In illo tempore. Cum audisset iohannes in vinculis... an alium expectamus.* OMELIA BEATI GREGORII PAPE. Incipit: *Querendum nobis est fratres karissimi...* Desinit: *vocari ab eo angeli cum iohan valeatis.* (S. Gregorius, ibi col. 1456). Desunt in Codice postrema verba.

Pag. 45 — DOMINICA III. DE ADVENTU DOMINI. LECTIO S. EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM. *In illo tempore. Miserunt iudei... non sum ego christus. Et reliqua.* OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Ex huius nobis lectionis verbis...* Desinit: *ascendere ex humilitate valeatis.* (S. Gregorius, ibi col. 1456).

Pag. 54 — ITEM DOMINICA QUARTA. DE ADVENTU DOMINI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN. *Anno quintodecimo... tetrarcha autem galileae herode. Et reliqua.* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Redemptoris nostri precursor...* Desinit: *supernae misericordiae pignus tenemus.* (S. Gregorius, ibi col. 1516).

Pag. 74 — ITEM DE IEIUNIO MENSIS DECIMI. FERIA IIII. ANTE NATALEM DOMINI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN. *In illo tempore. missus est gabriel... nomen virginis maria. Et reliqua.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Exordium nostrae redemptionis...* Desinit: *descendere dignatus est. ihesus christus dominus noster. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum amen.* (Beda, tom. V. col. 9. Migne).

Pag. 87 — FERIA VI. ANTE NATALE DOMINI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN. *In illo tempore. Exurgens maria... in civitatem iudeae.* TRACTATUS BEATI AMBROSII EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. LEGENDA ERIT IN NATIVITATE BEATE MARIAE. Incipit: *Meliores ad deteriores veniunt....* Desinit: *possideas regnum coelorum in christo ihesu. Cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. amen.* (Hieronymus, tom. VII. homil. VII. et VIII. col. 247, Migne). In pag. 92 post verba: *Beata quae credidit.* (in edit. col. 249 B), legitur: *Et beatus qui credit quia erit etc.*

Pag. 96 — SABBATO... Super titulum abrasum haec recentissima manus scripsit: *Lectio S. evangelii secundum lucam. Anno decimo quinto imperii... et lysana abiline tetrarcha.* Deinde sequitur: IN NATIVITATE DOMINI. OMELIA S. HYLARII EPISCOPI. Incipit: *A transmigratione babylonis usque ad christum generationes...* Desinit: *Completa questione generationis ihesu christi domini nostri. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.* (Mai, *Nova PP. Bibliotheca* tom. I. pag. 477).

Pag. 111 — IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *In illo tempore. Cum esset desponsata... habens de spiritu sancto. usque et vocavit nomen eius ihesum.* OMELIA VENERABILIS. BEDE PRESBITERI. DE EADEM LECTIONEM (sic). Incipit: *Nativitatem domini et salvatoris...* Desinit: *per id quod rex est regnum nobis patris sui dare dignetur aeternum. Ihesus christus dominus noster qui cum patre et spiritu sancto vivit etc.* (Beda, tom. V. col. 31, Migne).

Pag. 118 — OMELIA IN NATIVITATE DOMINI. SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM. *In illo tempore pastores.... sicut dictum est ad illos.* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONEM. Incipit: *Nato in bethleem domino salvatore...* Desinit: *et laudemus ipsum deum ac dominum nostrum ihesum christum qui vivit... saeculorum. Amen.* (ib. col. 34).

Pag. 126 — INCIPIUNT LECTIONES DA (de) NATIVITATE DOMINI. DE ESAYA PROPHETA. PRIMA VIGILIA. Incipit: *Primo tempore alleviata est...* Desinit: *Verbum misit dominus in iacob. et cecidit in israhel.* (Isaiae cap. IX).

Pag. 127 — UNDE SUPRA DE ESAYA. II. Incipit: *Consolamini consolamini populus meus* (sic)... Desinit: *Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo. et quasi nichilum et inanae reputatum est ei.* (Ibi cap. XL).

Pag. 128 — UNDE SUPRA. III. Incipit: *Consurge consurge. induere.....* Desinit: *ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timere ab homine mortali. et a filio hominis.* (Ibi cap. LI. v. 9). Et immediate post scri-

ptum recentiori charactere legitur: *Tractatus sancti ambrosii episcopi.* Incipit: *Factum est autem cum baptizatus esset... in te complacui. Baptizatus ergo est dominus...* Desinit: *peccata deponit.* (S. Ambros. *Exposit. in Lucam,* tom. II. col. 1665 A, Migne). Sequitur: *Lectio II. Pulchre autem in his... implere omnem iustitiam.* (Ibi B). *Lectio III. Venit ergo ad iohannem.... implere omnem iustitiam.* (ibi col. 1668 C). *Lectio IIII. Quere divinam in ipsa humilitate domini prospicientiam... ad remedium peccatorum.* (ibi D usque ad 1669 A).

Pag. 129 — In margine alia manus scripsit: *anna et caypha. Tractatus S. Ambrosii episcopi de eadem lectione.* Incipit: *Factum est verbum domini super iohannem zachariae filium in deserto. Congregaturus ecclesiam dei filius...* Desinit: *splendorem probitatis accumulet.* (Ibi col. 1658, usque ad 1665 A).

Pag. 141 — Incipiunt lectiones de natale domini de esaya propheta prima vigilia. Sequuntur tres lectiones, ut supra in pag. 126; sed tertia lectio, quae incipit: *Consurge consurge induere fortitudinem...* desinit: *et videbunt omnes fines terrae salutare dei nostri.* (cap. LII. v. 10).

Pag. 147 — Lectio sancti evangelii secundum lucan. Evangelii textus: *In illo tempore. Exiit edictum...... universus orbis. et reliqua,* est abrasus. Item tractatus sancti ambrosii episcopi super lucan de eadem lectione. Incipit: *De ortu salvatoris dicturi non putamus...* Desinit: *exercebat carnis aetatem.* (S. Ambrosius, tom. II. *Exposit. in Lucam* col. 1646, usque ad 1652. B). Vide Cod. 100. pag. 47.

Pag. 158 — Vigilia III. Lectio sancti evangelii secundum lucan. *In illo tempore exiit edictum... universus orbis. et reliqua.* Omelia beati gregorii papae de eadem lectione. Incipit: *Quia largiente domino....* Desinit: *quia propter te factus est deus homo.* (S. Gregorius, tom. I. col. 1460. edit Benedict.).

Pag. 161 — Item unde supra. sequentia sancti evangelii secundum iohannem. *In principio erat verbum... apud deum. et reliqua.* Omelia venerabilis bede presbiteri de ea de eadem lectione. Incipit: *Quia temporalem mediatoris dei...* Desinit: *maiestatis ostenderet. In qua vivit et regnat cum patre etc.* (Beda, tom. V. col. 34, Migne).

Pag. 175 — Item sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Vos inquam convenio o iudei...* Desinit: *et devicto hoste callido. nunc et semper eternaliter vivit... saeculorum. Amen.* Totus concordat ad unguem cum sermone excusso in Cod. 100 pag. 54.

Pag. 186 — Sequentia sancti evangelii secundum matheum in sancti stephani. *In illo tempore dicebat ihesus turbis iudeorum. et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto.... flagellabitis in sinagogis vestris. et reliqua.* Ex commentario beati hieronimi presbiteri. Incipit: *Ecce ego mitto ad vos prophetas...* Desinit: *et christi ora conspicient* (Hieronymi hom. VII. *Comm. in Matthaeum,* col. 169. usque ad 182 B, Migne).

Pag. 192 — In natale sancti iohannis evangeliste. Sequentia. sancti evangelii secundum iohanem. *In illo tempore. Dixit ihesus petro. sequere me. usque et scimus quia verum est testimonium eius.* Omelia venerabilis bede bri (sic) presbiteri. Incipit: *Lectio sancti evangelii quae nobis lecta est...* Desinit: *ad dona sempiterna que premisit pervenire per dominum etc.* (Beda, tom. V. col. 44).

Pag. 205 — Item unde supra sequentia sancti evangelii secundum matheum. *In illo tempore. Angelus domini apparuit... vocabitur.* Omelia venerabilis bedae presbiteri. Incipit: *De morte pretiosa martyrum...* Desinit: *in tabernaculis iustorum. Qui vivit etc.* (Ibi col. 250).

Pag. 213 — Super abrasum titulum legitur: *Dominica I post nativitatem domini.* Sequentia sancti evangelii secundum lucan. *In illo tempore. Erat ioseph et maria... erat in illo.* Tractus ex commentario venerabilis bedae presbyteri super lucan. et ex omeliis origenis. ex eadem lectione. Incipit: *Congregemus in unum ea quae in ortu...* Desinit: *quam lucas sapientie nomine commendat. Qui vivit et regnat etc.* Haec homilia duabus constat partibus; prior usque ad verba: *nihil faciam quam incontaminata. et vidua perseverem,* est Origenis (Hieronymus, tom. VII. col. 269 usque ad 276 C); altera est Bedae a verbis: *Et ut perfecerunt omnia secundum legem,* usque ad finem. (Beda, tom. III. col. 347 D, usque ad 348 B).

Pag. 225 — Sequentia sancti evangelii secundum lucam. *In illo tempore. Cum consumati...*

Usque dum dicitur. lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tuae israhel. OMELIA VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI. Incipit: *Sanctam venerandamque praesentis festi memoriam...* Desinit: *in novitate vitae ambulemus. Prestante domino nostro ihesu christo qui cum patre etc.* (Beda, tom. V. col. 53).

Pag. 74 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Videte fratres karissimi omnipotentis dei...* Desinit: *et praedicator factus est regni caelorum.* Caillau pag. 69.

Pag. 76 — Unde supra. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Praestet nobis fratres harissimi. et beatus paulus....* Desinit: *dignatus est non defui.* Nondum editus.

Pag. 78 — Item unde supra. Sermo sancti Augustini episcopi. Incipit: *Hodie dilectissimi nobis lectio de actibus...* Desinit: *de peccatis nostris. Largiente ipso domino nostro..... saeculorum. Amen.* Augustini Sermo CLXXXIX.

Pag. 81 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Sanctae scripturae semper docent nos.....* Desinit: *omnia possibilia sunt in christo ihesu domino nostro. qui vivit... saeculorum. Amen.* Caillau pag. 70.

Pag. 82 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Apostolus autem paulus fratres karissimi. primo saulus...* Desinit: *promittitur praemium.* Nondum editus.

Pag. 84 — In natali Sancti pauli apostoli. Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Debuimus quidem fratres karissimi tantorum martyrum...* Desinit: *in caelo habemus. ihesum christum dominum nostrum cui est..... saeculorum. Amen.* Augustini Sermo CCCXCVIII.

Pag. 87 — Sermo sancti augustini episcopi. Incipit: *Licet audenter dicere fratres karissimi de*

paulo apostolo.... Desinit: *quia dei dona sunt merita tua*. Non invenimus inter editos.

Pag. 90 — SERMO SANCTI IOHANNIS CHRISOSTOMI. Incipit: *Praeclarus hic dies dilectissimi novissimus effulsit*... Desinit: *per evangelium ego vos venio*. A nobis editus in *Florilegio* Tom. II. hujus *Bibliothecae* pag. 146. ubi integer legitur.

Pag. 91 — ITEM UNDE SUPRA. SERMO SANCTI.... deletum omnino nomen. Incipit: *Audivimus dilectissimi Quod saulus dum christianos persequeretur*... Desinit: *divinitatis demonstraretur*. Nondum editus.

Pag. 92 — SERMO SANCTI LEONIS PAPE. Incipit: *Gemina hodiernae festivitatis nobis fratres*... Desinit: *terruit. ut multipliciter consolaretur*. Sermo CI. Leonis T. I. pag. 291. ed. Rom. 1753.

Pag. 94 — SERMO SANCTI GREGORII NAZZANZENI EPISCOPI. Incipit: *Si penitus effugere maculam fratres dilectissimi voluerimus*... Desinit: *per evangelium genuit. in christo ihesu domino nostro*. Est pars *Orationis* S. Gregorii Nazianzeni, quae differt ab interpretatione contenta in editione Coloniae 1680, T. I. pag. 22. lin. 53. et Basileae 1550, pag. 12. lin. 48.

Pag. 96. — SERMO SANCTI YLARII EPISCOPI. Incipit: *Ipsius quoque apostoli studii opera et in athenis*... Desinit: *accedentibus facit. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Inter editos non invenimus.

Pag 98 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Ecce nos reliquimus*... OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Cum cuidam adolescenti se cupienti sequi*... Desinit: *possidebit vitam aeternam*. Origenis Vetus interpretatio ed. Paris. 1740 ad calcem relata T. III. pag. 682.

Pag. 103 — DOMINICA I. POST NATALE APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Amen dico vobis. Nisi abundaverit*.... EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Omnis qui irascitur fratri suo. In quibusdam codicibus*.... Desinit: *allegatione confidamus. Qui vivit.... saeculorum. Amen.* Vide quae de hac Homilia in excussione Cod. CII. pag. 291 diximus, quam in *Florilegio* huius Voluminis pag. 105. editam reperies.

Pag. 109 — In margine alia manus scripsit: LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM. *In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Nisi abundaverit iustitia vestra*... OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. LECTIO IX. Incipit: *Evangelii textus commemorat superius. qualiter*... Desinit: *offeres munus tuum. Adiuvante illo qui hoc praecepit domino nostro ihesu christo. qui... saeculorum. Amen.* S. Hieronymus *in Matthaeum* lin. 22. Cap. V. usque ad secundam lin. col. 38. ed. Migne. Quae sequuntur non extant in ed. A verbis: *Unde et nos debemus* concordat cum Lib. IV.

Pag. 114 — IN OCTAVA APOSTOLORUM. PETRI ET PAULI. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Fratres karissimi aut erroris est aut delicti*.... Desinit: *aeternae vitae ianuas patefecit. Prestante domino nostro ihesu christo. Cui est..... saeculorum. Amen.* Mai *Nova PP. Biblioth.* T. I. pag. 202. Codex noster continet ea quae Angelus Mai ex alio recentiori Codice deprompsit, et ad calcem retulit.

Pag. 116 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Iussit ihesus discipulos suos ascendere*... SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI, et manu posteriori: EX COMMENTARIO SANCTI IHERONIMI. REQUIRE ALIBI. Incipit: *Gloriosissimos christianae fidei principes*.... Desinit: *ibi regni sui principes collocaret*. Maximi Hom. LXVIII. col. 391. ed. Migne.

Pag. 121 — VI. ID. IULII. NATALIS SANCTAE FELICITATIS ET FILIORUM EIUS. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Loquente ihesu ad turbas*.... OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Sancti evangelii fratres karissimi. brevis est lectio*... Desinit: *carnalia desideria in mente trucidamus*. Hom. III. Gregorii T. I. col. 1444.

Pag. 124 — In margine superiori huius paginae legitur charactere recentiori: *Omelia cum miraculis Sancti Alexii. require in ultimo quaterno in fine. et omelia beati Jacobi apostoli. de festivitate eius. similiter in fine huius libri. Require.* DOMINICA I. POST OCTAVAM APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM...... *Cum turba multa esset cum ihesu*... OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Priusquam de septem panibus et paucis pisciculis*... Desinit: *quo etiam et nos ferri mereamur. Prestante domino nostro ihesu christo. qui...... saeculorum. Amen.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. col. 363. Vide quae de hac Hom. diximus in excussione Cod. CII. p. 314.

Pag. 130 — DOMINICA II. POST OCTAVA APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Attendite a falsis prophetis....* OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE. Post repetitam evangelii lectionem, incipit: *Quod paulo superius spatiosam et latam...* Desinit: *et cuius sitis. Prestante.... seculorum. Amen.* Extat ipsi Origeni tributus hic sermo in *Bibl. PP. Concion.* Combefisii Tom. V. p. 243.

Pag. 137 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Adtendite a falsis prophetis... Haec de omnibus quidem intellegi potest. qua aliud....* Desinit: *facultatem peccandi. tamen adhuc habetis affectum.* Hieronymi *Commentar. in Mattheum*, a lin. 15. ad lin. 24. T. VII. col. 49. ed. Migne.

Pag. 140 — DOMINICA III. POST OCTAVA APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Homo quidam erat...* EX COMMENTARIO VENERABILIS BEDE PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Dicebat autem... In vilico hoc quem dominus eiciebat....* Desinit: *certissima debent spe summae retributionis erigi.* Bedae *Exposit. in Lucam*, Caput XVI. T. III col. 529. ed. Migne.

Pag. 143 — Incipit: *Theophilus antiocenae ecclesiae septimus...* Desinit: *ut metamus in benedictione.* Hieronymi Epistola CXXI. T. I. post 16. lin. col. 1020, usque ad finem Cap. VI.

Pag. 144 — SERMO SANCTI EPYPHANII EPISCOPI. Incipit: *Homo quidam erat dives... Dominus enim noster ideo dignatus est.....* Desinit: *in adventum ipsius domini nostri ihesu christi. Qui regnat.... saeculorum. Amen.* Non invenimus inter editos.

Pag. 146 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. *In vilico quem dominus eiciebat de vilicatu...* Desinit: *miseriae. beatitudinis copia ditabuntur.* Initio concordat cum Homilia VIII. Bedae T. V. col. 284. usque ad verba: *iniquus conferendus est;* caetera imminuta sunt in Cod.

Pag. 147 — DOMINICA POST OCTAVA APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANCELII SECUNDUM LUCAN... *Quidam legis peritus surrexit....* EX COMMETARIO VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Ecce quidam legis peritus... Legis peritus qui de vita aeterna dominum temptans...* Desinit: *sublevanda devotus operare.* Quamvis initio, quod in ed. est post 53 lineam, et fine concordet; in medio tamen in multis differt ab Hom. XII. Bedae T. V. col. 293. ed. Migne.

Pag. 152 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Homo quidam descendebat ab hierusalem... Ipse adam intellegitur in genere...* Desinit: *cum ei liceret pasci ex evangelio.* Augustini *Quaest. Evangeliorum*, Lib. II. Quaest. XIX. T. III. col. 1340.

Pag. 153 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI IOHANNIS CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI. Incipit: *Tunc dixit dominus similitudinem istam ad pharisaeos. Homo quidam descendens... Primum istius hominis.....* Desinit: *tribuere medicinam.* Combefisius tom. V. pag. 373.

Pag. 157 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI EPIPHANII EPISCOPI. Incipit: *Audivit vestra dilectio. evangelio canente...* Desinit: *ipsis miserebitur deus. nunc et in omnia saecula saecolorum. Amen.* Inter editos non invenimus.

Pag. 162 — DOMINICA V. POST OCTAVAM APOSTOLORUM. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Duo homines ascenderunt in templum...* EX COMMENTARIO VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Quia parabolam dominus qua semper...* Desinit: *cum christo regnemus sociati omnibus sanctis. Per eundem... saeculorum. Amen.* Differt ab Hom. X. Bedae T. V. col. 289. et editus est hic sermo in *Florilegio* Codicis C. pag. 86.

Pag. 166 — Sine titulo incipit: *Modo ex evangelio audivimus fratres karissimi. duorum hominum...* Desinit: *quia superbis deus resistit. humilibus autem dat gloriam.* In duobus Codd. *Bibl. Laur.* T. I. col. 452. et *Supp.* I. col. 397. sicut in hoc, caret nomine auctoris. Editus pag. 114 in *Florilegio* Cod. CII.

Pag. 169 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Non est opus sanis medicus... Domini vox est. ad hoc autem vocat peccatores...* Desinit: *quia qui fecerit voluntatem dei. manet in aeternum. quomodo et deus manet in aeternum.* Hic Sermo etiam anonymus habetur in *Bibl. Laur. Suppl.* I. col. 397. Editus est pag. 114 in *Florilegio* Cod. CII.

Pag. 171 — IIII IDUS AUGUSTI. NATALE SANCTI LAURENTII LAEVITAE ET MARTYRIS. SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Beatissimi laurentii fratres karissimi. annua semperque nova...* Desinit:

incorruptae lucis inluminatione refulgere. Maximi Hom. LXXVI. col. 411. ed. Migne.

Pag. 173 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Cum innumerabilium virtutes martyrum.....* Desinit: *gloriosius a martyribus triumphentur*. Ibi col. 681.

Pag. 174 — SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Quamvis fratres karissimi. beati laurentii...* Desinit: *triumphali voce damnavit*. Ibi col. 679.

Pag. 175 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Vox *Maximi* est abrasa, et eius loco recentiori manu inscripta: *Ambrosii*. Incipit: *Beatissimi laurentii martyris cuius natalem...* Desinit: *et exultatione possimus. Prestante domino nostro. qui... saeculorum. Amen.* Ibi col. 675. Postremae periodi huius sermonis rescriptae sunt ab amanuensi XII. saeculi, qui abrasit etiam sequentem columnam, in qua erat sermo incipiens ab littera A, quem rescripsit pag. 206, et in fine haec addidit: *Item duo alii sermones requirantur in fine in ultimo quaterno. Sanctum est fratres ac deo placitum.*

Pag. 179 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM... *Amen amen dico vobis. Nisi granum...* OMELIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Dominus ac redemptor noster ex occasione gentilium...* Desinit: *gloriosissimus receperunt. Prestante ipso..... saeculorum. Amen.* Augustini Tractatus L. *in Evang. Iohannis* T. III. col. 1766; in Cod. incipit post 20. ver. n. 8. ed. Migne.

Pag. 183 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Inter laurigeros confessores.....* Desinit: *adquiris martirii palmam*. Mai *Nova PP. Bibl.* Tom. I. pag. 111.

Pag. 184 — UNDE SUPRA. Incipit: *Licet ingentia facta tenuis sermo...* Desinit: *christum corpore depraecatur*. Aliquantisper concordat cum serm. CCVI. *Append.* S. Augustini ed. Migne.

Pag. 186 — UNDE SUPRA. Incipit: *Post apostolorum victoriam laetus...* Desinit: *victoria levavit ad ihesum christum dominum nostrum*. Nondum editus.

Pag. 187 — SERMO UNDE SUPRA. Incipit: *Beati laurentii triumphalem diem...* Desinit: *ipsis suppliciis reddiderunt*. Verba, quibus sermo concluditur, deleta fuerunt, et eis suffecta sunt: *in christo domino nostro*. Augustini Ser. CCCIV.

Pag. 190 — UNDE SUPRA. Incipit: *Dicit dominus in aevangelio. cui simile est regnum dei? et cui simile illud estimabo? Simile est grano... Movet fortasse sensus vestros...* Desinit: *supplicia atrociora fecerunt*. Augustini Sermo LXXXVII.

Pag. 191 — UNDE SUPRA. Incipit: *Cum omnes beatos martyres quos nobis...* Desinit: *crux est atque martyrium*. Augustini Sermo CCVII. et etiam Maximo tribuitur.

Pag. 193 — SANCTI IOHANNIS CHRISOSTOMI. Incipit: *Iterum nos sancta et superlaudabilis dei genitrix...* Desinit: *et spem et salutem. Ihesum christum dominum nostrum. Ipsi gloria. fortitudo. et magnificentia. magnitudo. Cum patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.* Inter editos non invenimus.

Pag. 200 — Incipit sine titulo: *Virginalis hodie sollempnitas. linguam nostram...* Desinit: *caelorum regnum optineamus. In christo ihesu domino nostro. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Est Procli episcopi Cyzici T. XLVIII. col. 777. *Patrol. Lat.* Migne. et inter *opp.* S. Leonis tom. III. col. 1440. ed. eiusd.

Pag. 205 — ITEM. VERSOS IN SANCTE MARIE. Incipit: *Laudibus eximiis resonent nunc organa mentis...* Desinit: *Spiritui pariter. Gloria lausque patri. Amen.* Inter edita non invenimus.

Pag. 206 — XVIII. KALENDAS SEPTEMBRIS. ASSUMPTIO DEI GENITRICIS ET VIRGINIS MARIAE. SERMO AUTPERTI ABBATIS. Incipit: *Adest dilectissimi fratres dies...* Desinit: *expectatio omnibus electis eius. Ipsi gloria... saeculorum. Amen.* Legitur inter *Opp.* Augustini Serm. CCVII. sed Autperto Abbati Casinensi adiudicandus videtur, ut recte notat Gattula in Codice CII.

Pag. 216 — Sine titulo incipit: *Celebritas hodiernae diei ammonet....* Desinit: *commendare dignetur in caelis. Ad ipsum qui in trinitate perfecta vivit..... saeculorum. Amen.* Extat inter *Opp.* S. Maximi col. 867. ed. Migne, et S. Hildefonsi T. XCVI. *Patrol. lat.* col. 267. ed. eiusd.

Pag. 219 — Sine titulo incipit: *Adest nobis dilectissimi optatus dies...* Desinit: *proferre mundo. Qui vivit.... saeculorum. Amen.* Augustini Sermo CXCIV. *App.*

Pag. 223 — Lectio Sancti evangelii secundum lucan.... *Intravit ihesus in quoddam castellum*... Omelia pauli diaconi de eadem lectione. Incipit: *Sacrae lectionis series que nobis evangelico de fonte*..... Desinit: *desiderata concedit. Qui cum patre...saeculorum. Amen.* Vide quae de hac Hom. diximus in excussione Cod. CI. ubi pag. 152, et CII. ubi pag. 380. etiam occurrit.

Pag. 232 — Lectio Sancti evangelii secundum lucan... *Intravit*... Omelia pauli diaconi de eadem lectione. Incipit: *Licet omnium sanctorum fratres karissimi veneranda*... Desinit: *pietate solita intercedit.* Anonymus in *Bibl. Laur.* T. IV. hic Sermo, et in Cod. XCVIII. et CII. Paulo Diacono tribuitur. Editus est a Martene *Veter. Script.* T. IX. col. 166.

Pag. 237 — Sine titulo incipit: *Ad laudem omnipotentis domini et corroborandam catholicae seriem fidei. quid*... Desinit: *illa in urbe salvati sunt. Per christum dominum nostrum cui... saeculorum. Amen.* (Vide Cod. C. pag. 203. et Cod. CII. pag. 424).

Pag. 238 — Item unde supra. Sermo sancti hieronimi presbiteri. Incipit: *Cogitis me o paula. et eustochium. immo caritas christi*... Desinit: *cum ipso et vos appareatis in gloria. Amen.* Hieronymi Epistola IX ad Paulam et Eustochium *de Assumptione beatae Mariae Virginis.* T. XI. col. 126. ed. Migne.

Pag. 260 — Sine titulo incipit:

Hunc genitrix domini parvum tibi magna libellum.

Hunc marus presul virgo maria dedi....

Desinit:

In lucis pacis sorte quietis. Amen. (Vide Cod. C. pag. 205. et Cod. CII. pag. 421.

Deinde sequitur: *Hanc autem supra scripti libelli*... Desinit: *signatur centenario numero pervenitur.* (Vide Cod. C. pag. 201, et Cod. CII. 421). Editi sunt hi versus in *Florilegio* Codicis CII. pag. 116.

Pag. 262 — Sermo Sancti iohannis constantinopolitani episcopi. Incipit: *Omnium quidem martyrum sollemnitates*... Desinit: *sed ipse deus venit et salvabit nos.* In duobus Codd. *Bibl. Laur.* T. I col. 79. n. CII. et *Suppl.* I. col. 353 n. XCII. etiam Chrysostomo tribuitur.

Pag. 265 — Lectio sancti evangelii secundum marcum... *Exiens ihesus de finibus*... Omelia venerabilis bede presbiteri. De eadem lectione. Incipit: *Surdus ille et mutus quem mirabiliter*.... Desinit: *intimare dignabitur. Ihesus christus dominus noster... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XI. T. V. col. 290. ed. Migne.

Pag. 270 — Dominica II. post sancti laurentii. Lectio sancti evangelii secundum lucan... *Dum iret ihesus in iherusalem*... Omelia bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Sicut universae parabolae domini*... Desinit: *inde in perpetuum aeterna nobis requies praeparatur. Per dominum... saeculorum. Amen.* Non extat inter *Opp.* Bedae. Vide pag. 88 in *Florilegio* Cod. C.

Pag. 276 — In decollatione sancti iohannis baptiste. Sequentia sancti evangelii secundum marcum... haec verba et initium evangelii quod Homeliae praemitti solet deleta sunt... *Misit herodes*.... Omelia venerabilis bedae presbiteri. Incipit: *Natalem beati iohannis diem*... Desinit: *sublevaret ad caelos. Ihesus christus... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XX. T. V. col. 237.

Pag. 285 — Lectio sancti evangelii secundum matheum... *In illo tempore audivit herodes*... Ex commentario hieronimi. Incipit: *Quidam ecclesiasticorum interpretum causas*..... Desinit: *et postes credentium. sanguine respergendi.* Hieronymi *Comm. in Mattheum* Cap. XIV. ad dimidium lin. 12.

Pag. 288 — Dom. III. post sancti Laurentii. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Nemo potest duobus dominis*... Omelia venerabilis bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Nemo potest duobus dominis servire. quia non valet*... Desinit: *et hoc nimirum ex abundanti superadditur.* Initio concordat cum Hom. XIV. Bedae T. V. col. 298. usque ad verba: *miseratio dei magna est.* Sequitur explanatio ad vers. 22-31. Cap. XII. Lucae, quae deprompta est ex eiusdem *Commentario in Lucam*, T. III. col. 492.

Pag. 292 — Unde supra. ex commentario beati ambrosii episcopi. Incipit: *Quia plerumque devotio fidei infirmitate*..... Desinit: *et ipse te enutriet.* Ambrosii *Exposit. in Lucam*, a lin. 22. ad 31. Cap. XII. T. II. col. 1819. ed. Migne, ubi deest periodus initialis.

Pag. 295 — VI Idus Septembris. Nativitas

Sanctae dei genitricis et virginis marie. Sermo Beati ambrosii episcopi. Incipit: *Omnibus nobis dilectissimi utriusque sexus*... Desinit: *et unus dominus ihesus christus per quem omnia et nos per ipsum. Qui vivit... seculorum. Amen.* Initium huius sermonis usque ad verba: *altissimo vota mea*, quae sunt I. colum. pag. 559, depromptum est ex Lib. II. *de Virginibus*, a n. 6. ad n. 17. ed. T. II. col. 220. Quae sequutur in Codice, Caput V. de *Institutione Virginis* a n. 33. usque ad 35 et 56. nec non et sequens Caput VIII. Cap. IX. et quaedam Cap. X. continent. In pag. 295. extat littera initialis *O*, de qua Gattula T. II. *Histor. Casinen.* pag. 469. haec dicit: « *In Cod. 409, pag. 145* (nunc 295. quia « tunc Codex per folia recensitus erat) est figura « minio picta, in medio exhibens Iesum Christum, « dextera Deiparam, sinistra S. Benedictum gre- « mio gerentem Monachum, pone cuius pedes haec « inscriptio legitur: *Grimoaldus diaconus et mona-* « *chus scripsit.* S. Pater Benedictus in capite ge- « stat capitium acuminatum cyaneum, scapulari « eius coloris assutum, cum taenia aurata a fronte « ad summitatem caputii, tunica strictis manicis « cyaneo, ac croceo colore pro pictoris arbitrio con- « texta, barba rotunda. Idem prorsus Grimoaldi « habitus in cuius pedibus Sandala conspiciuntur « aurata ».

Pag. 301 — Lectio sancti evangelii secundum lucan... *Exurgens maria abiit in montana*... Omelia venerabilis bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Lectio quam audivimus sancti evangelii et redemptionis nostrae*... Desinit: *dare voluit. unigenitum suum ihesum christum dominum nostrum. Cum quo vivit... saeculorum. Amen.* Hom. Bedae II. T. V. col. 13. ed. Migne.

Pag. 311 — Sine titulo incipit: *Scientes fratres dilectissimi auctori nostro*... Desinit: *virginitatem non abstulit. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.* Maximi Sermo XI. *App.* qui etiam Hildephonso in *Patrol. Lat.* Migne T. XCVI. col. 262. tribuitur.

Pag. 314 — Feria III. Sermo Sancti leonis pape in ieiunio septimi mensis. Incipit: *Observantiam quidem vestram dilectissimi*... Desinit: *mereamur absolvi. per christum dominum nostrum.* Leonis Sermo LXXXVI. T. I col. 437. ed. Migne.

Pag. 315 — Sermo sancti leonis pape. Incipit: *Deus humani generis conditor et redemptor*... Desinit: *quae benigne largienda donavit.* Ibi col. 438.

Pag. 317 — Unde supra. Sermo sancti leonis pape. Incipit: *Omnis dilectissimi divinorum eruditio preceptorum*... Desinit: *et remissio peccatorum. Per dominum... seculorum. Amen.* Ibi col. 456.

Pag. 318 — Lectio sancti evangelii secundum lucan... *Respondens unus de turba dixit ad ihesum. Magister attuli filium*... Omelia venerabilis bede presbiteri. Incipit: *Factum est autem in sequenti die descendentibus illis*... *Loca rebus congruunt. in monte dominus orat*... Desinit: *ecclesiae possit reddere patribus.* Combefis, Tomo V, pag. 508.

Pag. 320 — Feria VI. sermo sancti leonis pape. Incipit: *Scio quidem dilectissimi plurimos vestrum*... Desinit: *tantum donetur et posse. Per dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Leonis Sermo XCIV. col. 258. In Cod. autem post verba: *michi fecistis*, sunt alia, quae videntur desumpta ex fine Sermonis XCIII.

Pag. 322 — Sermo sancti iohannis chrysostomi de misericordia: at titulus iste appositus est super antiquiorem omnino abrasum. Incipit: *Tria sunt quae in misericordiae opere*... Desinit: *paenas quas non speravit inveniat.* In duobus Codd. *Bibliot. Laur.* T. I. col. 83. n. CXLIII. et *Suppl.* I. col. 439. n. CCLI. etiam Chrysostomo tribuitur.

Pag. 325 — Unde Supra. Lectio sancti evangelii secundum lucan... *Factum est in una dierum*... Omelia venerabilis bede presbiteri. Post repetitam evangelii lectionem, incipit: *Ubi dominus sedens docuerit quando scribis et phariseis*... Desinit: *cum gaudio et exultatione possimus. Prestante... saeculorum. Amen.* Extat in *Bibl. PP. Conc.* Combefisii T. IV. pag. 625. Post integram Homiliam, quae in ed. Legitur, Codex continet commentarium super verba: *Videntes autem turbae timuerunt et glorificaverunt etc.* quae sunt Evangelii Matthaei Cap. IX vers. 9.

Pag. 329 — Sabbato. Sermo sancti leonis pape. Incipit: *Apostolica institutio dilectissimi. quae dominum*... Desinit: *tantum donetur et posse. Per dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Sermo XCII. Leonis.

Pag. 330 — SERMO SANCTI IOHANNIS CHRISOSTOMI. Hic titulus super alium omnino deletum scriptus fuit. Incipit: *Perdidit abessalon scelestissimus mentem...* Desinit: *qui saeculo novum scelus per patris exitium voluit intulisse.* Inter *Opera* S. Ioannis Chrysostomi, Edit. Basil. 1539, Tomo I, pag. 415. et T. III. *Opp.* Leonis col. 1151, ed. Migne.

Pag. 333 — UNDE SUPRA. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Arborem fici habebat...* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Dominus et redemptor noster per evangelium suum...* Desinit: *ad gaudia mansura* (mereamur pervenire). *Per dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Gregorii T. I. col. 1582. ed. Bened.

Pag. 338 — DOMINICA IIII. POST SANCTI LAURENTII... *Ibat ihesus in civitatem quae vocatur naim...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Post repetitam Evangelii lectionem incipit: *Naim civitas est galileae...* Desinit: *semper in corde mittendo.* Combef. *Bibl. PP. Concion.* T. V. p. 458.

Pag. 340 — ITEM UNDE SUPRA. SERMO SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Hic titulus manu recentiori scriptus est. Incipit: *Cum appropinquaret autem porte civitatis... Et hic locus utroque redundat ad gratiam...* Desinit: *remedia vitandae mortis indulserit.* Combef. T. VII. p. 305. et tom. V. pag. 449.

Pag. 341 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI SEVERIANI EPISCOPI. Incipit: *Hodie beatus evangelista. quia viduae matris......* Desinit: *tam praesentia. quam futura bona. Per dominum..... saeculorum. Amen.* Petri Chrysologi col. 487. ed. Migne.

Pag. 343 — IN NATALI SANCTI MATHEI APOSTOLI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Vidit ihesum hominem sedentem in theloneo...* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Legimus apostolo dicente. quia omnis...* Desinit: *qui sedens in throno patris. una cum spiritu sancto vivit et regnat deus in omnia saecula saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XXII. Tom. V. col. 249.

Pag. 349 — DOMINICA V. POST SANCTI LAURENTII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN.... *Cum intrasset ihesus in domum.....* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Post repetitam evangelii lectionem incipit: *Ydropis morbus. ab aquoso humore...* Desinit: *quaeri vetat* (congruit). Ibi col. 300. Vid. Cod. CII. pag. 488.

Pag. 352 — DOMINICA VI. POST SANCTI LAURENTII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Accesserunt ad ihesum sadducaei...* OMELIA SANCTI IOHANNIS CONSTATINOPOLITANI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Post repetitam evangelii lectionem incipit: *In qua die? Qua die? quando recedebant....* Desinit: *magis frigescit et deficit.* Editus in *Florilegio* Cod. C. pag. 90.

Pag. 357 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *In illa die accesserunt..... Sadducei extra fidem resurrectionis sunt...* Desinit: *placita perfungebatur.* S. Hilarii *Comment. in Matheum.* a num. 3. ad fere dimidium num. 6. Cap. XXIII. T. I. col. 1045. ed. Migne.

Pag. 358 — INVENTIO SANCTI MICHAHELIS. Incipit: *Anno dominicae incarnationis quingentesimo sexto. indictione quarta decima. Regnante piissimo imperatore zenone. In sede vero apostolica urbis romae presidente gelasio praesule. In civitate autem sipontina praeerat aepiscopus nomine laurentius. In qua civitate erat tunc quidam magister militum nomine garganus. Quibus praesidentibus. facta est inventio ecclesiae beati michaelis archangeli... toto orbe venerandam...* Caetera, quae leguntur in Cod. CXI. sub hoc titulo, deleta sunt et amanuensis superscripsit verbum quo incipit in aliis Codd. haec historia, scilicet: *Memoriam.* Igitur initium huius historiae est: *Memoriam beati archangeli michaelis toto orbe venerandam.....* Desinit: *hereditatem capiant salutis. in christo ihesu domino nostro.* Extat in *Italia Sacra* Ughellii col. 816. ed. Ven. 1731. Conclusio autem quae extat in Ughellio est initium Cod. incipiens ab: *Anno dominicae incarnationis.* In Cod. dividitur in quatuor Rubricas; prima sine titulo incipit; secunda incipit a verbis: *Erat in eadem civitate vir...* et eius titulus est DE INVENTIONE BASILICE; tertia incipit a verbis: *Inter haec neapolitani....* et pro titulo habet: DE VICTORIA EIUSDEM; quarta incipit a verbis: *Factum est ut dixerat antistes. Nocte vero constituti* et eius titulus est: DE DEDICATIONE BASILICE.

Pag. 362 — LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Accesserunt discipuli ad ihesum...* EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. DE EADEM LECTIONE. Post repetitam evangelii lectio-

nem, incipit: *Quod sepe monui. etiam nunc observandum est...* Desinit: *feminarum propter angelos.* Hieronymi *Comm. in Matthaeum* a vers. 1. Cap. XVIII. ad vers. 12. Tom. VII. col. 132. ed. Migne.

Pag. 365 — SERMO SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Hic titulus super alium omnino deletum scriptus est. Incipit: *Si diligenter audistis evangelicam lectionem...* Desinit: *fluctibus demergatur.* Maximi Taurinensis Hom. XXV. col. 415. ed. Migne.

Pag. 368 — DOMINICA I. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Ascendens ihesus in naviculam transfretavit......* TRACTATUS SANCTI HILARII EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Ascendens..... Paralyticum dicunt oblatum iacentem in lecto...* Desinit: *docerent quatenus essent curandae.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. col. 490.

Pag. 369 — UNDE SUPRA SERMO SANCTI SEVERIANI EPISCOPI. Incipit: *Christum in humanis actibus divina gessisse misteria.....* Desinit: *iudaicae perfidiae iam moreris.* Maximi Hom. CVIII. col. 501. ed. Migne.

Pag. 371 — Sine titulo incipit: *In hanc igitur navim. idest. ecclesiam...* Desinit: *et reversionis in caelo.* S. Hilarii *Comm. in Matthaeum*, a postremis verbis n. 4. Cap. IX.

Pag. 373 — DOMINICA II. POST SANCTI ANGELI LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Simile est regnum celorum homini regi....* OMELIA PAULI DIACONI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Praesens sancti evangelii lectio quam...* Desinit: *gaudiis sine fine potiemur.* Extat in *Bibl. Patrum* Lugdun. T. XXVII. pag. 484.

Pag. 379 — DOMINICA III. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Abeuntes pharisei. consilium...* OMELIA SANCTI IOHANNIS CONSTANTINOPOLITATI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Omnis malitia confunditur quidem...* Desinit: *et apprehendimus quae sunt utilia sicut deus.* Extat in *Bibl. PP. Concion.* Combefisii T. V. pag. 620.

Pag. 382 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI EPYPHANII EPISCOPI. Incipit: *Quantis remediis et medicaminibus.....* Desinit: *simul mirantes. discesserunt.* Editus in *Florilegio* Cod. CII. pag. 117.

Pag. 383 — DOMINICA IIII. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM..... *Ecce princeps unus accessit....* OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Et ecce vir venit cui nomen erat iairus.... Priori lectione.....* Desinit: *non inpinguat caput meum.* Bedae *Opp.* T. III. col. 411.

Pag. 389 — UNDE SUPRA. SERMO SANCTI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Et ecce princeps... Octabum signum est in quo princeps...* Desinit: *synagoga eorum mortua non resurgit.* Hieronymi *Comm. in Matthaeum*, a vers. 18. Cap. IX. ad vers. 26. T. VII. col. 59. ed. Migne.

Pag. 390 — UNDE SUPRA. TRACTATUS SANCTI AMBROSII EPISCOPI. Incipit: *In illo tempore. Loquente ihesu ad turbas..... Preces principis. fides mulieris...* Desinit: *non sanctae neque catholicae praedicasse.* Est Hilarii *Comm. in Matthaeum* Cap. IX. a n. 5. ad n. 10. Tom. I. col. 964. ad col. 970 ed. Migne.

Pag. 395 — DOMINICA V. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM...... *Simile est regnum celorum homini...* OMELIA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Audivimus sanctum evangelium. et loquentem in evangelio.....* Desinit: *subveniat laborantibus.* Mai *Nova PP. Bibl.* T. I. pag. 314.

Pag. 398 — UNDE SUPRA. EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBITERI. Incipit: *Simile factum... Haec secunda parabola est. cum interpretatione sua...* Desinit: *sicut sol in regno patris sui. Qui vivit... saeculorum. Amen.* Hieronymi *Comm. in Matthaeum*, a vers. 24. Cap. XIII. ad vers. 43. ibi col. 92.

Pag. 404 — DOMINICA VI. POST SANCTI ANGELI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAN... *Cum appropinquaret.....* OMELIA BEATI GREGORII PAPE DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Lectionem brevem sancti evangelii....* Desinit: *ipse de quo loquimur. Qui vivit..... saeculorum. Amen.* Gregorii Hom. XXXIX. T. I. col. 1644. ed. Bened.

Pag. 414 — DOMINICA I. POST SANCTI MARTINI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.... *Egressus ihesus de templo...* OMELIA BEATI AUGUSTINI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE. Incipit: *Egressus... Post commemorationem deserendae hierusalem...* Desinit: *humilitatis operatus est. Ihesus christus dominus noster. qui... saeculorum. Amen.* Hi-

larii *Comm. in Matthaeum* Caput XXV. T. I. col. 1052. ed. Migne.

Pag. 417 — Ex commentario beati hieronimi presbiteri. Incipit: *Egressus ihesus.... Iuxta historiam. manifestus est sensus...* Desinit: *fidei non potest ignorare. Per eundem dominum nostrum... saeculorum. Amen.* Hieronymi *Comm. in Matthaeum*, a vers. 1. Cap. XXIV. ad vers. 14. T. VII. col. 182. ed. Migne.

Pag. 419 — Dom. II. post sancti martini. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Cum videritis abhominationem desolationis....* Ex commentario beati hieronimi presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Quando ad intelligentiam provocamur mysticum...* Desinit: *meus sermo qui transit.* Hieronymi *Comm. in Matthaeum* a vers. 1. ad vers. 14. Cap. XXIV. T. VII. col. 182. ed. Migne. Post verba *terraque non fuerit*, quibus in ed. desinit explanatio vers. 14. Cod. aliquid addit, quod eundem vers. explanat.

Pag. 424 — Sermo sancti epiphanii episcopi. Incipit: *Dulcissimi nobis. domini nostri praeceptum est dicentis...* Desinit: *Qui haec fecerit. non confundetur in aeternum.* In *Bibl. Laur.* T. I. col. 394. Ambrosio tribuitur, et a nobis est editus hic sermo in *Florilegio* Codicis CII. pag. 118.

Pag. 429 — Dominica III. post sancti martini. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *De die autem illa...* Ex commentario beati hieronimi presbiteri. de eadem lectione. Incipit: *De die... In quibusdam latinis codicibus additum...* Desinit: *qua ora filius hominis venturus sit.* Hieronymi, ibi col. 188. a vers. 36. ad vers. 43.

Pag. 431 — Ex commentario beati hieronimi presbiteri. Recentior manus, lineolam desuper ducens, scripsit: *Tractatus sancti ambrosii episcopi.* Incipit: *Et praedicabitur evangelium per omnes civitates. Idest civitates iudeae. notus enim...* Desinit: *antychristo non negabunt.* Non invenimus inter edita.

Pag. 433 — Dominica IIII. post sancti martini. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Simile factum est regnum coelorum...* Omelia beati gregorii pape de eadem lectione. Incipit: *Textum lectionis evangelicae fratres karissimi...* Desinit: *adsumere naturam nostram. Qui vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Gregorii Hom. XXXVIII. T. I. col. 1634. ed. Bened. Juxta litteram initialem T. adest effigies minio et auro ornata, Gregorium Papam exhibens, cum aureola circa caput, manu dexteram benedicentem, ac stola, pallioque indutum. Inter litteram T. et effigiem haec inscriptio legitur: S. Gregorius Papa.

Pag. 446 — III. Kalendas decembris. Vigilià sancti andreae apostoli. Lectio sancti evangelii secundum iohannem.... *Voluit ihesus exire in galileam...* Omelia venerabilis bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Audivimus ex lectione evangelica fratres karissimi. benignam redemptoris...* Desinit: *provehere et coronare consuevit.* Concordat cum *Expositione* Venerabilis Bedae *in Ioannis Evangelium* a vers. *In crastinum voluit exire* (T. III. col. 655. ed. Migne), usque ad finem Capitis. Initium autem et finis deest in editione.

Pag. 454 — Lectio sancti evangelii secundum iohannem... *Stabat ihesus et ex discipulis eius duo...* Omelia venerabilis bede presbiteri. Incipit: *Tanta ac talis est scripturae divinae sublimitas...* Desinit: *qui est promittere dignatus. Ihesus christus... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XXIII. T. V. col. 256. ed. Migne.

Pag. 460 — In natali Sancti andreae apostoli. Lectio Sancti evangelii secundum matheum... *Ambulans ihesus iuxta mare...* Omelia Beati Gregorii pape de eadem lectione. Incipit: *Audistis fratres karissimi quia ad unius...* Desinit: *ad propria contempnenda perducatur.* Gregorii T. I. col. 1450 ed. Bened.

Pag. 462 — Item in dedicatione aecclesiae. Lectio sancti evangelii secundum Lucan..... *Non est arbor bona...* Omelia venerabilis bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Quia propitia divinitate fratres karissimi sollemnia...* Desinit: *ut inhabitem in domo domini in longi...* Bedae Hom. LXV. T. V. col. 433. in Cod. manco desinit post vers. 8. col. 435 ed.

Quaedam tantum paginae deficiunt, ut eruitur ex numero paginarum ultimi quaternii et ex titulo Codicis 104 qui unum cum isto Codice a principio efformavit Homiliarium in duo volumina divisum manu Grimoaldi scriptum, et a Sabbato sancto usque ad Adventum excurrens.

Pag. 465 — Item versus de apostolorum pe-

TRI ET PAULI. Incipit: *Spiritus alme veni*... Desinit: *te retinendo nitet.* Inter edita non invenimus.

ITEM ALIOS VERSUS UNDE SUPRA. Incipit: *Continet hoc corpus*... Desinit: *luce perenne frui.* Non invenimus inter edita.

Pag. 466 — A comptore concisa pagina, remanserunt verba haec pro titulo, quorum quaedam vix apparent: *Alfanus archiepiscopus salernitanus edidit.* et recentiori manu: *Alfanus salernitanus archiepiscopus.* Incipit: *Alma dies rutilat toto celeberrima mundo*... Desinit: *Da meritis petri nos scandere moenia caeli.* Inter *Opp.* Alphani, Tom. CXLVII. col. 1231, ed. Migne.

Pag. 467 — Tota pagina alba relicta fuit.

Pag. 468 — Incipit: *Angelici cunei primatem pangimus ecce*... Desinit: *Hic suffragator quaeso gregis veniat.* Inter edita non invenimus.

Deinde sequitur: *His quidem versiculis metrica hactenus digestis nunc te cernuo deposcimus flagitatu. Angelici numinis princeps* (deletum est verbum fortasse *exercitus*) *michael quo imperitiae nostrae indulgens. intima clementer prospicis vota. Salubribus faveas desideriis. hiantia trucis ora lupi. potenter obstruas. praesidio tuo nos munias. iugiorique interventu apud cunctipotentem deum commendes. Qualinus exuli facinorum mole. eruti antiqui hostis molimine. quandoque tuae felicitatis participio et nos perfrui mereamur. Praestante domino nostro ihesu*... (christo) *qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

In festo Sancti Laurentii Sermo S. Leonis papae. Hic titulus recentiori manu scriptus fuit. Incipit: *Sanctum est fratres ac deo placitum*... Desinit: *confusa torpescat.* Maximi Hom. LXXIV. col. 407. ed. Migne. In margine inferiori, recentiori charactere scriptum legitur: *In sancti Laurentii. Sermo Beati Maximi episcopi*, et deleto nomine *Maximi*, ab eodem scriptore additum est: *Leonis Pp.* Vide quae supra diximus pag. 175. huius Codicis et ea quae in praefationibus huius Codicis, et Codicis CIV prolata sunt de posteriori eorumdem parte.

Pag. 469 — ITEM CUIUS SUPRA. Incipit: *Sicut patrum nostrorum fratres karissimi*... Desinit: *et confidenter evasit.* Ibi col. 409.

Pag. 470—INCIPIT SERMO SANCTI LEONIS PAPE DE IEIUNIO MENSIS SEPTIMI. FERIA. IIII. Incipit: *Omnis dilectissimi divinorum eruditio*.... Desinit: *patrocinetur oratio. per dominum*... *saeculorum. Amen.* Leonis Sermo XCIII. T. I. col. 456. ed. Migne; in Cod. est uberior in fine.

Pag. 471 — DIE SABBATI. SERMO SANCTI LEONIS PAPE. Incipit: *Scio quidem dilectissimi plurimos vestrum*... Desinit: *devotione placeamus. Per dominum*... *saeculorum. Amen.* Ibi col. 458.

Pag. 472 — ITEM IN FESTIVITATE OMNIUM SANCTORUM DE OCTO BEATITUDINIBUS. SERMO SANCTI LEONIS PAPAE. Incipit: *Praedicante dilectissimi domino ihesu christo*... Desinit: *dei pace requiescat. Per dominum*... *saeculorum. Amen.* Ibi col. 461.

Pag. 475 — IN NATALI MARTYRUM. SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI. Incipit: *Quotiens cumque fratres karissimi sanctorum martyrum*... Desinit: *cito per caritatem pristinam. Prestante domino*... *saeculorum. Amen.* Augustini Sermo CCXXV.

Pag. 476 — ITEM IN NATALI SANCTORUM MARTYRUM. SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Sufficere nobis deberent ad perfectum salutis*... Desinit: *et beatitudo suscipiet.* Maximi Hom. LXXXII. col. 429.

Pag. 477 — UNDE SUPRA. SERMO BEATI IOHANNIS EPISCOPI. Incipit: *Qui sanctorum merita religiosa caritate*... Desinit: *in multorum salutem probaretur exemplum.* Non invenimus inter editos.

Pag. 479 — IN NATALE CONFESSORUM. SERMO BEATI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Sanctorum patrum memorias*... Desinit: *et impassibilem deitatem.* Maximi Hom. LXXVII. col. 415.

Pag. 480 — SERMO BEATI FULGENTII. Incipit: *Dominicus sermo quem debemus*... Desinit: *salubriter atque utiliter habeamus.* Fulgentius Ruspensis Sermo I Tom. LXV. col. 719. *Patrol. Lat.* Migne.

Pag. 483 — IN DEDICATIO ECCLESIAE. SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI. Incipit: *Beatus apostolus sermonem divinum*... Desinit: *dei filius immolatur. Qui cum patre*... *seculorum. Amen.* Anonymus in *Bibl. Laur.* T. IV. col. 297. dicitur.

Pag. 485 — IN NATALI SANCTI ALEXII CONFESSORIS. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM... *Dixit symon petrus ad ihesum*... OMELIA VENERABILIS ADALBERTI EPISCOPI ET MARTYRIS. Incipit: *Audiens a domino petrus Quia dives difficile intraret*... Desinit: *nos exaudire dignetur. Qui tri-*

nus in personis et unus in substantia vivit et regnat deus in saecula saeculorum. Amen. Pars huius Homeliae a Bollandianis ex hoc Codice edita fuit in T. 4. Mensis Iulii pag. 257; integram in *Florilegio* dabimus.

Pag. 487 — Item miracula eiusdem sancti alexii confessoris. Incipit: *Muliercula quedam cere veteri abitatrix....* Desinit: *et glorificantem deum viva voce invenerunt. Amen.* Deinde sequitur: *Quantum vero his qui se se tota fiducia petunt. celeriter subveniant. Vel quam misericorditer de se presumentes exaudiant. miraculo non ab aliquo relato. sed a me ipso referam viso. Amen.* Dividitur in quinque Rubricas interposito verbo *Alia.* Ibi pag. 258. sed in Cod. desinit n. 13.

Pag. 492 — VIII. kalendas Augusti. Sancti iacobi apostoli. Lectio sancti evangelii secundum matheum... *Accessit ad ihesum mater filiorum...* Omelia venerabilis bede presbiteri de eadem lectione. Incipit: *Dominus conditor ac redemptor noster vulnera superbiae...* Desinit: *redemptori nostro merebimur reddere. Qui vivit et regnat... saeculorum. Amen.* Bedae Hom. XVIII, T. V. col. 228 *Opp.* ed. Migne.

FLORILEGIUM CASINENSE

FLORILEGIUM CASINENSE

EX CODICE LII.

(Pag. 545).

Passio beate marine virginis et martyris.

Incipit passio sanctae marine martyre. Qui per orationem suam diabolum effugavit. Post resurrectionem domini nostri ihesu christi. et gloriosam ascensionem eius in caelis ad patrem omnipotentem. In illius nomine multi martyres passi sunt. Et apostoli coronati sunt. et innumerabiles sanctificati sunt. in nomine domini ihesu christi salvatoris nostri. Et vicerunt hoc mundum. et superaverunt tyrannos carnifices. Ad hoc tamen obtinebat insania hominum. diaboli rabiem. idola surda et muta. et ceca. et a manibus hominum facta. adorabant qui nec illis proderant neque alio. Ego autem in nomine christi credens theotimus nomine. posui me omnem scripturam perlegere et non inveni neminem in quo oportet credere nisi in nominae domini ihesu christi. Qui cecos illuminat. surdos audire facit. mortuos suscitat. martyres coronat. et omnes in se credentes salvat. Ego et timotheum omnia caute agnovi. quomodo pugnavit beatissima marina contra demonem tyrannum et vicit in hunc mundum. Omnes aures habentes auditae. et corde intellegite viri. et virgines. proponite vos velud qui in ista nova puella lectiones legentes. Ita laborantes in agone. ut mereatis requiem dignitatis habere cum beata tecla. et beatissima susanna. etiam et cum beatissima marina. Erat theodosii filia. qui erat gentilium patriarchae. et idolis serviebat. Mox ut nata est. statim data est ad nutriendum in quadam civitatem habentem stadio quindecim ab antiochia que nutrita est ibi. Post multum vero temporis mortua est mater beatissime marine quae desiderio tenebatur a sua nutricula. Quia vero speciosa erat. et christum cotidie invocabat. Nam odiosa erat a sua matre. Dilecta namque a domino ihesu christo. Erat autem annorum quindecim. et delectabatur in domibus nutricis suae. Audiebat enim omnium martyrum certamina. et plurima sanguina sanctorum effundebatur in illis temporibus pro nomine ihesu christi salvatoris nostri. Sancta vero marina repleta spiritu sancto totam se tradidit deo. Qui et virginitatem eius immaculatam conservavit. Nam et ipsa pascebat oves nutricis suae. cum ceteris puellis coetaneis suae. Cumque olibrius prefectus veniret de asia in antiochia civitatem ad perquirendum. Sic ubi christianos invenirent. statim eos ferreis nexibus constringeret. Et vidit beata marina iuxta viam oves pascentem. quem statim concupivit eam. Dixitque ministris suis. Ite festinanter comprehendite eam. et interrogate illam. si libera est accipio eam in uxorem. Si autem ancilla est. dabo pretium pro ea. et bene erit ei in domo mea. propter quod placuit in oculis meis. Et exierunt milites ut et eis iussum fuerat. conprehendere eam. Tunc cepit beata marina vocibus orare dicens. Miserere mei domine miserere mei et ne perdas cum impiis anima mea. nec cum viris sanguinum vita mea. Fac me semper te christe conlaudare ne permittas anima mea contaminari. et ne polluatur fides mea non inquinetur corpus meum. et non immutetur

scientia mea. Non eiciatur margarita mea in luto. Non inmutetur sensus meum a turpitudine iniqua. Sed tramitte mihi a dextra et sinistra. angelos gubernatores. Angelos pacis ad aperiendos sensus meus et faucis meae. Ad respondendum cum fiduciam. impio iniquo prefecto. Video mae domine ut oves in medio luporum. ecce facta sum sicut caprea in rite. Adiuva me domine et salva me. ne me derelinquas in manus impiorum. Venerunt milites ad prefectum. et dixerunt ei. Non est ista puella. que colit deos nostros sed deum adorat. et christum precatur quem iudaei crucifixerunt. Olibrius vero inmutavit vultum faciae suae. et iussit eam vocari ante se. et dixit ei. De quo genere es tu narra mihi libera es. aut ancilla? Beata marina. ℟. Libera sum. Ego credo prefecte. et christiana sum. Prefectus dixit. quo nomine vocaris. dixitque in nomine domini marina vocor. Prefectus dixit. Quem deum colis. vel quem adoras. Marina beata dixit. Invoco deum omnipotentem et eius filium ihesum christum qui mea virginitate usque nunc conservare dignatus est. Prefectus dixit. Ergo invocas nomen christi quem patres mei crucifixerunt. Beata marina ℟. Patres tui christum crucifixerunt. Ideo perierunt. Ipse autem permanet in aeternum. et regni eius non erit finis. Tunc iratus prefectus. iussit beata marina in carcerem recludi. Donec inveniret per quali machinamenta eius inpedire virginitatis. Cumque ingressus fuisset iniquissimus prefectus in antiochiam civitatem et adoravit idola surda et muta secundum consuetudinem fidem. Alia die sedens in tribunali. iussit adduci puellam in conspectu suo. Cumque vidisset pulchritudinem eius. dixit ad eam. Nova puella misereor ego infantiae tuae et pulcritudini tuae. consenti mihi et adora deos meos. et plurimas pecunias tibi dabo. Dei famula marina ℟. Cognoscit deus qui meam virginitatem consignavit. quia non me suadebis nec movebis de via veritatis quam ab infantiam ambulavi. Ego illum adoro. cui tremit terra mare formidat. Cui obediunt venti. et omni creatura. cuius regnum in saecula permanet. Amen. Prefectus dixit. Si non adoras deos meos. gladius meus dominabitur in carnae tua. et ossa tua dispartire facio super ignem candentem. Nam si obedieris michi et adoraveris deos meos. Accipio tae mihi in coniugem. Beata marina ℟. Ego trado corpus meum in tormenta ut cum iustis virginibus requiescam. Nam christus pro nobis semetipsum tradidit in mortem. Et ego pro ipsum non dubitabo mori. quia ipse suo signaculo. sibimet consignavit. Tunc iussit olibrius questionariis suis in aere eam suspendi. et virgis subtilibus caedi. Beata virgo christi marina. aspiciens in caelum dixit. In te domine speravi non confundar in aeternum. confundantur omnes inimici mei qui autem in te confidunt domine non confundantur. quia nomen tuum est benedictum in secula. Respice in me et miserere mei. et libera me de manu impiorum. etiam et de manu carnificis ne forte percussa formidet cor meum in seductionem. Mitte mihi angelum sanctum tuum ut dolor et plage iste veniat mihi domine in gaudium. Illa dei virgo orabat questionariis eam cedebant. et sanguis eius decurrebat tamquam aqua de fonte mundissima. Precon autem clamabat· Crede marina et vivis et bene tibi erit? Multitudo autem circumstantium flebant super eam amarissime dicentes. O marina dolemus de te. quia vidimus te nudo corpore l(a)niari. O qualem decorem perdis. propter incredulitatem tuam. Iste prefectus est vir iracundus et perdere te festinant. Sacrifica diis et vivis. Beata marina dixit. O mali consiliarii. Ite viri et mulieres in opera vestra. michi autem adiutor est. Vos autem non boni consiliarii. quid putatis? si corpus meum exterminetur. et anima mea cum iustis virginibus requiescat. Per ista tormenta multorum animae salve inveniuntur. Créditae vos in deum meum ihesum christum? qui fortis et verus est in virtute sua. et bene petentes se exaudit. et postulantibus aperiat orta paradisi. Nam et ego non obedio vobis. nec sacrifico diis vestris surdis. etiam et mutis. cecis. et a manibus hominum factis. Et ait prefecte. tu facis opera patris tui sathane. inpudens. et audax. et canis. Michi autem adest deus meus atque adiutor meus Nam si corpus. meum habens in tua potestate. Anima mea christus eruat de manu tua. Miser. orribilis. et insatiabilis draco. profundus tartari. fornax insatiabilis. abominatus a deo. confusus a christo. cuius tua virtus in profundum damnet. Meus autem deus magnus es. qui vivis et regnat in saecula seculorum. Amen. Prefectus vero iratus iussit eam suspendi. et cum cervarum unguibus carnis eius disrupit. Beata autem marina

aspiciens in caelum dicebat. Circumdederunt me canes multi concilium malignantium obsedit me. Tu autem domine ad aiuvandum me festina. Et erue a framea anima mea et de manu canis unicam meam. Libera me de ore leonis et a cornibus unicornuorum virginitatem meam. Conforta me christe. et da mihi spiritum vitae. ut penetret oratio mea septem caelos sed ascendat in tuo conspectu. Transmitte columba de caelo qui veniat michi in adiutorium. ut inmaculata quod tibi observet virginitatem meam. Ut certet cum adversario meo faciaem ad faciem videam inimicum meum qui mecum inliciter pugnat. At vincam eum ut det fiduciam omnibus in te confitentibus quia tu es deus benedictus in saecula. Amen.

Carnifices vero non cessabat beatum corpus laniare. Nam impius prefectus cum clamide suo faciem suam cooperiebat. Similiter et alii faciebant. quia non poterant respicere pro sanguinem effusionis. Dixit ad eam prefectus. Quare non audis iussa principum marina? neque tibimet ipsa miserta es. Conseuti mihi et adora deos meos ne male moriaris. Si autem non me audieris gladius meus dominabitur in carnem tuam. et ossa tua. et nervos tuos dispartio. Beata marina ℟. O inique inpudens miser anima mea utique in interitum vadit sicut et tua. Sed ideo carne mea tradidi in tormento. ut anima mea in caelis coronata deducatur. Tunc prefectus iussit ministris. ut eam in carcerem recluderent. erat autem hora septima. Cumque introissent carcerem tenebrosum consignavit totum corpus suum signaculum christi. et cepit orare et hec dicere. Deus qui iudicium sapientiae decrevisti. quem contremescent omnia secula et inhabitantes. quem expavescent omnes potestas. Desperatorum spes. pater orphanorum. et iudex verus. Lumen de lumine. Respice in me quia sola sum et unica terreni patris. et ipse me dereliquid. Ne tu me non derelinquas domine deus meus. Aspice in me et miserere mei. Precipe domine ut videam adversarium meum qui adversatur michi. ut loquar cum eum et vincam eum. quia tu es iudex vivorum et mortuorum. Tu omnipotens deus noster. iudica inter me et diabolum. ecce enim in agone et iustitia sum facta. Ecce enim in plagas meas ingemesco. Noli michi irasci domine meus quia anima mea nec commisceatur sensus meus cum impiis idolis surdis et mutis. Quoniam tu es christe spes mea. et tu es benedictus in secula. Theothimus autem et nutrix eius erant in carcerem cum pane et aqua. et aspiciebant intus per fenestram. et orationes ascultabant. Et ecce subito de angulum carceris exivit draco orribilis totus coloribus deauratis. Capilli eius et barbae eius videbatur. dentes eius ut ferreae similis erat serre. Oculi eius velut margarite splendebant. de naribus eius ignis et fumus exiebat. Lingua illius anelabat. Super oculos eius erant serpentes varii. Que gladius candescens videbatur in manus eius. et fetore nimio faciebat in carcere. Cumque se erexisset. siffilavit fortiter. et factus est lumen in carcerem. ab igne que exiebat de ore draconis. Sancta vero marina cepit palloribus induere. et pre timore oblita est quia dixerint demonstra michi domine qui mecum pugnent. Et quia deus orationem eius exaudisset. Cumque haec ageretur fixit genua beata marina et expandit manus suas ad orationem et dixit. Deus invisibilis quem abyssi. et thesauris abyssi contremescunt. qui paradisum radicasti. et mari terminos posuisti. qui extinguisti potestatem maligni draconis virtutem. Qui infernum debastasti. et diabolum religasti. respice in me et miserere mei solitaria orfana et tribulata. Adiuva me domine et vincam eum et ferborem eius qui adversus me pugnant. quid illi nocui? nescio obruire me festinant. et in cabea sua deducere nos. Beatissima marina factum signaculum sanctae crucis. divisit eum in duabus partibus. Famula dei marina exivit inlesam. nullam maculam in se habens. Eadem oram aspiciens in partem sinistram. et vidit alium diabolum sedentem. manu sua ad ienuam religatam. Beata puella orabat dicens. Laudo et glorifico. gaudeo et exulto. et in suabitate consisto. Rex inmortali. Lapis angulari. Coronam fidei. Principium sapientie. Innumerabilis angelorum. Atque archangelorum rex. Fundamenta fortis. Nun video fide mea florentem. vidi gaudium anime meae. Vidi homicidam interfectum. Vidi fetorem eius a me cessantem. Cumque beata marinam orasset. Ait ad demonem. Dic michi inmunde. unde est generatio tua. vel quis te genuit? Demon ℟. Dic michi et tu marina. Unde vita tua? unde membra que in te mobentur? unde anima tua? Unde fides tua? vel quomodo ingressa es anima tua

in corpore tuo. vel quomodo egreditur? Dic michi. et ego dico tibi. Beata marina dixit. Non licet michi haec tibi nuntiare. propter nequitias tuas. gratia enim dei sum id quod sum. Demon ℟. Malis moribus meis et ego sum quod sum. alligatus sub pedibus tuis. quia quando exaltatus est caelus aeterni precepto. Quicumque spiritus relicti sunt sub firmamento. facti sunt in ferocitate. etiam facti sumus angeli desertores. Nos autem nescimus unde sumus. nam gressus terrenum sicut homines ambulant. sed venturum tenemus impetus. Et ecce nunc sum quod sum solve me. O beata ancilla christi. ecce annuntiavi tibi omnia que cupis a me scire. Coniuro te per sublimem. et terribilem sedem. ne me interficias. sed magis alliga me et usque in vita tua ero ligatus. Nam usque in vita salomonis, eramus reclausi in vasibus eramentis signatis ab eo. Cumque venissent babylonii fregerunt vasa sperantes sae aliquid invenire nos vero dimiserunt. Cumque hoc demon dixisset. ligavit eum beatissima puella signum sancte crucis. et reliquid eum ligatus in angulo carceris. Mane vero iussit prefectus sibi presentari beata marina. Spiculatores vero educentes eam adducta est in pretorio. Sancta vero puella cum ingrederetur, consignavit omnem membrum corporis sui. Omnis vero civitas congregata est ad spectaculum cernendum beate martire. Et dixit ad eam prefectus. Sacrifica diis. O infans formosa. dicebam enim te in consortio meo aggregare propter pulchritudinem tuam nimiam. Adsenti ergo nobis et sacrifica diis. ut bene tibi sit. Beata marina dixit. Per salutem christianorum decebat te servus esse salvatoris christi. et amicum prophetarum. et conloquentem martyrum. et non esset amicus vanitatis et idolorum. Prefectus dixit. dispoliate eam et in aeculeo suspendite eam. et adpligate lampadas lateribus eius ut comburentur membra eius. Beatissima martyra dei marina. elevans oculos ad caelum et dicebat. Probasti domine cor meum et visitasti noctae. et non est inventa in me iniquitas. Transeo per ignem et aqua. et deducis me in refrigerium. Ministri vero cessaverunt comburentes sancta marinam. Dicit ei prefectus. consenti michi et sacrifica diis. Non enim potest vincere precepta imperatorum et conventum omnium deorum. Sancta marina dixit. Non aderessio nec inmolo vanis diis tuis. non enim spertus est diabolus vincere quem sibi christus consignavit. quia signum sancte crucis et castitatis consignavit membra mea. Odorem suabitatis suae circumdedit me. gratia tua christe super me est sanctis spiritus tui impetus mecum est. Fiduciam aeternam teneo. Audacia multiformi concul-cor. Invoco te domine et gratias ago sanctae inmortalitatis inreprehensibilis sapiens. mitis. tranquillus. tu es omnium sperantium in te gubernator. turris fortitudinis. gloriosus in saecula. Et precepit prefectus artificibus ut faceret unum magnum vasum et impleri aquam. et alligari iussit manus et pedes beate marinae. et in eodem vasum mittit ut negarentur eam. Illa autem orabat cum nimio gemitu apud deum dicens. Domine qui habitas in aeternum. disrumpe vincula mea ut tibi saccrificem hostiam laudis. Fiat michi suffocatio haec. inluminatio salutis meae. Fiat michi haec aqua nequitie aqua salvationis. Fiat labacrum lavationis sanctum divinum mundum indeficiens. Indue me galeam salutis. veniat columba sancti spiritus tui superna et benedicat aquam. Expolia me veterem hominem. et indue novum qui renovet. digna me domine famula tua sociari in vitam aeternam. Confirma animam meam. clarifica sensum meum. proice peccata mea. salva me domine in tua gloria. quia tu es benedictus in saecula. Et postquam oravit. miserunt eam in vasum illum plenum erat ydor. Et statim terremotus factus est magnus in loco illo. Et columba descendens. habebat in ore suo coronam. et posuit super ipsius capite beate marine martire. et dirrupta sunt ligamenta famule dei marine. Ascendens de aqua laudans et benedicens deum et dicens. Dominus regnavit decorem induit. Illumina me domine. glorificasti me christe. et salvasti me domine. et defendisti me unigenite qui es ante saecula. et regnas in saecula saeculorum. Amen. Et facta est vox de coelo ad eam dicens. Veni marina in requiem iustorum. etiam et in tabernacula christi. Beata es quia coronavit te gloriam aeternam accepisti. Tunc in illa ora crediderunt de populo infidelium in domino ihesu christo, fere animae octoaginta quinque virorum. ac mulierum. Tunc nimis confusus olibrius dedit sententiam decollarentur. Et ducti extra civitatem in calymiae. et decollati sunt ibidem in triuenia civitatem. Et post hoc prefectus iussit beatissima marina gladios in-

terfecit. Tunc questionarius conprehenderunt eam. et duxerunt illam foras civitatem. Et dixit ad eam nomine malchus extende cervicem tuam et suscipe gladium. Questionarius autem dixit ad martyra christi. obsecro te miserere mei. quia video hic christum tuum stantem cum angelis suis. Sancta dei marina dixit. Peto te frater si vidis excelsum christum coego te plurime. parce mihi dum oro et commendo spiritum meum in locum refrigerii. Questionarius dixit. pete quantumvis etiam parco tibi. Tunc beata vero marina. cepit orare et dicere. Deus qui caelum mensus es. terra palmo concludis. exaudi precem meam ut quicquid legerit librum gestae meae. aut audierit legentem. ex illa hora deleantur peccata illorum. Aut quisquis luminaria fecerit in basilica mea de suo labore. non imputetur domine peccata illorum. Quisquis fuerit in iudicio terribile. et memor fuerit. tu libera eum de tormento. quia carne et sanguine sumus. et cotidie semper peccamus et numquam cessamus peccare. Adhuc peto domine. qui basilicam in nomine meo fecerit. et qui scripserit passionem meam. vel qui conparaverit endicem passioni meae. mitte in illum spiritum sanctum. spiritum veritatis. et in domo illius non nascantur infans claudus. Aut cecus. neque mutus. neque ab spiritu inmundo temptetur. Et si petierit pro peccato suo veniam aput tuam clementiam. digneris domine dare ei indulgentiam. Et respiciens beata marina in multitudine populi et dicebat. Fratres mei. et sorores. etiam et consocie bone. et adulescentulae. Rogo vos per dominum regem coelorum. memoriam facite animae meae ut sine timore transeat principatus et potestates. aeris huius. Sed obsecro vos. ut dominum deprecare dignemini pro me peccatricem. et commendate me deo et sanctis eius. Et ego peccatrix obsecrabo pro omnibus vobis ad dominum omnipotentem. ut det vobis deus gratiam suam. et spem aeternam et heredes effici glorie eius. Impleat dominus petitionem cordis nostri. inluminet vos inluminatione vultus sui. Deducat vos dominus ad perfectum. et det vobis consumere cursum sine confusionae. Ipsi enim gratias ago regi coelorum. qui digna me habuit in consortio sanctorum suorum. Et ymnum dico deo collaudo. et glorifico sanctum nomen eius. quia ipse est honor. et potestas. et magnificentia in consortio sanctorum. et omnis gloria in saecula saeculorum. et cum respondissent omnes christiani. Amen. erexit se ab horatione. et amputatus est capud eius ab spiculatore. Et oravit spiculator dicens. domine ne statuas michi hoc peccatum. Et post haec venerunt angeli super corpus beatissimae martiris marine. et benedixerunt eum. Et venerunt demones et torquebantur ibi. et vocibus terribilis clamabant. Unus deus fortis et magnus est beate marine. Haec audientes omnes infirmi. qui diversis languoribus detenebantur. et tangebant corpus beate marine. et in virtute ihesu christi statimque salvi facti sunt. Et venerunt angeli et tulerunt capud martyris beate marine. et ymnum deo decantantes. Ascenderunt super nubem clamantes et dicentes. Non est similis tibi in diis domine et non est secundum opera tua. Agyos. Agyos. Agyos. Dominus deus sabaoth. pleni sunt coeli et terra gloria tua osanna in excelsis rex israhel. Accedentes vero et adduxerunt caput eius in paradyso. et omnes angeli congratulabantur ei dicentes. Beata es tu. et locus almifici (?) invenisti. ecce requiesce cum iustis virginibus. et letantur iusti de magno triunpho martirii eius. etiam et corpus tuus veniet ad te. Ego vero inutilis servus christi theodimus collegi corpus eius et posuit in monumento novo quem feci ego de lapidem. et cum odoramentis optimis plurimis incensis posui eam in antiochiam civitatem. in domum cuiusdam inclite matrone. Ego enim eram qui ministrabam ei in carcerem. panem et aquam. et considerabam per fenestram et excipiebam omne opus quod habuit contra demonem. Cetero vero et omnes orationes eius scripsi. et transmisi in omnibus locis ubicumque christiani repperire potuissem. Omnia in veritate quae audivi et vidi oculis mei haec locutus sum deo teste et sanctam trinitatem. Cumque haec gesta fuerit tanta est virtus divinitatis. Ut a nulla fraude diabolice artis decipiatur. Et si super egrotum posita fuerit. in christi nomine salvabitur. Passio autem beatissime marine martyris quarto decimo kalendarum iuliarum. Regnante domino nostro ihesu christo cui est honor et gloria adque potestas per infinita secula saeculorum. Amen.

Pag. 552 — Passio sancti Georgii martyris.

Romanorum imperatorum. vicesimus quintus regnavit decius imperator. persecutor et inimicus

christianorum. Erat quidam tribunus nomine georgius. in provincia Cappodocia. de civitate melena. vir christianissimus. nimioque colebat dominum ihesum christum. Cum autem quadam tempore imperator venisset ad melenam civitatem. furore nimio et ira commotus est. promittebat se multa pena et termenta facturus christianis et iussit preparari ferramenta diversa. ad christianos torquendos. id est gladios acutissimos ad feriendum forcipes ad dentes excutiendos. frixorias. vel rotas ferreas habentes in se serras. et clavos acutos. et cetera innumerabilia paena. contra nece christianorum. Populi vero videntes hec tormenta. nimioque timuerunt. et nullus ausus est publice loquere christianus sum. Videns haec supradictus tribunus nomine georgius. zelo dei et amore commotus est. aurum et argentum quod habebat. in pauperes distribuit. Elegit potius mors temporalem. quam perderet vitam sempiternam. Memorans illud quod scriptum est. nolite timere eos qui corpus occidunt. animam autem non possunt occidere. Publica voce ipse dicebat. ego christianus sum. et deum caeli creatorem omnium adoro. non idola ab artifici manu facta. quae aures habent. et non audient. oculos habent. et non vident. et cetera. Audiens autem haec imperator nimis tristis factus est. fecit eum vocare ad se. et blandis sermonibus. sic ait ad eum. georgi preclare. Quid habes minus. de dignitate et gloria tua? Cur alienaris a nobis? deos vestros contempnentes et blasphemantes? Si queris damus tibi omnem honorem. et omnem gloriam qualecumque desideras sub nostrae potestatis. tantum desine ab hac vana et stultiloquia. Beatissimus georgius ℟. gloriam et dignitatem tuam. ego non quero. sunt enim temporalem et corruptibilem. dignitas et gloria mea christus est. Ipsum enim deum adoro et servio in magna fide et veritate. Decius imperator dixit. vere ego doleo super pulchritudinem et etatem tuam. ne forte in diversis penis deficiaris. Almificus georgius dixit. noli dolere super me et super pulchritudinem meam. sed potius super temetipsum et super etatem tuam magisque dole quia paratus est draco qui cupit animam tuam devorare. Impiissimus imperator dixit. quid plurima loqueris talia. Aut sacrifica diis. Aut si volueris. per deos meos magnos iuro tibi. faciam in te exemplum omnium fieri. et penam tuam in omni regno meo. et videam an veniat deus tuus quem tu colis et liberat te de manibus meis si potuerit. Beatus georgius respondit. ecce enim deus meus adiuvat me. Confundantur vero omnes qui adorant sculptilia. Decius imperator iussit ministros suos ligari eum et sic vinctum super rotam ad penam preparatam desuper extendi. Cumque beatus georgius appropinquasset rotam et vidisset eam orabat dominum dicens. domine meus ihesu christe. qui inter latrones crucifixus fuisti. et inmortalis mortem detulisti. ut nos mortales de morte aeterna erueres. da mihi domine constantiam et fortitudinem. ut hanc penam temporalem per fidem tuam sustineam. Ministri vero fecerunt sicut fuerat illis imperatum. ligaveruntque eum super rotam in circuitu. Assumentesque serram. et serrabant eum. diviserunt eum in decem partibus. et proiecerunt eum in frusta concisum in puteum altum qui non habebat aquam. et clauserunt os putei et habierunt. Et ecce angelus domini descendit in puteum ubi iacebat corpus sancti martyris christi in frusta concisum. divina gratia preordinante resuscitavit et elevavit eum de puteo. et habiit. Ille vero prudenter intellexit. gaudio repletus est magno. Abiit iterum ad crudelissimum decium imperatorem. ut confunderet eum de nimia crudelitate sua. Cumque venisset ad eum. sic locutus est ei. deciae. ego sum inquid georgius servus ihesu christi quem tu in frustra concisum in puteum proiecisti. vide ut confundaris. quantum valeant mine tuae. contra maiestatem dei mei. Videns vero decius imperator. obstupefactus est. miseratione perterritus. ait spiritus eius est. Alii autem dicebant. non ipse est. sed similis ipsius est. ipse vero iterum constanter se ipsum esse georgius testatus es. Cumque eum cognovissent. multi ex eis conversi ab errore idolatriae suae. et crediderunt plurimi in dominum... ihesum christum. Quibus erat plurimi magister militum nomine magnensium. cum ceteris multis. Haec vero cum vidisset decius imperator. iussit eum in domo cuiusdam viduae in custodia mit(t)i. Cum autem intrasset in domum viduae. cepit esurire. non pane terreno. sed fidem viduae. Ait ad eam beatus georgius. mulier obsecro te da mihi pauxillum panem ut gustem. At illa respondit. non habeo inquid panem. ille iterum interrogavit eam dicens. qualem deum colis. At illa. non habeo inquid deum,

nisi apollo Ait illi. beatus georgius. verum panem angelorum non habes. propterea terreno indigebis panem. Habebat enim ipsa filium totis membris debilem. qui nec loqui. nec audire. nec ambulare poterat. Cum eamque beatus georgius talibus et his similibus verbis ad fidem dei traxisset. ait ad eum mulier illa vidua. si vis ut credam in deum tuum quem predicas. ora pro filium meum ut faciam illum sanum. et appareat potestas et virtus dei tui. Vir sanctus haec audiens. conversus ad dominum deum suum dicens. obsecro domine ihesu christe omnium recuperator. citius sana eum quia tua est creatura. et statim sanus effectus est. et divina permittente gratiam. reddidit ei lumen oculorum. et auditum. et locutionem. excepto quod adhuc ambulare non valebat. In loco vero illo ubi manebat vir sanctissimus martyr christi. et frequenter orabat. arbor caepit subitoque nasci. et paulatim in altum proficere. et factus est altus et pulcerrimum adumbraculum. sub quo mensa magna ab angelicis manibus erat preparata. et magnis opibus ornata. Audiens haec imperator. iussit eum sibi coartari. illo veniente. interrogavit eum dicens, dic michi georgi. per qualem mala arte tantum populum ad errorem perducis. Beatus georgius dixit. non ego populum ad errorem duco. sed dominus meus ihesus christus per me servum suum ab errore liberatus et vocat ad magnam lucem. de illo enim scriptum est. omnia quecumque voluit fecit, Decius imperator dixit. numquid melius est deus tuus apollo deo meo. Sanctus georgius clara voce dixit. deus meus omnipotens creator est mundi. nam deus tuus diabolus est pessimus. Tamen si vis scire qualis sit deus tuus quem adoras. volente deo meo ihesu christo. demonstravimus tibi. Et ecce vidua illa in cuius erat domo. vir dei sanctissimus missus in custodia. ferens filium suum in ulnis. quem ipse primitus sanavit. excepto quod adhuc ambulare non poterat. Quam cum vidisset beatus georgius. gaudens ait. mulier pone filium tuum. illa vero concite proiecit in terra. Cumque deposuisset. eum Ait ad eum beatus georgius. in nomine domini mei ihesu christi surge et ambula ad templum martis apollinis. et voca eum ad dicito. servus dei georgius vocat te. Ille vero statim surrexit sanus effectus. per adiutorium divinitatis laudans et benedicens deum. et iussa eius complevit. et perrexit cum festinatione. apollinis. Cumque appropinquasset. elevavit vocem puer. et ait apollo. famulus ihesu christi. georgius vocat te. Et statim demon eius preceptis optemperans egressus deveniens ad servum dei in forma obscurissima et orribile aspectu. Cumque venisset et stetisset in conspectu viri dei. a longe. videntibus cunctis paganis. una cum imperatore suo. interrogavit eum beatus georgius dicens. Tu es demon pessimus seductor hominum. qui vocaris apollo. Ipse vero confessus est dicens. Vere. ego sum error et seductor omnium paganorum. His verbis auditis vir dei. preecipitavit eum in abyssum. Populi autem qui ad spectaculum venerat. videntes per divinae clementiae tantaque mirabilia. stupore magno perterriti. ipse vero fortiter confirmatus in deum. Intravit in domum idolorum. et omnia idola vana. comminuit. expulit de templo. Videntes autem sacerdotes idolorum quod factum fuerat. doluerunt graviter exinde valde. Apprehendentes eum duxerunt iterum ad imperatorem decium dicentes. hic homo multa mala fecit in hac terra. deum nostrum apollo. in abyssum mersit. statuas confregit. templum subvertit. Decius vero imperator. dixit ei. Aut sacrifica diis. aut si non feceris. et in errore priore tuo persisteris nobis (novis) penis iterum te perdam. Ipse vero magis ac magis in christo confortatus. factis magis. quam vocibus. commemorans illud propheticum versiculum. et decantabat dicens. dominus michi adiutor est. non timebo quid faciat michi homo. Cumque vidisset imperator in suis sententiis persistere iussit sibi afferri sartagines. et misit in ea sulphur. et pice precepitque calefacere nimis. et tunc corpus sanctissimi viri. et membra ipsius. iussit in ipsa mitti ut cremarentur. Cum autem hoc factum fuisset. ecce angelus domini apparuit. et statim ignem ardentem. extincxit. et martyrem christi inlesum liberavit. laudantem et benedicentem dominum ihesum christum. qui tanta dignatus est ostendere mirabilia famulis suis. et suabiter hisdem angelus consolans eum dicens. pax tecum noli metuere georgi. propter certamen tuum magnas coronas a deo nostro tibi est praeparata. Populus vero videns haec tam grande miraculum. dederunt gloriam deo dicentes. vere magnus es deus christianorum quem georgius colit. Regina vero alexandra tremefacta de tantis et talibus mi-

raculis. cum cognovisset. coronam de capite suo deposuit. confessa est se velle fieri christianam. et in deum quem georgius praedicabat credere. Audiens haec decius imperator. nimio dolore perculsus ait illi. o alexandra. video te magis artibus esse involutam et errore ut puto decepta. At illa viriliter in deum omnipotente confortata. proclamabat se publica voce credere in christum filium dei quem beatus georgius predicabat. Decius vero commotus ad lacrimas cum nimio dolore cordis. dixit ad eam talibus verbis. regina alexandra. Cur deseris tantum honorem regni. vel cui me dimittis. et elegis tibi mortem intollerabilis. potius quam vitam suabem. Alexandra dei vero divinitus inspirata. et licet adhuc pagana. dei tamen preceptis recordata dixit. corona tua corruptibilis est et temporalis gloria. Nam si ego perseveravero in confessione mea. incorruptibilis et inmortalis coronam accipiam de manu dei almificam. Quis enim tam stultus. et insipiens corde est. qui non vellet cum minorem. maioremque comparare. cum terrenis. et caducis. coelestia mercari. Ecce enim corpus et membra mea sunt. exive penam temporalem quam te permiserit deus. Decius vero imperator. inflammatus ira et indignatione. iussit eam a crinibus suis suspendi. Illa vero haec audiens. conversa ad beatum georgium dixit. obsecro te serve dei altissimi ora pro me facinorosa apud ihesum christum. et previde unde me poteris baptizari. michi sacramenta purificaris. Tunc beatus georgius expandit manus suas ad coelum et orabat ad dominum dicens. Domine meus ihesu christe qui terrenum regnum docuisti contempnere. et ad celestem patriam festinare. Respice obsecro et previde unde fiat sacrum baptismum famulae tuae alexandre. qui propter te regem caelestem. regnum ammisit terrestrem. Et cum complesset orationem. ecce nubes descendens repleta rore. unde assumens vir sanctus aquas. et baptizavit eam in nomine sanctae trinitatis. ac dimisit. Decius vero imperator. magna indignatione repletus. precepit ministris suis. ut eicerent eam foras civitatem et gladi perimeretur. Ipsa autem haec audiens. cum nimia laetitia cordis clamabat ad beatum georgium dicens. Sanctae famulae dei adiuva me orationibus tuis. et da mihi benedictionem tuam ut non prevaleat adversus me inimicus meus. Tunc sanctus georgius dedit benedictionem dicens. dominus meus ihesus christus tecum sit soror mea. in itinere tuo. et confortavit eam. Noli timere neque metuere. pro certo quia numquam enim deserit deus sperantes in se. Populus vero cum imperatore nimioque flentibus et lacrimantibus. ipsa famula christi laeta est facta. ibat ad locum cum spiculatore extra civitatem. Cumque venissent ubi eis fuerat imperatum. assumensque spiculator gladium. et percussit eam et martyrii gladio coronata est per triumphum divinitatis. His vero expletis. decius imperator iussit sibi coartari beatum georgium. et ait ad eum. georgi. Ecce alexandra regina. tuis premisisti magicis artibus. tamen adhuc habeo ad te unam petitionem. Beatus georgius dixit. Quid est quod tu a nobis postulas. non enim ego. sed dominus meus ihesus christus omnia quecumque voluerit dabit. At ille. sunt inquid hic monumenta mortuorum. plena ossibus hominum antiquorum. ora ergo dominum deum tuum ut resurgant et appareant vivi. Sanctus vero georgius. fecit sibi aperire monumenta illa. ubi non iam ossa. set pulvis inventa est. Quod iussit colligere et sibi afferre. quod cum factum fuisset. beatus georgius dedit orationem dicens. Domine ihesu christe mundi redemptor. filius dei vivi. qui tanta ac talia per me famulum tuum voluisti miracula facere. et nunc domine deprecor maiestatem tuam. da gloriam nomini tuo sancto. ut videant gentes mirabilia tua. et glorificent te. Vivos istos de pulvere homines resurgere. qui olim tempore defuncti fuerant. ut cognoscant isti increduli. quia tu es deus solus. qui facis mirabilia magna. Et cum complesset orationem. facta est ad eum vox de coelo dicens. georgi noli timere. dominus tecum est. et quodcumque postulaveris dabit tibi. Et ecce videntibus omnes qui aderant. subitoque surrexit multitudo hominum. qui aliquando tempore antiquo defuncti fuerant. Beatus vero georgius. interrogavit unum ex illis. quem prius deum habuisset. ille autem respondit. apollinem se deum testatus est habere. et propterea inquid fuimus in tormentis. et in locis penalibus. et asperis. usque in hac horam. qua resuscitati nos per adiutorium domini dei tui. Unde plurimum obsecramus te domine famule domini. trade nobis sacrum baptismum. ut iterum non eamus ad penam tormentorum. Et cum vir dei orasset. ecce apparuit

fons magnus subito de terra ebulliens. ipse vero benedixit fontem in nomine sanctae trinitatis. et baptizavit eos cunctos. Populus autem quia spectaculum venerat. videntes tanta mirabilia. una voce clamabat dicentes. magnus et omnipotens deus christianorum. et non est alius preter eum. Conversi ad beatum georgium universi dicebant. ora pro nobis famule ihesu christi ad dominum deum tuum. ut tollat a nobis errorem infidelitatis nostrae. ut det nobis lucem fidei et credulitatis. Sanctus vero georgius positis genibus in terram orabat dicens. domine deus meus ihesu christe fiilius dei vivi. qui propter nostram redemptionem in hoc mundo humilis apparuisti. et iterum venturus es cum gloria maiestatis tuae iudicare vivos et mortuos. deprecor te domine pater ihesu christe sicut misisti spiritum tuum sanctum. transmittere in corda istorum. ut in te credant. Et cum complesset orationem. baptizavit universum populum dei. gaudentem et laudantem dominum ihesum christum. Fuerunt autem ipsi qui baptizati sunt. tria milia quingenti triginta quinque. Audiens haec decius imperator. pavore nimio perculsus dicens. ergo totus populus post eum habiit errore deceptos. quid superest. nisi ut ipsum regnum auferat a me homo iste. sunt enim iam fere septem annorum. quod eum hostem intolerabili pertuli. et iam amplius non feram eum. Qui statim ministris misit et iussit eum adduci in loco ubi alexandra regina fuerat occisa. et precepit amputare caput ipsius. Venerunt autem vero spiculatores tollentes eum ducebant ad locum ubi eis fuerat imperatum. Sequebatur autem eum multitudo virorum ac mulierum. lamentantes et plangentes eum ac postulantes ab eo benedictionem. Cumque venisset ad eum vir dei georgius. rogabat eos ut daret sibi modicum spatium ad orandum. expandit manus suas in coelum. orabat ad dominum dicens. domine ihesu christe magister meus gloriosissime. bone. almifice. tibi commendo spiritum meum. Et cum complesset orationem. facta est ad eum iterum vox de coelo dicens. Veni benedicte bone decertator aperte sunt tibi ianuae coeli. Carnifex autem fecit ei ut ei fuerat imperatum. Assumens secum gladium amputavit caput eius nono kalendarum maiarum. in provincia Cappodocia. Regnante domino nostro. qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen. (1).

(1) Cum passim S. Ioannis vitae fragmenta in nostris MSS. occurrant, eorum editionem curabimus, ubi uberiorem eorum copiam in aliquo Codice invenire nobis datum fuerit.

EX CODICE LXIV.

(Pag. 1).

Catalogus Summorum Pontificum

Si vis Pontifices Romanae noscere Sedis;
Carminibus nostris perlectis scire valebis.
Primo papatus Petrus est in sede locatus.
Qui consederunt Linus Cletusque fuerunt.
His clemens iunctus. simili fuit ordine functus.
Disputat hinc mundus sit quartus sit ne secundus.
Hinc Anacletus. presedit. et hinc Evaristus.
Hinc Alexandro successit in ordine Sistus.
Hos iuxta positus. Telaephorus est et yginus.
Additur Anicitus seu presul nomine Pius.
Sother et Euleuther quibus est. Victor quoque mixtus.
Quos Zepherinus habet comites martyrque Calixtus.
Urbanus turbae christi prelatus in urbe.
Post hos papatus successit in arce locatus.
Hinc Pontianus. hinc. Antheros. hinc Fabianus.
Cornelius. Lucius. Stephanus. Sistusque secundus.
Hos rutilas iuxta. Dionisi sede venusta.
Felix romanus cui iungitur Euticianus.
His comites Gaius seu Marcellinus habentur.
Marcellus nec non Eusebius annumerentur.
Melciades etiam post quem Silvester haberi.
Te dominus papam decrevit in ordine cleri.
Marcus cui Iulius succedit. Liberiusque.
Felix et Damasus cleri speculumque decusque.
Exule liberio Felix in sede locatur.
Martyriumque subit cum Liberius revocatur.
Quare Liberii Damasius successor habetur.
Sicut ieronimi chronica narrante docetur.
Postea Syricium numeramus Anastasiumque.
Hinc Innocenti te qui comitaris utrumque.
Post Zosimum vero Bonifatius enumeratur.
Hinc Celestinus cum Xisto consociatur.
Hos autem iuxta Leo vir doctissimus estat.
Eloquium cuius quantus fuerit manifestat.
Ylarus hunc et simplicius felixque secuntur.
Post quos Pelagius Anastasiusque leguntur.
Simachus. Ormisda rutilant. presulque Iohannes.
Quos sequitur Felix. Bonifatius atque Iohannes.
Agapitum cum Silverio. tecumque Vigili.
Pelagium legimus papali sede potiri.
Hos meriti magni papae premitto Iohanni.
Papam post istum. papam numero Benedictum.
Pelagium romae prelatum postea prome.
Hinc tu Gregori conformans cuncta decori.
Aecclesiae christi sal atque lucerna fuisti.
Post te Bleranum civem. Lego Sabinianum.
Hinc Bonifacius et Bonifacius annumerentur.
Deusdedit. et quintus Bonifacius his socientur.
Honorium cum severiano. teque Iohannes.
Inter predictos celestes scribimus amnes.
Post hos theodoro Martinum consociemus.
De quo quid fuerit per grecos passus habemus.
Additur Eugenius presul quoque Vitalianus.
Adeodatum cum dono suscipiamus.
Scribitur hinc Agatho sicule regionis alumnus.
Et copulatur ei prudens Leo papa secundus.
His adiungatur Benedictus sive Iohannes.
Et conon tecum Sergi sextusque Iohannes.
Hinc alio papa gavisa est roma Iohanne.
Et te Sisinni genito genitore Iohanne.
Post constantinum Gregorius alter habetur.
Tertius his eciam Gregorius associetur.
Hinc Zacharias. Stephanus. Paulusque notentur.
Hinc est constantinus. Stephanus quoque connumerentur.
Post Adrianum leo tercius esse videtur.
Post Stephanum quartum Paschalis presul habetur.
Eugenius vero papae subscribitur isti.
Cuius successor tu Valentine fuisti.

Gregorius quartus et Sergius et Leo quartus.
Pontificem dictum post quos legimus benedictum.
Hinc Nicholae tuo tua gaudet roma decore.
Cuius Adrianus post mortem fulsit honore.
Octavi viguit post hos doctrina Iohannis.
A quo Marinus perpaucis prefuit annis.
Presulibus presul subnectitur his Adrianus.
Postea formosum cathedram legimus tenuisse.
Inde Bonifacium papatum promeruisse.
Post stephanum sextum. romanum perlege tandem·
Et post Theodorum. nonum subnecte Iohannem.
Hinc Benedicte pater Leo tecum connumeretur.
De titulo damasi Christophorus associetur.
Sergius hinc rutilans Anastasio copulatur.
Et Lando vivens modicum super astra levatur.
Omnibus his tandem decimum coniunge Iohannem.
Et Leo cum Stephano precedit papa Iohannes.
Cui Leo seu Stephanus succedit dogmate grandes.
Nec non Marinus et Agapitus atque Iohannes.
Presulibus quintus coniungitur his Benedictus.
Cui Leo iungatur. Iohannes et Benedictus.
Et domnus. necnon Bonifacius. et Benedictus.
Et quartum decimum post istos scribe Iohannem.
Et quintum decimum post istos scribe Iohannem.
Et sextum decimum post istos scribe Iohannem.
Gregorium quintum prius. et post scribe Iohannem.
Post quem silvestrum prius et post scribe Iohannem.
Huic etiam nonum decimum subscribe Iohannem.
Sergius hinc quartus subnectitur et Benedictus.
Restat vicesimus Iohannes seu Benedictus.
Hunc nonum decimum depromunt scripta Iohannem.
Quod cur eveniat dabit hoc agnoscere carmen.
Quendam Iohannem si mercurium vocitamus.
Istum vicesimum. nonum decimum numeramus.
Silvester cum Gregorio. Clemensque secundus.
Cum Damaso rutilat Leo post Victorque secundus.
Stephanus hinc nonus. necnon decimus Benedictus:
Et succedit eis. Nicholaus in ordine mixtus.
Alter Alexander et Gregorius copulantur.
Victor et Urbanus cum paschali comitantur.
Gelasium mundo concessit postea Christus.
Cui decedenti successit papa Calixtus.
Honorius cathedram post omnes hos decoravit.
Hinc Innocenti te papam roma vocavit.
Post Celestinus celesti dogmate functus.
Crismate letitiae fit pre consortibus unctus.
Lucius hinc mundi cupiens obsistere morbis.
Est raptus. tali quia dignus non erat orbis.

Recentiori caractere

Tertius eugenius qui nunc prelatus habetur
Donet vult vivat demum super astra levetur.
Quartus Anastasius post ecclesiam viduavit.
Quam sibi mox copulans Adrianus clarificavit.

Alio charactere

Hinc licet invitum papali sede potitum.
Scimus alexandrum per secula commemorandum.

EX CODICE LXIX.

(Pag. 227).

INCIPIUNT. VOCABULA. HERBARUM.

ASPALTU. idest BITUMEN.
Andracimen. idest bududomen.
Agaru. idest afrunvel.
Aquoquimatos. et elequimatos. idest resina nabis.
Atanta. idest flos. flores.
Acacia. idest sucus. velque.
Andracimen. idest portulaci.
Asroscorde. idest bulbicum.
Antereos. idest flores de albucio.
Aneton. idest aneto.
Agantelos. idest sparagos.
Agaza. idest agaras.
Arsenico. idest auripimento.
Atacana. idest latassaris.
Ameos. idest semen. nucle.
Artemisia. idest zimber.
Asfodillo. idest albucio.
Asterosamia. idest colliria sunt. signata. idest cimolia.
Agaricu. idest vite alba. idest notitia.
Arcitidon. idest giniperu. idest bacas giniperi.
Altei. idest malba agrestis.
Anagallico. idest simpitira dixit.
Adiantu. idest coriandru.
Agrosti. idest gramen.
Alterioni. idest cucumere agreste.
Ampelopsan. idest porro agreste.
Amorge. idest amorce.
Agrelea idest oleastro.
Apien. idest pera.
Acarta. idest pera silvatica.
Absentipontico. idest sisimbrium.
Amolum. idest flos farine.
Arcimines. idest turiones.
Ampolobrasu. idest arotillilu.
Astraprasis. idest adriplice.
Apridem. idest lappa que in frumentis est.
Ameu. idest pede melbinu.
Agatelucu. idest sagra grecino agreste.
Aprotano. idest eraclei.
Anagallis. idest stisociora.
Artemisia. idest serpillo maiore. sive iptios.
Accela. idest arcimonia.
Adsodolos. idest astola regia.
Aclacon. idest capillo veneris.
Agnidros. idest arcisum.
Adstereon. idest
Aspalagnu. idest barba iobis.
Agrio. idest pastinaca silvatica.
Artem idest diptamnus. ibetulus selarusca.
Atiron. idest sabina. folia iuniperi.
Agrileon. idest oleastro.
Ampelos. idest vinei.
Arceutis. idest radix canne.
Acte. idest ebuli. idest educu.
Articitios. idest prosepis.
Apirine. idest lappa.
Adiantos. idest politicos. idest capillo veneris.
Ampilos. milane. idest vites nigra.
Ampiololeuce. idest brionia.
Aristolocia. idest rala. idest vites alba.
Amiantos. idest
Adarces. idest adipe. ursinu.
Apollinaris. idest mandracora sive orcibeta.
Alapia. idest vitecella.
Arintracia. idest lapsena.
Ambrosea. idest millefolium.
Astileos. idest origanu.
Anagallis. idest scintella que habet flores venitos.
Anison. idest

Arcu. idest radices de ispatella qui in aqua nascuntur.
Acanni. idest sancinas sive amoracia quod est lapsina.
Apallacium. idest caducas mali ponici.
Aquas. siderizusas. idest ferrugineas.
Alosantos. idest flos salis.
Avertu. idest calce. viva.
Ampelagrios. idest vites agrestes.
Alphita. idest farina ordei.
Andrafixin. idest atriplice.
Asuestuconi. idest pulvere de calce viva.
Aquas iste purizusas. qua lumen cababant.
Agrostis. idest grameni.
Antemisi. idest camemela.
Absdios. idest sem semper biba.
Ampelos acria. idest vites silvatica.
Agnum. idest salice marina.
Agalis. idest urtica.
Aquimilla. idest progella.

Berbecina lingua vel aure. idest plantagine.

Batos. idest sentice.
Bermicariu. idest vitru.
Balaostium. idest flos ammoniaci.
Botracion. idest apiorustico.
Buclosa. idest lingua bobis.
Brutia. idest pirula cupressi.
Bololas. idest lingua bobis.
Bidonie. idest albuce. radices.
Bidelliu. idest aqua que colligitur. de vessicas. que nascitur in ulmo. qui faciunt ad vulnera. in corpore.
Balaostium. idest flores granate.
Bliton. idest pliton.
Butracion. idest celata sive apio rustico.
Bulbus. cillati. idest squilla.
Brionio. idest aruntia sive vites alba.
Bastiridio. idest rustici agreste.
Basilisca. idest gentiana.
Batos. idest robor.
Balaostium. idest centufolia.
Balsamu. idest balsamus.
Bidelle. idest sanguisugiae.
Bantos. idest flores.
Brassica. idest caule agreste.
Balialmon. idest clata invocant.
Bratios. idest herba sabina.
Brivi. idest salbia.
Britonica. idest beta agrestis.
Brassica. idest silvatica.
Brionia. idest notitia que est apoperagine.
Bubtalmon. idest oculo. bobis sive maxilla rubeo.
Bulbo. mangarico. idest.
Bereo. idest flores. de cardo unde coacolant.
Buniados. idest semen apii.
Boniades. idest iobis. barba.
Belbe idest
Barbaratru. idest giasca.

Colofoniae. idest resina frixa.

Cauli. idest cauliculi.
Cilos. idest sucus.
Ciamides. idest fafacia.
Corio. idest coriandro.
Calamites. idest nepita.
Cicorion. idest intubo.
Coloquintida. idest cucurbita agrestis.
Cambri. idest cauliculi.
Ciclamino. idest solibersio.
Centaurion. idest semperviva. sive felterrae.
Ciminon. idest cimino.
Cristris. idest bettonica.
Celidonia. idest erundinaria sive marcialis.
Cunitiae. idest colena. sive origano.
Camepitis. idest cucurbitularis.
Cipenines. idest piperina.
Calamimos. idest orbicularis.
Camemila. idest bene olente.
Cametrios. idest betonica.
Camepitu. idest ibica sive cipres nigro.
Cilior. clepion. idest solago maior.
Cicocefalus. idest caput canis.
Ciclaminus. idest orsiculos.
Cinaglosa. idest lingua canina. idest lappella.
Crisomitas idest ederaga.
Cappatra. idest portulaca.
Cirifoliu. idest cardo silvatico.
Crinioni. idest lilium.
Cannape. idest silvaticum.
Crisocantes. idest
Cetros. idest cetru.
Cerasias. idest seliqua.
Caria. idest nixa.
Cidoni. idest cidonia.
Crascru. idest crocu.

Calacantu. idest eris flos.
Cecidas. idest gallas.
Cassias. idest cassea.
Ciringos. idest fistula.
Cacrios. idest semen ferule.
Castoreu. idest
Ciperu. idest radices. de iungo. triangulo.
Catrios. idest semen draconteae.
Cias. idest mastice.
Cassano. idest semen. balsami.
Cimbalatrios. idest minio.
Cetrua. idest oleo. fastineo.
Celtica. idest spicanardi.
Cardamomu. idest nasturtio.
Coriani. idest agreste.
Coloquintida. idest galala.
Cameleonta. idest sefram. hoc est. cardu albu.
Carpobalsamo. idest semen balsami. sive. cortex.
Cotinidon. idest inbillicum veneris.
Cinion. idest siccanion. radices.
Ciucuu. idest cicuta.
Carpessio. idest ebuli. semen.
Cinidio. idest cocco. de turbisco.
Cinici. semen. idest croci. caballaris.
Cimolia. idest creta.
Camelea. idest turbisco.
Cicuta. idest mantalota.
Cacassia. idest mercurialis.
Cistos. idest saquatio. idest silva.
Cartamis. idest agrione.
Calamos. agrios. idest calamo agreste.
Cronminion agrion. idest cepa canina.
Crinos. leocos. idest lilium album.
Cariota. idest pastinace agreste.
Cetria. idest pice liquida.
Conim. idest calce.
Cutinon. rostas. idest caducas. maupunici. ipsas. adambulacium. dicunt.
Cinio. idest cecuta.
Cocorion. idest intuba agreste.
Cirinen. idest sarragine. de cervino corno.
Colopendrios. idest saxifragas.
Cricinarium. idest creta.
Cecidos. idest galla.
Ceruda. idest radices. fagi.
Coccunidium. idest turbisci semen.
Cacrios. idest semen ferulaginis.
Camedrios. idest querquiola.
Cardamomum. idest semen nasturcii. sicut. cicer.
Cronopos. idest milicidonia.
Cadia. idest papaveris flos.
Celsa. idest mora. domestica.
Cliriza. idest liquiridia.
Codion. idest papaber.

DROXIMI. idest SCAURIA.

Dermi. idest manipuli.
Dimianum. idest pulegium martis.
Dracontea. idest
Dafimidis. idest mustilaco.
Diamtos. idest saxifraga.
Deinton. idest arbore.
Diris. idest quercu.
Ditro. idest quod intra bubone. de palma nascitur.
Diagridiu. idest scamonia.
Dauci. semen. idest pastinace semen.
Diacamen. idest risina. non frixa.
Depteleam. idest vulmi.
Dadium. idest teda.
Detron. libano. idest ius. marino.
Diacoppoegias. idest sterco caprino.
Diacochiam. confectio letis. qui ex lapide fluminalibus que coquitur cum cocleis.
Damne. idest lebracem.
Dorcadis. idest cabrolus.

EGEROS. idest PUPLU.

Euzomon. idest eruca.
Ediosmon. idest menta.
Epredim. idest eredru.
Eptapilos. idest elleborides. idest centauria. minor.
Eliotropu. idest intubo. salvaticum.
Eraclea. idest sisimbrio. idest abrotano.
Elisfacos. idest salvia.
Eptefilon. idest septefolium.
Egineus. idest caprofico.
Erion. idest carice.
Ediantos. idest viola.
Erecis. idest massagiune.
Eraptidilos. idest cardo.
Eleniu. idest inula. quod et alta.
Elaterion. idest cucumere agreste.
Erba. dentaria. idest stercus columpenorum.
Eltro sucino.
Esupu. cerotes. idest sudore de oves. idest confectio.

Elia. erustice. idest rosa silvatica.
Elleborum. idest plumundaria.
Eusonio. idest semen olesatri.
Erpillo. idest matris. animula.
Erba. berbena. idest lingua bobis.
Erba. politricos. idest testatilia.
Ererodanon. idest rubia.
Eupaturio. idest marrubio. subventano.
Erungio. idest centocapita.
Elinon. idest inola.
Elaterium. idest sucus cucumeris agresti.
Eligas. idest vitesanuli.
Erginario. idest berso depsicon.
Eredanon. idest rubio.
Eris. flos. idest calcantu trasmarino.
Erice. idest tamarice.
Eleos. paleos. idest oleovetere.

Fascili. idest fassum.
Fitan. idest plantaco.
Faba ririca. idest plantaco.
Flomus. idest barbas. co. genera sunt duo. masculum et femina.
Fragas. fenuculo. idest maratro.
Flios. idest tortex.
Filira. idest silia.
Fecos. idest fuca,
Flicon. idest filio.
Fu. idest radio gendioli.
Fenu. nuce. idest palma.
Fisallica. idest visicaria.
Fasseas. callicos. idest nardo celtici.
Fliu. capareos. idest cortice de cappare
Flantropos. idest lappa.

Git. idest melantium.
Gugilis. idest rapa. idest napo maiore.
Gerinon. idest lirium.
Grana amonia. idest stafisagria.
Geclen. idest puletio.
Gestas serosi. nausu.
Gagathenos. idest lapis. gagathenos.
Gri. idest balsamo.
Gagada. idest centurulea minor.
Gera. idest berbenum
Golala. idest gala pago marino siveriano.
Gessasteras. idest creta.
Geris. idest intuvum.
Gitiopilis. idest mercurialias.

Hiu. idest erugine.
Hiucalcum. idest erugine eraminis.
Hiussitu. idest erugine rasa.
Hiuciprum. idest erugine. cibri
Hibirrode. pisce. girginaria.
Hibiscum. idest alte radix malve agreste.
Hirobottane. idest orecle. berbicina.
Hiperu. idest radice de iunco.
Histructio. idest cicocia.
Hiringium. idest centocapita.
Hilorodon. idest rosa agreste.

Itias carpu. semen de salice.
Iosciamu. idest laterculos. simfoniaca. sive caliculаria vel caligolia quod es milii mindri.
Ius. illirica. idest lilium. celinum.
Ippisu. idest equire iasatrex.
Isates. idest aluta.
Idiosmu. idest menta.
Idios. idest gladiolum.
Icax. idest visco.
Igropissas. idest pice liquida.
Ipmo. idest elelisfago. flores. qui super glandes. nascitur.
Inantes. idest flores. de cama.
Ipocistidos. idest sucus. de sentice.
Iurio. idest erugine.
Istafisagria. idest grana herbe pentafille.
Irmines. idest mirra.
Iusciamu. idest gindan.
Isteptirias. nigras. idest alumen scissum.
Iris illirica. idest lilium purpureum.
Iaceu. idest zura.
Ipocistide. sucus. idest collectum. et rosa agreste.
Istrignos. idest uva lupina.
Ipiricon. idest corion.
Ieran. idest crista. gallinacia. idest erba.
Iero. bulbo. idest bubu. agreste. qui in cibo. sumitur.
Iero. botane. idest betonica.
Iris. illirica. idest soldagine.

Kareos. idest semper ferule.
Kappareos. idest lappa erculina.
Kachrios. idest rosmarino.
Kyperu. idest iuncu. radix.
Kritharis. idest ordeo.
Krinon. idest lilion.
Kromon. idest cepolla.

Kyamum. idest faba.
Kyparissu. idest copressu.
Kyclaminum. idest rapum. terrae.
Kolis. idest fel.
LIBANO. ARCENOS. idest TUS MASCULUM.
Libanu. fliu. idest turis cortice.
Libano. mannes. idest turis masculi. pulveris.
Lithargiru. idest spume argenti.
Libanotides. idest ius marino.
Litafigium. idest lapide frigio.
Letopoliogrubro. idest clareda. idest salbia.
Litridos. idest cucumere amaro.
Lacerana. idest olera.
Leuciprinon. idest biola.
Leucuapes. idest colena.
Lapsine. idest lapsana.
Lapatos. idest lapatia.
Linozonitissiu. demalateridos. idest cigrania.
Lappa. idest menta.
Leontopidion. idest pede leonis.
Latridos. idest cucumeris amari.
Leporis. pes. idest
Lactuca. silvatica. idest sarracla.
Lotanum. idest herba. berbena.
Limponotos. idest marinoros.
Linotesagria. idest mercuriales. idest herba cassia.
Liconu. idest pulelu.
Latiria. idest lacteridem.
Lupisma. idest castanea.
Liglos. idest vimen.
Libanum. idest tus.
Laber. idest acrione. idest scaria.
Lelixfax. idest lucilligine.
Lelisfacu. idest salvia.
Lingua. canina. idest binebuli.
Lingua. agnina. idest mileplantagines.
Lituspermu. idest semen. saxifrage.
Lacterede. idest quem. calleci dicunt. tribuca.
Libanum. idest qui et lagarium.
MALACE. idest MALBA.
Meconos. nigro. idest papaver.
Melampidos. idest acantu.
Miel. vel albio. idest medulla cerbina.
Molaciagra. idest malba agreste.
Molonos. idest serpillu. maiore.
Mocinagio. idest astularegia. sclarela.
Meoculos. idest papaber. silbaticum.
Meorion. idest millefoliu.
Miaconta. idest sparagu silvaticu.
Mennio. idest oleastro.
Mirtine. idest murta.
Mirice. idest tamarice.
Melimela. idest nixa.
Meconos maiore. idest semen papaveris.
Melepdin. idest feces. argenti.
Mamira. idest
Macir. idest cortex. mali punici.
Macton. idest cataplasma. fenu greci. qui ex lini, seminibus. admixta. polline fit.
Masclus. idest qui manna turis.
Melantiu. idest nigella. sibi sictin.
NARDOSTACIOS. idest NARDII SPIGA NIGRA.
Nardoceltice. idest fasces gallicos.
Nepita. idest menta. agreste.
Narcissu. idest bulbum narcissum vultuti sementitio. cinoglosa.
Nardos. idest nardum.
Nartecos. idest ferula.
Nidius idest lorandro.
OLERA. idest VIRIDIA.
Origano. idest colena. sive ortepulelo.
Ostriago. idest simpitum.
Oxilapatiu. idest lapatium acutum.
Ocimi. idest
Olea. idest oliba.
Opiu. idest lasar.
Opio. tibaico. idest lasartreta.
Opio. cirinaico. idest lasar.
Onicos. idest ungula. conulio marino.
Orpbos. idest erbo.
Oleguon facio. idest gremia dicitur.
Oleo. sucino. idest de cucumere agresti.
Opio. indico. idest odore gravi.
Opobalsamo. idest semen. balsami.
Oleum mersinum. idest miliacium dicitur.
PRASA. idest CARTA.
Porru. idest sectivo.
Porno. idest plantago macedonico.
Pegano. idest ruta.
Prasson. idest porro.
Pepen. idest pepo.
Prassion. idest marrubio.
Poliganos. idest pulicarpos grana sunt quatuor. idest proser.

Pinaca. centinodias. sanguinaria sum. surpuli. trilitri. cum sive deintos. idest coriandru.
Psilios. idest pulicaria.
Pelegionos. proserpinaca. idest personacia.
Penterebon. idest pionia.
Polion. idest omnimorbia.
Periter. sterion. idest crista. gallinacia.
Pioniagrestes. idest celidonia.
Perigonon. idest filicem. iperdigallix.
Pitis. idest pino.
Pitele. idest olemo.
Prino. idest lentisco.
Pigios. idest buxu.
Peragillon. idest balanorum grandes.
Panatros. idest zura.
Patanos. idest panatu.
Parrumalo. idest granata.
Psimitibu. idest cirupsa.
Piperin. idest piper.
Pissa. idest pice.
Propoleos. idest napsuri. idest. amatu.
Peucidanu. idest capparis. radix.
Platos. idest panpino.
Pionia. idest astaruba. colore rubeo abet.
Pessuagrion. idest albucium.
Pissaxasera. idest pice dura.
Pisca. igra. idest pice liquida.
Pipereos. leucu. idest piper albu.
Pipereos. melanu. idest piper nigru.
Pipereos macru. idest piper longu.
Pepon. agro. idest coloquintida.
Piritru. idest erba dentaria.
Polipodia. idest felicla folia. habet simile. quomodo corbuspede.
Panodracia. idest aristolocia longa.
Pigogonix. radix. idest rute.
Palla. idest genesta. alba.
Partenio. idest erba cassia.
Peristera. idest culisione.
Pinolos. idest oloscordes. idest batinas.
Prassi. idest sucus. de porro.
Propoleos. idest malta de apibus.
Ponorde. idest rosata.
Peganu. agrion. idest ruta silbatica.

QUERCU. idest LINGUA CLANDIS.

Quinoroda. idest rosacanina.
Quinoglosa. idest lingua canina. idest lappella.
Quinos batru. idest saccopalce.
Quiricla. idest testo de tribule marino.
Quitameos. idest scilla minor.

RADICULA. LANARIA. idest TRITIO. idest CITICIA.

Roda. idest rosa.
Riza. idest radix.
Radiolum. idest felcina.
Radagne. idest biblace.
Ramnus. idest spina alba.

. . . .

EX CODICE LXXI.

(Pag. 201).

De honore qui exhiberi debet sacerdotibus.

In divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii. Aliquando angeli vocantur. Nam per moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est. dicitur. applica illum ad deos. videlicet ad sacerdotes. Et rursum scriptum est. Labia sacerdotis custodient scientiam. et legem exquirent de ore eius. quia angelus domini exercituum est. diis non detrahes. scilicet Sacerdotibus. Et propheta ait. Unde summopere sacerdotibus studendum est. ut quantum prevalent cum nominibus vitae concordent tramitem .per gressus rectitudinis incedere festinent. ne si forte a via veritatis et iustitiae exorbitaverint. impleatur in eis illud quod scriptum est. Et erit sicut populus sic sacerdos. Sacerdotes enim non distant appopulo. quando nullis vitae suae meritis vulgi transcendunt actionem. et locum sanctitatis quem accipiunt. terrenis actibus implicantur. Sepe enim pravos per sacerdotum actus. morbus irrepit. per quem mors ad plebes pertransit. scilicet vel dum mala docent. vel dum agunt praba. Plerique sacerdotes et clerici prabe viventes. forma ceteris in malum existunt. qui in bonis exemplum esse debuerunt. Unde multi quidem sacerdotes. sed pauci sunt sacerdotes. multi in nomine. pauci in opere. Sacerdotes autem si in peccatis fuerint. totus populus convertitur ad peccandum. ideo unusquisque christianorum pro suis solummodo. sacerdotes autem non pro suis tantum. sed et pro omnium delictis reddituri erunt rationem. et quoscumque exemplo malae suae conversationis perdunt. de illis rationem sine dubio sunt reddituri. Sacerdotum itaque tam doctrina. quam vita clarere debet. nam doctrina intuita. arrogantes reddit. vita sine doctrina inutiles facit. Sacerdotum predicatio operibus confirmanda est. ita ut quae docent verbis. corroborent exemplis. Vera est enim illa doctrina. quam vivendi sequitur forma. nam nichil turpius est. quam si bonum. quod quisque praedicat. explere opere neglegat. Tunc enim praedicatio utiliter profertur. quando efficaciter adimpletur. Sacerdotibus vero et omnibus inferiorum graduum ordinibus lege sanctorum patrum sancitum est. ut a vulgari vita saeculi. a mundi voluptatibus se abstineant. non spectaculis. non pompis intersint. convivia publica fugiant. privata non tantum pudica. sed et sobria colant. usuris nequaquam incumbant. neque turpium occupationes lucrorum. fraudisve cuiusquam studium appetant. amorem pecuniae quasi materiam cunctorum criminum fugiant. secularia officia negotiaque abiciant. honorum gradus per ambitiones non subeant. pro beneficiis medicinae dei munera non accipiant. dolos et coniurationes caveant. odium et emulationem obtrectationem atque invidiam fugiant.

Non vagis oculis. non infreni lingua. Aut petulanti tumidoque gestu incedant. sed pudorem ac verecundiam menti(s) simplici abitu incessuque ostendant. Obscenitatem etiam verborum sicut et operum penitus execrentur. Viduarum ac virginum seu matronarum visitationes frequentissima(s) fugiant. Contubernia estranearum feminarum nullatenus appetant. Castimoniam quoque inviolati corporis. perpetuo conservare studeant. Prima quidem sunt temptamenta superiorum et inferiorum clericorum graduum. feminarum frequentes accessus. quorum frequentia reprehensibiles exhibet clericos. O sacerdotes et sacri altaris ministri. quid vobis revera cum feminis? qui ad sacrosanctum altare (statis). Cum quibus si forte quod dici nefas est polluti fueritis quo ausu sacrificare praesumi-

tis? Aut qua conscientia quove merito exaudiri vos creditis? Cum scriptum sit. Omnia munda mundis. coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum. Cum domino cotidie fabulamini. Vos cuncti in publico. vos in agro rustici. aratores ac vinitores. exactores. mercatores. omnesque deformes inspectores cotidie graviter lacerant. derident ac detrahunt. si contra dispositum fidei cum feminis habitare contenditis. Si vero saecundum apostoli praeceptum irreprehensibiles inveniri optatis. testimonio bono munimini. qui ait. oportet nos et testimonium bonum habere ab his qui foris sunt. Si quando aliquibus ex vobis necessitas incumbit. ad habitacula feminarum accedere. non soli. sed iuncti consacerdotibus obsequiisque clericorum accedant. ne forte cum soli secretaliter ingrediuntur. locum antiquo hosti praebeant. Et testimonium suum maculent. quia ianua diaboli. via iniqui. scorpionis percussus. omneque nocivum genus est femina. quoniam per feminam initium peccati factum est. et per illam omnes morimur. Si alligaverit quis ignem in sinum suum. vestimenta eius non comburentur? Aut si quis ambulaverit super carbones vivos pedes suos non comburet? non potest enim toto corde habitare cum domino. qui feminarum accessibus copulatur. Sed fortasse dicit aliquis ex vobis. qui ambulat simpliciter. ambulat confidenter. Quisquis ille est qui talia pectoris antro ruminat. bene dicit. sed testimonium suum non maculet. licet coram domino incedat. quia astutiores sunt filii tenebrarum filiis lucis. qui cum prospexerint solum incedere. inveniunt evidenter deridendi locum. Interea multo magis studendum est omnibus aecclesiasti(cis) coram (curam) graduum ordinibus iugiter incumbere in doctrina sancta. in lectionibus. in psalmis. hymnis. Canticis spiritualibus. quatenus bonis et domino placitis studiis dediti. et sibi sanctitatis opera. et doctrinae gratiam populis amministrent. ut cum venturus iudex venerit. non inveniat ex eis quos condempnet. sed quos remuneret. ihesus christus dominus noster qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per immensa saecula saeculorum. Amen.

EX CODICE LXXXII.

(Pag. 320).

Epistola Divi Thomae

Hanc epistolam habes in calce voluminis.

EX CODICE XCII.

(Pag. 507).

Discursus Astronomicus

Titulus huius Tractatus, qui nunc in lucem prodit, manu posteriori additus, materiae expositae non respondet, in qua agitur de causa periodicae pestis et eius remediis, sive de modo vivendi tempore pestis; verba vero quae leguntur initio tractatus: Fuit anno 1372... Insuper anno 1273 die 29 martii erit coniunctio Saturni... *annum, in quo scriptus fuit, indicant, Thoma de Garbo Florentino medico clarissimo adhuc vivente, de quo haec habet Tiraboschi* (Storia della letteratura italiana. *Tomo V. pag. 201*): parecchie opere di Tommaso si hanno alle stampe, e sono principalmente Comenti sul Libro di Galeno intorno la differenza delle febbri, e sul trattato del medesimo autore intorno alla generazione del feto, un Consiglio sul modo di vivere in tempo di pestilenza, e una somma di Medicina, che la morte non gli permise di compiere. *Cum nulla nobis copia sit interrogandi eius opera, quibus caremus, Neapolitanam consulendam censuimus Bibliothecam, in qua tamen haec Dyni, sive Thomae de Garbo tantum fuerunt reperta:* *1.°* Thomae de Garbo Florentini. Doctoris subtilissimi. Medici clarissimi. in libros de Differentiis febrium commentum quam perutilem a proprio exemplari nuper impressum. Venetiis 1524. *Huius tractatus initium, sic se habet:* Thomae de Garbo filii Dyni de Florentia sui temporis medicorum principis expositio optima et subtilissima in libros Differentiarum febrium Galeni feliciter incipit. — Intendimus commentare librum utilem Galeni...

Incipit liber secundus de differentia putridarum febrium etc. Cum Galenus in primo libro ostenderit quae sunt prima et principalissima genera febrium... *In fine huius libri additus est alius tractatus de febribus cum hoc titulo:* Quaestiones et tractatus extravagantes clarissimi Domini Gentilis de Fulgineo noviter cum summo labore collecti, et cum magna diligentia examinati ac impressi. Venetiis 1520. *Incipit:* Utrum febris sit calor...

2.° Thomas de Garbo. Summa medicinalis Preclarissimi Doctoris Thomae de Garbo Florentini, filii Dyni, summa diligentia studioque novissime recognita, atque ab innumeris pene mendis noviter expurgata etc. Eiusdem auctoris de restauratione humidi radicalis Tractatus brevis et resolutus. Item de reductione medicinarum ad actum eiusdem Auctoris Tractatus alius. MDXXXI. Venetiis. *Incipit:* Quoniam sublimis Deus omnium naturalium et supernaturalium est opifex...

Incipit liber secundus de sex rebus non naturalibus — Restat in hoc secundo libro determinare ea que sunt dubia de sex rebus non naturalibus — *Desinit:* dantes eis causam vel viam ulterius investigandi — Explicit tractatus magistri Thomae de Garbo de reductione medicinarum ad actum.

3.° *Primum folium desideratur, incipit:* Clarissimi artium et medicinae doctoris magistri Dini de Florentia expositio super 3.ª et 4.ª seu. Avicennae, et super parte quinte feliciter incipit — Iam locuti sumus in libro primo etc. Circa istam partem quarti libri Avicenne intendimus exponere gratia operis cyrugie, ideo oportet nos aliqua premittere antequam ad litteram accedamus. Sunt autem tria breviter intelligenda. Primum est quid sit cyrugia.

Tractatus secundus de apostematibus frigidis et que currunt cursu earum — Humores frigidi.

Tractatus primus de vulneribus in membris.

Tractatus secundus de excoriatione et attractione et contusione etc.

Incipit tractatus tercius de ulceribus.

Tractatus quartus de solutione continuitatis nervorum. etc. Nervis propter vehementiam sensus — *Desinit:* Si aliqua sint minus dicta quam bene vel obmissa querimus indulgentiam — Ego Dynus de Florentia medicine minimus hec omnia scripsi.

Tractatus de fractura cranei — Multotiens accidit ut findatur craneum.

Incipit compilatio emplastrorum Magistri Dyni florentini... et primo de repercussivis.

Rememoratio quarundam medicinarum.

Expliciunt unguenta Dini Florentini artium et medicine doctoris famosissimi ad laudem Dei omnipotentis Impressa ferrarie per providum virum magistrum Andream gallum Anno Dni 1489 die 28 mens. Octobris.

In Opere edito a Ioanne Maria Mazzucchelli, cui titulus: Le vite d'uomini illustri Fiorentini, scritte da Filippo Villani... Venezia *1747, haec legimus in nota* 7 *ad vitam Thomae de Garbo, pag. LIII:* «Una di queste è per avventura il parer suo intorno alla pestilenza impresso col trattato di Marsilio Ficino *De Epidemiae morbo. Florentiae apud Juntas* 1576 in 8. della qual Opera fa menzione il P. Negri nella *Storia degli scrittori Fiorentini* a car. 513. *Opus de quo hic agitur, incipit:* In prima piu principale rimedio et sicuro... *et in editione Lugduni apud Guliel. Rovil. sub Scuto veneto 1566, huius Marsilii opus ex idiomate Thusco, a Hieronymo Ricio Latinitate donatum, cui praefigitur titulus:* Epidemiarum antidotus, *quamdam tantum cum nostro tractatu cognationem offert. His moti rationibus hunc tractatum nimis Astrorum virtuti tribuentem, nonnulla tamen notatu digna continentem, publici iuris fecimus, scripturam, tum ob pallidius atramentum, tum ob exiguam characterum formam, lectu perdifficilem esse, lectorem benignum monentes.*

Omnes homines natura scire desiderant est autem scire rem per causas cognoscere cum enim nil sit cuius causa non precesserit. De causis igitur rerum propter scire est investigandum. Quia ignoratis principiis ignorantur et alia. Cause vero principia rerum sunt. Cum autem per universum causa hinstabilis fuerit et sit periodice pestis, ut sciamus corpora conservare convenit de causis eius investigare. Dicamus ergo secundum motiva antiquorum quod cause mortalitatis sive pestis preterite presentis et future fuerunt et sunt duplices universales et particulares universales et remote fuerunt coniunctio saturni et iovis in aquario que fuit 1392.(?) de mense martii. Et eclipsis lune in libra eodem mense, fuit autem dicta coniunctio duorum superiorum in aquario que est domus saturni et saturnus ascendit supra iovem quod quidem significat mortalitatem hominum quia signum humanum. Et quia saturnus ascendit supra Iovem. significat siccitatem aeris inflamationem et grossitiem eius ut albumasar de magnis coniunctionibus tractatu. 6.° differentia XI.ª Idem significat eclipsis lune. quia fuit empclipsis in libra in revolutione illius anni. Et in eadem triplicitate coniunctionis significat eumdem effectum et multum duraturum ut Hali II.° quadrapartiti capitulo IIII.°

Item illo anno fuit coniunctio martis et saturni eodem mense in aquario que significat alterationem in aere et adhustionem in humoribus ut testatur Mesala in sui epistola.

Item eodem mense fuit coniunctio martis et iovis in eodem signo que idem significat auctoritate mesale ut supra.

Item 1382.(?) de mense octobris fuit coniunctio saturni et Iovis Solis Veneris mercurii in Scorpione que significat maximos effectus quia est coniunctio mutans se de triplicitate ad triplicitatem quos obmitto quia non sunt de materia nostra. Significat mortalitatem ex materia venenosa et maxime quia saturnus ascendit supra Iovem ut Albumasar de magnis coniunctionibus tractatu. 6.° differentia 8.ª

Fuit anno 1372 coniunctio martis et Iovis in tauro in revolutione anni et in 8.ª domo que est domus martis quare augmentat effectum mortalitatis.

Insuper anno 1373. die. 29. martii erit coniunctio Saturni et martis in aquario in domo 12. que

fortificabit istum effectum et maxime in civitatibus habentibus aquarium leonem geminos et sagittarium de quorum alio effectu alibi tractabitur, et erit similis effectus sicut fuit anno. 1348 etiam per revolutionem illius anni cuius ascendens in civitate ammoni erit. 23. gradus sagittarii et martis dicto anno augmentabitur mortalitas.

Est autem mortalitas in diversis locis propter diversas causas quia prima coniunctio in aquario in signo ahereo significat pestem in locis montuosis et ahereis et per naturam signi aquarii in aqueitate et quia ultima coniunctio in scorpione quod est signum triplicitatis aquatice significat augmentum pestis in locis aquaticis in civitatibus et locis in quibus dominatur scorpio et eius triplicitas declarat ratio quod iste coniunctiones debent inducere mortalitatem quia in omnibus istis coniunctionibus saturnus et mars fuerunt dominati.

Saturnus effective est frigidus et siccus frigiditas vero et siccitas nobis mors sunt ut philosophus declarat in libro suo de longitudine et brevitate vite Mars eciam est calidus et siccus per viam adhustionis, Opponitur adhustio omnibus digestionibus et adducit ad corruptionem corpora nostra ut demonstratur per philosophum 4° metheororum Capitulo 18° et 19.° Est autem hic effectus multum duraturus quia in prima coniunctione Saturnus fuit in domo sua in angulo medii celi in signo fixo in aspectu solis que significat durabilitatem saltem per unam revolutionem Saturni que est. 30. annorum et incepit 1347.

Modus actionis istorum superiorum in istis inferioribus est mundus quia lationes inferiorum a lationibus superiorum necessario pendent ut philosophus 4° methaurorum in principio. Est ratio quia omne quod movetur ab aliquo movetur. non enim eadem est causa generationis et corruptionis sui et per consequens non est causa alterationis in istis coniunctionibus et preventionibus cum stellis fixis cotidie causantur nove figure in celo ex quibus aquiritur una potentia effectiva in stellis inferioribus et hec de mente alchindi in suo introductorio stelle erratice mutant naturam secundum naturam signi in quo sunt Iste quidem inferiores secundum velocitatem sui motus in inferioribus producunt effectum superiorum maxima luna quia luna de se non illuminat nisi per receptionem radiorum solis et aliarum stellarum et hoc propter sui raritatem declarat nebula sua quod careat lumine proprio. declarat emclipsis eius quia naturalis est quia si haberet lumen non posset naturaliter eclipsari propter diversitatem aspectus. Recipiens vero radios superiorum fortissime agit secundum naturam luminis recepti. Est enim actio in istis elementis et elementatis propter superiores stellas dupliciter introducta uno quidem modo per reflexionem radiorum calefacientium, et facientium vapores elevari ab inferioribus elementis ad partes superiorum elementorum. Cum vero fiat ex istis quoddam elementatum et unum agit in aliud et potentius convertit in sui naturam finaliter aliquando non est excessus tantus in agente quod possit convertere set ex istis remanet una nova forma impressionis sicut cometa falgme. Halo et cetere que quidem impressiones sunt causa corruptionis corporum et signorum licet Avicenna et alii medici ponant solum signa. quia quedam pars igneitatis illarum impressionum expanditur per aherem nos circumeuntem, et illo attracto ignescit spiritus et sanguis adhurendo humidum et corrumpitur individuum.

Et aliquando est tanta potentia agentis quod ipsos vapores convertit in speciem suam et sic fiet augmentum in illo elemento in tanta quantitate quod facta mistione elementorum in isto nostro medio excedit proportionem latitudinis nostri elementati et sic causatur corruptio individuorum illius speciei et maxime quorum latitudo illa est multum disproportionata ratione loci et ratione compositionis sui individui. quia quelibet species habet certam latitudinem sub qua potest stare et conservari ut philosophus primo phisicorum.

Alia est via quam communiter medici vocant virtutem celi occultam de qua testatur Aristoteles prima particula problematum que isto modo causatur propter quamdam magnam attractionem vaporum in ahere virtute stellarum conmettarum de quibus facta est mentio et ingrossatur aher de inde radii reflectuntur et refranguntur in dicto ahere grosso.

Et quia propter refractionem anguli efficiuntur acutiores quare in reflexione ad dissimiles augulos fit incensio et adustio. Et aliquando incidunt in loco concavo et sic in reflexione omnes radii se secant in puncto quare in loco reflexionis causatur adhustio.

Exemplum primi. Si paella plena aqua ponatur ad radios solis propter refractionem ipsorum in loco reflexionum adhuritur lana vel aliud rarum.

Exemplum 2.[i] in speculo concavo quia in reflexione radiorum secantur radii in puncto quare ibi adhurunt, et iste modus est nobis quasi inperceptibilis.

Istis quidem assignatis descendere possumus ad particulares causas istius pestis et primitias propter istas quidem stellas conmetas elevantur de concavo et superficie terre vapores multi et sunt grossi ingrossantes aherem nec debet quis mirari si multi vapores elevantur quia quando multa agentia concurrunt in unum magis possunt ipsis dispersis. Set in istis coniunctionibus hoc est, ergo ipsis elevatis refranguntur radii in ipsis et per declarationes facta incendunt et ignescunt aliquam partem medii. Cum autem nobis sit necessarium attrahere aherem propter causas assignatas ab Aristotele 3.° de partibus animalium scilicet propter refrigerationem spirituum in corde ex arteriis propter subtiliare(?) ipsum ut facilius penetret et cum exspiratione secum emittere fumos corruptos horum quidem iuvamentorum existente ista dispositione iste aher efficit totum contrarium quia primum iuvamentum est refrigerare set ignescere facit spiritum et sanguinem. Secundam destruit operationem quia adhurendo spiritum sanguinem ingrossat et sic non facilius penetrat. Et destruit 3.am quia ex adhustione tunice arteriarum et paniculi exiccantur et sic efficiuntur impotentes ad expellendum quare ex istis consumitur individuum.

Quod primo ex istis radiis aher ingrossetur et efficiatur ignitus patet quia in locis ubi est mortalitas semper est aher nubilosus et sol apparet nobis sanguinolentus; non hoc quod mutatio sit facta in sole quia celum non recipit peregrinas impressiones. ut 2° celi et avicenna in suo de substantia orbis ergo ratione medii. Patet ad secundum si radii solares penetrent per vitrum croceum apparent sanguinolenti ingrossato isto ahere fit refractio radiorum in illo et aliquam partem medii ignescere facit et non omnem quia reflaxio fit ad dissimiles angulos anguli incidentie ut demonstrant perspectivi cum enim angulus incidentie sit in uno loco sic reflexio fiet in uno loco et non in toto medio ubi fit reflexio istorum radiorum refractorum in medio ibi est maior pestis.

Ex quibus patet quod non ubique simul et semel set secundum quod directius aspiciunt Agunt enim in corporibus nostris in forma tali, quia ista refractio facta in isto medio grosso iutendit aliquam partem vel de qua attracta per habitantes locum adhuritur spiritus et sanguis et humores existentes in corpore incenduntur et aliquando putrefiunt ex resolutione caloris interioris et maxime si corpus fuerit humidum in excessu et sic causatur apostema ex materia adhusta. Et quia materia primo adhuritur circa partem cordis propter aherem attractum cito consumitur individuum ut Aristoteles capitulo 3° de problematibus in causis pestis.

Restat igitur declarare problemata particularia et ea solvere iuxta positiones factas scilicet primo.

Quare in aliquibus partibus fit pestis et in aliquibus non cum totum emisperium illuminetur a radiis stellarum.

Secundo in partibus aquosis et concavis.

Tertio in eadem provincia in locis concavis et montuosis cum dispositio aheris sit diversa.

Quarto quare in diversis provinciis diversarum altitudinum et dispositionum.

Quinto quare pueris et mulieribus.

Sexto quare in statu fortibus et iuvenibus.

Septimo quare in carcerati minime leduntur.

Ottavo quare hominibus et non aliis animalibus.

Nono quare homines illo tempore efficiuntur debiles.

Decimo quare post tales impressiones in conplexionibus et conpositionibus homines sunt debiliores.

Undecimo quare modicum opus medici valet in quo errant quam plures medici.

Duodecimo quare omni tempore anni.

Tertiodecimo quare in locis illis communiter flant venti meridionales recti vel collaterales.

Quartodecimo quare aher est semper nebulosus.

Quintodecimo quare iste contagiose.

Sextodecimo quare post mortalitatem illa loco (*loca*) saniora ceteris paribus.

Decimo septimo quare in illo loco post mortalitatem homines sunt multum generativi.

Solutio primi quesiti iuxta positiones factas sci-

licet quare in aliquibus partibus et in aliquibus non.

Declaratum est superius quod actio superiorum in inferioribus est duplex. Una ex reflexione et refractione radiorum. Alia ab alteratione et corruptione elementorum in proposito si radii istarum stellarum refranguntur in loco reflexio fit ad unum locum et ubi reflexio ibi fertur actio. Hoc declarat experientia de vase aque posito ad solem quia reflexio luminis est in uno loco et non in omni parte medii. est enim incidentia et reflexio radiorum ubi directius inspiciunt.

Solutio secundi quesiti scilicet quare in locis concavis et maritimis.

Responsio duplex. Primo quia in illis locis reflexio radiorum fit in uno puncto et omnis virtus unita fortior est se ipsa dispersa ut in speculo concavo declaratum est. Alia causa quia ubi aher grossior ibi est incensio, et adhustio maior fit in materia grossa quam subtili. declarat ferrum expositum soli fortius calefit lana sive alio raro quia dempsius. Ubi vero incensio et adhustio fit ab istis stellis ibi effectus.

Declaratio. 3. quesiti scilicet quare non eadem provincia simul et locis aquosis et concavis et montuosis. Quare in locis concavis declaratum est. Set in montuosis patet quia licet per istos radios fiat incensio vaporum elevatorum ascendunt isti vapores igniti ad partem superiorem aheris quia calidi est ascendere cum vero loca montuosa propinqua locis refractionis continua sint istis vaporibus ignitis elevatis et eodem tempore ibi est eadem actio specie modo differunt nisi quia ubi in uno loco generantur et in aliis exportantur, sicut patet de fumo causato ab igne per eamdem virtutem ignis portatur supra et causatur et eadem est actio fumi quia una exentia.

Quarti quesiti declaratio. quare in diversis provinciis simul.

Responsio quia diverse coniunctiones concurrunt ad istum effectum. Cum vero diversa sint agentia ad unum effectum et diversos habeant scitus in diversis partibus est effectus si coniunctio fuisset omnium planetarum. similis (?) et simul fuisset universalis effectus. ut in diluvio sicut declaratum est per astrologos antiquos.

Quinti quesiti solutio quare incipit et multiplicat pueris et mulieribus.

Responsio quia pueri habent multum calorem intensum et non extensum et habent humidum grossum et indigestum Cum vero inflammatio fiat in spiritu et sanguine maior fit in passo grosso ut superius declaratur. Et quia calor puerorum est multum unitus facilius inflamatur. In mulieribus vero quia communiter habent sanguinem grossiorem et magis indigestum ut declaratur a philosopho de generatione animalium. Quod vero grossius et fortius inflamatur et citius convertitur ad materiam muliericam et adhustam que est causa istarum passionum immediata. Quod mulieres habeant sanguinem grossum et grossiorem et magis indigestum declarat evacuatio ipsarum et quia facilius incurrunt passiones muliericas ut demoniacam et cetera. Et in hoc errant multi medici dicentes quod quia pueri et mulieres sunt humidiores facilius putrefiunt.

Est autem putrefactio ut declaratur. 4.° mathaurorum resolutio caloris naturalis per calorem contrariantem remanente humido inregulato. Cum vero talis putrefactio causatur corpus remanet humidius et denudatum calore naturali. licet calor resolutus addat in naturali aliter materiali. Passiones que fiunt ab ista putrefactione que sunt febres flegmatice cuius minera (?) est remota a partibus cordis quia minus humidi Contigit tamen ab inde quod superveniente ista caliditate extranea in corporibus humidis. humidi erit putrefactio et calidi incensio. et sic erit species mista scilicet de genere pestili ex putrefactione et adhustione. Passiones occurrentes comuniter tempore mortalitatis. fiunt ex materia adhusta sicut carbunculi et glandule. declarant etiam accidentia passionum cum vehementissima siti. adhustione et nigredine lingue et cito corrumpunt. et ista opponuntur humiditati putrefacte ut declaratum est.

Hic notandum quod stelle non agunt in corporibus nostris mediantibus elementis tantum ymmo per radios suos ut probat alherindus de radiis et patet per experientiam quia videbo hominem mihi inimicus statim receptis radiis suis movebor ad iram et calefactionem tamen nullus erit modus alterationis et talis fit in tempore visus in istanti. Quod solum ex receptione radiorum suorum idest hominis probat Aristoteles 2.° de anima capitulo de visu scilicet quod fit intus suscipiend. Itaque in mulie-

ribus et pueris propter multum humidum grossum fit magna refractio radiorum quare maior actio propter acuitatem radiorum. Et forte radio stelle agente ita cito in tali corpore fit in medio elemento, vel citius nec habundantia humiditatis in mulieribus est causa resistentie inflamationis per radios ymmo maioris incensionis quia maior fit refractio. Sicut circa mare maior est caliditas quam in ahere subtiliori tamen locus humidior.

Sexti quesiti declaratio est quia dum mortalitas est in statu in aliquo loco iam multiplicarent tales vapores in illa regione igniti. et quia sunt fortiores et calidiores magis atrahunt de isto ahere ideo magis leduntur.

Sunt etiam calidiores quare magis inflamabiles in principiis non possunt tantum inflamare quia debiliores scilicet isti vapores nec recolliguntur in materia grossa que fit causa maioris sue inflamationis ut probatur superius.

Septimi quesiti Responsio quare incarcerati minus leduntur quia magis carent lumine et quia minus participant cum hominibus. Et quia sunt in maiore quiete que sunt causa minoris inflamationis.

Octavi quesiti quare hominibus acciderit ista pestis et non aliis animalibus. Causa quia calidiores sunt aliis animalibus et magis sunt aspirantes et respirantes. Hec declarantur a philosopho. X.ª particula problematum et in 3.° de partibus animalium; cum magis sint aspirantes magis attrahunt de ahere et sic magis leduntur quia calidiores citius et fortius inflamantur ergo magis patiuntur.

Alia causa quia rariores quare isti vapores facilius intrant et sic magis alterantur.

Noni quesiti quare illo tempore sumus debiliores. Responsio quia isti igniti vapores consumunt humidum fluentem et radicaliter quare debiliores efficimur. Paucitas enim humidi est causa debilitatis ut declaratur a philosopho de longitudine et brevitate vite.

Decimi quesiti quare post mortalitatem sumus debiliores. Causa quia ut declaratum est immediate supra propter consumptionem humidi sumus debiliores. debile quidem agens debilem producit effectum quare qui producuntur a nobis sunt debiliores patet quia pueri nati post inceptionem mortalitatis carent comuniter duobus dentibus.

Undecimi quesiti. Quare modicum valet opus medici. Responsio quia aher iste. cum pauca alteratione immediate. vadit ad partem cordis. medicine multas recipiunt alterationes priusquam veniant ad locum lesum etiam 2.° sepissime attrahitur aher et velocissime operatur cibus vero et medicina tarde operantur quia oportet quod medicina deducatur ad actum per calorem nostrum et hoc non in brevi tempore. Cum vero maior sit potentia agentis quam resistentis(?) modicum valet iuvamentum nisi in retificatione aheris et loci ut inferius declarabitur. Quia aher est maxime locus nobis maxime ledit.

Duodecimi quesiti quare omni tempore anni. Responsio est quia propter refractionem et reflexionem istorum radiorum ut superius declaratur ignescunt vapores elevati et isti ignitioni non contradicit qualitas temporis quia si aher sit frigidus sicut tempore yemis propter frigus isti vapores magis uniuntur ex quo fortius agunt sicut quando radii reflectuntur in aqua in lóco reflexionis fortius calefiunt. Et similiter quando vapores elevantur igniti et in corporibus nubium includuntur uniuntur et condensantur et rarefiunt vapores propinquos ipsis rarefactis appetunt maiorem locum et sic franguntur nubes et illo modo cadit tonitruus causatur et fulgur ut philosophus primo metheurorum et sic est tempore yemis. tempore vero estatis similiter isti vapores elevantur et in ipsis refranguntur isti radii et incendunt et adurunt humidum circa partes cordis. atrahentes. Tempore vero autumpni. quia aher de sui natura est grossior alique partes inflamantur et adhuruntur et producunt in nobis talem effectum. Similiter tempore veris propter rarefactionem terre multiplicantur vapores quare uti predicitur etc. Non est ut putant aliqui quod primo superiora alterent elementa ipsis alteratis alterantur corpora nostra ut semper ipsi radii vero mutata qualitate elementi adurunt et calefiunt in loco sue reflexionis ut superius declaratur de radiis reflectentibus in ampulla aque in loco sue reflexionis adurunt non calefacta aqua et in multis aliis experientiis quare non propter frigus vel propter calorem nec propter humidum vel sichum elementi vel temporis hoc accidit set propter intersectionem refractionem et refluxionam istorum radiorum eveniunt.

Tertii decimi quesiti. Quare comuniter flant venti meridionales. Responsio quia ut dictum est su-

perius multi vapores inflamantur propter unionem radiorum et ipsi inflamati ascendunt versus partem meridionalem quia calidior et rarior et ascendunt usque ad medium aheris quod est frigidum; quia contraria mutuo se expellunt expelluntur et isti vapores ad contrariam partem scilicet septemtrionalem ita quod motus est a parte meridionali ad septemtrionalem et quia vapor est sichus causat illum ventum australem.

Quarti decimi quesiti quare aher grossus et nebulosus comuniter illis temporibus. Responsio est assignata propter multitudinem vaporum elevatorum etiam propter multitudinem ventorum australium qui rarefaciendo terram multi elevantur vapores ut declarat philosophus. 16. particula problematum.

Quinti decimi quesiti scilicet quare passiones ille sunt contagiose. Responsio quia alteratio et adhustio maxime est facta circa partem cordis et aher qui transmittitur per hanelitum recipitur a propinquis quare ipsos alterat, quia alteratus.

Sexti decimi quesiti quare post mortalitatem illa loca remanent et sunt saniora. Responsio quia propter multiplicitatem illorum vaporum ignitorum et propter moram consumunt humiditates extraneas et subiectum ipsorum sicut ignis in candela istis consumptis aher remanet magis purificatus et sanus.

Decimi septimi quesiti scilicet quare homines post mortalitatem in illis locis sunt generativi. Responsio quia ut dictum est aher remanet purificatus et sichus et talis maxime iuvat ad generationem ut philosophus in problematibus particula assignata. Ex istis colligo correlarium quod in principio mortalitatis in locis in quibus est non apparet animalis mutatio qualitatum elementorum. Set sola sichatio radiorum in processu temporis incenduntur vapores elevati ex ista resecatione et isti incensi inflamant sanguinem et spiritum in corporibus nostris tamen magis et minus secundum dispositionem corporum et sic causantur acutissime febres et carbunculi et apostemata ex materia adhusta et ista est causa quam antiqui medici vocant occultam et celestem. Set quia opus medici est conservare sanitatem et iuxta possum corpus egrotans ad equalitatem que sunt conservationis et reductionis de mente antiquorum et modernorum narrabo brevi quo possum sermone.

Est autem sanitas bona dispositio corporis per quam agit operationes naturales Averroys 2° colluget; cum autem bonum sit eligibilius ut philosophus primo ethicorum ab ipsa conservatione sanitatis incipiemus dicentes. Quod conservatio sanitatis maxime consistit in temperamento sex rerum non naturalium.

Et primo ab ahere cum sit causa primitiva et particularis huius pestilentie et elementum magis agens in corporibus nostris intus et extra.

Est autem talis preservatio dupliciter consideranda scilicet stante peste vel ante pestem. Stante peste est advertendum quod aher in toto emisferio per nos non potest rectificari set in loco particulari et sic dupliciter aut ratione scitus et continentis aut ratione essentie et qualitatis sui aheris. Si ratione scitus et sic tripliciter quia aut sumus in locis concavis aut montuosis aut mediis. Si in locis concavis debemus eligere locum altiorem domus. Causa quia loca concava de sui natura sunt humida et grossi aheris. Si vero incensio fiat in grosso magis adhurit probatum est superius. Etiam humiditas illa est mala et fetida et talis corrumpit et putrefacit corpora nostra ut philosophus 22. particula problematum. Deinde habitatio talis debet privari lumine magno quia ubi magnum lumen ibi concursus multorum radiorum et ut probatum est sunt igitur causa corruptionis. Debet maxime privari lumine a parte orientali et meridionali. Orientali vero quia circa ortum aher est grossior et radii magis refranguntur et per consequens in reflexionibus magis incendunt ut declaratum est; Et si opponatur quod contrarium sit de mente avicenne et aliorum antiquorum. Respondetur quod illud intelligitur intelligunt in ordinato et equali ahere et eo tempore eligunt illum scitum ut de mane radii solares resolvant quod de nocte elevatur de vaporibus. Illo tempore non convenit quia ut dicitur(?) aher corrigere eum habentibus confortare in illa dispositione debet maxime privari ahere et lumine meridionali quia a parte illa directius inspiciunt nos stelle erratice et ubi directius inspiciunt ibi fortius agunt.

Alia ratio quia venti meridionales facilius intrant et illi sunt maxime ledentes duabus rationibus. primo quia iste ventus est causatus ex vaporibus adhustis inflamationibus ut declaratum est. 2° Quia de

sui natura habent debilitare corpus aliter corpora et laxare secundnm mentem ypocratis in illo auforismo austrini flatus et cetera. Idem Aristoteles. 26. particula problematum. Si vero habitatio fuerit in loco alto tunc convenit sibi eligere habitationem terraneam vel bassam quia minus participant de lumine et vento que sunt multum nociva ut declaratum est debet tamen in facto luminis habere situm et conditiones supra assignatas.

Si autem fuerit locus planus eligat sibi locum medium conditionibus dictis. tamen nota quod ille locus planus citius est eligendus quia non tantum habundant venti nec radii possunt se secari in plano ut probat Iordanus de speculis quare non tantum inflamant et locus planus melior est arenosus remotus ab aquis. Arenosus quia vapores qui elevantur sunt subtiliores nec fetidi. Remotus ab aquis quia aqua inspissat aherem et per consequens magis inflamantur. Est etiam utilior ratione exercitii. ut dicetur suo loco. Et hec de reparatione et electione situs et habitationis sufficiant.

Ratione vero essentie et nature aheris est distinguendum quia aut est tempus frigidum aut calidum aut medium. Si tempus frigidum iuxta naturam siti electi in loco habendus est ignis temperatus de lignis sichis et non multum densis. Nec debet quis multum vel nimis apropinquare igni nec ibi trahere moram.

Dico notanter sive signanter quod ignis debet haberi quia probatum est quod tempore yemis propter grossitiem aheris inflamantur fortius quia frigidi est condempsare. Set ignis rarefacit, debet tamen esse temperatus ut sufficiat ad rarefactionem et equationem aheris et non ad inflamationem sive ad inflamandum ex lignis siccis ut ignis non sit nimis acutus. et similiter ex non densis; eadem ratione ut non apropinquetur nec trahatur mora ut non fiat in corporibus inflamatio aut resolutio quia unum adhurit aliud debilitat.

Suffumigetur locus bis vel ter in die cum ligno aloes infuso per mediam horam in aqua rosacea. Nam ipsum apropinquat equalitati cum aqua rosacea temperatum confortat cor et omnia membra rectificat spiritum, redit hominem letum declarat Avicenna 2° Canone ex libro de viribus cordis. Si vero superfluit humiditas aliquando suffumigetur locus cum mirra. nam ipsa aperit oppilationem preservat corpora nostra a corruptione et rectificat aherem humidum ut ait Serrapio de simplicibus. Si autem fuerit aher calidus. ornetur locus salicibus extremitatum vitis ramorum platani et foliorum achorei florum et foliorum nenufaris rosarum et similibus. Nam ista infrigidant aherem humectant et rectificant ut habetur ab omnibus de simplicibus et roretur locus aqua rosata aqua nenufaris. in quibus sunt infusi sandali... et modicum aceti. Nam ista refrigerant humectant et confortant et simpliciter opponuntur cause et passioni.

Balneetur frustrum scarleti vel alterius panni lanei set melius scarleti in aqua rosata in qua sit infusa ambra vel xilaloes et odoretur sepe vel apropinquetur ori. et olfatui hora attractionis aheris sunt de maxime iuvantibus confortatione sua et contemperatione aheris ad formam nostram. Si vero aher fuerit medius idest temperatus in qualitatibus activis utamur via media in rarefactione quando erit expediens in roratione et aliis secundum quod videbitur expedire. Set tamen fuganda est conversatio multorum quia aherem alterant et ingrossant et vaporibus putridis implent quia quod corruptionis vel alterationis intus habemus per aspirationem conatur natura expellere, et per poros nostros quidquid semper exalat superflui ex quo ahere alteratur et maxime quia morbus contagiosus ut probatum est superius. Si vero non fuerit ibi mortalitas eligatur locus montuosus ubi fuerit et in loco alto fiat mora et si est possibile sit locus copertus a parte meridiey et bene discopertus a plaga septemtrionali ne venti flantes in loco transeant per loca fetida vel malarum aquarum nec sit locus ubi elavantur multi vapores quia in talibus locis haer non alteratur causa particulari et per consequens corpora sunt saniora quia mutationes temporum generant morbos ut ypocras illo amforismo mutationes temporum et cetera. Aristoteles prima particula problematum et hec de dispositionibus aheris dicta sufficiant

(De exercitio).

Cum autem exercitium sit res que vehementer prohibet ne replectionis materia congregetur in corpore et corpus redit bene rarefaciens sanitatem, et spiritum ut notatur ab avicenna primo canone sententia 3.ª doctrina 2.ª et illis temporibus iste

operationes sint a nobis necessarie de ipso ut convenit est tractandum.

Est autem distinguendum de speciebus eius secundum conplexiones est tamen una maxima quod aliqua species exercitii totius corporis non est utendà nisi ventre existente vacuo quia aut cibus transiret indigestus aut per fortificationem caloris attraheretur non facta convenienti decoctione et sanguis qui generaretur ex tali chimo esset grossissimus et per consequens magis actus ad adhustionem secundum vero etates et conplexiones dico quod iuvenes frigide et humide complexionis sunt medii in velocitate et mora exercitandi tantum quod hanelitus non inspissetur quia ex nostra attractione aheris lederetur corpus et ex tali exercitio fortificabitur calor et melius digeretur humidum et superfluitates melius evacuabuntur.

Si vero invenes et calide conplexionis tales multum debent cavere ab exercitio quia corpora talium de facili inflamantur ergo modicum et parum et suaviter exercitentur.

Si autem fuerint senes et in conplexione declives ad caliditatem possunt uti longo exercitio tamen non veloci ut fiat fortificatio caloris sive resolutione et inflamatione.

Si autem antiqui declinantes ad frigiditatem utantur prolixiori et velociori exercitio ut ampletur calor per totum corpus; quia calor suffocatus de facili inflamatur aut extinguitur.

Hora quidem exercitii convenientior est ante ortum solis aut in declinatione quia illis horis aher minus inflamatur propter tortuositatem radiorum etiam corpus minus calefit et semper exercitium fit cum delectatione sine otio et malenconia. Nam ista multum iuvant ad desichationem corporis et in principio pestilentie possumus magis extendi in exercitio quod in statu et fine. In principio virtus agens est debilior quare debilius agit. In statu est fortissima et sic de facili inpremit corpora. In fine corpora sunt debilitata. frequentaretur hanelitus et sic corpus magis leditur et sit exercitium in loco plano ut corpus minus fatigetur. Est autem cavendum multum ab exercitio luna exeunte vacua; nam facilius corpora inflamantur propter defectum humidi et ideo contigit plures mori illo tempore.

(De cibo et potu).

De cibo vero et potu sic declarandum est Sit cibus et potus noster declivus ad humiditatem subtilem non de facili corruptibilem et in hoc discernantur conplexiones etates et consuetudines.

Calide nature utatur cibariis humidis ut reducatur conplexio ad equalitatem quia equalitas magis remota est ab adhustione et putrefactione que sunt causa morbi.

Frigide vero nature et humide debent uti cibo temperato quantum possunt propinquo nature et consuetudini tamen non excedat in humiditate. Cum autem cibus apponat partes subtiles aliter similes deperditi. ut averroys quinto goluget. Non est egrediendum a natura ut non laboret multum in conversione quia habentium stimolum(?) citius fit transitus declarat. Aristoteles 2.° de generatione.

Et vina magis congrua sunt vina non excedentia in caliditate quia illa generant sanitatem nimis calidam et de facili inflamabilem. Et sit cibus et potus non excedens in quantitate ne propter debilitatem virtutis corumpatur in stomacho vel in convertendo natura non laboret et inflamatur in sanguine et spiritu. Et sit semper mora inter cibum et cibum octo horarum ut perfecte conpleantur omnes digestiones. declarat averroys 6.° goluget ultimo capitulo.

(De sompno et vigilia.)

De sompno vero et vigilia media via est eligenda scilicet quod non excedat in aliquo maxime in vigilia quia est de rebus exichantibus corpus.

Sompnus autem humectat tamen non est prolongandus maxime de die ne causentur oppilationes in corpore quia sunt causa suffocationis caloris vel incensionis et eligatur locus ne supercalefiat corpus.

Tempore yemis aducatur ad equalitatem cum igne semper rectificando, et alterando aherem ut superius dictum est.

(De passionibus ànime.)

Passiones autem anime sunt de rebus maxime alterantibus partem corporis ut declarat Averroys. ultimo capitulo goluget. ideo cavendum est ab ira malenconia et timore. Avicenna de viribus cordis capitulo 3.° quoniam ira incendit spiritum. Malenconia desichat timor infrigidat. testatur Aristoteles 27. particula problematum. Letitia vero oppositum inducit quod est laudabiliter.

(De dispositione aeris et evacuatione.)

Sunt due res maxime in proposito nostro facien-

tes ad conservationem sanitatis. sive dispositio aheris et evacuatio. De ahere tractatum est. Restat loqui de evacuatione.

Convenit autem in conservatione sanitatis si aliquid est superfluum in corpore evacuare quia si nulla est superfluitas nulla fienda est evacuatio. declarat galienus in conmento illius amforismi. Sana habentes corpora.

Est autem superfluum trium generum scilicet ratione quantitatis vel qualitatis vel ratione utriusque.

Si ratione quantitatis sit sunt quatuor humores egredientes a proportione in quanto.

Si vero in qualitate sit dupliciter quia, aut pechat humor in excessu sue qualitatis, aut per amixtionem alterius humoris.

Si vero in qualitate et quantitate fit similiter a quantitate sua tantum et qualitate egredientibus a quanto et quali. Aut per amixtionem alterius ex quo fit excessus in istis duobus consideratis istis excessibus attendendum ad evacuationem contemplationem conplexionis etatis temporis loci habitudine et constantie et virtute.

Si vero pechaverit sanguis in quanto etate non obstante fienda est flebotomia ordine quodam non una vice extrahendus est excessus set pluribus et hec credo de mente ypocratis in illo amforismo. secundum multitudinem repente evacuatione etc. Avicenna similiter capitulo de flebotomia melior est multiplicare in vicibus quam in quantitate et hoc maxime est attendendum si corpus fuerit pingue. si extrahatur quantitas vene vacue reprimuntur a pinguedine et sic suffocatur calor. ut Avicenna primo canone senocha 4.ª capitulo 3.º

Si autem pechaverit sanguis in quali aut sine amixtione aut cum amixtione Si sine amixtione quia per aliqua accidentia fit in via putrefactionis et tunc fit ebullitio in sanguine. sicut describit avicenna 8 sinocha fiat flebotomia.

Est autem al. tamen notandum quod si sanguis fuerit putrefactus non indigemus conservatione sanitatis set cura egritudinis et hec reperientur in capitulis egritudinum. Est etiam adiciendum quod ebullitio causatur quando per clausuram pororum vel alia causa non fit exalatio caloris quare destruitur et sic facit ipsum ebullire.

Si autem egressus fuerit sanguis ab equalitate per amistionem quatuor humorum aut alterum ipsorum aut tales humores alterant sanitatem ad viam corruptionis aut non. Si sic non est conservatio sanitatis; set remotio egritudinis. Si fuerit colera in causa flebothoma secundum intentionem avicenne capitulo de tertiana non pura.

Si vero non fuerit sanguis in via corruptionis evacua coleram vel humorem pechantem nec recurras ad flebotomiam in conservatione sanitatis sicut aliqui putant quod flebotomia in preservatione a peste ista indifferenter omnibus valeat. putantes opionem mellissi. videlicet quod omnia unum et omnia in omnibus.

Nec considerant verba galieni super illo amforismo in perturbationibus ventris et cetera non intendat ypocras et Gallenus. quod si colera pechaverit per augmentum vel aliam viam quod recurramus ad flebotomiam et similiter si alii humores pechaverint.

Idem manifestat avicenna quod si sanguis non pechaverit in quanto vel quali non est fienda flebotomia ut in capitulo flebothomia.

Pluribus etiam rationibus sunt reprobandi scilicet si sanguis non pechat in quanto vel quali de se non est fienda flebotomia in conservatione individui quia vita nostra existit per calidum et humidum cuius subiectum est sanguis et quanto fuerit maioris qnantitatis tanto magis extenditur vita. ut Aristoteles de longitudine et brevitate vite si vero minuatur abreviatur vita et sic non est conservatio set destructio.

Preterea omnis conservatio fit a simili. Corruptio a contrario si autem fiat minutio augmentatur potentia illorum humorum et diminuitur potentia sanguinis Cum vero certi humores in qualitatibus opponantur sanguini diminuto sanguine magis poterunt supra ipsum et sic ratione oppositionis fiet destructio non conservatio.

Item cum agens agat exterius in corpore nostro inflamando et adhurendo in illa corruptione hec declarat species morbi magis patitur in parvo quanto quam in multo quia ubi minor resistentia ibi maior actio. quare minutio magis facit ad corruptionem quam ad conservationem.

Insuper illud quod est causa velocitatis et maioris putrefactionis non est causa conservationis set flebotomia in casibus dictis est huiusmodi. igitur materia est de se nota quia conservatio et putrefa-

ctio opponuntur. Minor declaratur per verba Aristotelis capitulo de putrefactione.

Causatur autem per resolutionem caloris naturalis a calore exteriori quanto vero calor naturalis fuerit minor tanto citius fiet resolutio ipsius fit enim minor per flebotomiam quia sanguis est subiectum caloris et bene dixit avicenna capitulo preallegato quod sanguis conservandus est pro thesauro nature.

Si vero corpus sit colericum extractio sanguinis est mala quia humiditas sua est frenum colere.

Si flegmaticum remanet humidum inregulatum per diminutionem caloris sanguinis et sic corpus magis paratum ad putredinem.

Si autem muliericum per diminutionem caloris naturalis magis est aptum sive paratum ad adustionem et magis recedit a temperamento quare non conservatio.

Redeamus ergo ad alios humores evacuandos ubi excesserint quia si excesserit flegma magis erit corpus aptum sive paratum ad putredinem ratione multitudinis humidi.

Si vero colera vel malenconia magis erit dispositum ad inflamationem sive adhustionem. Est autem evacuandus excessus cum medicinis evacuare habentibus illos humores.

Est autem advertendum quod tempore illo non utamur medicinis per viam attractionis operantibus quia inflamant corpus ratione sue sichitatis et caliditatis ut galienus in commentario illius amphorismi in acutis egritudinibus raro in principiis et cetera. Omnis enim medicina secundum se calida est sicha etiam debilitat corpus set utamur..... fistula que evacuat flegma humores adhustos et mundificat sanguinem. Et manna que purgat coleram mulierícam et ista cum decoctione prianorum (?) tamarindorum violarum ordei et similia.

Purgato corpore ut convenit tendamus ad conservationem ipsius. Que quidem consistit in istis in amotione nocumentorum interiorum et exteriorum. In conservatione humidi a corruptione. In conservatione virtutis.

Remotio nocumentorum ab exterioribus consistit in rectificatione aheris et aliis rebus non naturalibus de quibus dictum est superius.

Nocumentorum vero interiorum remotio est sepe evacuare materias adhustionis et maxime a parte cordis quia contrarie fiunt per dispositionem aheris. ibi inflamatio adhustio et aliquando resolutio maxime quando subiectum nostri caloris est participans multo hnmido et exinde sequatur putrefactio evacuans istam materiam adhustam conservans humidum a putrefactione faciens materiam venire ad partes cordis et ipsum confortat.

Hoc quidem consistit in pulvere isto iuxta institutionem antiquorum proborum medicorum.

Recipe aloes. 3. II. mirre croci al. tr. qn. 3. I. pestentur et fiat mixtio et si potest capitur in forma pulveris melius quam in forma pillularum quia per plures partes trahitur et hutilius. Si autem non de levi capitur fiant pillule incorporate cum bono vino odorifero et similiter pulvis capienda est cum bono vino albo claro et odorifero.

Licet per nostros antiquos maiores ista medicina fuerit conmendanda in febrilibus pestibus tamen quia sunt diversarum specierum quia alique per putrefactionem humorum alique per adhustionem alique per putrefactionem et adhustionem. Istud quidem medicamentum valet ad omnes istas species set maxime ad febres que fiunt ex putrefactione. Ideo puto magis quod valeant iste pillule. Primo ratione cause infectionis. 2.° ratione experientie. Quarum dispensatio est. Recipe aloes 3. II. lapidis armeni ter vel quater loti in aqua rosata mirre an. 3. I. ct. 3... fiant pillule cum vino clarissimo bono odorifero et albo, et de ipsis capiatur 3. 5. semel in edomada. Iste quidem evacuant materias adhustas purificat sanguinem confortat cor preservat humidum a putrefactione nec excedunt in caliditate quia in toto conposito est caliditas primi gradus intensive secundum regulam alherindi de gradibus. Et si videmus indigentiam demus bis in edomada. In omni vero die isto utatur pulvere de mane cum bono vino uti predicta quantitate. 3. 5. Recipe luti armeni 3. I. pice (?) ind. zinnamomi an. 3. 5. ct. I. canfore. 5. Iste namque plus mirabiliter preservat a corruptione confortat cor et spiritum et redit ipsum clarissime et materias adhustas expellit a corde nec excedit a caliditate.

Et inter alia fac quod grossum (?) superfluitates non demorentur in intestinis set cum..... oribus evacuantibus sive lenificantibus evacua.

Quia ex detentione illarum leditur cor stomachus caput et epar. Singulariter isto pomo odori-

fero utatur ita quod aher attractus sit semper eo alteratus. Recipe xilaloes. 3. III. ambre. 3. I. canfore que per duas dies fuit conservata in aqua rosata et si liquefiat ponatur xilaloes intus et dimittatur exiccari. 3. I. cum modico laudani solum quod sufficiat ad componendum et fiat pomum.

Et utantur rebus aperitivis continue sicut cappari et similia quia oppilationes sunt res maxime nocentes quia calor suffocatur et per consequens ingrossatur et adhuritur. Et de aperitivis rebus... est uti. Saraxaton herba de.......; uam ipsa aperit oppilationes confortat epar equat corpus humiditate sua et valet contra corruptionem aheris et materias venenosas.

Tendamus ergo ad curas egritudinum occurrentium illo tempore quantum deo auxiliante possumus. Et primo in amotione cause corrupte et rectificatione aheris iuxta formam datam cum causa corrupta sit adhustio sanguinis vel eius infamatio.

Succurramus in primo ergo cum flobotomia per hunc modum. Si glandule incipiunt apparere circa ynguines fiat flobotomia in tibiis de venis magis apparentibus et magis nigris. In quantitate vero secundum constitutionem virtutis et considerationem medici. et melior est multiplicatio in vicibus si eger tolleraverit vel expectaverit.

Deinde intendamus ad morbum cum alterantibus et humectantibus et confortantibus et die post diem utantur pillulis supradictis de mirra aloe lapide armeni etc. Si econtra apparet glandula sub assellis fiat flobothomia de brachio patienti de(inde) utamur medicinis convenientibus in cura febris et semper cum modificatione superius data sive dicta.

Flebothomia vero est de rebus maxime iuvantibus nam per eam evacuatur et divertitur materia aparte cordis. Dicitur notanter quod fiat flobothomia in tibiis si glandule apparuerit circa ynguines quia ubicumque natura ibi vel inde per convenientia loca ducere convenit. Etiam quia fit diversio ad partes magis remotas. Et succurrendum egrotum epitimantibus circa partes cordis ex aqua rosata buglossata et mellissa in quibus infundatur ambra et canfora. Nam ambra subvenit frigiditati canfora et aqua rosata adhustioni siccitati. Et confortetur cum elixiriis restaurativis tendentibus ad frigiditatem vel temperiem sicut conserva rosarum buglosse cum ammistione corticum citri ossis de corde cervi margaritarum luti armeni et similium. Et quantumcumque possibile fuerit succurrendum est virtuti et maxime si apropinquaverit eger privationi luminis lune. Amoveantur omnes passiones animc quia magne ledentes. Et semper appropinquentur egro odorifera de quibus facta est mentio supra. Memorandum tamen si accidant glandule vel alia mortifera apostema cum febre quod statim fienda est flebothomia in forma dicta. et postea caustice-tur locus cum ista aqua. Recipit. salis nitri 3. II. vitrioli romani 3. I. zinnabrii 3. 5. pistentur et incorporentur et ponantur in lambitho vitreo et forti igne distelletur aqua et cum ista aqua causticetur locus. de inde deo auxiliante curetur cura cirurgie.

(Pag. 513).

INCIPIT SERMO IN FESTO SANCTI BENEDICTI FRATRIS IOHANNIS DE RAGUSIO ORDINIS PREDICATORUM. APUD SANCTOS APOSTOLOS ROME. IN PRESENTIA CARDINALIUM. ET CETERA. ANNO DOMINI M.° CCCC.° XXX.° INDITIONE OCTAVA.

Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et veni in terram quam monstravero tibi. Fatiamque te in gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum; erisque benedictus. Scribuntur hec verba originaliter genes. XII.° et pro presenti assunmuntur ad laudem et excellentiam gloriosissimi patriarche monachorum Benedicti declarandam, quod ut facilius et meritorie peragatur more solito pro gratia spiritus sancti impetranda ad matrem gratie ad fontem totius misericordie humiliter recurramus ipsam cum angelo devotissime salutantes dicentes Ave maria.

SERMO.

Egredere et cetera loco et capitulo superius dicto. Reverendissimi et cetera. Quia de renuntiatio-

ne seculi et contemptu mundanorum de ingressu ad religionem, et de religionis eiusdem fructu, loqui pro presenti institui moraliter, ideo ad nostre intentionis et propositi firmitatem, volui dicenda et auctoritate, et exemplo confirmare, quia non decet in philosophya christianorum, aut oppinione asserere, aut vita imitari aliquid quod non valeat, aut ratione, aut precipue divina auctoritate, sive sanctorum (virorum) exemplo roborari. et quamquam predicta non careant ratione, tamen quod moraliter philosophye proprium est auctoritate utar et exemplo. que igitur et qualiter sint mundana relinquenda, quomodo religio assumenda, et quis exinde fructus assequatur. clare et manifeste ostenditur et primo in auctoritate proposita scilicet egredere, deinde in vita huius abbatis sanctissimi in qua totius vite spiritualis perfectio veluti in speculo quodam relucet, et exemplo. Que igitur et qualiter sint mundana relinquenda ostenditur in prima parte preassumpti thematis cum dicitur egredere de terra tua, et de cognatione tua et de domo patris tui. In qua parte tertia dominus ad abraham, et eos qui fide ex semine eius sunt hortatur dimictere. scilicet. terram per quam intelligitur omnis terrena possessio que et ex terra et in terra possidetur, cognationem per quam innata nobis vitia, et cognate passiones et precipue libidinis designantur, et domum patris. per quam conscientie et proprie voluntatis domus innuitur, ita quidem ut ratione primi paupertatem voluntariam, ratione secundi castitatis munditiam, et ratione tertii veram obedientiam assumamus, quibus quasi quibusdam gradibus ad vite spiritualis perfectionem conscendimus. Nam vita spiritualis per quam deo vivimus, sine quo nichil sumus est caritas et ipsius dey dilectio, qua tanto perfectius et intensius deus diligitur quanto animus ab affectu et amore temporalium removetur. Unde Augustinus in libro 63. q. venenum inquit caritatis, est cupiditas temporalium rerum augumentum vero eius est cupiditatis diminutio. perfectio vero, nulla cupiditas. omnia igitur consilia christi quibus ad vite spiritualis perfectionem invitamur ad hoc precipue pertinet, ut animus noster ab affectu rerum temporalium avertatur, ut sic tanto in deum progrediatur liberius et contemplando et amando et ipsius voluntatem adimplenda, quanto magis ab hiis sensibilibus et propiis, et separatus, et segregatus fuerit, unde et totius christiane religionis propositum. in hoc precipue videtur consistere ut a terrenis homines revocet et spiritualibus fatiat esse intentos. Inter temporalia vero primo extrinseca bona que divitie nuncupantur occurrunt relinquenda, hinc est quod auctor fidey et consumator yhesus, in hunc mundum veniens, secularium rerum contemptum, et divitiarum et facto suis fidelibus et verbo demonstravit, facto siquidem quia sicut agustinus in libro de catecizandis rudibus omnia bona terrena contempsit homo factus dominus yhesus ut contempnenda monstraret, et omnia terrena mala sustinuit, que sustinenda precipiebat, ut neque in illis quereretur felicitas, neque in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre que quamvis a viro intacta conceperit, semperque intacta permanserit, tamen fabro desponsata erat omnem typum carnalis nobilitatis extinsit. Natus in civitate bethleem que inter omnes iudee civitates erat exigua, noluit quemquam de terrene civitatis sublimitate gloriari. Pauper factus est, cuius sunt omnia, ne quisquam cum in eum crederet de terrenis divitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri qui humilitatis ostendebat viam. Exuriit qui omnes pascit. Sitivit per quem omnis potus creatus est, ab itinere fatigatus est qui seipsum fecit nobis viam in celum. Crucifixus est qui crutiatos nostros finivit. Mortuus est qui mortuos suscitavit. hoc idem etiam et verbo demonstravit, dum in sue predicationis exordio, non tantum regna terrena ut in veteri testamento, sed regna celorum penitentibus repromisit. discipulis primam beatitudi(nem) in spiritus paupertate constituit in qua etiam perfectionis iter esse monstravit, dicens querenti iuveni si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes, et da pauperibus et veni sequere me, hanc viam eius discipuli sunt secuti tamquam spiritualiter nihil habentes. Set spirituali virtute omnia possidentes. habentes enim alimenta, et quibus tegebantur hiis erant contenti.

Gloriosus itaque patriarcha monachorum gratia et nomine benedictus, gratia quidem quia benedictionem omnium gentium dedit illi deus, et quia memoria eius in benedictione est cupiens predicte perfectionis apicem attingere cum esset ex provintia nursie, nobilibus exortus parentibus et studens liberalium, rome suffitienter eruditus domo reli-

cta rebusque parentum dum adhuc iuvenili floreret etate, arduum sancte ac voluntarie paupertatis iter arripiens, habitum religiose conversationis a sancto romano monacho devotissime suscepit, adolescentis quidem illius formam induerat quod ad desiderium salutis qui expedito cursu ad vitam ingredi cupiens a domino interrogavit. quid fatiendo vitam eternam possideret. Set domino respondente si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et cetera. Ille tristis abscessit nec secutus est domini consilium. Hic autem gaudens reliquit omnia et secutus est domini iussionem. animadvertit sane illud dominicum dictum, quia difficile intrabit in regnum celorum et quod facilius est camelum per foramen acus transire; quam divitem intrare in regnum celorum, quia nimirum ut idem dominus alibi dicit sollicitudo seculi istius et fallatia divitiarum suffocat verbum dey et sine fructu efficitur. Eos vero qui divitias inordinate amant impossibile est intrare in regnum celorum, multo magis; quam ad literam per foramen acus camelum transire. Hoc enim impossibile est quia repugnat nature, illud vero quia divine repugnat iustitie que est omni natura creata virtuosior. Egressus est igitur hic gloriosissimus sanctus de terra sua ad vocem domini dum patriam, parentes, divitias, amicos, honores, famam dum cetera huius miserabilis vite periture blandimenta dereliquit ut christum lucrifaceret, et eternam vitam possideret quo ad primam.

Secunda vero via ad perfectionem vite spiritualis tendenti necessaria est non solum ea relinquere que a nostra natura separata sunt, ut sunt divitie et exteriora bona, set etiam ea que nobis comunione quadam nature et affinitatis cuiusdam necessitudine coniunguntur ut sunt pater et mater, fratres et sorores, uxor et filii secundum illud domini dictum luce 14. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores, non potest meus esse discipulus. Inter ceteras autem proximorum necessitudines maxime affectu coniugali humanus animus irretitur et inter ceteras interiores passiones maxime absorbet rationem concupiscentia carnis, et ideo ad perfectionem tendentibus maxime coniugale vinculum est vitandum, et per consequens pudicitie et continentie castitas amplectenda, quam etiam hic gloriosissimus pater amplexus est dum integritatem mentis, et corporis perpetua castitate custodiit, et ea omni diligentia evitare studuit que ipsum ad huius itineris prosecutione quoquomodo impedire potuissent. Ubi advertant ministri domini et precipue huius propositi et sancte religionis professores, quanta diligentia oporteat eos hoc divinum et celeste donum castitatis custodire quanta sollicitudine debeant evitare ea que huic sunt contraria proposito, et nociva, que ob nostram instructionem ad triplex impedimentum quo virtus continentie impugnatur reducuntur. Et primum quidem sumitur ex parte exteriorum personarum vel rerum. 2.ᵐ ex parte corporis, et 3.ᵐ ex parte anime. Et quidem impedimentum extrinsecum virtutem impugnans castitatis precipuum et maximum est aspectus et frequentia, colloquia personarum quibus pudicitia maculatur et eorum consortia, ut multis patet auctoritatibus et exemplis. contra quod quidem impedimentum nullum salubrius remedium reperitur, quam fuga et subtractio occasionis. quod nimirum remedium hic sanctus vir summa diligentia adhibuit, quia adhuc puerulus cum iam firmiter in animo statuisset deo infatigabiliter militare, sciens non esse tutum inter serpentes habitare, elongavit fugiens et mansit in solitudine in secreto loco, ac in arctissimo specu cui sublacu vocabulum est fere ab hac urbe XL.ª milibus distans, ubi in illa florida iuvenili etate, excepto Romano monacho tribus annis omnibus hominibus incognitus mansit, ubi tam viriliter miles christi contra hostem demonem, et contra carnem dimicavit, quod tandem gloriosus victor remansit cum triumpho; nec ante hominibus patuit, nec se in publicum dedit quam experientia edoctus fuisset se posse cum securitate militare. Unde et obtempta de hoste victoria in publicum processit et conversationem hominum, qui quidem hostis in spetie avis que vulgo merula dicitur tantum in corpore carnis temptionem excitaverat, ut pene voluptate et temptatione victus heremum deserere cogitaret, quod effecisset nisi ei superna gratia affuisset que eum a periculo, tali consilio preservaverit. Nam cum se pene deficere cerneret miles christi se nudum in urticarum et spinarum incendiis ilico proiecit. nec ante exivit toto corpore vulneratus; quam pacem et tranquillitatem a temptatione, et in men-

te et in corpore reversam presentiret, ex quo tempore sicut ipse postea solitus erat referre discipulis sic est in eo veneree voluptatis omnis edomata temptatio, ut postea numquam tale aliquid in se ipso sentiret, sic itaque a temptationis vitio liber effectus iure iam factus est virtutum magister. multi enim ex tunc fama sanctitatis eius celebri eos trahente mundum cepere relinquere, et ad ipsius magisterium summa cum aviditate festinare. Cuius exemplo mirabili nos successores et utinam boni filii et utinam sicut nomine sic et re veri monachi, et religiosi, in tribus admonemur, et primo quod pro custodia sincerissime castitatis, consortium et familiaritatem evitemus omnium hominum, eorum precipue quorum conversatio mentem nostram vel famam quoquomodo maculare posset 2.° quod non antea virtutum velimus esse magistri; quam earum possessionem et habitum longo earum usu et exercitio fuerimus assecuti. 3.° quod incentiva vitiorum, et libidinis, carnis maceratione, et castigatione corporis extinguamus, et hoc est principale.

2.m remedium ad castitatem scilicet conservandam, contra impedimentum quod in nobis ex parte corporis accidit, de quo impedimento loquitur apostolus ad galatas 5. caro concupiscit adversus spiritum; cuius quidem carnis opera ibi esse dicuntur, Fornicatio, immunditia, impudicitia, et cetera huiusmodi, hec autem concupiscentia carnis, est lex de qua idem apostolus ad Romanos VII.° video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee, quanto autem caro magis fovetur per ciborum affluentiam, et delitiarum mollitiem tanto huius concupiscentia magis excrescit. Unde Ieronimus (ad occanum de unius uxoris viro) venter mero estuans cito spumat in libidinem oportet ergo continentie viam assumentibus carnem propriam abstractis delitiis, ieiuniis, vigiliis, cilitiis et disciplinis ceterisque huiusmodi exercitiis castigare, cuius rey exemplum apostolus nobis ostendit. 1.a ad corinthios 9. ubi dicit omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. et post modica subdit castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus effitiar.

Sed quis queso posset gloriosissimi Benedicti ieiunia, vigilias, cilitia, disciplinas, ceterasque quibus sancti in presenti vita exercitantur, macerationes, castigationes et mortificationes carnis et corporis ediscere? quis lingua enarrare? quis stupendam eius penitentiam quis abstinentiam. quis in cibo et potu parcitatem sufficit reserare? cuius penitentię testem non hominem esse decuit cum supra hominem esset. set ipsum deum cuius virtute et fortitudine etiam ipsam penitentiam fatiebat. Ecce inquit dominus dum adhuc idem Benedictus in specu latitaret et per manus Romani monachi artum panem et brevem aquam acciperet cuidam presbitero qui sibi ipsi in festivitate pascali refectionem paraverat, servus meus. scilicet. Benedictus illo in loco fame crutiatur et tu tibi delitias preparasti. set queso. p. parumper intueamur que erant he delitie quas hic venerabilis presbiter sibi pro festivitate paraverat. Ego profecto conitio ex meritis eiusdem viri, magnum siquidem illum presbiterum vita et merito reputo fuisse, quem dominus dignatus est visitare, cui dominus suum servum Benedictum voluit revelare, quem sibi coniungere, cuius cibo et obsequio servum suum in tam preclara festivitate voluit reficere. Non has nostri temporis fuisse delitias, non nostrorum sacerdotum aut monachorum, seu religiosorum magna cum sollicitudine et exquisita ope preparata convivia non illius divitis splendide epule qui nunc inferno crutiatur, sed puto salvo meliori iuditio illas fuisse delitias quas dominus tanto celebrat et extollit miraculo, et illius conditionis extitisse cuius erat prandium quod per abachuc propheta idem dominus misit servo suo danieli in lacu inter leones existenti, quod idem propheta pro messoribus paraverat, pro quibus ut in pluribus legumina, et sepe vel cruda vel male cocta preparantur, quibus post tantas delitias et divitias etiam beata Silvia filium suum gregorium qui postmodum fuit papa sanctissimus in suo monasterio in hac urbe sustentabat. non enim consuevit dominus servos suos delicatis cibis corporaliter reficere.

Cum hiis itaque delitiis et talibus quas sibi venerabilis presbiter paraverat, explens iussum domini sollicite ad locum tetendit, et virum dei per abrupta, per concava vallium, per defossa terrarum quesivit, eumque latentem repperit in specu, cumque oratione facta benedicentes dominum pariter consedissent post dulcia vite eterne colloquia is qui advenerat sanctus presbiter dixit, surge et sumamus cibum quia hodie pasca est cui vir dei scio

quia pasca est, quia videre te merui, longe quippe ab hominibus positus quia pasca esse ignorabat, presbiter (autem) inquit veraciter hodie pascalis dominice resurrectionis est dies, abstinere tibi minime congruit quia et ego ad hoc missus sum ut dona dei percipiamus simul sicque benedicentes deum sumpserunt cibum. Ubi queso circumspicite divine miserationis gratiam que numquam consuevit suos in se sperantes deserere, numquam sue pietatis claudere viscera servis suis. Ecce inquit servus meus fame cruciatur. An non poterat eidem servo tuo deus meus providere de infinitis thesauris tuis, tuus enim est orbis terre et plenitudo eius tue sunt fere silvarum iumenta in montibus et boves? cur et illum servum tuum fame crutiari permictis, et huic pauperculo presbitero prandium quod sibi tam tenue paraverat cum increpatione tollis, tu inquiens tibi delitias preparasti? si tales sunt delitie servorum et amicorum tuorum deus meus, et eorum qui te toto corde querunt et diligunt in vita presenti, quales erunt epule inimicorum tuorum, et eorum qui te oderunt semper in inferno? Si tam durus es deus meus amicis tuis in hoc mundo; qualis eris inimicis tuis in futuro in alio? O miserabile cor nostrum, o durum et saxeum, et ferreum cor nostrum o miserabilis cecitas nostra, o inexplicabilis miseria nostra; quotidie scripturis sanctis admonemur, quotidie sanctorum exemplis provocamur, qootidie manifestis et apertis signis excitamur ut non diligamus mundum neque ea que in mundo sunt, sed dum hac brevi et miserabili fungimur vita, sequamur christum, sequamur vestigia eius. Ipse enim dicit. qui vult venire post me. scilicet. ad celestem et eternam vitam abneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequatur me. scilicet. in presenti. Vult enim nos dum hac vita vivimus ut crucem penitentie deferamus si tandem, si tandem in celo cupimus cum eodem regnare. Sepe quidem considero tremebundus illam domini sententiam qua duobus in emaus euntibus discipulis ait. Nonne sic oportuit christum pati et ita intrare in gloriam suam. Si enim christus qui erat, et est verus filius, qui erat verus heres eterne glorie, cui iure hereditario celestis et eterna gloria debebatur. ait enim in gloriam suam; non in alienam quidem, sed suam et nichilominus ipsum sic et talia pati oportuit ut ipse testatur dum in hac vita viveret, ut suum regnum suum dominium, suam gloriam, suam hereditatem optineret. quid credimus nos miseri, putamus nos aliter optinere eternam vitam quam christus? putamus nos alienam hereditatem optinere sine labore? putamus non compatiendo christo in mundo, regnare cum ipso in celo? erras frater erras inquit Ieronimus, (Ad Eliodorum. Item ad Iulianum exortatoriam de pignoribus. ad Castritianum). Quicunque es si vis et putas te posse et hic gaudere cum seculo temporaliter, et illic regnare cum christo eternaliter. Potest itaque dominus providere servis suis qui etiam sua universum gubernat providentia sed vult eos hic pati temporaliter, quos secum vult regnare eternaliter. Voluit igitur servum suum Benedictum hic fame cruciari cum lazaro mendico, quem postmodum secum voluit in celo conregnare, voluit et sacerdotem ad eumdem mictere cum prandio, existimo non propter corporalem cibum tantum benedicti; sed propter ipsius sacerdotis spiritualem refectionem. unde et post dulcia vite eterne colloquia corporaliter deum benedicentes refecti sunt, quemadmodum qui ad eumdem patrem veniebant. legitur quod cum ei cibos corporis deferrent, ipsi ab eius ore in suo pectore alimenta referebant, et re . . . . . .

. . . .

. . . .

duobus fratribus, uni in cella conmoranti, alteri longius posito revelatio unius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque stratam palliis, atque innumeris coruscam lampadibus, viam, recto oriente tramite ab eius cella usque in celum tenti; audieruntque clara voce hanc viam esse qua dilectus domino celum Benedictus ascendit. Divina siquidem benignitas voluit ut cuius vitam, et merita ac miracula longe lateque fama resperserat, dum adhuc inter mortales habitaret, etiam dum ex hac vita transiret, nota fieret hominibus premia quibus gloriosus deus sanctum suum mirabiliter in celis benedixit. Et quia dum viveret in terris per diversissimam viam penitentie ambulavit, dum ex hac vita migravit, per viam luminis et honoris ascendit in celum gloriosus. Si igitur cupimus consortes esse et participes glorie huius tanti patris, festinemus eum imitari in vita. Festinemus nos conformari eius sanctis moribus, eius sancta monita et precepta omni diligentia qua possumus implere

studeamus; Ut sic quem doctorem vite habuimus in terris exemplo, et doctrina; intercessorem nunc, et tandem consortem habere mereamur in celis; ipso prestante domino nostro yhesu christo. Qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen. Amen. **Explicit.**

EX CODICE XCIII.

Commentaria S. Hieronymi in Sophoniam et Aggaeum.

Pag. 472—Incipit Eusebii Ieronimi sophonia.

« Verbum domini. quod factum. est. ad sopho- « niam filium chusi filii godoliae filii amariae filii « ezechiae in diebus iosiae filii amon regis iuda. » LXX. similiter. Tradunt hebrei cuiusque prophetae pater aut avus ponatur in titulo. ipsos quoque prophetas fuisse. Unde et amos unus de duodecim prophetis qui dixerat non eram propheta nec filius prophetae sed pastor caprarum vellicans siccamina patris nomen in titulo non habere. Hoc si verum. est. sophonias propheta que nunc conamur exponere. qui nomine ut ita dicam prophitico et glorioso maiorum suorum stirpe generatus. est. Habuit patrem chusi. avum godoliam proavum amasiam actavum ezechiam. Nomen sophoniae alii speculam. alii archanum domini transtulerunt. quod utrumque prophetae convenit. Dicitur enim ad ezechiel. Filii hominis. speculatorem te posui domui israel. Et in alio loco. Non faciet dominus quicquam nisi revelaverit disciplinam suam servis suis prophetis. Iste ergo propheta qui erat in specula et in sublimibus constitutus et noverat mysteria domini filius erat chusi. qui interpretatur humilitas. vel ethiops meus. Habebat quoque avum godoliam qui dicitur magnitudo domini et proavum amariam qui et ipse vertitur in sermonem et atavum ezechiam qui sonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini. natus. est. sermo domini. Et de sermone domini. nata. est. magnitudo. Et de magnitudine domini. nata. est. humilitas. Ut cum pervenerit aliquis ad perfectum dicat. quia non sum dignus vocari apostolus. Et illud in psalmis. domine non est. exaltatum cor meum. neque elati sunt oculi mei. et caetera. iosias autem habuit patrem. amon avum manassen. Legimus manasse. post multa scelera et captivitatem. in babilone egisse penitentiam et ad meliora conversum domini misericordiam consecutum. Unde et fidei suae per quam crediderat deo filium vocavit ammon. Siquidem ammon fides interpretatur. Simulque considera quod nequaquam ut supra reges decem tribus ponantur. sed reges tantum iude. Iam enim decem tribus ab assyriis sub rege ezechia patre manasse seducte fuerant in captivitatem.

« Congregans congregabo omnia a facie terrae « dicit dominus. congregans homines et pecora. « congregans volatilia caeli et pisces maris. et ruine « impiorum erunt et disperdam homines a facie « terrae dicit dominus. » Extremum prope regnum duarum tribuum que vocabantur iuda et beniamin sub iosia fuisse nulli dubium. est. illo enim interfecto. filii eius qui postea regnaverunt et nepos non tam regnasse credendi sunt. quam ludibrii habiti egyptio rege et chaldeis. et variis captivitatibus mortibusque cruciati. Quia igitur populus poterat se excusare in regibus malis. datur rex iustus. quo zelante zelum domini. et populo in idolorum cultu nichilominus perseverante iusta irae causa proferatur a domino. Et prophetatur de conversione ierusalem et captivitate iuda et victoria nabuchodonosor. Dixitque dominus per prophetam. Nequaquam tribuam ultra penitentiam sed a facie terre universa consumam non homo. et caetaera remanebunt. Iram quippe domini. etiam bruta sentiunt animalia. et vastatis urbibus hominibusque interfectis. solitudinem et raritatem bestiarum quoque fieri et volatilium pisciumque testis ilircus. est. testis trachia teste iniquo ortus sum solum. ubi preter coelum et terram et crescentes vepres et condensa silvarum cuncta perierunt. Sed et consumatione mundi. haec possumus acciperae.

« Extendam manum meam super iudam et super « habitatores ierusalem. et disperdam de loco hoc « reliquias baal. et nomen edituorum cum sacerdo- « tibus et eos qui adorant super tectam militiam

« caeli. et adorant et iurant in domino. et iurant in « melchom. et qnia vertuntur de post tergum domi- « ni et qui(a) non quesierunt dominum nec investi- « gaverunt eum. » Post impiorum ruinas et iniquorum oblationes a faciae terrae consequenter adversus iudam et ierusalem ex persona domini dicitur. Extendam manum meam super iudam et super habitatores ierusalem. Extensio quippe manus. gestum percutientis ostendit. Et disperdam de loco hoc reliquias baal. Non quo secundum quod al XX nomina baal imponitur eradenda sint. sed quo cultores eius e populo qui pauci de caede hostium remanserant in iuda et in ierusalem se comminetur auferre. Nomine quoque edituorum cum sacerdotibus. Qui in tantam iuda et beniamin venerunt impietatem ut in templo dei idola et dominum pariter venerati sint. Unde signantur idolorum sacerdotes. sed edituos appellat. Ergo et sacerdotes quondam dei et eos qui in domatibus adorabant militiam coeli solem et lunam et astra reliqua. et qui iurabant in nomine domini et in nomine idoli ammanitarum melcho quod al XX in regem versum. est. auferet dominus de loco ierusalem.

« Silete a faciae domini dei. quia iuxta. est. dies « domini quia preparavit dominus hostiam san- « ctificavit vocatos suos. » LXX. similis. Et. est. sensus. Venit contra impium populum olim predicta captivitas. iam prope. est. Sub iosia enim rege prophetia texitur. Hoc interfecto. vastitas venit. Haec mihi victima placet. has mihi ostias sanctificavi. Potest autem hoc quod ait sanctificavit vocatos suos et de babilloniis accipi quos in ultionem populi etiam servos suos vocat.

« Et erit in die hostiae domini visitabo super « principes et super filios regis. et super omnes « qui induti sunt veste peregrina et visitabo super « omnes qui arroganter ingreditur super limen in « die illa qui complent domum domini dei sui. ini- « quitate et dolo. » In die iudaice captivitatis quando totus populus immolandus. est. visitabit dominus et super principes qui mane bibebant sicera. et super filios regis vel omnes de stirpe regia vel certe proprie filios iosiae quos vel occisos vel captos legimus. Et super omnes qui arroganter ingrediuntur super limen in die illa. Hoc. est. adversum superbos qui quondam fastu et dignitatis supercilio. gradus templi et sanctuarii limen ascendunt. Porro quia in eo ubi nos interpretati sumus. qui arroganter ingrediuntur super limen. potest intellegi secundum hebreicum qui transiliunt limen. Et hoc istorice sentiendum. est. Vindicabo super eos qui iuxta regnorum primum librum non calcant limen idolorum superstitionibus servientes. qui replèveruut templum domini dei sui. non solum idolorum cultu. sed iniquitate et scelere. et omni mendacio. ut ad errorem religionis iniquitas quoque in subiectos et ad proximos mendacium iungeretur. Haec de iudaeis in die passionis domini conveniunt.

« Et erit in die illa dicit dominus vox clamoris « a porta piscium. et ululatus a secunda. et con- « tritio magna a collibus. In die ostie domini et « cetera. vox clamoris a porta pisciumet reliqua. » Portam piscium eam vocabant que diospilini ducit. et ioppen et vicinior mari erat inter cunctas vias ierusalem. de qua et ezras refert. Portam vero piscium edificaverunt filii asnaa. ipsi texerunt eam et statuerunt valvas. et seras. et vectes. Quod autem ait et ululatus a secunda secundi muri. in eodem dimate portam significat. ut in regum libro deoldam. Haec inquit habitabat ierusalem secunda. contritionem autem magnam collibus. de monte syon et excelsiore urbis parte loquitur. quia cum altiora. et arx civitatis fuerit occupata facilior in prona descensus. Sed et sub tito et vespasiano. haec possunt intellegi. Necnon et hoc intellegendum. quia addaim. manifeste in hebreo non portam conpungentium ut LXX. traustulerunt. sed portam piscium sonat.

« Ululate habitatores pilae. conticuit omnis po- « pulus chanaan. » In LXX qui habitatis concisa. Pila quae hebreice dicitur machther non per brevem syllabam primam legenda. est. sed per productam ut de pila sciamus dici. in qua frumenta tunduntur vas concavum et medicorum aptum usui. Quia semel descriptionem capte urbis. et dicitur vox clamoris a porta piscium et reliqua. nunc idem descriptionis ordo servatur et de ululatu dicitur eorum qui habitabant in valle silvae. Et pulchre scriptura non dixit qui abitatis in valle qui habitatis in gurgustio. sed qui abitatis in pila quod scilicet quomodo frumenta feriente desuper vecte tunduntur. ita de porta piscium. et de porta saecunda et de colle proruens in vos decurret exercitus.

Populum autem chanaan appellavit populum iudeorum iuxta illud quod legimus in danihel. semen chanaan et non iuda. Et ad ierusalem. pater tuus amorreus et mater tua cethea. Et in alio loco. Chanaan in manu tua statera dolosa. Disperierunt omnes involuti argento. Qui sibi inquit in divitiis confidebant et tantas habebant opes. ut se quasi involutos et septos suis divitiis estimarent.

« Et erit in tempore illo scrutabor ierusalem in « lucernis et visitabo super viros defixos in fecibus « suis qui dicunt in cordibus suis non faciet bene « dominus et non faciet male. » In tempore et in die captivitatis ierusalem vel ab alienis vel a romanis. Quia dereliquit legem domini et impie egit in dominum creatorem suum scrutabitur dominus cum lucerna omnia abscondita ierusalem et nullum inultum patietur effugere. Legamus iosephi historiam et ibi repperiemus scriptum. de cloacis quoque. et de speluncis et antris. et sepulchris. extractos principes et reges. et potentes et sacerdotes qui se in eis metu mortis absconderant. Et visitabo inquit super eos qui confidunt in corporibus et in viribus suis. quas ΔΙΑCΙΡΡΗΩC feces vocat sive peccata in quibus penitus fuere defixi. qui tollentes providentiam nec boni nec mali dominum auctorem esse dixerunt hoc. est. quod nec bonis bona redderet nec malis mala sed quod fortune cuncta regerentur arbitrio et casu ferentur incerto.

« Et erit fortitudo eorum in direptionem. et do- « mus eorum in desertum. Et edificabunt domos. « et non habitabunt. et plantabunt vineas. et non « bibent vinum earum. Iuxta. est. dies domini « magnus. iuxta et velox nimis. » Manifestum est quod iuxta utramque captivitatem omnis eorum sit cesus exercitus et domus dirutae et caetera.

« Vox diei domini amara. tribulabitur ibi etiam « fortis. Dies ire dies illa. dies tribulationis et an- « gustiae. dies calamitatis et miseriae. dies tene- « brarum et caliginis. dies nebulae et turbinis. dies « tube et clangoris super civitates munitas et super « angulos excelsos. » Iuxta superiora. vel de babyloniae. captivitatae accipe. vel de extrema quam passi sunt a romanis. super quam et dominus flevit ierusalem dicens. ierusalem ierusalem. et reliqua. In qua non imbecillus. quilibet. sed viri fortissimi deprimentur. Quod necesse. est. nunc describerae. quantas in utraque. captivitatae sustinerint calamitates? et quomodo qui lucem domini respuerunt. in tenebris et caligine versati sunt? et qui noluerunt sollemnium dierum tubas. audierint clangorem bellantium. De civitatibus autem et excelsis. angulis iudaeae. quod ad solum usque sint dirupti? oculorum magis puto esse indicium quam aurium. Nobis presertim qui nunc in ista sumus provincia licet viderae licet probare que scripta sunt. Caeterum haec eadem et de ultimo iudicio. possumus intellegere.

« Et tribulabo homines et ambulabunt ut caeci « quia domino peccaverunt. Et effundetur sanguis « eorum sicut humus et corpora eorum sicut ster- « cora. Sed et argentum eorum et aurum eorum. « non poterit liberare eos in die irae furoris domi- « ni. in igne zeli eius devorabitur omnis terra. « quia consumationem cum festinatione faciet cun- « ctis habitantibus terram. » LXX. similiter. Non. est difficile iuxta priorem sensum haec fuisse perpessam dicere ierusalem quando propter magnitudinem pressurae ambulaverunt. ut ceci quid agerent ignorantes. Et hoc passi sunt. quia domino hoc. est. dei filio peccaverunt. Nam quia fuderunt sangninem prophetarum et sanguinem christi. fusus. est. sanguis eorum. Divites quoque. eorum. quia argentum et aurum in iniquitate nimia congregarunt opibus. suis. de die irae domini non potuerunt. liberari. Nec grande fuit tempus in medio. Nam post. XL. duos annos obsessa. est. Haec et de die iudicii.

« Convenitae congregamini gens non amabilis. « prius quam pariat visio quasi pulverem transeun- « tem diem ante quam veniat super vos ira furoris « domini. » Post descriptionem malorum que in diae ventura sunt domini. secundum captivitatis expositionem quam supra diximus. populus ad poenitentiam. provocatur et dicitur ei. Convenite et congregamini. sive ut LXX transtulerunt colligamini. idest estote vobis iuxta apostolum caritatis vinculo copulati. Gens non amabilis. quae amorae dei. indigna es. antequam quod prophetatum. est. antequam preceptum sequatur effectus. quod ita facile veniet quasi pulvis pertransiens. antequam super vos furor domini compleatur. Simulque. dei cerne clementiam. Suffecerat prudentibus malorum venientium impetum descripsisse. Verum quia non vult inferrae supplicia. sed tantum. terrae passu-

ros. ipse ad penitentiam. provocat. ne faciat quod comminatus. est. Haec de vocatione. credentium in unitate aecclesiae ante iudicii tempus dicta conveniunt.

« Querite dominum nostrum omnes mansueti « terrae. qui iudicium eius estis operati. Queritae « iustum. quaeritae mansuetum. si quo modo ab- « scondamini in die furoris domini. quia gaza de- « structa erit. et ascalon in desertum. azotum in « meridie eicient et acaron eradicabitur. » Humilis terrae ut LXX transtulerunt. appellatur qui non humilitate quae virtutem sonat. sed peccatis humiliatus. est. Caeterum iuxta hebreicum alter sensus. est. Dicitur enim ad sanctos. O vos qui mea precepta fecistis. qui in terra positi. et scientes quoniam omnis qui se humiliat exaltabitur imitati estis mansuetudinem meam. et iudicium estis operati. querite dominum in mansuetudine vestra. Et si vultis scire quis iste sit dominus. quaerite iustum. quaerite mansuetum. Et qui mansueti estis. propterea mansuetum quaerite ut quicquid in vestra mansuetudine minus. est. ab eo qui fons. est. mansuetudinis impleatur. Hoc autem dico vobis si quo modo abscondamini in die furoris domini. Hoc. est. si forte po(s)sitis ex eo quod quaesi(s)tis dominum. et iustitiam estis operati iram diei vitare venientis. et effugere captivitatem. quae vel a nabuchodonosor vel a romanis inferenda est. populo iudeorum. Si autem de his dubitat. qui eius iudicia facere dicens. si quo modo abscondamini in die furoris domini. quid fiet de peccatoribus? Tanta enim vastitas iudaeae terrae veniet. et tam sublimis et victor adhuc ascendet de babylonius. ut aetiam potentissimas urbes phylistinorum quae semper vobis aequo certaminae. restiterunt. eadem captivitas apprehendat. Gaza enim destructa erit et ascalon in solitudine redigetur. et azotum non fortuitu. sed bello. idest manifesta luce atque victoria in captivitatem trahent. Accaron quae interpretatur eradicatio sustinebit quod in suo vocabulo sonat. idest eradicabitur. Hoc iuxta litteram.

« Ve qui habitas funiculum maris gens perdi- « torum. verbum domini super vos chanaan terra « phylistinorum. et disperdam te ita ut non sit ha- « bitator et erit funiculus. maris requies pasto- « rum. et aulae pecorum. Et erit funiculus eius « qui remanserit de domo iuda ubi pascentur in « domibus ascalonis. ad vesperam requiescent. quia « visitabit eos dominus deus eorum. et avertet ca- « ptivitatem eorum. » Quattuor magnis palestine. urbibus nominatis. nunc ad ipsam generaliter provinciam sermo dei est. et predicit ei. ve a babylonio veniente. Quod et ipsi qui iuxta marae habitant pereant atque tollantur. Quod autem terra palestinorum terra sit chanaan nulli dubium. est. Et disperdam te inquid ita ut nullus sit habitator. Et in tantam venies vastitatem que letaberis in eversione iudaeae ut omnes tuae urbes munitissime in ovili sint requieve pastorum. Et postquam dominus visitaverit populum suum. et fecerit eos regredi sub zorobabel et iesu. et aedificaverint templum et extruxerint ierusalem. tu ita inculta eris. et sic vepribus urticisque operieris. ut pastores de reliquiis iudeorum in ascalone post meridiem requiescant. et in urbe quondam nobili greges suos faciant accubare. Et hoc fiet. quia dominus visitabit plebem suam. et avertet captivitatem eius. Quod factum nec ne sit. deus viderit. Neque enim nunc nobis propositum. est. historiae texere veritatem. sed ea intimare nostris quae accepimus ab hebreis. Ubi nos transtulimus gens perditorum. LXX. dixerunt advene. cretensium. Et quia hebreice scriptum. est. *goi. choretim* pro goi. hoc. est. gentes. legerunt *gar*. idest advenam. et pro *choretim* quod dicitur perditorum nomen cretae insule putaverunt.

« Audivi obprobrium moab. et blasphemiam fi- « liorum ammon que exprobraverunt populo meo « et magnificati sunt super terminos eorum. Pro- « pterea vivo ego dicit dominus deus israel quia « moab ut sodoma erit et filii ammon quasi go- « morra. siccitas spinarum et acervi salis et deser- « tum usque in eternum. Reliquie populi mei diri- « pient illos residui gentis meae possidebunt eos. « hoc eis veniet pro superbia sua. quia blasphema- « verunt et magnificati sunt. super populum domi- « ni exercituum. Horribilis dominus super eos. et « attenuabit omnes deos terrae. et adorabunt eum « viri de loco suo. omnes insule gentium. » Esaias. ieremias. ezechiel post visionem iudaeae adversum caeteras nationes quae in circuitu eius sunt vertunt vaticinium ut iuxta idiomata singularum. quae eis ventura sint nuntient. Atque in descriptione earum diutius immorantur. Quod nunc propheta sophonias quamquam breviter eodem tamen ordine facit

eo quod prebentes auxilia nabuchodonosor vastaverunt iudeam templumque subverterint. Sed qui insultaverunt populo dei. postea a chaldeis. et nabuchodonosor oppressi sunt. Igitur antequam veniat captivitas sub iosia adhuc rege dirigitur adversum insultantes prophetia. Audivi inquit obprobrium moab. quae nunc areopolis dicitur. et blasphaemias filiorum ammon que et ipsa urbs arabiae. secunda post hostiam philadelfia dicitur. in quibus blasphemaverunt populo meo. et eiectis iudeis dilataverunt in terra eorum fines suos. in terra quia blasphemaverunt me. et exprobaverunt populo meo. ipse patior iniuriam. Faciam ut sit moab quasi sodoma et gomorra. Legamus huiuscemodi visiones esaiae. et ieremiae. et eadem que nunc hic legimus repperiemus. Siccitas spinarum. et acervi salis et desertum usque. in eternum. Pro quo nescio quid sibi volentes LXX damascum evulsam. et derelictam interpretati sunt. Ni fallor verbi ambiguitatae decepti. Siccitas enim quod hebraice dicitur *mamasac*. excepta prima littera mem si mutetur et daleth accipias. easdem litteras reliquas habet quas et damascum et potest legi pro superiori verbo *damasec*. Queritur autem quomodo istae urbes hoc. est. moab et filii ammon redactae sunt in sodomam et gomorram. quasi spinarum ariditas et acervi salis usque. in eternum non edificentur. Et quod quidem vastatae sint quasi sodoma et gomorra exponendi nulla. est. difficultas. Verum hoc quod sequitur. deserte erunt usque in eternum. aut destructionem regni eorum interpretabimur. quia postea subversae a chaldaeis perdiderint regnum suum. et deinceps vel antiochis vel a ptolomeis tentae. novissime romano imperio colla summiserint aut certae yperbolice dici accipiendum. est. Lolam quippe et eternitatem sonat et seculum. Ex quo pro uno seculo et pro aliquanto tempore. et una etatae accipi potest. Et attenuabit omnia idola eorum. et qui prius tenebantur errore. et deum per beneficia non sentiebant. malorum necessitatae persciant idola nichil prode. est. Et adorent eum unusquisque de loco suo omnes insule gentium. Haec hereticis qui aecclesiae simplicitatem blasphaemant. Et propter similem perfidiam sodome et gomorrae comparantur. et sali infatuato et terminos doctrine sue in aecclesias dilatant. Qui tamen perditis omnibus diis et falsis dogmatibus suis. que de corde suo finxerunt a relinquiis populi dei. idest a v(i)ris aecclesiasticis possidentur.

« Sed et vos ethiopes interfecti gladio meo eritis. « et extendet manum suam. super aquilonem. et « perdet assur. et ponet speciosam in solitudinem « et in invium et quasi desertum. et accubabunt « in medio eius greges. omnes bestiae gentium et « onocrotalus. et ericius in liminibus eius. mora- « buntur. Vox clamantis. in fenestra corvus in su- « perliminari. quoniam attenuabo robur eius. Hec « est. civitas gloriosa habitans in confidentia que « dicebat in corde suo. Ego sum et extra me non. « est. alia amplius. Quomodo facta. est. in deser- « tum cubile bestiae. omnis qui pertransit per eam « sibilabit. movebit manum suam. » Iudei hoc omne capitulum et duo superiora contra phylistiim et moab et filios ammon ad adventum christi referunt quem putant in consummationem mundi esse venturum qui extruat ierusalem. et populum suum liberet de manu gentium a quibus tenentur. Et hoc sonare quod dicitur. Et adorabunt eum omnes viri de loco suo omnes insule gentium. Non solum autem superiores gentes. sed etthyopes quoque. et assyrios et ninevem urbem assyriorum eo tempore ponendam in solitudinem et cubaturas in ea. omnes bestias gentium. Ex quo significari putant devinctis nationibus quae eversure sunt nineven. Et quia nineven speciosa interpretatur in presenti loco speciosa refferunt ad babyllonem. et omne quod sequitur cuius in esaia eadem solitudo predicitur. Et contrario alii affirmant manifeste de assyrio dici de quo iam precesserit. Et extendet manu suam super aquilonem et perdet assur. et ponet nineven in solitudinem. Post assyrios enim magis nineven intellege quam babylonem que civitas chaldeorum. est. Quod autem ait onocrotalum et caetera. solitudinis esse indicia et onocrotalorum duo genera aliud aquatile et aliud solitudinis. Et quod ait vox cantantis in fenestra vel demones intellegi vel variarum voces volucrum que solent in desertis urbibus commora ri. Et post eversionem quasi insultant ruine eius sermo propheticus loquitur. Hec. est. civitas gloriosa et caetera. iuxta hoc autem quod supra diximus aut vere in deserta urbe habitabunt bestiae. aut certe sub bestiarum figura multarum nationum varietas indicatur. Quod si quispiam quesierit quomodo iuxta ystoriam ad tempora na-

buchodonosor haec prophetia referatur ethiopibus etiam nunccupatis et assiriis medi et perse nichil fecerint. Legat istorias assirios quoque. etthiopas medis fuis(se) subiectos et cabissis regnum. et cyri potentiam et omnia que deinceps sunt secuta. Haec et de vocatione gentium.

«Ve prevaricatrix et redempta civitas. et co-«lumba non audivit vocem. Usque corruperunt « omnes cogitationes suas». Multi putant propter consequentiam sermonis dici adversus nineven de qua supra et perdet assyrium et ponet nineven in solitudinem sed numquam scripturam ninevem colunbam vocaret licet in ieremia a facie gladii colunbe de nabuchodonosor quidam dictum putent. Sed sciendum quod alii e contrario asserunt pro culumba ibi intellegi posse greciam. Ut sit sensus. A facie gladii iona idest a facie gladii greciae. Iona enim tam colunbam quam greciam significat. Unde et usque hodie greci iones et mare appellatur ionum. et apud ebreos permanet eorum vetus vocabulum. Omnis itaque contra ierusalem sermo est. Ve civitas quondam colunba semper peccans et captivitatibus tradita. et rursum redempta a domino. Ve civitas prevaricatrix. Quod significanter hebreice dicitur *mara*. Quod possumus dicere deum amarum faciens idest vitio tuo dulcem dominum atque clementem vertens in amaritudinem. Non audivit preceptum domini et correpta noluit suscipere disciplinam. Principes eius quasi leones semper versantur in predis et ad effundendum sanguinem subiectorum. Iudices eius rapaces non dimittentes aliis quod possint raperae. Prophetae eius insanientes. sive stupentes quod hebreice dicitur *foezim*. loquebatur quasi ex ore domini. et omnia contra dominum predicabant. Sacerdotes in loco sanctuarii. commisere sacrilegium. et cum contra legem facerent. ex lege. victimas offerebant. Propterea quia illi egerunt iniuste. dominus iustus non faciet iniquitatem. sed restituet urbi pessime quae meretur. Mane mane idest manifeste. et absque aliqua ambiguitate faciet de ea iudicium. nec erit quod ab eo possit abscondi. Et hoc faciet dominus. ut corrupta civitas convertatur ad melius. Sed iniquus israel non cognovit confusionem suam. Nec intellexit idcirco sibi illatas plagas. ut ageret penitentiam. Vindicavi te inquid postea de gentibus. et destruxit imperia eorum. ut qui per plagas me(as) non senseras. saltem beneficia cognosceres. Vel certe sic intellegendum. Disperdidi omnes civitates tuas o iuda. et omnes subiectos tibi pagos. et tribus et diversa confinia. Et tanta hominum vastitas fuit. ut non aesset qui habitaret in urbibus tuis. Et postquam hec feci misi prophetas meos consurgens diluculo. et ad penitentiam provocans. Dixique feci tibi quidem o ierusalem. sed feci ut timeres me. et susciperes disciplinam. et non perisset habitaculum tuum hoc est templum propter omnia scelera quae gesseras. At e contrario habitatores meos ad penitentiam provocante. quasi de industria et contentione diluculo surrexerunt. Ut fest(in)atione qua ad me redire debuerant. conpleret omnes cogitationes suas et operae demonstrarent quod mente deceperant. «Quapropter expecta « me dicit dominus. in diae resurrectionis meae « in futurum. Usque humero uno.» Hec iudei interpretantur in adventu christi. quem sperant esse venturum. Et dicunt universis gentibus congregatis. et effuso super eos furore domini in igne zeli eius terram devorandam et sicut ante edificationem turris fuit quando una lingua omnes populi loquebantur. ita conversis omnibus ad cultum viris locuturos hebreice. et toto orbe domino servituros. Nos autem quando iudeicas fabulas sequimur possumus hunc locum et de primo christi adventu exponere quando omni errore sublato. demonibusque calcatis et terrenis operibus destructis. Apostoli universis linguis locuti sunt et veteri errore sublato unum confessionis redditum. est. labium. Sed et reges qui destruuntur et divino consumuntur ardore perversorum dogmatum principis sentiendi sint.

« Ultra flumina ethiopiae inde suplices mei. filii « dispersorum meorum deferent munus mihi in die « illa non confunderis super cunctis adinventioni-« bus tuis quibus prevaricata es in me. Quia tunc « auferam de medio tui magniloquos superbiae « tuae. Non adicies exaltari amplius in monte san-« cto meo. Et derelinquam in medio tui populum « pauperem et egenum et sperabunt in nomine do-« mini reliquie israhel. non facient iniquitatem nec « loquentur mendacium. et non invenietur in ore « eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur et « accubabunt et non erit qui exterreat. » Cum reddiderit dominus credentium populis labium electum

et invocaverint omnes nomen ihesu et portaverint iugum eius. tunc etiam ultra flumina ethiopiae unde venit regina saba audire sapientiam salomonis. deferens victimas domino. ethiopia preveniet manus eius deo. Veroque legifero qui decem plagis percussit egyptum. nubet etthiopissa invidente sinagoga iudeorum. Quod autem ait iuxta hebreicum inde supplices mei filii dispersorum meorum deferent munus mihi huiusmodi. est. O israel o sinagoga quondam filia quod in toto orbe dispersi licet invidia. licet et emulatione crucieris tamen de etthiopia mihi victimae deferentur. idest de gentili populo. In die illo idest quando gentium crediderit multitudo etiam tu non paenitus confunderis super cunctis erroribus tuis quibus prevaricata es in me. elegendo barrabban et dei filium crucifigendo. Tunc auferam de medio tui scribas et magniloquos superbie tue et nequaquam in monte sancto meo iactabis sed habebis populum pauperem idest homines illitteratos et piscatores qui sperabunt in nomine domini reliquiae israel. Non multitudo que clamavit crucifige crucifige et caetera. et non erit qui exterreat vincente fide credentium persecutorum superbiam. Hoc de primo adventu christi intellectum sit quod iudei in fine sibi promittunt et sperant se habituros in ierusalem et in more pecorum corporalibus donis iudeae opibusque complendos et pascendos erbis virentibus et deletis cunctis gentibus sibique subiectis nullum posse residere qui eos exterreat.

« Lauda filia sion iubila ierusalem. Usque non « habeas super eis obprobrium. » Iudaei cum christo quem putant esse venturum haec sibi omnia repromittunt que nos qui christum suscepimus iam cum ipso sumus omnia consecuti. laudare iubetur aecclesia. Abstulit enim in fine et in consumatione mundi iudicium eius. Nequaquam enim iudicans atque corripiens sed salvans. avertit inimicos eius demonum turbas. Nequam tua opera dissolventur nec facies quod te fecisse lugebis. Silebit dominus peccata tua in caritate qua te dilexit et exultabit super te in laude. vel quod laudabilis sis vel quod eum tuis laudibus canas. Nugas qui a te recesserant congregabo hoc. est. hi qui per vitia atque peccata de tuo sinu fugerant et facti erant sub demonum potestate. redintegrato statu omnium venient ad te et nequaquam ultra super perditis filiis tuis patieris obprobria. Idque diximus nugas. sciamus in hebreo ipsum latinum esse sermonem. Et propterea a nobis ita translatum est. ut in hebreo erat positum ut nosse possemus linguam hebreicam omnium linguarum esse matricem.

« Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te « in tempore illo et salvabo claudicantem. Usque « coram oculis vestris dicit dominus. » Et hoc sinagoga que non claudicat sed utroque pede truncata. est. pollicetur sibi in adventu christi sui quem sperat esse venturum. Et putat omnes gentes interficiendas a domino qui afflixerint israel et salvandam synagogam. Et hoc fieri eo tempore quando captivitas reducta fuerit ierusalem. et extructum templum et reliquiis cerimoniarum ordo servatus. Haec tibi repromittit et propterea non agit penitentiam. Et dum sperat incerta. perdit certam salutem. Nos autem quia spes nostra. est. et iudeorum cassa sunt vota. secundum superiorem intellegentiam texamus presens extremum capitulum. FINIT SOPHONIE TRACTATUS.

Pag. 481 — INCIPIT PRAEPHATIO IN AGGAEUM PROPHETAM.

Hieremias propheta ob causam periurii sedechiae regis ut hystoria libri secundi paralipomenon indicat. qui fidem promissam nabuchodonosor regi chaldeorum non servaverat. populum israel refert cum memorato rege hierusalem expugnata captivum in babylloniam fuisse perductum. sed cum memoratus populus multis temporibus ydolis serviendo aetiam effusione sanguinis innocentium se graviter impiasset. volens deus generationem universam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire. septuaginta annorum captivitatem eundem populum in regno chaldeorum statuit sustinere. Hac ratione. ut completo numero annorum. novus populus a memoratis peccatis ad renovationem ierusalem perveniret. Sexagesimo itaque secundo anno regno chaldeorum subverso. cui adhuc octo anni ad regnandum restabant. quod etiam sexta visio danihelis ostendit. propter causam sacrilegii. quae in eadem visione continetur fuisse extinctum. Darius qui medis imperabat. ut septima visio danihelis ostendit memoratorum regno successit. Cuius primo anno regni ut decima

visio manifestat. danihel supputatis annis videns appropinquare tempus reversionis quae per hieremiam fuerat promissa. orans tam pro se quam pro populo eandem promissionem a domino postulabat impleri. cui per gabrihelem angelum in eadem visione iuxta preces eiusdem universa esse completa deus edixit. Nam moriente supradicto rege medorum. et succedente in regno cyro rege persarum. (promissione dei completa. per eumdem regem populum israel ierusalem reductum ystoria secundi libri paralipomenon et initium esdre prophete confirmant. Cumque a populo israel et a senioribus templum dei edificari cepisset. mortuo cyro rege ac regnante dario qui eidem cyro successerat) vicinae gentes civitatis ierusalem. ut idem iezra (esdra) refert et restauratione templi et civitatis resistendo impedire coeperunt. Qua ratione deterritus populus israel reparationem supradicti templi dei. necdum iuxta promissionem concessa(m) esse credebant. Propter quod in secundo anno regni memorati darii regis persarum. aggeus prophaeta a deo missus. Zorobabel de tribu iuda qui potestatem regni suscepturus erat. et ihesum filium iosedech summum sacerdotem ammonet ut credant completo numero annorum. tempus restaurationis ierusalem advenisse. Hac etiam auditione (ne) incredulitatem populi vellent imitari. de quo deus per eum direxerit. Populus hic dicit. Nondum venit tempus ut haedificetur domus dei. Omnia autem que textu huius prophetiae continentur. reversionem populi. aedificationem templi. renovationem civitatis. observantiam sacerdotalem. et interitum regnorum gentium exterarum significant. FINIT PREPHATIO.

INCIPIT TRACTATUS EIUSDEM.

« In anno secundo darii filii histaspis regis per« sarum in mense sexto. in una mensis. factus est « sermo domini in manu aggei prophetae. » Quia iam altare aedificatum fuerat. et adversum repugnantes hostes templum voluerant extruere. nec extruxerant in uno die mensis sexti. factum est verbum domini in manu aggei prophetae. Ut deserens populus secundum annum darii regis. qui ab unione dividit. et sextum mensem qui preterierat et qui est labori deputatus. ad unionem reverteretur. Fit autem verbum domini in manu aggei. qui bona agebat opera. et in eius factis poterat dei sermo requiescere. Et quia aggeus interpretatur sollempnitas. omnis qui potest festa caelebrare non in fermento veteri malitiae sed in azimis sinceritatis potest dei recipere sermonem. « A(d) zorobabel fi« lium sa(la)thiael ducem iuda et adversum filium « iosedech sacerdotem magnum. » Legimus in paralipomenon iechoniae. qui in babyllonem ductus est. filium fuisse salathiel. de quo ortus est zorobabel. Hic zorobabel typus est salvatoris. qui vere destructum aedificat templum idest. aecclesiam. et reduxit populum de captivitate. Porro ortus est in babyllonem saecundum hystoriam vere de zorobabel dicitur qui(a) ibi natus est. sed et iuxta altiorem intellegentiam dominum nostrum ihesum sonat. quod ipse quoque natus sit in confusione huius saeculi. Quod autem dixi interpretari zorobabel principem de babyllone. non quo vere princeps interpretatur. Hoc dixi siquidem. quia apud ebreos ex tribus integris nomen eius traditur esse compositum. zo. iste. rob. magister. sive maior babel. proprie babyllonium sonat. Et efficitur nomen babel. iste magister de babillone. Sed ad compendium intellegentiae. pro supra dictis minuti(i)s principem volui interpretari de babillone. sive in babilone.

« Haec dicit dominus exercituum dicens. Popu« lus iste dicit. Nondum venit tempus domus do« mini aedificandae. » Diligenter adtende quod non zorobabel nec ihesus dicant. nondum venit et reliqua. sed populus qui adhuc sub rege dario constitutus. necdum iugum servitutis excusserat. Qui autem semel decrevit instaurare templum dei. omne ei tempus aptum est ad aedificandum. neque a rege diabolo. et ab hostibus potest impediri.

« Et factum est verbum domini in manu aggei « prophetae dicens. Numquid vobis tempus est ut « habitetis in domibus laqueatis. et domus ista de« serta? » In eadem die qua supra rursum videtur haec visio et proficientibus prophetiae operibus et prophetae quoque dona succrescunt ut habito paulisper silentio. ad id quod dixerat populus. Nondum venit tempus domus domini aedificandae. profertur a domino quasi cogitata responsio. Et ad eos dicitur. Ergo ne tempus est ut vos habitetis in domibus laqueatis. id. est ornatis atque compositis. et que non tam ad usum sint. quam ad delicias. et

habitaculum meum in quo fuerunt sancta sanctorum. et cherubin et mensa propositionis. pluviis rigabitur. squalebit solitudine. sole torquebitur (torrebitur). « Et nunc haec dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. » Non sit aliud loquentis tempus. et aliud facientis. Precepta mea statim in opus vertite. Dominus enim est omnipotens qui precipit. et uti(que) non leve est dei omnipotentis (preceptum). Habuistis huc usque corda vestra vitiis servientia. sine ordine. sine preceptore. quocumque trahebant desideria pergentes. Nunc autem dominus vobis precipit. ut ordinetis in se caritatem. et ponatis corda vestra super vias vestras. et nihil absque iudicio et consideratione faciatis. Sed semper ante pedes vestros legalis lucerna precedat. et dicatis lucerna pedibus meis lex tua. et lux semitis meis. Vel certe ita quia dicitis est tempus aedificandae domus domini. et habitatis in habitaculis quae sunt in ima demersa. Domus autem mea deserta. est. Considerate iubente me domino. et vos in memoriam redigente que feceritis. et que passi sitis. « Seminastis multum et intulistis parum. commedistis et non estis saturati. bibistis. et non estis inebriati. Usque « misit eas in sacculum pertusum. » Omnis labor vester quia aedificatis domos vestras. et neglegitis domum dei. non habuit eventum. Seminastis enim plura et multo minus quam satum fuerat congregastis. Nec potestis dicere ideo famem sequutam. quod in exercenda terra agricola cessaverit. Comedistis quoque ne forsitan et vobis quispiam diceret voluntarium fuisse ieiunium. Et non estis saturati quia parvos fructus congregavistis in horrea. Vinum bibistis e vineis. sed non tantum ut letaretur cor vestrum. et diceretis de vobis et vinum exyllarat cor hominis. Habuistis pallium. sed quod frigus non repelleret. (et) servaret calorem. quicumque etiam vestrum. sivae negotiationem. sive mercennaria manu mercedes congregavit. frustra labor sine pretio laboris impensus est. Omnes enim velut si quis in pertusum factum mittat. pecuniae defluxerunt. Si quando autem videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla quae iuxta sunt. non est tam iniustus deus ut propter multa mala paucorum obliviscatur bonorum. sed faciet eum illa tantum metere. quae in bona terra seminavit. et in sua horrea congregare. Qui autem paenitus apostates. est. iste omnino non commedet sed fame peribit.

« Haec dicit dominus exercituum. Ponite corda « vestra super vias vestras. Ascendite in montem « (portate lignum et edificate domum et accepta« bilis mihi erit et gloriabor dicit dominus). » LXX. similiter. Rursum vobis ego dominus precipio. qui et prius iusseram ut ponatis corda vestra super vias vestras. et consideretis cuncta quae egeritis. et relinquentes studium domorum vestrarum humilium ascendatis in montem ubi non sunt ligna que comburantur sed quae ad opera domus meae proficiant. et ut hoc faciatis attentius. michi scitote placitum esse quod facitis. Aiunt haebrei sola tantum ad contignandum ligna fuisse necessaria. stantibus muris templi post incendium. « Respexisti « ad amplius. et ecce factus est minus et intulistis « in domum. et exsufflavi illud » ut abiecta mora et omni ambiguitate deposita studiosius aedificet domum meam. Dico et aliud quod vobis acciderit qui distulistis aedificare domum meam. non ut supra séminastis multum. et quia sementem terra non reddidit intulistis parum. sed cum iam canderent segetes. et messium tempus instaret. et frumenta vos tenere putatis in manibus. vacuistis vacuos culmos. et inanes stipulas sine spicarum frugibus congregastis. Plenae erant areae. spes in oculis. luctus in manibus. sed hoc quoque ipsum quamvis de multa segete et infinitis fuerat acervis electum. intulistis in domum et mea virtute dispersum est. Exsufflavi enim illud et redegi ad nichilum. Et quia frumentum emortuum erat. et vacui folliculi. quae utilia aesui sunt. idest farinam et similam non habebant. Potest autem hoc quod dixit intulistis in domum et exsufflavi illud et de donariis accipi. quae offerebant in altari. et deus exsufflaverit eam. Sed quia dixit intulistis in domum si ea quae illata sunt donaria intellegimus utique in templo oblata dicemus. Et non nobis congruet. quia eo tempore domus dei adhuc aedificata non fuerat. « Propter « hoc super vos prohibiti sunt caeli ne darent ro« rem et terra continuit germen suum. dicit do« minus. » Non solum inquit caeli pluviam non dederunt. quibus irrigata humus fruges parit. sed ne rorem quidem matutinum atque nocturnum. ut arentes agri saltim humore modico temperentur. Terra quoque devoravit agricolis non redditura

sementem. Et quae solet sponte gingere. avaro sinu tenuit. Neque sine christi rore potest ulla anima afferre frumenta.

« Et vocavi siccitatem super terram. et super « montes. » Pro siccitate. LXX. MAKAIPAN. idest gladium transtulerunt. sed in hebreico tribus litteris scriptum repperi. *ethresbeth*. Quod si *hebrem* legimus gladium sonat. si bereh KAIKΩNA. quod nos transtulimus siccitatem. licet melius inurentem ventum trasferri possit. Et re vera quoniam sermo de terra est. et de agrorum fertilitate magis michi videtur ventus urens in presenti loco intellegere debere quam gladius. licet omnis plaga quae propter peccata hominibus inferatur. possit pro gladio accipi. Vocata est autem siccitas sivae gladius super terram et super montes ut non proferant triticum. vinum et oleum. et quecumque genera(t) humus. Precedente autem fame. consequenter super homines. et super iumenta mors venit. Et idem gladius ventus urens omnia quae manus hominum laboravere. consumit.

« Et audivit zorobabel filius salathiel. usque et « timuit (populus) a facie domini. » Diligenter attende. propter duas intellegentias salvatoris. in zorobabel duce et ihesu sacerdote. Ipse enim et rex est et sacerdos quod non zorobabel et ihesu et populo verba aggei prophetae. que verba sunt domini. « solus populus timuit a facie domini. et dixit ag- « geus nuntius domini de nuntiis domini populo « dicens. Ego vobiscum sum dicit dominus. » Quidam putant et iohannem baptistam et malachiam. qui interpretatur angelus domini. et aggeum quem nunc habemus in manibus esse angelos. et ob dispensationem. et visionem dei assumpsisse humana corpora et inter homines conversatos. Nec mirum hoc de angelis credi. cum pro salute nostra aetiam filius dei humanum corpus assumpserit. Hoc illis enuntiant. Ceterum nos nuntium domini ad angelum qui hebreicae dicitur *malech*. simpliciter a propheta dictum accipiamus. ab eo quod domini voluntatem populo nuntiarit. Porro quod ait nuntius domini de nuntiis domini. tale est quasi dixisset propheta de prophaetis. Ego vobiscum sum dicit dominus. Me enim medio vestri. constituto. nemo haedificationem prohibere potest.

« Et suscitavit deus spiritum zorobabel. Usque « in anno secundo darii regis. » Suscitavit ergo spiritum zorobbabel et spiritum ihesum interim secundum litteram. ut regnum et sacerdotium aedificent templum domini. Suscitatur etiam spiritus populi. qui in te dormiebant. non corpus non anima sed ut diximus spiritus. qui magis aedificare scit templum dei. Et ingressi foris enim fuerant. faciebant opera quae digna erant penetrabilibus domus domini. In eodem anno darii regis. quo et supra in eo mense. qui ex in principio positus. est. sed non in eodem die. Ibi enim unus mensis est dies ponitur. Hic vero vigesimus quartus. Et inter primum diem quo dominus loquitur per aggeum et vicesimum quartum quo ingressi sunt et faciebant opus in domo domini. viginti duo dies medii fuerint. quot et litterae sunt apud hebreos. Necesse enim habuerant doceri que essent elementa principii sermonum dei. que eos prohiberent dicere. necdum venit tempus domus domini aedificandae. et ut ponerent corda super vias vestras. et meminissent propter neglegentiam. quanta perpessi fuerint et ut ascenderent montem et caetera. Denique in his viginti duobus timuit populus a facie domini. Et ingressi sunt in die vicesimo quarto mensis. in sexto mense. anno secundo darii regis. et faciebant opus in domo domini.

« In septimo mense vicesima et prima mensis « factum est verbum domini in manu aggei pro- « phetae. Usque in loco isto tibi dabo pacem dicit « dominus exercituum. » Eodem anno sed mense septimo dicitur. et loquere ad zorobbabel. et ad ihesum et ad reliquum populum qui viderunt antiquam domum dei. et nunc intersunt instaurationi eius. Numquid ad comparationem prioris. non talis est ista quae cernitur. Verum nolite desperare. nec lassas manus dimittite. sed confortamini et facite opus in domo mea. Ego sum vobiscum et sermo meus quem vobiscum pepigi cum egrederemini de terra egypti. et spiritus meus non recedet a vobis. Nolite timere ego sum qui iubeo. dominus omnipotens cuius dixisse fecisse est. quando primum testamentum dabat. et in syna monte sum visus. Commovi caelum et terram. mare rubrum et desertum. ut vobiscum ponerem testamentum. Nunc autem polliceor vobis me adhuc caelum semel et terram. mare et aridam commoturum. ut illis commotis moveantur omnes gentes. et veniant iuxta LXX. que electa sunt domini de cunctis gentibus,

Iuxta hebreicum vero veniat desideratus cunctis gentibus deus noster atque salvator. Tunc implebo domum istam maiore gloria quam priore. et semper vobis addam dicit dominus exercituum. ne forsitan sponsorem putetis infirmum. meum est enim aurum et cunctae opes. ego in ornamento templi aurum argentumque donabo. et maior fiat huius domus gloria. quam prioris. Porro quia scio aedificationem inclitae domus. et que superatura sit domum pristinam. nil ita facere ut pacem. iccirco et hanc spondeo. ut pax que superat omnem sensum custo(diat) domum istam. ut sit in pace locus meus.

« In vicesima quarta noni mensis. in anno secun-
« do darii factum est verbum domini ad aggeum.
« Usque et omnia que optulerunt ibi contaminata
« erunt. » Notandum autem quod quarto loco in vicesima quarta die noni mensis. anno secundo. non ut supra tertia vice. factum est verbum domini in manu aggei prophetae. sed ad aggeum prophetam. Ibi enim quia ad profectum habebat. et opera tantum munda cor autem illius necdum plenam sapientiam receperat. sivae quia adhuc habitat inter eos qui dicebant. nondum venit tempus domus domini aedificandae. non operibus tantum eius sermo factus est domini. Hic autem quoniam iam templi acta sunt fundamenta. et ingressus. est populus cum principibus domus domini. et facit opus congruum templo domini. et audivit misterium. Movebo omnes gentes et veniat desideratus cunctis gentibus. et plenus est vaticinatio. propterea ad totum aggeum sermo fit domini. Noni mensis numerus qui hic additur numquam in bonam partem legitur. Quia igitur prophaetia de munditia populi futura erat. iccirco secundo anno darii nonus mensis iungitur. Rursus quia datur locus poenitentiae post immunditiae correptionem. vicesima quarta die sermo domini fit. ad aggeum prophetam. ut quasi ex persona domini questionem agentibus sciscitetur ex lege veniente. Et dicitur ei. Interroga sacerdotes et caetera. Simulque considera sacerdotum esse officii de lege interrogatos respondere. nec simplicitatem et ciborum continentiam in magistro sufficere. nisi quod ipse facit possit et alios erudire. Quid est autem quod ex persona domini aggeus interrogat sacerdotes. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora sivae in summitatem vestimenti sui. et tetigerit de summitate eius panem. et cetera numquid sanctificabitur? Ante quam de questione tractemus debemus interim iuxta litteram nosse. quid sit caro sanctificata. et quid sit immundus in anima. Hostia que immolabatur in altari. Carnes illius sanctae erant. Inter ipsas sanctificatas carnes erat multa diversitas. Alias enim sacerdotes in templi a(b)ditis commedebant. Alias propinqui eorum domi. alias hi qui sacerdotibus essent inmaculati. Alias israhelitae qui nullam habebant immunditiam. Huius diversitatis plena ratio in levitico dicitur. Inmundus autem in anima dicebatur. qui corpus mortui hominis attigerat. Scientes ergo quid sit caro sanctificata. et immundus in anima. videamus propheta quid querat. Ipsa vestimenti summitas haec et haec. numquid tactu vestimenti in quo sancta caro ligata. est. sanctificari possunt? Et responderunt nichil eorum sanctificabitur. sed ita unumquodque permanebit ut fuerat. Rursum alia questio proponitur sacerdotibus. quod scilicet responderint ad superiorem. et quasi similitudo problematis coaptatur in qua(m) imperitus facile labi potuit. Da enim aliquem nescire legem. Et sicut respondit de sanctificata carne non sanctificari panem. aut pulmentum et caetera. Et in hoc quoque respondebit et dicet pollutum in anima non contaminare ea que sancta caro sanctificare non potuit. Interrogat igitur et dicit. Si tetigerit is qui pollutus in anima est. hoc est qui cogitatione mortuus. est. immundus effectus est. ex omnibus his panem et caetera. numquid ex contractu eorum, haec quae tetigerit polluentur? Et responderunt contactu eius omnia pollui. Et respondit aggeus et dixit. De superioribus tacens quod sanctificata caro et ceteros cibos sanctificare non possit. et de secunda tantummodo questione sermonis sui texens occasionem. sic populus iste et caetera. Quod autem dicit secundum litteram huiuscemodi est. O popule qui altari tantum extructo. et dirupta domo mea hostias michi offers in altari. et victimis eius et carnibus. te sanctificare putas. scito non tam sanctificari te ex hostiis que templo dirupto tibi prodesse non potuerunt. quam contaminari omnia opera tua. et cuncta que agis ex eo quod neglegis et tuam magis domum quam meam extruere conatus es. Sanctum quidem est quod offertur in altari sed non tam sanctificari ex hostiis quam ex eo quod in val-

libus habitas et inter es mortuis operibus polluens. Haec iuxta hystoriam quamquam spiritualis in ea intellegentiae dixerimus lineas.

« Et nunc ponite corda vestra a die hac et supra « ante quam poneretur lapis super lapidem. Usque « et non fuit qui reverteretur ad me dicit domi- « nus. » Licet omnia que optulistis michi in altari. quia templum non aedificaveritis contaminata fuerint. sine extructione quippe templi donum omne pollutum. Tamen nunc te ortor o popule. ut scensu a preterita revertaris considerares que que facta sint. hoc est ab hac die vicesima et quarta noni mensis anno secundo. quicquid retro gestum est mente complectere. Et propter que quanta sustinueritis. ut cum deinceps tibi prospere venerint scias qua causa evenerint. Ergo antequam inciperes aedificare templum et lapidem super lapidem ponere. cum accederes ad acervum. et putares viginti habere te modios nonne vix mediam partem colligere poteras? Ad torcular quoque cum accederetis et videretis uvas. et quinquaginta anforas vobis oculi pollicerentur. non dico partem mediam. sed vix viginti anforas exprimere poteratis. Et haec feci percutiens vos vento urente. et morientibus frugibus. vacuisque spicarum foliculis. et vinearum botris. ut malorum pondere vos ad mei notitiam provocarem nec sic fuit qui reverteretur ad me. Haebreus totam loci huius continentiam ab eo quod scriptum est. et nunc ponite corda vestra a die hac et supra usque ad eum locum ubi ait. et ficus et vinea et malo granata. et lignum olivae non floruit. et diem istam benedicam. ita exposuit. Certe nunc templi fundamenta sunt iacta. Ex hac igitur die qua fundamenta iacistis cum in preteritum vos sterelitate et fame et grandine et siccitate punierim. nec fuit qui ad me per has plagas converteretur ex vobis. Ponite corda vestra in futurum et deinceps. et vi(de)te quia omnia vobis prospero cursu fluant. Hoc autem venient quia templum meum aedificare coepistis. Nec in solo altari habentes fiduciam haedificationem domus meae contempnitis. Ponite corda vestra ex die ista et in futurum. usque ex die ista benedicam. Exposuit ait vobis que sustinueritis ante quam inciperetis aedificare templum meum. Nunc exponam quae vobis ventura sint prospera. quia templum meum haedificare coepistis. A die igitur vicaesima quarta noni mensis. in quo templi fundamenta sunt iacta. quanta rerum habundantia futura sit considerate. Nonus. est. mensis quem nos novembrem vel decembrem dicimus. Nisan enim apud hebreos mensis. est. primus. qui apellatur mensis novorum et tempore quo pascha faciunt idest. incipiente veris exordio qui secundum lunae cursum sepe quandam partem mensis martii possidet. interdum incipit in apraeli. Ergo si nisan aprelem intellegimus nonus mensis secundum supputationem haebreorum december erit. Igitur december est mensis. eo tempore quo semina latitant in terra. nec futura foecunditas coniectari potest. Numquid ait iam semen est in germen? quod melius hebraeicae dicitur in folliculo. ut thecam frumenti significet. Numquid vinea et ficus. et mala et lignum olivae florem suum dederunt. ut ex flore intellegatur et fructus. Utique nono mense ut diximus december. futurorum nulla signa sunt frugum. Ne igitur dicatis hoc me prudenti ratione conicere. et futura fecunditate de floribus arborum herbisque segetum suspicari. Ecce nulla signa sunt. Et tamen ego predico vobis. quia coepistis aedificare templum meum. et ad benedictionem meam frugum omnium foecunditate (gaudebitis). Hoc secundum hehreicum dixerimus. Ceterum secundum LXX. longe alter. est. sensus. qui dixerunt si ultra cognosceretur super terram aera. Hoc est tantas videbitis futuras esse segetes. et tanta de cunctis agris frumenta portari. ut area nesciat fruges suas. sivae ut non sint areae singulorum. sed pre multitudine iungantur areae areae et arearum separatione iungat sciatur in terra.

« Et factum. est. verbum domini secundo ad « aggeum in vicaesima et quarta mensis. Usque « dicit dominus exercituum. » Notandum autem quod in eadem die. hoc est vicesima et quarta noni mensis tacito mensis numero. quia de christi prophetabatur adventu. et de regno eius. secundo ad aggeum sermo fit domini. non in manu eius ut prius. Neque ad aggeum prophetam ut in visione quarta. Sed tantum ad aggeum. ut domini festa celebrentur. quia nequaquam venturum. sed venientem nuntiaret et cerneret. Et videns regnum filii dei. quod haberet in se universas sollempnitates. Et quia misticum. est. quod dicitur. et ad finem rerum pertinet. iccirco iubetur prophetae ad so-

lum zorobbabel loqui. quem in typo christi propter assumptionem corporis ex semine david processisse monstravimus. Huic ergo dicuntur quae in fine ventura sunt. Et quod transeat figura huius mundi. et fiat celum novum et terra nova. et commoveat dominus caelum et terram. et destruat omnem principatum et potestatem. et virtutem contrariam. et sequatur pax. Hoc est enim quod ait. et subvertam quadrigas et raeliqua. Ut autem que perversa sunt destruantur. unusquisque in gladio quem ego puto sermonem esse doctrinae acutissimum. et perversa queque secantem. consurget adversum fratrem suum. amputans omne contrarium. Sed horum universorum finis. est optimus. Post destructionem enim soliorum et caetera. assumam te inquit zorobbabel servum meum. Servus autem dicitur. propter corpus humanum. quia tunc et ipse filius subicietur ei. qui sibi subiecit omnia. et in subiectis omnibus videbitur et ipse subiectus. Sed cum hoc fuerit impletum. ponet eum deus quasi signaculum in manu sua. Hunc enim significavit eum deus pater. et hic est imago dei invisibilis forma substantiae eius. ut quicumque crediderit in eum. hoc quasi anulo consignetur. FINIT AGGEUM PROPHETAM.

EX CODICE XCVIII.

Sermones varii.

Pag. 276 — Lectio sancti evangelii secundum Lucam.

In illo tempore. Intravit Ihesus in quoddam castellum. et mulier quaedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Quae etiam sedens secus pedes domini. audiebat verbum illius. Et reliqua.

Omelia venerabilis Pauli diaconi de eadem lectione.

Sacre lectionis series que nobis evangelico de fonte manavit. Licet compendioso tramite in sua superficie sit modica. Magnis tamen intrinsecus utilitatum est spatiis dilatata. Ecce enim audivimus eum quem secundum divinitatis sue excellentiam non capit mundus. parvo fidelium tugurio mulierum humanitatis in forma susceptum. Cui altera que martha vocitata est corporale prebebat obsequium. altera vero que maria dicebatur spirituali adherebat intuitu. Sed hoc utrarumque tam diversum officium mysticis perfecto est intellectibus exequendum. Duae siquidem vite a bonis fidelibus in hoc mortalitatis tempore geruntur. quarum scilicet altera activa. Altera vero contemplativa vocatur. E quibus primam greci PRACTICEN. Sequentem vero THEORICEN appellarunt. Duae ergo istae domino dilectae sorores. duas has vitas spirituales quibus in presenti saeculo sancta exercetur ecclesia demonstrant. Martha quidem actualem. qua proximo in caritate sociamur. Maria vero contemplativam. qua in dei amore per contemplationam suspiramus. Erat ergo una intenta operi. Altera contemplationi. Una activae serviebat per exterius ministerium. Altera contemplative per suspensionem cordis in verbo. Activa nanque vita est. quae in operibus iustitiae et proximi utilitate versatur. Contemplativa autem. quae vacans omni negotio. in sola dei dilectione defigitur. Harum una in opere bonae conversationis. Altera in contemplatione est incommutabilis veritatis. Una quae ex fide in hac peregrinatione vivit. Altera. quae bene viventes usque ad regnum perducit. Activae enim vitae magna sunt praemia. sed contemplativae potiora. Activa a bonis operibus incipit. Contemplativa pervenit ad id quod intendit. Activae vitae opera cum corpore finiuntur. Contemplativae autem gaudia in fine amplius crescunt. Illa enim quamvis utilis et bona. tamen cum requies venerit transitura est. Ista vero boni operis transituri merces est. et requies permansura. Contemplativa vita per rachel ostenditur. quae erat pulchra sed sterilis. quia per contemplationis otium minus operum filii generantur. Activam autem vitam monstrabat lia lippis oculis sed fecunda. quia actio laboriosa quidem est minusque alta considerans. sed in eo quod se erga proximi utilitatem plus exhibet fecundior in operibus quasi in filiis crescit. Hae duae vitae apud hiezechielem significantur. cum de sanctis animalibus scribitur. et manus hominis sub pennis eorum. Quid itaque per manus nisi activa? Et quid per pennas nisi contemplativa vita signatur? Manus ergo hominis sub pennis eorum est. Idest virtus operis sub velatu contemplationis. Nam et si per activam boni aliquid agimus. ad celeste tamen desiderium per contemplativam volamus. Et cum utraeque istae vitae ex dono sint gratiae. quamdiu tamen inter proximos vivimus. una nobis in necessitate est. altera in voluntate. Quis enim cognoscens deum ad eius regnum ingreditur nisi bene prius operetur. Sine contemplativa ergo vita intrare possunt ad celestem patriam. qui bona quae possunt operari non neglegant. Sine activa autem intrare non possunt. si neglegant operari quod possunt. Hii autem qui ad eontemplationis otium venire contendunt prius

se in studio activae vitae exercere debent. ut dum opera iustitiae feces peccatorum exhauriunt. Cor mundum exibeant ad videndum deum. Nam mens quae aut temporalem adhuc gloriam querit. aut carnalibus concupiscentiae temptationibus cedit a contemplatione procul dubio prohibetur. Unde et populus dum legem acciperet a monte idest a sublimi contemplatione. quasi carnalium curiositas removebatur. Et in evangelio. curatus a demonum legione vult deum per contemplationem sequi. sed iubetur domum reverti et in activae vitae operatione versari.

In ipso autem contemplationis sive actionis usu. interdum magna differentia est animorum. Nam quibusdam sola proficit contemplatio. quibusdam vero activa sola est consolatio. His media et de utriusque composita. utilior est magis ad refovendas mentis angustias. quae solet per unius intentionem nutriri. ut de utriusque partibus melius temperetur. Nam et quod per diem salvator signis miraculisque in urbibus coruscabat activam nobis commendabat vitam. quod vero in monte orationis studio pernoctabat. vitam nobis contemplativam significabat. Iccirco dei servus iuxta imitationem christi. nec actualem vitam ammittat. et contemplativam agat. aliter enim incedens offendit. Sicut enim per contemplationem amandus est deus. ita per actualem vitam diligendus est proximus. Ac per hoc sine utraque vita esse non possumus. sicut et sine utraque dilectione esse nequaquam valemus. Activa enim vita est panem exurienti tribuere. verbo sapientiae nescientem docere. errantem corrigere. ad humilitatis viam superbientem proximum revocare. Infirmantis curam gerere. queque singulis quibusque expediant sollicite dispensare. et iis qui sibi commissi sunt qualiter subsistere valeant providere. Contemplativa vita est. caritatem quidem dei et proximi tota mente retinere. sed ab exteriore actione quiescere. solius desiderio conditoris inherere. ut nichil iam agere libeat. sed calcatis omnibus. ad videndam faciem creatoris sui. animus inardescat. Ita ut iam noverit carnis corruptibilis pondus cum merore portare. totisque desideriis appetere. illis ymnidicis angelorum choris interesse ammiscere se caelestibus civibus. ac de aeterna in conspectu dei incorruptione gaudere. Sequitur enim sermo evangelicus de maria dicens. Quae etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Contemplativae siquidem vitae uniformis est perfectio. exutam mentem a cunctis habere terrenis. eamque quantum humana imbecillitas sinit. unire cum christo. Activae vero quam frequens sit ministerium. gentium magister paulus edocet. qui creberrimis epistolarum dictis suos pro christo terra marique labores. sua pericula commemorat. In quibus etiam dictis. visiones et revelationes domini commemorans. non minus se in speculativa virtute quod perpaucis est imitabile consummatum fuisse significat. Unde et dicit. Sive enim mente excedimus deo. sive sobrii sumus vobis. Quae stetit et ait. Domine non est tibi curae quod soror mea reliquid me solam ministrare? dic ergo illi ut me adiuvet. Ex illorum persona martha loquitur. qui adhuc divinae contemplationis ignari. solum quod didicere fraternae dilectionis opus deo placitum ducunt. Ideoque cunctos qui christo devoti esse cupiunt. actionis esse autumant mancipandos officio. Et bene Martha stetisse. Maria vero secus pedes domini sedisse describitur. quia vita activa laborioso desudat in certamine. Contemplativa vero. pacatis vitiorum tumultibus optata iam in christo perfruitur mentis quiete.

Sequitur. Et respondens dixit illi dominus. Martha. Martha. sollicita es et turbaris erga plurima. porro unum est necessarium. Et beatus david solum hoc necessarium homini esse definiens. deo iugiter adherere desiderat dicens. Michi autem adherere deo bonum est. ponere in domino deo spem meam. Et alibi. Unam petii a domino. hanc requiram. ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vitae meae. ut videam voluntatem domini. et protegar a templo sancto eius. Una ergo et sola est theoria. idest dei contemplatio. cui merito omnia iustificationum merita universaque virtutum studia postponuntur. Sequitur. Maria optimam partem elegit. quae non auferetur ab ea. Ecce pars marthae non reprehenditur. sed tamen pars mariae laudatur. Neque enim bonam partem elegisse mariam dicit. sed optimam. ut etiam pars marthae esse indicaretur bona. Quare autem pars mariae sit optima mox subinfertur cum dicitur. quae non auferetur ab ea. Activam etenim vita cum corpore deficit. Quis enim in eterna patria

panem esurienti porrigat ubi nemo esurit? Quis potum tribuat sitienti ubi nemo sitit? Quis sepeliat mortuum ubi semper vivitur. et ubi moritur nemo? Cum praesenti ergo saeculo vita aufertur activa. contemplativa hic incipitur. ut in caelesti patria perficiatur. Quia amoris ignis qui hic ardere inchoat. cum ipsum quem amat viderit. in amore illius amplius ignescit. Contemplativa ergo vita. minime aufertur. quia subtracta presentis saeculi luce in aeternum sine fine perficitur. Possunt quoque per martham omnium bene viventium instantis temporis laboriosi actus intellegi. Per mariae vero quietem sanctorum omnium futura requies designari. quia unde hic iusti quique in bonis elaborando propter dei amorem inquieti sunt. inde in futuro postmodum sine ullo labore feliciter dei visione fruuntur. Ideoque hi qui in hoc mundo constituti laborant. sub marthae specie audiunt. sollicita es et turbaris circa plurima. De ipsis vero qui aeterna percepturi sunt premia. sub mariae figura subinfertur. Optimam partem elegit. quae non auferetur ab ea. Debemus et nos fratres karissimi has duas vitas. activam scilicet et contemplativam incessanti studio gerere. et modo in ista modo autem in illa studiose versari. Debemus nos igitur in actione sic exercere. ut ad exemplum beati apostoli laboremus manibus nostris. Illud etiam terribile eius dictum. qui non laborat neque manducet. semper pre oculis habentes. Manuum etenim labor non solum terrae cultus aut quorumlibet operum. sed omne quod rei familiaris potest esse commodum seu quodcumque imperiis obedimus maiorum. Debemus quoque totis viribus ad utilitatem nos proximi impendere. ad ammonendum scilicet. ad coercendum. ad bona suadendum. ad visitandum. ad collaudandum. ad obsequendum. ad sublevandum. ad exhortandum. sive ad quoscumque necessitatis usus exhibendos. Cumque ita nos in activae vitae tramite exercuerimus. frequenter etiam prout se locus dederit. recurrendum nobis est ad orationem. ad confessionem. ad recordationem priorum gestorum. ad suspiria fontemque lacrimarum. ad actionem gratiarum. ad ipsum etiam christum dominum. Ita fit. ut et mala quae gessimus. bonis ac precipuis actibus et quia a deo aversi fueramus. ad eum per contemplationis studium revertentes. dummodo eum in speculo et in enigmate cernimus. quandoque eius desideratam faciem sine fine videamus. His de evangelica lectione praelibatis. Iam ad gloriosae matris domini sacra festa quae colimus sermonem vertamus. Primumque nobis querendum est. cur beata haec mater domini quae pre ceteris sanctior extitit. redemptorem ac dominum filiumque suum. inter discipulorum catervas aliasque tunc mulieres secuta non fuerit. Neque enim usquam nisi fallor alibi legitur domini miraculis interfuisse preter quam in nuptiis in chana galilee celebratis. Et alibi cum de ea domino nuntiatur. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes loqui tecum. Et ad postremum cum iam in cruce posito propius astitisse perhibetur.

Sed in hoc perspicuae causa rationis occurrit. Nam ipse eius denique filius et redemptor. inter cetera legitur ita dixisse. Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus israel. Et alibi. Venit filius hominis querere. et salvum facere quod perierat. Nec non et illud. Non veni vocare iustos. sed peccatores. Si ergo dominus propter oves perditas missus est. et salvare quod perierat et ut peccatores ad penitentiam vocaret. Quid necesse erat huic sacratissime matri et virgini. et inaestimabilis sanctitatis lumine preditae. ut inter publicanos et peccatores. suo domino filioque corporaliter adhereret a quo procul dubio spiritualiter in tempore nunquam creditur defuisse? Ad hanc quoque nichilominus rationem pertinet. quod beatum baptistam iohannem. maximis ac precipuis laudibus idem dominus extulit. nec tamen intra discipulorum numerum aggregavit. quia quem intus celesti magisterio erudiebat. extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Adheserunt ergo licet domino publicani et conversi iam a pravis operibus peccatores adhesit ei verba eius cupiens audire maria. quamvis iam melius per vitam immutatam peccatrix. plus tamen ei adherebat totius sanctitatis et munditie fulgore conspicua. gloriosa haec semper virgo et beatissima mater sua. quae amplius ei animae pariter et corporis splendore concordabat. Quae etiam nunc eidem domino et filio pre cunctis haud dubie creditur specialiter in celestibus adherere. Multoque etiam tunc preclarius ac longe sublimius cum dies futurae resurrectionis advenerit de cuius sacratissimo corpore non mediocriter est ammiran-

dum. quia quo loco sit positum. cunctis manet occultum. Cum autem sicut in dictis venerabilium. patrum legimus. eius patens et vacuum ostendatur sepulcrum. Neque enim fieri aliter potuit quod si usquam in terris esset positum. non crebris effulgentibus miraculis proderetur. Restat ergo ut cum non invenitur in terris. non incongrue fortasse credatur. non tamen sine anima delatum in caelis. Nam si sancti dei qui resurgenti domino ut quibusdam nostris doctoribus catholicis videtur. a mortuis pariter resurrexerunt. etiam ascendente eo ad celos. simul ascendisse creduntur. nec ullo modo eorum fides ut aiunt adhibenda temeritati est. qui putant eos in cinerem reversos. ad sua quae ante paruerant rursum sepulcra remeasse. Si ergo hoc ita de istis creditur non ut puto michi prorsus errare videtur. quia de hac non solum illis sed et omnibus terrigenis sanctiore. intemerata scilicet domini semperque virgine matre. similia vel etiam potiora suspicantur. Cedendum sane est divinis consiliis. quod humana non potest intellegentia investigari. Nobis satis sit quod ita fieri potuerit. rationis seriem pertulisse. Nec mirum si gloriosae matris domini non potest vitae finis exponi. quando et illa quae ei divina in vita sua gratia contulit. nequeunt enarrari. Hoc tamen est omnibus absque dubitatione credendum. quod sicut nichil ea est in humano genere sanctius ita quoque nihil est in retributione beatius. Sed et hoc nichilominus nulli debet esse ambiguum. quod nemo ea sanctorum sit in miserando mitior. vel in confessione clementior. vel ad preces accomodatior. vel ad que libuerit optinenda potentior. Nam quamvis ipsa precellat omnes inestimabilis sanctitatis fulgore mirabili. nullum tamen ad sua confugientem auxilia. licet multa sit obsitus peccatorum nigredine spernit. Illius namque se dei ac domini meminit esse genitricem. qui mitis et humilis mundo apparens. non mundi cupiditate implicitos. non publicanos et peccatores. non carnalibus illecebris deditas meretrices. non ipsum etiam cruentis humana cede manibus despexit latronem. Ad hanc igitur omnis etas. omnisque sexus concurrite unusquisque vestrum quod sibi deesse considerat. aut esse desiderat. ab huius efficacibus meritis. plena fide deposcat. quia quae omnibus castis suis visceribus protulit salvatorem. universalis prompta est opem conferre salutis. Ad hanc denique virgo. quae corpus pariter et animam caste servare disponis. huius in quantum prevales imitare propositum. Ab hac ut muniri possis. deposce presidium. quae virginitatis splendide gloriam. prima arripuit. prima servavit. Ad hanc destitutae viris accedite viduae. Ab hac vestrarum augustiarum revelationem sperate. quae virum omnino nesciens. quantum viri solacii destituta. tantum supernis auxiliis iuncta est. Ad hanc nichilominus accedite matres. Ab hac utique quae materni est affectus conscia vestrarum erumnarum medelam deposcite. que quod ante ipsam numquam auditum est. virgo simul et mater est. Ad hanc omnes qui innocuam ducitis vitam. Ad hanc universi quos conscientie reatus deprimit convenite. Huius splendidissime matris et virginis efficacibus meritis. universorum que poscitis effectum presumite. quia quae ipsum misericordiae fontem ihesum christum deum ac dominum suum peperit. ab ipso cuncta percipiens per ipsum omnibus desiderata concedit. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat nunc et semper et per infinita secula seculorum Amen.

Pag. 607 — Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Ingressus iesus perambulat hierico. Et ecce vir nomine zacheus et hic erat princeps publicanorum et ipse dives. Et querebat videre ihesum quis esset et non poterat prae turba quia statura pusillus erat. Audivimus modo evangelii capitulum zachei gestum. ut et ipso eius merito. et christi domini liberale proferamus exemplum. Ascendit in arborem zacheus ut christum dominum ex alto conspiceret quem in humili brevi statura videre non poterat. Cupit nosse aspectu. quem noverat sensu. videre facie. quem viderat mente. In arbore stabat. sed impensurum christum in arbore crucis. oculis fidei previdebat. Transeuntem dominum vidit. sed plus eum dominus vidit. denique quod ipse petere non audebat. dominus offerebat. Cum in arbore divina maiestas aspiceret. et eum videret. dixit. Zacheae. festinans descende quia hodie in domo tua oportet me manere. Promittit se christus ad eius domum venturum. cuius desiderantis iam possederat animum. Venit ad zacheum dominus. spituales epulas preparantem. ut cuius fidem iam solus noverat. eius

meritum cunctis presentibus demonstraret. Suscepit deum gaudens. intravit dominus in domum eius qui iam intraverat in cor eius. O felicitas sancti zachei. quem de arbore cupiebat. presentem hospitem in domo gaudebat. Denique advenienti. munus gratissimum offert. Ecce inquit domine dimidium rerum mearum do pauperibus. si cui aliquid defraudavi quadruplum reddo. Totum quod habuit zacheus optulit. O miranda zachei devotio. substantiam suam in duas divisit partes. pars proficit in misericordia. pars redditur pro rapina. Non vult enim ex fraudibus operari. ipse se iudicat. ipse se condempnat. ipse restituit in quadruplum. lucra damnabilium peccatorum. Non vult aput se quippiam rapinarum residere. ut possit christi iudicio plus placere. qui ex fraudibus veniam. et ex misericordia pertulit gloriam. Unde dominus christus eius. prosequitur laudem. probat fidem. honorat eius in munere devotionem. Amen inquit dico vobis quoniam salus hodie huic domui a deo facta est. quoniam et hic vere filius est abrahae. Accepit domus salutem per fidem. quam perdiderat aliquando per fraudem. Gaude et exulta zachee. quia hoc tibi prestitit sicomorus. Sicomórus genus est pomorum non ita in africa notum. Sicomorus enim. ficus fatuae sunt. Quare ergo vidit zacheus christum? quia non horruit crucis obprobrium. hoc enim tanquam stultum et fatuum ab hominibus videtur. deus suspensus. deus crucifixus. sed zacheus non expavescit. quia quod stultum est dei. sapientius est hominibus. Fuit zacheus abrahae filius. fide non genere. merito non sobole. devotione non stirpe. Primo zacheus ut videret dominum concupivit. ut concupivit. ita et vidit. Sic et abraham pater vester concupivit videre diem meum. et vidit. et gavisus est. Zacheus dominum suscepit. ut excepit abraam. sed abraam dominum suscepit cum angelis. Zacheus cum apostolis. Ille pergentem ad sodomam. hic transeuntem per iudeam. Sed abrahae benedictionem meruit filius. Zacheum vero in filiorum transtulit numerum. Abraam domino filium optulit. Zacheus substantiam optulit. Ille heredem. hic hereditatem. Ille quod habuit pignus immolavit. hic patrimonii sui substantiam exhibuit. Ante rerum suarum cum christo partitus est patrimonium. et sic eum dominus abrahae fecit filium. Si ergo iste merito laudatur. qui antequam acciperet beneficium cum domino christo partitus est patrimonium. quantum debet facere iustificatus et redemptus sanguine christi? Ecce predixi. Tu vero quicumque es. hoc imitare. si vis pertinere ad patrem. fac quod zacheus fecit. et mereberis quae ipse meruit. Similitudo enim officiorum. similitudinem exhibet meritorum. Non potest esse filius. quem diversi separant actus. non potest censeri nomine. qui fuerit diversus in opere. Primo unde tibi nomen imponis. quem nec actus nec natura commendat? Unde tibi inquam filii nomen imponis. quem nec fides nec genus probat. nec prosapies indicat? Munere enim dei et dono in te est ut possis. quia in te est ut velis quia zacheus iccirco deo donante potuit quia ipso iubente voluit. Rogo vos fratres karissimi. de sua quisque substantia. non habentibus largiatur. nec excuset se aliquis dicens. aurum argentumque non habeo. Deponite istam excusabilem rationem. misericordia parva est. sed corona sublimior. quam si quis vel modicum panis esurienti et calicem aquae frigidae sitienti porrexerit tantum in nomine dei. merebitur quod zacheus meruit.

Pag. 628 — Lectio sancti evangelii secundum Iohannem.

In illo tempore. Facta sunt encenia in hierosolimis et hiemps erat et ambulabat iesus in templo. in porticu salomonis. Et reliqua.

Omelia venerabilis Bedae presbyteri de eadem lectione.

(Facta sunt inquit evangelista) encaenia in hierosolimis. et hiems erat et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis. Si ergo ambulare voluit in templo in quo caro et sanguis brutorum animalium offerebatur. multo magis nostram orationis domum ubi carnis ac sanguinis ipsius sacramenta celebrantur visitare gaudebit. Si perambulare non despexit porticum in qua rex quondam mortalis ac terrenus quamvis potentissimus ac sapientissimus ad orandum stare solebat. quanto magis penetralia cordium nostrorum invisere atque illustrare desiderat. Si tamen ea porticum esse salomonis. hoc est si ea timorem suum quod est initium sepientie habere prospexit. Neque enim putandum est quia domus so-

lummodo in qua ad orandum. vel ad mysteria celebranda convenimus templum sit domini. sed et ipsi qui in nomine domini convenimus. multo amplius. et templum eius et appellemur et simus. Cum manifeste dicat apostolus. Vos enim estis templum dei vivi. sicut dicit deus. inabitabo in eis. et inter illos ambulabo. Si ergo templum dei sumus. curemus sollerter et bonis satagamus actibus. ut in eodem suo templo sepius ipse et venire. et mansionem facere dignetur. Caveamus hiemis exemplum. ne videlicet corda nostra dominus adveniens. a caritatis ardore torpentia reperiat. ideoque ea citius aversatus relinquat. Quid enim pertinuit ad evangelistam hiemis tempus commemorare. Nisi quia duritiam perfidie iudeorum per asperitatem aurarum voluit designare brumalium? Et quia plurimis eorum quos tunc in templo invenit. congruebat sermo quem dixit. quoniam abundavit iniquitas. refrigescet caritas multorum. sicut etiam subsequenter aperte denuntiat dicens. Circumdederunt ergo eum iudei et dicebant. Quo usque animam nostram tollis? si tu es christus dic nobis palam. Non enim haec veritatem fidei querendo. sed illi quem interrogabant insidiando. et calumniam instruendo dicebant. Christus namque quem fides orthodoxa verum deum. verum confitetur et hominem. illi purum tantummodo hominem futurum. non autem et deum esse credebant memores videlicet quia de humanitate illius iuravit dominus david. de fructu ventris eius sederet super sedem suam. Sed obliti quod ipse de sua divinitate per eundem david cecinit. Dominus dixit ad me filius meus es tu. Credebant ergo christum de stirpe david nasciturum. et regem caeteris omnibus excellentiorem esse venturum. Qua etiam dementia. posteri eorum usque in presen:. et donec antichristum pro christo suscipiant. errare non cessant. Et si se dominus iesus christum esse responderet. cogitabant eum tradere potestati presidis puniendum. quasi contra augustum repugnans. illicitum sibi usurparet imperium. Sed ipse nostrae saluti consulens propter quos haec scribenda erant. ita responsum temperavit suum. ut et calumniatorum ora concluderet. et quia christus est fidelibus aperta voce proderet. Illi enim de homine christo querebant ipse autem divinitatis suae qua equalis est patri. palam mysteria narrat. Circumdemus ergo et nos eum karissimi non sicut iudei insidiis appetendo. sed ut fidelissima domus eius placidam illi in nobis sedem parando. De quibus merito dicatur. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. deus in medio eius non commovebitur. Petamus eum non ut illi vesaniendo quo usque animam nostram tollis. si tu es christus dic nobis palam. Quid enim vesanius quam ut magistrum veritatis ideo sibi animam tollere querentur. quia non eis incredulis et contradicentibus apertae suae maiestatis archana reseraverit. sed ut scriptura ammonet. sentiendo de illo in bonitate et in simplicitate cordis querendo illum quoniam invenitur ab his qui non temptant illum. apparet autem eis qui fidem habent in illum. Dicamus ei supplices. quia tu es christus. te filium dei unigenitum patri et spiritui sancto coaeternum esse et consubstantialem in divinitate. nostrae substantiae participem ex tempore factum esse cognovimus. da ut quod interim pia fide veneramur plena in futuro visione speculemur. Haec est etenim unica animae nostrae salus et vita. tuum perpetuo vultum. tuam cernere lucem. Nec dubitandum quia rogantes exaudit nos. quando quod ipse precepit rogamus quod dare ipse desiderat. intenta mente deposcimus. Quomodo enim pie supplicantibus famulis negare credendus est dona. quae etiam rebellibus ultra quam petebant aperire non rennuit? Qui cum illum an homo christus esset interrogarent. ipse eis non hominem tantum. sed etiam dominum christum. et dei filium se esse non tacuit. Respondit enim eis dicens. Loquor vobis et non creditis. opera quae ego facio in nomine patris mei. haec testimonium perhibent de me. sed vos non creditis quia non estis ex ovibus meis. Quod ergo se in nomine patris opera sua facere testatur. profecto quia filius dei sit credendus insinuat. Sed illi duplici reatu tenentur obnoxii. qui nec verbis quae locutus est. nec factis quibus veritatem verborum astruebat. ad fidem poterant invitari. Meritoque ex ovibus eius non esse dicuntur qui non ovina simplicitate pastorem bonum sequi. sed ferina potius rabiae satagebant persequi. Verum quia sancti nonnulli qui fidem verbo tenus observant. et habitu ovium belvina corda pretexunt. subsequenter ipse pastor. quae ovium suarum vita. quae sit merces edocet. Oves meae vocem meam audiunt. et ego cognosco eas et sequuntur me. et ego vitam eternam do eis. et non peribunt in eternum.

Qui ergo eternum declinare interitum ac vitam desiderat videre perpetuam. vocem christi necesse est non solum audiendo et credendo. sed et bene vivendo sequatur. Quod autem se oves suas cognoscere dicit et eligere. utique et ad regnum celeste predistinare significat. Unde salomon ait. Vias enim quae a destris sunt novit dominus. Et e contrario de reprobis apostolus. Qui autem ignorat inquit ignorabitur. Pulchre autem de his qui audirent vocem suam et sequerentur ait. Et ego vitam eternam do eis. et non peribunt in eternum. Visi sunt namque martyres oculis insipientium mori. visi sunt perire. cum mortalem vitam diversis penarum generibus subacti amitterent. sed non peribunt in aeternum. non videbunt mortem in aeternum quia mox soluti carcere carnis. debita suo certamini premia sortiuntur. De quibus adhuc apte subditur. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Nitebantur quippe persecutores impii rapere pios christi confessores de manu eius. quando vel eos ad negandam fidem tormentis cogebant. ut animas eorum alienas redderent christo vel a morientibus victi. nichilominus exanimata eorum corpora aut in aquas dissolvenda aut in ignem comburenda iactabant ut quasi christo resuscitandi ea facultatem tollerent. Sed nemo rapit eos de manu eius. Cui sicut ipse alibi ait omnia tradita sunt a patre. qui et certantes adiuvat ut vincant. et victores ut perpetuo regnent coronat. et eisdem etiam carnem in qua certaverunt immortalem suo tempore reddit. Quibus verbis. eorum quoque temeritatem qui sibi laqueos mortis parabant redarguit. manifeste insinuans. quia stultissime de eius perditione dolis agerent. qui vitam dare posset immortalem. cui nemo raperet aliquem de his quos suos esse ante secula prenosset. Sed ne haec loquendo suam videretur gloriam querere totam suam potentiam ad patris gloriam refert. cum subiungit. Pater meus quod dedit michi maius omnibus est. Maius autem omnibus quod mediator dei et hominum homini ihesu christo pater dedit. hoc est. ut sit unigenitus eius filius. in nullo gignenti. vel natura dissimilis. vel virtute inferior. vel tempore posterior. Quam videlicet equalitatem. ipse dominus in divinitate habuit prius quam mundus esset apud patrem. ipse in humanitate ex tempore incarnationis accepit. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Supra de ovibus suis dicit. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et nunc subiungit. et nemo potest rapere de manu patris mei. Aperte dans intellegi. unam atque indissimilem esse manum. hoc est virtutem suam et patris. atque ideo christum se esse credendum. qui non sicut ceteri sanctificatus per gratiam ex tempore. sed verus semper extiterit filius dei. Quod etiam sequente. sententia luce clarius aperit dicens. Ego et pater. unum sumus. Unum inquit sumus. Una nobis substantia. Una est divinitas. Una eternitas. perfecta equalitas. dissimilitudo nulla. Quibus profecto verbis. non presentem solummodo iudeorum questionem quam an ipse esset christus interrogabant explicavit. Sed etiam hereticorum perfidiam quam futuram previdit. quantum sit execranda monstravit. Fotinus enim dicit christus homo est tantum. deus non est. At cum ipse dicat. Ego et pater unum sumus. manifeste patet. quia unum cum deo patre substantialiter homo purus esse non potest. Et quia christus idem quod pater est cavenda est heresis fotini. que hunc credi deum prohibet. Arrius autem. christus inquit factus a deo. non ex deo natus est. et ideo minor patre credendus. Cui contradicens ipse. Ego inquit et pater unum sumus. Quis enim non facile viderit. quia nulla creatura unum cum illo qui omnia creavit naturaliter existere possit? Et quia christus naturaliter unum cum patre est. damnanda est arrii pervicacia quae illum esse creaturam affirmat. Porro sabellius. Non sunt inquit duae personae patris et filii confitendae. sed ipse pater quando vult. pater est. quando vult filius est. idem tamen unus est. Quem memorata sententia filius ipse condemnat dicens. Ego et pater unum sumus. Constat namque quia ego et pater de una persona dici non potuit. sumus dici de uno non congruit. Quapropter etiam sabellii errore cum ceteris abiecto. sequenda est nobis apostolica beati petri fides. qua dominum confessus ait. Tu es christus filius dei vivi. Haec de lectione evangelica prout dominus donavit explanando transcurrimus. sed libet adhuc de enceniorum sollemnitate. quam et tunc hierosolimitae. et nos hodie celebramus.

Hoc autem in primis notandum est. quod encenia quae in lectione evangelica facta cognovimus. non ad primam templi dedicationem. sed ad ultimam pertinent. quod ex eo facile colligitur quia hieme

facta referuntur. Prima siquidem eius dedicatio a salomone tempore autumni. media a zorobabel et iesu sacerdote tempore veris. ultima a iuda machabeo tempore hiemis facta referuntur. quando specialiter constitutum esse legitur. ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam sollemnibus revocaretur officiis. Iuxtà quod ad tempus usque dominicae incarnationis observatum fuisse. modo cum evangelium legeretur audivimus. Haec autem fuit causa secundae et tertiae dedicationis. quia solomon quidem templi opus quod domino condidit septem annis perfecit. octavo autem anno decima die mensis septimi qui a nobis octuber appellatur in magna gloria dedicavit. Quae videlicet dies. et antea per legem erat statuta sollemnis. ita ut in ea tabernaculum omne per singulos annos maioribus hostiis expiari deberet. Denique zacharias pater beati baptistae iohannis. eisdem expiationibus ad altare deserviens. adveniente angelo. de dominicae mysterio nativitatis gaudioque humanae salvationis instruitur. Sed hoc templum post annos quadringentos triginta. incenderunt chaldei. et hierosolimorum urbe destructa. populum israhel in babyloniam abduxere captivum. Qui post annos septuaginta regnantibus persis patriam remissus est. Rursumque aedificatum est templum per annos quadraginta sex et tertia die mensis duodecimi quem nos vocamus martium. opus ad finem usque perductum. cui videlicet tunc operi prefuerunt duces plebis strenuissimi ut diximus. zorobabel de regio genere. et iesus sacerdos magnus. sed et prophetae aggeus et zacharias adiuvantes eos. atque adversus insidias impedientium opus hostium. cor populi corroborantes. Inde post annos ferme trecentos et quinquaginta sex. rex nefandissimus grecorum antiochus fraude capta hierusalem. templum idem. sordibus ydolorum prophanavit. auferens inde et confringens altare domini aureum. mensam propositionis. candelabrum luminis. et cetera vasa templi aurea quae invenire potuit. sed et in templo iovi simulacrum statuens. populumque tormentis ad sacrificandum ydolis cogens. Quapropter persecutione multi de populo pro divinae legis custodia trucidati sunt. inter quos et mater illa septem filiorum. merito famosa et nobilissima. pro domino cum sobole martyrii coronam meruit. Sed iudas machabeus cum esset de genere sacerdotali. collecto exercitu iustorum. adversus antiochi duces arma corripiens. eosque de iudea expellens. persecutioni sevissimae finem imposuit. ac templum ab ydolorum imaginibus emundans. nova rursus altaria et cetera vasa vel ornamenta faciens atque in templo reponens. dedicavit ea simul cum templo. quod purificavit. et renovavit vicesima quinta die mensis noni. qui apud nos appellatur december. et ad hiemem pertinere nulli dubium constat. Statuitque decretum ut prediximus ut annis omnibus diem enceniorum id est innovationis ac dedicationis templi festa devotione celebrari. Quae profecto omnia sicut apostolus docet. in figura facta sunt nostri. et propter nos utique scripta. Ideoque nobis sollertius speciali ratione discutienda. Salomon quippe rex qui interpretatur pacificus. ipsum redemptorem nostrum typice designat. de quo isayas ait. Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis. Templum quod aedificavit catholicà eius ecclesia est. quam de diversis per orbem credentibus quasi de vivis lapidibus. in unam suae fidei et caritatis compagem aggregat. Quod autem septem annis edificatum est templum. significat quia per totum huius seculi tempus quod septem diebus evolvitur. sanctae structura ecclesiae crescere numquam desinit. Quod octavo anno dedicatum est. et celeberrima illa ac maxima sollemnitas a salomone rege. cunctis filiis israhel tempore completae dedicationis exhibita. insinuat mystice quia perfecto in fine mundi numero electorum diu desideratae immortalitatis est secutura festivitas. Et peracto universalis resurrectionis miraculo mox omnes qui ad pacifici regis veri scilicet salomonis regnum pertinent. aeterna cum eo gaudia patriae caelestis intrabunt. Nam quia dominus noster octava die id est post septimam sabbati resuscitari a morte voluit. recte numerus octonarius nostrae quoque resurrectionis festa ventura designat.

Quod templum ab hostibus incensum. rursum domino miserante construitur. quod ab idolatris coinquinatum. denuo superne pietatis auxilio mundatur. varios sanctae ecclesiae insinuat eventus. que nunc infidelium persecutione premitur. nunc a persecutione reddita liberior. tranquilla domino servitute famulatur. nunc in quibusdam suis membris hostis antiqui periclitatur insidiis. nunc instante sollertia doctorum fidelium. quos ad horam perdere videbatur. per penitentiam iam castigatos re-

cipit. Quod vero templum secundo quadraginta et sex annis edificatum est. ad significationem dominici corporis quod de virgine assumpsit. specialiter respicit. De quo ipse iudeis. Solvite inquit templum hoc. et in tribus diebus excitabo illud. Quia videlicet solutum passione corpus suum. ipse die tertia resuscitavit ad vitam. Ferunt siquidem. quia corpus hominis quadragesimo sexto die post conceptionis initium. in membrorum distinctione formetur. Atque ideo non casu gestum. sed divinitus procuratum est. ut eo annorum numero templum edificaretur. quo dierum numero corpus dominicum quod per templum figurabatur. in utero virginali perfici oportebat. Quod autem encenia per omnes annos celebrari sancitum est. hoc profecto nos ammonet. ut memoriam dominice resurrectionis quam iam factam credimus. et nostrae quam futuram speramus. semper animo retineamus taliterque nos agamus ut non ad iudicium. sed sicut dominus his qui bona egerunt promisit. resurgere mereamur ad vitam. Nec sine discussione pretereundum quod dedicans templum salomon. ubi complevit preces. descendit ignis e celo et devoravit holocausta et victimas. Holocausta namque et victimae summi regis. omnes electi eius sunt. De quibus ait apostolus petrus. quia et christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis. ut nos offerret deo. mortificatos carne vivificatos autem spiritu. Ignis autem celestis. fervor est eximiae dilectionis. qua supernae cives patriae. et in sua alterutrum beatitudine. et in sui conditoris conspecta claritate semper ardere letantur. Hinc est enim quod quedam celestium virtutum agmina. que ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. speciali nomine seraphin. idest ardentes vel incendentes vocantur. Completa ergo dedicatione templi. ignis e celo descendens oblatas domino hostias devorat. quia expleto tempore nostre resurrectionis. cum introierint in gaudium domini sui fideles servi. flagrantia veri amoris quo nunc angelicae virtutes inflammantur. eorum quoque mentes visa specie sui redemptoris absorbet. Qua quidem flagrantia dilectionis etiam nunc plurimos electorum in superna illa civitate plene absortos esse non dubium est. Sed tunc nimirum hoc multo perfectius adimplebitur cum recepta sua carne immortali. receptis in eandem beatitudinem conservis suis et fratribus cunctis quos adhuc in terris certare conspiciunt. Non habebunt ultra quo intuitum cogitationis suae foras vel ad modicum mittant. habentes secum intus deum de cuius visione sempiterna gaudeant habentes et proximos quorum felicitate sempiterna gaudeant. habentes et proximos. quorum felicitati sempiternae congaudeant. Ubi illud primum et maximum domini mandatum ad integrum perficietur. ad cuius perfectionem in hac vita iusti pro suis quique viribus accinguntur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. et in tota mente tua. et diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia quo vicinius presentem dei vultum cernunt. eo se ardentius eius dilectioni totos impendunt. quo proximos suos omnes esse electos ac deo dilectos agnoscunt. et quo corda illorum non minus quam sua sincero amore referta perspiciunt. eo illos ipsi non minus quam seipsos amare delectantur. Sed et hoc notandum quia exposita dedicatione ac festivitate subsecuta. ita scriptura conclusit. Et dimisit salomon populos. qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua. letantes et alacri corde super omnibus bonis quae fecerat dominus david servo suo. et israhel populo suo. Dimittet enim peracto resurrectionis munere dominus electos suos in eterna tabernacula letantes non eos utique ulterius a sua presentia removens. sed a discrimine iudicii quod in aere futurum apostolo docente novimus. ad inhabitationem patriae celestis inmittens. ut pro suis quique meritis promissam regni sedem percipiat. Quod enim hic populi in tabernacula sua profecti esse dicuntur. hoc est profecto quod in evangelio dominus ait. Multe mansiones sunt in domo patris mei. Bene autem dicitur. quia benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua. quia haec est nimirum sola actio quietissima ac felicissima civium supernorum. ymnos gratiarum suo dicere conditori. Hinc etenim scriptum est. Beati qui habitant in domo tuo in seculum seculi laudabunt te. Hinc idem propheta ultimos septem psalmos. in laudis divinae suavitate complevit. Porro octavum ante finem psalterii. de victoria pugnae qua gigantem straverat. dominum benedicendo confecit. Ubi aperte indicat. quia omnes qui hic maligni hostis certamina superant. illic in requiem veram. laudem sui redemtoris et adiutoris decan-

tant. Benedicentes inquit regi. profecti sunt in tabernacula sua. letantes et alacri còrde super omnibus bonis quae fecerat dominus david servo suo. et israhel populo suo. Le(tentur) quippe iusti super bonis quae a domino accipiunt. tabernacula intrabunt celestium mansionum. quia quamvis graves huius seculi quamvis longi fuerint labores. breve nimirum videtur et leve. totum quicquid aeterna beatitudine finitur. Unde oportet karissimi. ut in edificatione domus dei. unusquisque nostrum exhortando. obsecrando. increpando (et ipse piis) actibus desudando quantum valet insistat. Ne si quempiam rex celestis nunc desidem in opera sui templi conspexerit. hunc in tempore futurae dedicationis magnae suae sollemnitatis reddat exortem. Satagamus mutuo caritatis auxilio. ut omnes alacri corde et indefessos in operibus quae ipse precepit inveniens. Omnes ad praemia quae promisit perpetuae suae visionis introducat. Ihesus christus dominus noster qui vivit et regnat cum patre deus. in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

EX CODICE XCIX.

Sermones varii, et Passio S. Joannis Ap. et Ev.

Pag. 5—Lectio sancti evangelii secundum matheum.

In illo tempore. Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph. antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus et nollet eam traducere. voluit occulte dimittere eam. Et reliqua.

Tractatus sancti Hylarii episcopi de eadem lectione.

Hanc conceptionem mariae sanctissimae futuram. esaias propheta. plenissime retulit dicendo. Ipse dominus dabit signum. Concipiet virgo in utero et pariet filium et vocabitur emmanuel. Non immerito lucas evangelista eundem partum describens futurum. angeli gabrihelis interventum plenissime demonstravit dicens. Eodem tempore missus est angelus gabrihel a deo in civitatem galileae cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph. de domo david. et nomen virginis maria. Et ingressus ad eam angelus domini. benedixit eam. et dixit illi. Ave gratia plena dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Ipsa autem ut vidit eum. obstupuit in introitu eius. et erat cogitans quod sic benedixit eam. Et dixit illi angelus domini. Ne timueris maria. invenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero. et paries filium. et vocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus. et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem david patris eius. et regnabit in domo iacob in aeternum. et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit illi. Spiritus sanctus superveniet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum. vocabitur filius dei. Cogitabat igitur ioseph quid faceret de ea. quoniam nullam adhuc super hoc monitionem angeli acceperat. sicuti ait. Ioseph autem vir eius cum esset iustus. et nollet eam traducere. voluit occulte dimittere eam. Postea quam cogitata sua ioseph efficere nititur. inhibetur ab angelo. Denique ait. Haec eo cogitante. angelus domini in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili david noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim ex eo nascetur de spiritu sancto est. Pariet autem filium. et vocabis nomen eius ihesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Ihesus enim salvator interpretatur. Ergo quia erat iustus ioseph. et sciens scriptum esse per prophetas quia venturus esset salvator filius dei ex virgine natus. non solum credidit angelo dei docenti. sed et iussa mox perfecit. Introducens itaque sanctissimus matheus virginis partum vel conceptum. prophetae esaiae usus est testimonio. Dixerat enim. deum ipsum signum daturum. Et quasi interrogatus quod signum. Respondit. Ecce virgo in utero accipiet et pariet filium. et vocabitur nomen eius emmanuhel. Hanc per ioatham postea quam septuaginta interpretes ptolomeo iubente segregati tanquam uno ore et sermone totam legem ex hebraeo in grecum interpretassent. quidam ex iudaeis adulteratores et interpolatores scripturarum non virginem sed iuvenculam fecerunt. Quod enim signum facturus dominus diceretur si iuvencula ex viro conciperet? Hoc naturae consuetudo est. Sed signum dominus repromittit. quia virgo parere haberet emmanuhelem. quod est nobiscum deus. De hoc quoque ieremias sic ait. Hic est deus noster et non reputabitur alius. In terra visus est. et cum hominibus conversatus est. Hic est igitur emmanuhel nobiscum deus. quem maria virgo edidit. De qua re quod ageret ioseph. per angelum sine intermissione docetur et perficit. Denique ait. Exurgens autem a somno. fecit sicut

praecepit illi angelus domini. Et accepit coniugem suam. et non cognovit eam donec peperit filium. et vocavit nomen eius ihesum. Quod autem ait non cognovit eam donec peperit. multis verba haec sed carnalibus dumtaxat non spiritualibus scrupulum incutiunt. quasi postea quam natus sit ihesus cognoverit eam ioseph. quia dixerit donec. Sed quicumque sanae mentis sunt et spirituales. sic sentire non debent. ut potuisset ioseph vir iustus qui et visiones angelorum videbat. et quid ageret angelo monente discebat. mariam contingere. de qua didicerat dei filium natum. Cui etiam ut nomen ihesu imponeret idest salvator ab angelo didicit. Quis fieri poterat ut homo iustus qui custos positus mariae invenitur. qui signum quod per profetas fuerat dictum in populo futurum tenebat. ut hic mariam libidinis causa temptaret? Angelos enim sanctis et pudicis viris semper apparuisse manifestum est. Igitur nisi ioseph in sanctimoniae itinere firmos gressus constitutos habuisset. nunquam puto eum angelorum visiones videre potuisse. et quid agere deberet eorum insinuatione didicisse. Quod utique si fuisset verum nunquam profecto diceret ihesus in passione constitutus ad mariam matrem suam de iohanne discipulo. Ecce filius tuus. Et ad ipsum iohannem. ecce mater tua. Et recepit eam discipulus ille apud se ex illa die. Constat igitur sanctissimam mariam post editum ihesum sic permansisse eique semper fuisse obsecutam. et postea cum apostolis orationi deditam. sicut acta continent apostolorum. Hi omnes erant unanimes deservientes orationi cum mulieribus. et maria matre ihesu. et fratribus eius. Videmus etiam hic exceptam personam mariae. quae utique si mulier eo genere ut ceterae haberetur fuisset inter easdem dinumerata. Sed quando dicit cum mulieribus et maria matre ihesu. videmus mariam praecellere mulieribus. Ut ergo plenius demonstremus de sanctissimae mariae glorificatione. quae iccirco a ioseph cognosci non potuit donec peperit. dominum gloriae et totius potentiae habens in utero. Sanctissimi moysi cum deo loquentis glorificata est facies. ita ut non possent intendere in eum filii israhel. sed velamen faciei suae ponens ad eos loquebatur. Quanto magis sanctissima maria agnosci vel intueri non poterat. quae ut diximus dominum potentiae in utero habebat idest emmanuhelem? Sed plenius de hac ipsa re angelus gabrihel dixit. cum ait ad mariam. Spiritus sanctus superveniet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Hanc igitur obumbrationem virtutis altissimi. non obscuritatem sed infinitam claritatem debemus intellegere. Sicuti enim oculis nostris cum radios solis attentius voluerimus intendere hebetat visus. et nimia claritas fit obscuritas. ut videre omnino nequeamus. Sic et sanctissima maria claritate virtutis altissimi obumbrata. cognosci non poterat a ioseph donec pareret. Post partum ergo hactenus ut diximus a ioseph agnita invenitur. specie faciei non tactu libidinis. Completa questio est generationis ihesu christi domini nostri. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 100 — Lectio sancti evangelii secundum matheum.

Liber generationis ihesu christi filii david. filii abraham. Abraam genuit isaac. Isaac genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Et reliqua.

Tractatus sancti Hilarii episcopi de eadem lectione.

A transmigratione Babylonis usque ad christum. generationes quattuordecim et tredecim inveniuntur. Huius rei ratio nobis exponenda est. Questio haec generationum iusta regulae rationem sic solvitur. Scribitur in lege. ut si defunctus fuerit quis sine filiis. frater aut proximus eius accipiat uxorem ipsius. et suscitet semen in nomine defuncti. Est ergo ioseph duorum filius. Unius iuxta carnem idest iacob. Et alterius iuxta legem idest heli. Iacob igitur defuncto. heli cum esset proximus. accepit uxorem eius et generavit ioseph. Iccirco matheus enumerans generationes. filium dicit iacob. Lucas autem iuxta legem scribens evangelium. servans regulae suae rationem filium dicit heli. Iuxta illud videlicet quod iam dudum in lege fuerat praeceptum. ut in nomine defuncti qui sine filiis excesserat. suscitaretur semen. Deputabatur in nomine defuncti filius. sicut ioseph deputatur filius heli. Sed veritatis imaginabat lex personam. Ubi ergo completum est. imago praecurrens abscessit. et ve-

ritas loco suo fixa stetit. Igitur ut plenius ostendatur nullum in nomine defuncti suscitatum. nisi ei cui res parabatur. iacob genuit filium. et non eum nominavit heli. sed ioseph. Superest nunc ut intellegamus apostolos omnes quasi unum virum. qui fratres a domino sunt appellati. Iam non dicam vos servos sed fratres. accipientes aecclesiam post mortem domini. idest post eius passionem. Et vere suscitatus est ab eis filius in nomine defuncti. idest christi populus christianus. qui vere ex defuncti nomine nominatur. Matheus evangelium sic incipit. Liber generationis ihesu christi filii david filii abraham. David filium christum dicit. ob hoc quia multis in locis idem christus dictus est david. Vel quia maria ex eadem tribu et ioseph fuerunt. idest de tribu iuda. unde et david. Sed quia rex ex eadem tribu fuit david. iccirco et christus verus et aeternus rex nominatur vel dicitur david. Multi volunt generationem quam enumerat matheus deputari ioseph. Et generationem quam enumerat lucas deputari mariae. Ut quia caput mulieris vir dicitur. viri etiam eiusdem generatio nuncupetur. Sed hoc regulae non convenit vel questioni quae est superius. Item ubi generationum ratio demonstratur. verissime solutum est. Ut superius dictum est filium david christum. Sic david. sic abraham. Sic adam. sic dei. Quia ab adam decurrens generatio. pervenit ad abraham. Et ab abraham. ad david regem. ut superius dictum est. ostendens verum eternum regem christum. sicuti prophete dixerunt. Ut autem intellegi manifestius possit cur iudas cum esset quarto loco natus acceperit benedictionem. et non primitus natus. hec ratio fuit. Cum sit mos in lege non alium accipere benedictionem nisi qui maior natu sit. et qui habeat primogenita. Ruben primogenitus illa ratione non accepit. quia incestaverat concubinam patris. Symeon et levi illa ratione. quia cum indigne ferrent stuprum dinae sororis sue illatum ab emor et sichem. circumcisos civitatis viros et in dolore constitutos. gladiis interfecerunt. Quo facto. his non contulit benedictionem. Que datur iudae quarto loco nato. propter illum numerum quo salvator propter iustitiam et legem et prophetiam venerit. qui solus benedictionem totam habet. sicuti iudas qui quartus fuit accepit benedictionem. qui leo et catulus leonis est dictus. Iam tunc christus ob potentiam leo dictus est. qui victor et triumphator diaboli. etiam ipsius mortis invenitur. Satis anxie satisque trepidanter cur sanctissimus matheus tali usus sit principio. exponere aggredior. Ait namque. Liber generationis ihesu christi filii david. filii abrahae. Quaeritur ergo principii istius ratio quare sic caeperit. Cum lucas praemissa quadam ratione caeperit evangelium conscribere. Sed quia veterum scripturarum series studens novitati. et quaecumque vetus testamentum figuraliter continet novum ipsa veritatis ratione adimplevit. Iam dudum enim fuerat per sanctissimum david ita pronuntiatum. in capite libri scriptum est de me. Non immerito sanctus matheus ita praefatus est dicendo. Liber generationis ihesu christi. Hoc est in capite libri scriptum est de me. Quod spiritus futurum sciens. dicebat librum evangelii qui nativitatem filii dei contineret. Vel quia hebraei christum venturum manifeste sciunt. vel quia iam venisse non credunt. iccirco tali principio matheus utitur dicendo. Liber generationis ihesu christi. et caetera. Illa igitur ratione filius dicitur david. quia ex prosapia david per virginem mariam erat venturus. Hic est quem sanctissimus iacob in benedictione iudae demonstrans. leonem et catulum leonis dixit. Et moyses sanctissimus ait. Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris. hunc sicut me audietis. Erit autem quaecumque anima non audierit prophetam illum. eradicabitur de populo suo. Vel quia esaias emmanuhelem idest nobiscum deum per virginem venturum dixerit. Et ieremias. Hic deus noster et non reputabitur alius. In terra visus est. et cum hominibus conversatus est. Ideo ergo hebraeis occurritur. ut quem venire sperant. iam venisse certo certius eisdem demonstraretur. Et ideo ne sit aliqua excusatio. tali principio sanctissimus matheus utitur. Liber generationis ihesu christi filii david. Quia virgo maria per traducem veniens david. non immerito ait propheta. Virga ex radice iesse. et flos de radice eius ascendet. Virga maria. flos et virgo christus dominus. Filii abraham. Prius enim quam circumcideretur abraham credidit deo. sicuti scriptura testatur. Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. Ergo abraham iustus, quique credendo pater fidei invenitur. Denique ad eius contubernium et sinum. omnes fideles invi-

tantur. Quod autem ait filii david. filii abraham. christus dominus noster quia per abraham ex tribu iuda. per david recurrentibus generationibus ex maria virgine carnem accepit. Iccirco dicitur filius david. Ut per prophetas idem filius dei dicitur david. et david filius abrahae. A quo generationum propter iustitiam a sanctissimo matheo evangelista sumitur principium. Ergo quia iustus est filius dei qui iuste iudicat et iustitiam diligit. et rex est perpetuus. merito eius generationem secundum carnem. sanctissimus matheus ab abraham exorsus est. Sed quia per traducem et david fecit mentionem. ostendit filium dei ihesum christum et regem. Merito eius iustitiae regalis secundum carnem progenies ascribitur. Decursis igitur generationibus matheus et ostensis. rursus recapitulat dicendo. Ab abraham usque ad david generationes quattuordecim. Et a david usque ad transmigrationem babylonis. generationes quattuordecim. Et a transmigratione babylonis usque ad christum generationes quattuordecim. Facit tres ordines ter decies quattuor. quod fit quadraginta duo. Non sine ratione hoc scripsisse invenitur. Sed diligentius ratio stili eius requisita. et magna cum sollicitudine discussa. ordinum factorum nobis mysterium adiuvante deo patefiet. Testimoniis scilicet ad hanc rem pertinentibus contractis et perquisitis. In parabola enim seminis boni. invenimus per eundem matheum enuntiatum. Incipiente scilicet a centesimo fructu ad sexagesimum. et a sexagesimo ad tricesimum. qui fiunt ordines tres. Qui ordines. hactenus simpliciter accipendi sunt. Centesimus fructus. perfecta fides. Ut centenario abrahae. idest patri fidei natus sit isaac. Vel quia centum in manu dextra tenentur. quod est dextri lateris. in qua parte agni collocati inveniuntur a pastore. Ideo ergo ab abraham incipit qui est pater fidei generationes enarrare. Sexagesimus autem fructus. secundus ordo est virginum. Ordo enim primus. usque ad david. Secundus vero ordo. a david usque ad transmigrationem. Merito ergo a david ordo virginum declaratur. in sexagesimo scilicet fructu quia virgo maria ex david. de qua dominus noster christus carnem accepit. Tricesimus autem fructus ordini tertio conveniens. a transmigratione babylonis usque ad christum. Ideo quia christus deus et dominus noster ut ait lucas evangelista. et ipse ihesus erat incipiens fere annorum triginta. qui putabatur esse filius ioseph. Quibus annis. passus est dominus noster ihesus christus. Videmus ergo haec omnia spiritualiter in filio dei deo ac domino nostro deputari. in quo perfecta iustitia. et virginalis continentia. et virtus invenitur consummata. Et quia sanctissimus matheus descensionem filii dei nititur insinuare e caelis ad terram. quando dignatus est nostri causa venire et hominem induere. ideq a centesimo numero ad tricesimum pervenit. Idest a maiori summa ad minorem. Hoc est de caelis ex illa gloria ad hominis corpus induendum descendisse filium dei demonstrat. et ideo a centesimo ad sexagesimum de celo veniens ad virginem. per quam editus ad tricenarium numerum veniens annorum. quo tempore passus est. Marcus autem evangelista passionem eius et ascensionem et ad dexteram patris sessionem a tricesimo numerans fructu quo annorum passus est. et ad sexagesimum veniens quod est caro virginalis incorrupta. quam dominus ab inferis suscitans secum attulit ad caelos. Centesimus autem fructus adimpletio fidei et martyrii christi. cum virtute et potentia perfecta ad dexteram patris consedisse manifestum est. Non immerito et lucas evangelista generationes a christo rursum per ioseph numerans. idest ab homine usque ad deum perveniens. verissime eius ascensionem demonstrans. A ioseph per david et per abraham et per adam usque ad christum pervenit. Et quem dixerat filium qui putabatur esse ioseph. hunc dicit filium esse dei. Igitur quia fides vel martyrium quod est centesimus fructus. et virginitas sexagesimus. et tricesimus virtus. omnia haec per gradus quos diximus in filio dei qui in omnibus utpote deus perfectus invenitur conveniunt et concurrunt. Quod autem matheus a centesimo ad sexagesimum. et inde ad tricesimum decurrit. descensionem domini nostri ihesu christi ostendit. Quippe qui iuxta carnem nativitatem eius descripserit. Marcus autem quod a tricesimo ad sexagesimum. et inde ad centesimum percurrit. demonstrat ut superius dictum est passionem. idest virtutem qua diabolum vicit per crucem. et in(con)taminatae carnis quam resuscitatam imposuerit in caelis. Et ideo a minori summa sursum ascendere ad maiorem numerum invenitur. Non immerito ut supra exposuimus aquilae gerit imaginem. quia eum ad caelum volasse demonstrat. Et quia

tres ordines numerantur de fructibus de quibus breviter demonstravimus. tres etiam ordines in generationibus demonstrantur. et numero certo ascribuntur. Quique tres ordines generationum et seminum. Sine dubio trinitatem patris et filii et spiritus sancti demonstrant. Sed quia novissima summa a transmigratione babylonis usque ad christum dixerit generationes quattuordecim et tredecim inveniuntur. scrupulum quendam legentibus incutit. quasi matheus mendacii reus vel subtractor unius generationis arguitur. cum praescriptus numerus non totus inveniatur. Ideo necesse est hoc quoque omni diligentia exponere ac discutere. et veritatem patefacere. Ergo quia numerus unius generationis facit nobis questionem. cum quattuordecim dicuntur et tredecim inveniuntur. spiritualis intellectus invenit istam generationem. quae in numero non invenitur. Dinumeratis scilicet generationibus iuxta carnem. una inde ad simplicem intellectum invenitur esse subtracta. Sed ut dixi spirituali intellectu invento numero. convenientia significantur. Sed hic incipit veritas evangelistae. cui nec mentiri nec fallere licet. tota luce clarescere. Dicit igitur. Usque ad christum generationes quattuordecim et tredecim inveniuntur. Sequitur spiritualis generatio. quae licet numeretur inter carnales. non tamen in eo numero inveniatur. Sic enim decet. ut ea generatio quae de seculo non est. cum saeculi generationibus non inveniatur. merito tredecim inveniuntur. Quartadecima spiritualis est. de qua sic retulit dicendo. Christi autem generatio sic erat. Christi autem generatio. ecclesia intellegitur. Et merito david ait. Deus autem in generatione iusta est. Haec est generatio christi. idest ecclesia. in qua filius dei permanere invenitur. Igitur quia ecclesia dei spirituali nativitate renata in seculo non est. habens scilicet conversationem celestem. quam salomon in navi figurans. ait. Iter se navis pelagi tantis non cognoscere. idest conversationem ecclesiae in saeculo non posse reperiri. Siquidem actus eius et nativitas fit spiritualis. et ideo generatio iusta in qua filius dei consistit. ecclesia est. de qua dictum est. Christi autem generatio sic erat.

Passio S. Ioannis Apostoli et Evangelistae.

In pagina 11 Florilegii *Tomi II. huius* Bibliothecae Casinensis, *lectorem monuimus, vitam Sancti Ioannis Apostoli, ex variis consarcinatam Codicibus a nobis esse daturam. Fragmenta, sive partes huius vitae recurrunt in Codicibus, 52, 97, 110, 139, 141, 144, 193, 418; sed omne quod offerunt hi Codices reperitur, exceptis quibusdam lectionibus variantibus, in quatuor Codicibus 57, 99, 101, 145, ex quibus hanc vitam desumptam hodie typis mandamus.*

Ex Codice CXLV — pag. 106.

Incipit prologus in gesta. Sancti iohannis apostoli et evangelistae.

Mellitus servus christi episcopus laudociae. universis episcopis ecclesiarum catholicarum in domino aeternam salutem. Volo sollicitam esse fraternitatem vestram de leucio quodam. qui scripsit apostolorum actus. iohannis evangelistae. et sancti andreae. vel thomae apostoli. qui de virtutibus quidem quae per eos dominus fecit plurima vera dixit. de doctrina vero multa mentitus est. Dixit enim docuisse eos duo principia. quod execratur ecclesia christi. Cum et ipse sanctus iohannes apostolus in capite evangelii sui unum testetur principium. in quo semper fuerit verbum. a quo universa creata sunt visibilia et invisibilia. Leucius autem dicit eos docuisse duo principia boni et mali. et bona a bono. mala vero a malo principe substitisse. Cum constet malum nichil esse substantiale sed actuale. et penitus nullam esse creaturam neque visibilem neque invisibilem. quae possit mala intellegi per naturam. Sive enim angelus malus sive homo malus. a deo bonus factus est. Et ideo malus. quia contra creatoris sui volun-

tatem praesumpsit. Nam et angeli et homines qui mali esse noscuntur. a deo iusto damnantur. Iustus autem deus iniustitiam punit. quam non oriendo angeli vel homines. sed iniuste agendo incurrisse noscuntur. Prohibita enim a domino suo servus si perpetraverit. et iussa non fecerit. iuste puniendum se esse cognoscit. Quique si se ipsum pro sua presumptione humiliaverit. et ex toto corde dixerit peccavi tibi domine miserere mei. subveniet ei pietas domini. et qui per iustitiam iusti iudicii puniendus extiterat. per misericordiam ad indulgentiam revocabitur. Ergo ut te vere peccatorem ostendas. deum creatorem honora. Honoras autem creatorem. si te solum culpaveris cum delinquis. et non abscesseris cum peccas. ut ex omni parte tuam praesumptionem arguas. non tui queraris operam conditoris. Si enim vere te neglegentem accusaveris et te delinquentem. et veram deo optuleris poenitentiam. ad veram poteris indulgentiam pervenire. Haec leucii causa memoravi. qui mendacio plenus apostolos dei asseruit docuisse duo principia. hominis extitisse facturae. et animam a bono deo conditam. carnem a malo. et necessitate carnis animam involvi peccatis. Quod si ita esset. qui non peccat omnino non viveret. Et sicut qui non manducat aut non bibit aut non digerit aut non dormit sine dubio vivere non potest. Ita et qui non occidit aut non furatur. aut qui non aliquando crimen admittit. non posse vivere monstraretur. At vero cum doceatur homo sine fornicatione vivere. qui sine victu et vestimento vivere non potest. Constat eum ita conditum a bono creatore. ut sine criminibus viveret. cum absque alimoniis non possit omnino constare. Denique clausum in carcere. tentum in vinculis. deportatum exilio. absque criminibus vivere posse cognoscimus. cum absque cibo et potu et digestione et sommo penitus non posse vivere comprobemus. Sed nos ista reticentes. ad beati iohannis evangelistae gesta flectamus articulum. et ad dominum de hac luce qualiter migraverit. explicemus. EXPLICIT PROLOGUS.

EX CODICE XCIX. — PAG. 247.

PASSIO SANCTI IOHANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTE.

Secundam post neronem. domitianus persecutionem exercuit. Huius temporibus beatus Iohannes apostolus et evangelista apud urbem ephesum a proconsule comprehensus. admonebatur iuxta edictum imperiale. ut negaret christum. et a predicatione cessaret. At ille respondens dicebat. Obedire magis oportet deo quam hominibus. Proinde nec christum deum meum negabo. nec a praedicatione nominis eius quiescam. donec consumem cursum ministerii quod suscepi. Ad cuius responsionem motus proconsul. iussit eum velut rebellem caesaris (1) (in arta custodia retrudi. Scribens de eo imperatori epistolam continentem ita. Piissimo caesari et semper augusto domitiano proconsul ephesiorum salutem. Notificamus gloriae vestrae. quoniam quidam vir nomine iohannes ex genere hebreorum. in asiam veniens. predicat iesum christum crucifixum. affirmans eum verum deum et dei filium esse. Culturam autem invictissimorum deorum nostrorum evacuat. et templa veneranda quae ab initio fuerunt constructa. funditus evertit. Contrarius itaque existens hic magus et sacrilegus imperiali vestro edicto. suis magicis artibus et predicationibus paene omnem populum ephesinae urbis ad culturam hominis crucifixi et mortui convertit. Nos autem zelum habentes erga culturam deorum immortalium. iussimus eum nostris tribunalibus presentari. Quem blanditiis et terroribus admonere studuimus. ut iuxta edictum imperii vestri christum suum negaret. et ab eius predicatione cessaret. atque diis omnipotentibus grata libamina offerret. Cui cum nulla ratione ista persuadere potuissemus. hos opices imperiali vestrae potestati dirigimus. ut quicquid vestrae magnitudini de predicto rebelle placuerit facere. nostrae parvitati notetis. Bene valete.

Statim autem ut legit epistolam insanus domitianus. furore arreptus. proconsuli scripsit. ut sanctum iohannem vinctum catenis ab epheso ad urbem adduceret romam. Tunc proconsul suscipiens

(1) *Verba inter parentheses comprehensa, leguntur in vita eadem, exarata in Cod. 101, quorum loco Cod. 99 haec habet:* in dolium ferventis olei mergi. Qui statim ut coniectus in illud est, velut fortis athleta unctus non adustus exiit. Ad quod miraculum proconsul stupefactus...

imperiale preceptum. beatissimum iohannem apostolum et evangelistam catenis vinctum. secum romam adduxit. nuntiavitque domitiano caesari eius adventum. indignatus autem crudelissimus domitianus. direxit proconsuli dicendo. ut ante portam quae latina dicitur. in ferventis olei dolio vivum mitteret sanctum iohannem. Prius tamen eum flagellis caederet. et crines capitis eius tonderet. ut inhonorabilis ab omnibus videretur. Tunc proconsul secundum iussionem imperialem veniens ad supradictam portam romanae urbis. iussit sibi tribunal parari. et ante suum conspectum adduci sanctum iohannem apostolum. Cumque ante eum fuisset adductus. iussit eum expoliari. et flagellari. crinesque capitis eius funditus tondi. Questionarii autem fecerunt ut iusserat proconsul. Post haec autem presente senatu ante predictam portam iussu crudelissimi domitiani ab eodem proconsule pridie nonas maii. beatus iohannes apostolus et evangelista in ferventis olei dolium missus est. Unde tam illesus protegente eum gratia dei a paena exiit. quam a corruptione carnis mansit immunis.

Ad commendandam ergo ipsius sanctissimi iohannis apostoli et evangelistae dignam memoriam. et apostolicam constantiam. christicolae in supradicto loco ante portam latinam ecclesiam preclaro opere condiderunt. ubi festivum concursum usque hodie fideles populi faciunt. Proconsul autem videns beatum iohannem velut athletam fortissimum de dolio exire unctum non adustum obstupefactus) voluit eum libertati suae reddere. et fecisset. nisi timuisset iussioni regiae contraire. Tunc precepit eum in exilium duci in insulam quae dicitur pathmos. in qua et apocalypsin quae ex nomine eius legitur et vidit et scripsit. Domitianus autem eodem anno quo iussit sanctum iohannem exiliari a senatu romano interfectus est. Et quoniam deo cure fuit de apostolo suo. ex totius senatus consulto hoc definitum est. ut quicquid domitianus fieri voluit cassaretur. Hinc factum est ut sanctus iohannes qui voluntate domitiani exilio cum iniuria fuerat deportatus. cum honore ad ephesum remearet. Occurrit autem illi omnis populus virorum ac mulierum. omnes pariter exultantes et dicentes. benedictus qui venit in nomine domini. Cum autem ingrederetur civitatem. Drusiana quae semper monitis eius obsecuta fuerat. et adventus eius desiderio fatigata. mortua efferebatur. Tunc sanctus iohannes videns flentes pauperes et parentes. ac viduas simul cum orphanis clamantes et dicentes. Sancte iohannes apostole. ecce drusianam efferimus quae sanctis monitis tuis obtemperans nos omnes alebat. serviens deo in castitate et humilitate. et cotidie tuum desiderabat reditum dicens. si videam apostolum dei oculis meis antequam moriar. ecce tu venisti. et te videre non potuit. Tunc beatus iohannes iussit deponi feretrum. et coram omnibus iussit revolvi corpus eius. et voce clara ait. Dominus meus ihesus christus excitat te drusiana. surge. et pedibus tuis revertere ad domum tuam. et praepara michi refectionem. Ad hanc vocem surrexit. et coepit ire sollicita de iussione apostoli. ita ut videretur ipsi drusianae. quia non de morte sed de somno excitasset eam. Factus est autem clamor populi per tres horas dicentes. unus deus quem praedicat iohannes. unus est dominus ihesus christus.

Altera autem die craton philosophus in foro proposuerat de contemptu mundi huiusmodi spectaculum. Ut duo iuvenes fratres ditissimi quos fecerat distracto patrimouio suo gemmas emere singulas. has in conspectu totius frangerent populi. Quod cum facerent pueri. contigit ut inde transitum haberet apostolus. Et convocans ad se cratonem philosophum ait. Stultus est iste mundi contemptus. qui hominum ore laudatur. sed condemnatur divino iudicio. Sicut enim vana medicina est ex qua non absciditur morbus. ita vana doctrina est ex qua non vitia curantur animarum et morum. Magister itaque meus iuvenem cupientem ad vitam aeternam attingere his verbis instruxit. quibus diceret. ut si vellet perfectus esse. venderet omnia sua et daret pauperibus. quo facto. thesaurum in coelo adquireret. et vitam quae finem non habet inveniret. Craton dixit. humanae cupiditatis fructus in medio positus est. sed si vere deus est magister tuus. et vult hoc fieri ut pauperibus erogetur census pretii harum duarum gemmarum. fac eas redintegrari. ut quod ego feci ad famam hominum. tu facias ad gloriam eius fieri quem tuum magistrum esse commemoras. Tunc beatus iohannes colligens fragmenta gemmarum et ponens in manu sua. elevavit oculos suos ad coelum et ait. Domine ihesu christe cui nichil impossibile est. qui fractum mundum per li-

gnum crucis tuae in tuis fidelibus restaurasti. Adesto nunc super istos lapides protiosos. quos ignorantes fructum elemosinae ad plausum hominum confregerunt. Tu domine per manus angelorum tuorum modo eos recupera. ut pretio eorum in misericordiae usus expenso. facias credentes tibi pervenire ad tuum imperium. Cumque respondissent fideles qui cum apostolo erant et dixissent Amen. ita sunt solidata fragmenta gemmarum. ut nec signum aliquod de eo quod fractae fuerant remaneret. Tunc philosophus craton simul cum his iuvenibus et cum universis discipulis suis pedibus eius advolutus. credidit. et baptizatus est cum omnibus et coepit fidem domini nostri ihesu christi publice predicare. Tunc duo illi fratres venumdantes gemmas quas vendito patrimonio suo emerant. earum pretium pauperibus tradiderunt. et coepit infinita turba credentium adhaerere apostolo. Tunc duo fratres honorati civitatis ephesiorum sequentes eorum exempla. venundantes omnia quae habere poterant et dantes universa egentibus. sequebantur apostolum per civitates euntem et verbum domini praedicantem.

Contigit autem ut intrantes urbem pergamum. viderent servos suos sericis indutos vestibus procedentes. et in gloria seculari fulgentes. Hinc factum est ut sagitta diaboli percussi tristes efficerentur. quod se in uno pallio viderent egentes. suos vero servos potentissimos atque fulgentes. Sed hos dolos diaboli intellegens apostolus ait. Video vos et animos vestros mutasse et vultus. quod doctrinam domini mei ihesu christi secuti omnia quae habere potuistis pauperibus contulistis. Unde si vultis recuperare omnia quae in auro et argento et lapidibus pretiosis habuistis. deferte michi virgas rectas in singulis fascibus. Quod cum fecissent invocata trinitate domini conversae sunt in aurum. Item dixit eis. deferte michi lapides minutos a litore maris. Quod cum fecissent invocata trinitate domini conversi sunt in gemmas. Tunc dicit eis sanctus apostolus per septem dies ite per aurifices et gemmarios. et dum probaveritis verum aurum et veras gemmas. nuntiate michi. Euntes autem ambo post septem dies reversi sunt ad apostolum dicentes: Domine. omnium aurificum officinas circuivimus. et omnes dixerunt tam purum aurum et tam optimum se nunquam vidisse. sed et gemmarii eadem dixerunt. Tunc dicit eis sanctus Iohannes. Ite et redimite vobis terras quas vendidistis. emite vobis sericas vestes. ut pro tempore fulgeatis sicut rosa. quae dum flos eius et odorem pariter et ruborem ostendit. repente marcescit. Suspirastis enim in vestrorum servorum aspectu. et vos effectos pauperes gemuistis. Estote floridi ut marcescatis. estote divites temporaliter. ut in perpetuum mendicetis. Nunquid non valet manus domini ut faciat servos suos divitiis affluentes. et incomparabiliter splendentes? sed certamen statuit animarum. ut credant se aeternas habituros divitias. qui pro eius nomine temporales opes habere noluerunt. Haec dicente beato apostolo Iohanne. ecce efferebatur a matre vidua iuvenis qui triginta dies habebat quod uxorem acceperat. Venientes autem turbae quae exequias faciebant simul cum matre eius vidua. iactaverunt se ad pedes eius. et omnes pariter fletus et gemitus emittentes. rogabant ut in nomine dei sui sicut Drusianam sic et hunc iuvenem mortuum suscitaret. Tantus autem omnium extitit fletus. ut etiam ipse sanctus apostolus vix a fletu et lacrimis temperaret. Tunc prosternens se in orationem diutissime flevit. Et exurgens ab oratione. expandit manus suas ad caelum et tacita prece diutissime oravit. Hoc cum fecisset tertio. iusssit solvi involutum corpus et ait. O iuvenis stactee. pro ignorantia tua lacrimas ego domino meo simul et preces effudi. ut exurgas a mortis vinculo resolutus. et istis duobus attico et eugenio annunties quantam gloriam amiserint. et quantam incurrerint penam. Tunc exurgens stacteus adoravit apostolum. et cepit increpare discipulos eius dicens. Vidi angelos vestros flentes. et satanae angelos in vestra deiectione gaudentes. Vidi iam paratas vobis ex coruscantibus gemmis zetas instructas. plenas gaudiis. plenas deliciis. plenas delectationibus quas amisistis incauti. et adquisistis vobis loca tenebrarum. plena draconibus. plena stridentibus flammis. plena cruciatibus et incomparabilibus penis. plena doloribus. plena angustiis. plena timore et tremore. Iam nichil aliud vobis super est nisi ut rogetis apostolum domini. ut sicut me resuscitavit et de interitu ad salutem reduxit. ita et animas vestras quae iam de libro vitae delete sunt resuscitare dignetur. Tunc ipse qui resuscitatus fuerat prostravit se cum omni populo. et cum at-

tico et eugenio ad pedes apostoli. omnesque pariter exorabant eum ut intercederet pro eis ad dominum. Quibus sanctus iohannes apostolus hoc dedit responsum. ut per triginta dies deo poenitentiam offerent. in quo spatio hoc maxime precarentur. ut virgae aureae ad suam naturam redirent. similiter et lapides ad vilitatem in qua antea fuerant remearent. factum est autem ut triginta dierum spatio transacto. cum neque virgae mutarentur in ligna. neque gemmae mutarentur in lapides. venientes atticus et eugenius dixerunt apostolo. Semper misericordiam docuisti. Semper indulgentiam praedicasti. et precepisti semper ut homo homini indulgeret. homo utique sibi parceret simili. Et si hominem homini indulgere vult deus. quanto magis cum ipse sit deus homini indulget et parcit? Oramus te domine. Oramus te apostole. ut indulgentiam dei quam semper praedicas verbis factis ostendas. Tunc beatus iohannes flentibus et penitentibus. universis etiam pro his intervenientibus dixit. Dominus deus noster his sermonibus usus est dicens. nolo mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat. Nam et cum nos doceret de penitentibus dominus ihesus christus. Amen inquit dico vobis. quia maius gaudium est in caelo angelis super uno penitente et convertente se a peccatis suis. quam supra nonaginta novem iustis qui non peccaverunt. Unde volo vos scire. quia dominus accepit penitentiam eorum. Tunc conversus ad atticum et eugenium dixit. Ite et reportate virgas ad silvas unde eas assumpsistis. quoniam ad suam sunt naturam reverse. et lapides quoniam petre effecti sunt ut fuerant. Quod cum fuisset impletum. receperunt gratiam quam amiserant. ita ut etiam fugarent demonia. et sicut prius infirmos curarent. et virtutes multas per eos dominus faceret.

Cum autem omnis civitas ephesiorum immo omnis provincia asie iohannem excoleret et praedicaret. accidit ut cultores idolorum excitarent seditionem. Unde factum est ut sanctum iohannem traherent ad templum diane et urgerent eum ut feditatem eius sacrificiorum offerret. Tunc beatus iohannes ait. ducam vos in ecclesiam domini mei ihesu christi. et invocantes nomen dianae vestrae facite cadere eam. et consentiam vobis. Sed si hoc facere non potestis. ego invocabo nomen domini mei ihesu christi. et faciam cadere templum hoc et comminui idolum vestrum. Quod cum factum fuerit. non iniustum vobis videri debet ut relicta superstitione vestra quae a deo meo victa est. ad ipsum convertamini. Ad hanc vocem. conticuit omnis populus. Et licet essent pauci. qui contradicerent huic definitioni pars tamen maxima consensum attribuit. Tunc beatus iohannes blandis alloquiis exhortabatur populum ut a templo se longe facerent. Cumque universi ex interiori parte foras exissent. voce clara coram omnibus dixit. Domine ihesu christe. te obsecro ut sciat omnis haec turba quia idolum hoc dianae daemonium est et non deus. corruat hoc templum cum omnibus manufactis idolis quae coluntur in eo. ita ut nullam in hominibus lesionem faciat. Continuo autem ad hanc vocem apostoli omnia simulacra cum templo suo et idola ita corruerunt. ut fierent sicut pulvis quem proicit ventus a facie terrae. Conversi sunt autem eodem die duodecim milia virorum gentilium. exceptis parvulis et mulieribus. et baptismatis sunt consecrati virtute. Tunc aristodemus qui erat pontifex idolorum repletus spiritu nequissimo. excitavit. seditionem in populo. ita ut populus contra populum pararetur in bellum. Sed beatus iohannes ait. dic michi aristodeme quid faciam ut tollam indignationem de animo tuo? Cui aristodemus dixit. Si vis ut credam deo tuo. dabo tibi venenum bibere. quod cum biberis. si non fueris mortuus apparebit verus esse deus tuus. Cui apostolus ait. Venenum si dederis michi bibere. invocato dei mei nomine non poterit nocere michi. Cui aristodemus ait. prius est ut videas bibentes et statim morientes. ut vel sic possit cor tuum ab hoc poculo formidare. Cui beatus Iohannes respondit. Iam dixi tibi. tu tantum paratus esto credere in dominum meum ihesum christum dum me videris post veneni poculum sanum.

Perrexit itaque aristodemus ad proconsulem. et petiit ab eo duos viros qui pro suis erant sceleribus decollandi. et statuens eos in medio foro coram populo in conspectu apostoli. fecit eos bibere venenum. qui mox ut biberunt. spiritum exhalaverunt. Tunc dicit aristodemus ad iohannem. Aut recede ab ista doctrina per quam a deorum cultura revocasti populum. Aut accipe venenum et bibe. aut ostendas omnipotentem esse deum tuum. si

postea quam biberis potueris incolumis permanere. Tunc beatus Iohannes iacentibus mortuis iis qui venenum biberant. intrepidus et constans accepit calicem et signaculum crucis in eo faciens dixit. Deus omnipotens cui omnia elementa deserviunt. extingue queso hoc venenatum virus. et vires quas in se habet evacua. et da omnibus his quos tu creasti oculos ut videant. aures ut audiant. et cor ut magnitudinem tuam intellegant. Et cum hoc dixisset. armavit se signo crucis. et bibit quod erat in calice totum. Et postea quam ebibit dixit. peto ut propter quos bibi convertantur ad te domine. et salutem quae apud te est te illuminante mereantur accipere. Attendentes autem populi beatum Iohannem per tres horas vultum habere hylarem. et nulla penitus signa palloris aut trepidationis habentem. clamare ceperunt. Unus est verus deus quem colit Iohannes. Aristodemus autem nec sic credebat. sed populus obiurgabat eum. Ille autem conversus ad iohannem dixit. Inest michi adhuc dubitatio. sed si istos qui hoc veneno mortui sunt in nomine dei tui excitaveris. emundabitur ab omni incredulitate mens mea. Populi autem insurgebant in aristodemum dicentes. incendimus te et domum tuam. si ausus fueris ultra apostolum dei tuis sermonibus fatigare. Videns autem beatus iohannes acerrime seditionem concitari petiit silentium fieri et omnibus ait. prima est quam de virtutibus divinis debemus imitari patientia. per quam ferre possimus incredulorum insipientiam. Unde si adhuc aristodemus ab infidelitate tenetur. solvamus nodos infidelitatis eius. et licet tarde faciamus tamen eum cognoscere creatorem suum. Non enim cessabo ab hoc opere. quo medela eius possit vulneribus provenire. Et sicut medici habentes inter manus aegrum variis medelis indigentem. ita etiam nos si adhuc curatus non est de eo quod factum est. aliquid quod factum non est faciamus. Et convocans ad se aristodemum. dedit ei tunicam suam. Ipse vero pallio amictus caepit stare. Cui ait aristodemus. Ut quid dedisti michi tunicam tuam? Dicit ei sanctus iohannes. Ut vel sic confusus a tua infidelitate discedas. Cui aristodemus ait. Et quomodo tunica tua faciet me ab infidelitate mea recedere. Respondit apostolus. Vade et mitte eam super corpora defunctorum. et dices ita. Apostolus domini nostri ihesu christi misit me ad vos. ut in nomine dei sui surgatis. ut cognoscant omnes quia vita et mors famulantur domino meo ihesu christo. Quod cum fecisset aristodemus. et vidisset eos exurgere. adorans iohannem festinus perrexit ad proconsulem. et caepit clamare dicens. Audi me proconsul. Memorem te esse puto quod tuam contra iohannem frequenter iram excitaverim. et multa mala contra ipsum egerim. unde vereor ne iram eius experiar. Est enim deus sub specie hominis latens. Nam venenum bibens. non solum ipse incolumis perseverat. verum etiam illi qui veneno mortui fuerant. per manus meas tunicae eius tactu suscitati vivunt. nulla secum signa mortis habentes. Dicit ei proconsul. et quid vis ut faciamus? Respondit aristodemus. Ut veniam postulemus. et quicquid nobis iusserit faciamus. Tunc venientes simul. prostraverunt se apostolo indulgentiam flagitantes. Quos ille suscipiens. orationem cum gratiarum actione obtulit deo. praecepitque eis unius ebdomadae ieiunium agere. quo expleto. baptizavit eos. Qui cum baptizati fuissent cum universa parentela et affinitate sua. omnibusque familiis suis. confregerunt omnia simulacra. et fabricaverunt basilicam in nomine sancti iohannis in qua ipse sanctus iohannes assumptus est.

Constat sane beatum iohannem usque ad ultimum poene vitae suae tempus. absque ullius scripturae indiciis evangelium praedicasse. Sed cum trium evangeliorum hoc est mathei marci et lucae etiam ad ipsum notitia pervenisset. probavit quidem fidem et veritatem dictorum. deesse tamen vidit aliqua et ea maxime. quae primo predicationis suae tempore dominus gesserat. Quoniam autem ab his haec videbantur omissa. rogatus est a fratribus. ut ea quae praeterierant priores ante traditionem iohannis salvatoris gesta conscriberet. quod et fecit. Et quia nativitatem domini secundum carnem vel matheus vel lucas descripserant. reticuit haec Iohannes. et a theologia atque ab ipsa eius divinitate sumpsit exordium. quae pars sine dubio ipsi velut eximio per spiritum sanctum reservata est. Plenitudine nanque gratie et conversatione sincera beatissimus Iohannes commendatus omnibus et amabilis erat. Hic in eadem ephesina civitate senescens. praedicationem verbi divini. signis et virtutibus commendabat. ita ut tactu vesti-

menti eius languentes sanarentur. leprosi mundarentur. caeci illuminarentur. daemones etiam ab hominibus expellerentur.

Cum autem esset annorum nonaginta septem. apparuit ei dominus ihesus christus cum discipulis suis. et dixit ei. Veni ad me. quia tempus est ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis. Surgens autem iohannes. caepit ire. Dominus vero dixit ei. Dominico resurrectionis meae die qui post quinque dies futurus est. venies ad me. Et cum haec dixisset dominus. coelo receptus est. Veniente autem die dominico convenit universa multitudo in ecclesiam quae in eius fuerat nomine fabricata. et a primo gallorum cantu agens mysteria dei. omnem populum usque ad horam diei tertiam allocutus est dicens. Fratres et conservi mei. coheredes et comparticipes regni dei. cognoscite quantas virtutes. quanta prodigia. signa quoque et charismata. quantamque doctrinam per me vobis dominus ihesus christus prestiterit. et perseverate in eius mandatis. me enim dominus iam de hoc mundo vocare dignatus est. Post haec iuxta altare iussit foveam fieri quadratam. et terram eius foras ecclesiam proici. et descendens in ea. expandit manus suas ad dominum. et dixit. Invitatus ad convivium tuum. venio gratias agens. quia me dignatus es domine ad tuas epulas invitare. sciens quod ex toto corde meo desideraverim te. Vidi faciem tuam. et quasi de sepultura resuscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in me excitavit aeternas. Vox tua plena suavitate melliflua. Allocutio tua incomparabilis eloquiis angelorum. Quotiens te rogavi ut ad te venirem. et dixisti. Expecta ut populum liberes crediturum mihi. et custodisti corpus meum ab omni pollutione. et animam meam semper illuminasti. et non dereliquisti me cum irem in exilium et redirem. et posuisti in ore meo verbum veritatis tuae. commemorans per me testimonia virtutum tuarum. et scripsi ea quae audivi ex ore tuo auribus meis. et conspexi oculis meis. Et nunc domine. commendo tibi filios tuos. quos tibi ecclesia tua virgo et vera mater per aquam et spiritum sanctum regeneravit. Suscipe me. ut cum fratribus meis sim. cum quibus veniens invitasti me. Aperi mihi pulsanti, ianuam vitae. princeps tenebrarum non occurrat mihi. nec veniat michi pes superbiae et manus extranea a te non contingat me. Sed suscipe me secundum verbum tuum. et perduc me ad convivium epularum tuarum. ubi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim christus filius dei. qui cum patre tuo et cum sancto spiritu vivis et regnas in saecula saeculorum. Cumque omnis populus respondisset amen. lux tanta apparuit super apostolum per unam fere horam. ut nullus eam ferre posset aspectus. Postea vero inventa est fovea illa plena. nihil aliud in se habens nisi manna. quod usque hodie gignit locus ipse. et fiunt ibi innumerae virtutes per orationes eius et merita. cum ab universis infirmitatibus et periculis liberantur omnes. et precum suarum consequuntur effectum. Prestante domino nostro ihesu christo. qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ex Codice LVII. in compactione.

. . . . . incredibilem sapientiam ac pene divinam. tacitus preterire nullo modo possum. Pius enim cesar pietatem tenet. pietatem predicat. pietatem diligit. pietatis iura custodit. pietatem tenere omnibus in orbe romano degentibus per suam sacram promulgat. Iohanne enim ab exilio revocato. et suo loco reddito. toti asiae libertatem redditam puto. Ergo et iohanni et omnibus pristinae vitae consuetudinem pie nerva inclusam aperuisti. et his ad bene de republica omnibus sperandum. quasi lichonum aliquod sustulisti. A te auctoritatem libertatis et fructum omnis ante actae vitae orbis universus maximum coepit. cum summo consensu senatus. Et merito. Quis enim est aut nobilitate aut probitate. aut optimarum artium studio. aut innocentia aut ullo laudis genere prestantior? nullius tantum flumen est ingenii. nulli dicendi. aut scribendi tanta vis. tanta copia. tanta facundia. quae non dicam exornare. sed enarrare pie cesar res tuas gestas possit? Tamen hoc affirmo. hoc dico. hoc probo. et hoc pace dicam tua. nullam in gestis rebus esse ampliorem. quam pietatem sequi. Nulla est enim tanta vis. tanta copia. quae non ferro ac viribus debilitari. frangique possit. Animum vincere. iracundiam cohibere. superbiam calcare. nobilitatem suam parvipendere. ingenio et virtute reliquos antecedere. non modo extollit. sed etiam amplificat. Hec qui facit. iure summis viris

aequiparandum iudico. Tuas enim pro pietate laudes. non solum romanis. sed pene omnium gentium litteris atque linguis. nec ullam umquam etas de tuis laudibus conticescet. Omnes dicunt. omnes clamant. omnes vestram pietatem. mansuetudinem et modestiam probant. At nos qui tuam presentiam cernimus. cuius mentem. sensum. moresque videmus. quibus laudibus efferemus? quibus studiis prosequemur? qua benevolentia complectemur? qui iniusto aere oppressis. iustitiam conservasti. exules solvens ad propria remeare sinisti. Hunc maximum factum. tuis maximis et innumerabilibus gratulationibus. iure anteponere debes. Tanta est enim virtus pietatis. ut nulla tropeis et monimentis tuis allatura finem. sit etas. Nichil enim est opere et manu factum. quod non aliquando conficiat et consumat vetustas. At vero haec pietas florescet cotidie magis. ita ut quantum operibus tuis diuturnitas detrahet. tantum efferet laudibus. Moveat ergo vos cesar. moveat vos patres conscripti. tutores dominae rerum. moveat populus asianus. Omnes pro iohanne rogant. omnes iohannem querunt. omnes iohannem diligunt. Sine iohanne. manere se nullatenus dicunt. Valeat. valeat illud inquam patris patriae venerabile nomen. memor esto filiorum. Solve compeditos. exules libertati pristinae restituite. Imperator enim romanus. non est dominus servorum. sed liberorum. Conserva tuis tuos. imitari te condecet gaium iulium cesarem imperatorem. et pontificem maximum. qui inimicis suis misertus est. Nichil enim tam populare est. quam bonitas. Nulla de virtutibus plurimis. nec admirabilior. nec gratior misericordiae est. Homines enim ad cesarem nulla re propius accedunt. quam in salute hominibus danda. Nichil enim habet nec fortuna tua maius quam ut possis. nec natura melius. quam velis conservare plurimos. Cesar enim postquam a conscriptis patribus ac militibus. et a romano populo summam rerum adeptus fuerit. oportet preconio bonitatis ornari. et animum suum ita formare atque instruere. ut ad imitationem divinitatis semper accedat. querat. discat. exequatur omnia ornamenta virtutis. et cum his se instruxerit. sit facilis accessu. ut si quid voluerit aliquid postulare ab eo. cum nullo terrore trepidationis accedat. Divus enim cesar per quem terrena omnia gubernantur. talem se oportet exhibere. ut omnibus presit et prosit. Is namque solus est. qui post deum omnium rerum monarchiam tenet. Cum enim sit totius orbis dominus. pietatem eum . . . .

. . . . . . convenit. Ipsi enim post deum subiacent omnes ingenui. omnes ordines. omnes divites. omnes nobiles. omnes honores. omnes serviunt potestates. divini numinis et immortalis sortitus licentiae potestatem. Nunc itaque pie cesar vosque patres conscripti. poscimus per fabricatorem mundi deum qui omnia creavit. qui solem formavit et lunam. qui omnium siderum cursus ordinesque disposuit. qui maris fluctus intra certos terminos cohartavit. qui ignem inflammat. qui terram in medio collocatam equata moderatione suspendit. qui universam creaturam divini artificii maiestate composuit. qui terram perennibus rigat fontibus. qui ventorum flatus. cum quadam facit necessitatis moderatione variari. qui ex nichilo cuncta creavit. et per romani imperii maiestatem. et aeternae urbis stabilitatem adiuramus. et enixius flagitamus. ut nobis innocens iohannes reddatur. iohannes exilio solvatur. iohannes ad asiam redire sinatur. animum habens incorruptum. rectum vivendi ordinem tenentem. castum. pudicum. fidem illibatam habentem. et manus ab omni facinoris scelere separatas. Cumque loquendi finem fecisset. divus cesar ex patrum consultu. imperato silentio dixit. Patres conscripti. nemo ante me novus imperator romano populo prius gratias egit quam voluntatem aspiceret. me vobis priusquam ancylia. scutum et arma caelestia accepissem. obligavit fortuna. Primum quod pietatem diligentes. crudelissimum pietatis inimicum extinxistis. Secundum. quod adhuc in confirmanda pietatis sententia permanetis. Nostis enim et bene nostis hoc a maioribus nostris actitatum. ut reus esset legibus et capitali sententiae subderetur. quicumque aliquem occidisset infantem. Eratque hoc statutum in bello. ut facies cui pubertas non inerat. gladium bellatoris evaderet. et vitae incolumis permaneret. Quod ergo in hostibus et pro hostibus promulgatum est. in conprovincialibus nostris non observabitur? quid iuvat romanum imperatorem pietate carentem. pium nominare. ut sit ipse suis legibus et suo nomine reus? quid iuvat dominatorem orbis pium vocare. et crudelitatem moribus et operibus exercere? pie-

tas enim pium reddit. crudelitas crudelissimum facit. Iure ergo impietas a pietate. iniustitia a iustitia est superata. Divam nostram maiestatem. pietatis nomine insigniri condecet. Qui enim omnibus est prelatus. pietate non proponi sed supponi condecet et tunc erit victor. tunc dominus. cum a pietate victus fuerit. Quapropter patres conscripti probantibus et confirmantibus vobis. hac nostra imperiali sacra sancimus iohannem hebreum ab exilio solvi. et pristinae libertati restitui. facta vero domitiani pro irrito haberi. Ad hanc concionem cum pio nervae diutissime fausta acclamata a senatoribus. dictatoribus. magistratibus. consulibus. patriciis. prefectis. omnique romano populo fuissent. fit vox laetitiae militantibus et privatis. coronatur civitas. pium nervam. pietatis auctorem. et patrem patriae proclamantes. Post haec unus ex senatoribus ex patrum consultu surgens in medium ait. Suggerimus amplitudini vestrae cesar invicte. ut vestris divis apicibus veteribus domitiani litteris corrigantur. ne orbis romanus lassescens deficiat. Tum pius nerva. Secundum conscriptorum voluntatem. scribite litteras. grisobullio imperiali insignitas. et per veredarios asiae africae et europae dirigite. Haec enim consuetudo erat. ut epistolae quae ex divi cesaris nomine mittebantur. et imperiali anulo signatae erant. nullus auderet contradicere. accitisque scribis et librariis reipublicae. scriptae sunt epistolae ut patres statuerant ex divi et pii cesaris nomine. ad consules. proconsules. dictatores. tribunos. centuriones. princi. . . . .

Terrae et maris dominus et sacerdos a iove divus et pius nerva cui omnia subiacent. pius. inclitus. pontifex maximus. consul. cesar. triumphator. monocrator. victor. felix. semper augustus. universis in orbe romano commorantibus. romanaeque dicioni subiacentibus salutem et perpetuam pacem. Cum romanus orbis intestinis bellis evisceratus iaceret. celsa tonantis potentia nostram maiestatem universali orbis palatio preficiens. subditis et subiectis defensionis auxilia ministramus. pro certo scientes. quia misericordiae et pietati servire. lapsis manum porrigere. oppressos iuvare. exules libertati restituere. et diis et hominibus laudabile et salubre videtur. Unde primum adnitendum nobis est. ut omni iniustitia reiecta. orbis gaudeat universus. Quapropter ex patrum consulto hac nostra imperiali sacra sancimus. ut quicquid ad lesionem in orbe romano habitantium sub antecessore nostro domitiano actum fuerat aboleatur. iniuste oppressi releventur. captivi solvantur. exules ad loca sua redire sinantur. Hanc itaque divam nostram iussionem omnibus per orbem romanum habitantibus servari in evum volumus. quatinus singulari letitia orbis romanus gaudeat universus. Data in undosis moenibus dominae rerum magni nominis romae. in singulari et universali orbis romani palatio a iano fundato. sanctissimo. fortissimo. invictissimoque senatu romano confirmante in aureo capitolio saturni et iovis. lecta in basilica aurea iovis optimi maximi. nerva pio augusto bis. et rufo quater consulibus. Ob iohannis autem regressionem prout ab asianis directum fuerat. pius nerva cesar augustus direxit divalem sacram. continentem ita. Imperator cesar felix inclitus pius pertinax nerva victor augustus. proconsuli et populo ephesino. Fidelitatis vestrae sagacitatem minime ignorare ambigimus. qua pietate subditis preesse statuimus. Quapropter. licet patres conscripti iohannem hebreum ad asiam redire censuerint. consequens arbitrati sumus super eundem iohannem et patrum voluntatem. et nostrae mansuetudinis pietatem implere. cui etiam licentiam et libertatem agendi quod vellet concessimus. Data in undosis moenibus almae aeternaeque urbis dominae rerum magnae romae. in singulari et universali orbis romani palatio. a divae memoriae iano fundato. lecta in augustali et terreno domicilio iovis optimi maximi. in aureo capitolio saturni. in basilica aurea. presente senato. nerva bis. et rufo quater consulibus.

Imperator cesar felix. inclitus pius pertinax nerva victor augustus. iohanni hebreo. Marinis fluctibus te diu quati romani imperii pietas non permisit. Asiatica namque terra nudatum. herrantemque per invia loca non despexit. Unde imperiales litteras. patrum largitate munificas tibi destinamus. quatinus desiderio tuo potitus. experias imperialis clementiae mansuetudinem. Data in undosis moenibus almae aeternaeque urbis dominae rerum magnae romae. in singulari et universali orbis romani palatio. a divae memoriae iano fundato. lecta in augustali et terreno domicilio iovis optimi maximi. in aureo capitolio saturni. in basilica aurea. presente senatu. nerva bis. et rufo quater consulibus.

Imperator cesar felix. inclitus pius pertinax nerva victor augustus. proconsuli et populo ephesino. Iohannes hebreus apud vos degens. et ab antecessore nostro domitiano in pathmo exiliatus. romani imperii et nostrae pietatis expertus est mansuetudinem . . . .
omnis suspicio auferatur. Et haec nostra concessio firma permaneat. ut sine timore sit. omnesque cognoscant nostram clementiam. et romani imperii mansuetudinem. et conscriptorum patrum auctoritatem. Data in undosis moenibus almae aeternaeque urbis dominae rerum magnae romae. in singulari et universali orbis romani palatio. a divae memoriae iano fundato. lecta in augustali et terreno domicilio iovis optimi maximi. in aureo capitolio saturni. in basilica aurea. presente senatu, nerva bis. et rufo quater consulibus.

Cursores igitur terra marique discurrentes. sacram imperialem proconsuli ephesino contradunt. daturque iohanni potestas et licentia redeundi. Egressusque de insula. cum iam ad grandevam dierum suorum venisset etatem. venerunt ad eum omnes presbyteri et diaconi. episcopi et populus asianus. et religiosa multitudo cum gaio et aristarco ad insulam pathmos. et tollentes inde sanctum iohannem cum honore maximo (1) (dum ephesum rediret. rogabatur vicinas illustrare provincias. quo vel ecclesias fundaret in quibus non erant. sacerdotes ac ministros instrueret. secundum quod ei spiritus sanctus indicasset.)

Ex Codice xcix. — pag. 275.

Cum igitur venisset ad quandam urbem haud longe positam. omnibus ecclesiasticis sollenniter adimpletis. videt iuvenem quendam validum corpore. et vultu elegantem. sed et animis acrem nimis. Respiciensque ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus. Hunc inquit tibi summo studio commendo. sub testimonio christi et totius ecclesiae. Tum ille suscipiens (iuvenem). omnem se adhibiturum sicut praecipiebat diligentiam pollicetur. Sed iterum atque iterum eadem saepius repetens. iuvenem commendat attentius. et post haec ephesum rediit. Tum vero episcopus in domum suam adolescentem suscipit commendatum. et cum omni diligentia enutrit. amplectitur. fovet. ad ultimum etiam baptismi gratiam tradit. Post haec vero velut confidens gratiae qua fuerat commonitus. paulo indulgentius habere iuvenem cepit. Sed ille ubi immatura libertate potitus est. continuo per aequevos quibus luxus et desidia cordis est. amare vitia et corruptae viae incedere tramitem perdocetur. Et primo quidem conviviorum illecebris decipitur. Inde nocturnis eum furtis socium sibi participemque consciscunt. Post haec iam ad maiora flagitia pertrahunt. Cum interea sensim iuvenis formabatur et instituebatur ad scelera. et qui esset acer ingenio. sicut equus infrenis et validus duris morsibus offirmatis recti itineris lineam derelinquens. rectore contempto rapido cursu totus fertur in praeceps. ita succedentibus sibi malis. ut desperationem quoque a deo sibi prestitae salutis acceperit. Dedignatur iam de parvis sceleribus cogitare. grandia quaeque molitur. et ex integro perditioni se tradens. nullius inferior esse in flagitiis patitur. Denique illos ipsos qui prius magistri criminum fuerant. discipulos facit. et latronum ex his turmam quibus ipse dux et princeps violentus praeesset instituit. et cum iis omni crudelitate grassaretur. Verum tempore elapso cum rei ita poposcisset utilitas. invitatur iterum ad illam urbem iohannes. et cum caetera quorum gratia venerat ordinasset. Age inquit O episcope. depositum repraesenta. quod tibi ego plane et christus commendavimus. ecclesia teste quam regis. At ille obstupuit. primo pecuniam putans a se reposci quam non acceperat. sed rursum considerabat nec posse fallere Iohannem. nec quod non dederat quaerere. Haerebat igitur stupens. Quem iohannes haerentem videns. iuvenem inquit illum repeto abs te. et animam fratris. Tunc graviter suspirans senior. et in lacrimas resolutus. ille ait mortuus est. Quomodo inquit vel quali morte? Deo ait mortuus est. quia pessimus et flagitio-

(1) *Quae sequuntur ita leguntur in Cod. 99.* Audite fabulam et non fabulam, sed rem gestam de iohanne apostolo. et memoriis omnium traditam. Cum post tyranni obitum de pathmos insula ephesum rediret. rogabatur etiam vicinas illustrare provincias, Quo vel ecclesias fundaret in quibus non erant locis. vel in quibus erant sacerdotibus ac ministris instrueret. secundum quod ei de unoquoque sanctus spiritus indicasset.

sus evasit. ad ultimum etiam latrocinium aggressus est. Denique nunc montem quendam cum multa latronum manu occupavit. Quibus auditis apostolus. vestem continuo scidit qua erat indutus. et cum ingenti gemitu feriens caput suum. Bonum te. inquit custodem fratris animae dereliqui. Sed iam nunc michi equus paretur. et dux itineris. Et confestim ab ipsa ecclesia ascendens. concitus properabat. Cumque pervenisset ad locum. attinetur ab iis latronibus qui custodias observabant. Sed ille neque effugere neque prorsus declinare usquam nitens. ingenti tantum voce proclamabat. Quia ad hoc ipsum veni. adducite mihi principem vestrum. Qui cum veniret armatus. eminus agnito iohanne apostolo. pudore actus in fugam vertitur. Ille equo post eum admisso. confestim insequitur fugitantem. etiam aetatis oblitus. simul et clamans. Quid fugis o fili patrem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser. noli timere. Habes adhuc spem vitae. Ego christo rationem pro te reddam. Certe et mortem pro te libenter excipiam. sicut et dominus excepit pro nobis. et pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum et crede michi. quia christus me misit. At ille audiens. restitit. ac vultum demisit in terram. post hoc arma proiecit. Tum deinde tremefactus. flebat amarissime. et accedentis ad se senis genibus provolvitur. gemitibus et ululatibus quibus poterat satisfaciens. et huberrimis lacrimarum suarum fontibus iterum baptizabatur. occultans solam dexteram suam. Apostolus vero iuris iurandi sacramento se ei a salvatore impetraturum veniam pollicens. simulque genibus eius provolutus. atque ipsam dextram ex cuius cedis conscientia torquebatur tanquam iam per penitentiam purgatam deosculans ad ecclesiam revocat. et indesinenter pro eo orationes profundens. et cum ipso pariter ducens crebra ieiunia. indulgentiam a deo quam ei pollicitus fuerat expetebat. Sed et variis sermonum consolationibus. velut quibusdam praecantationibus. efferos et exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstitit. quam eum in omnibus emendatum etiam ecclesiae praefecerit. praebens per hoc magnum exemplar verae poenitentiae. et documentum ingens novae regenerationis. atque insignia quaedam et trophea visibilis in eo resurrectionis ostendens.

Ex Codice LVII. in compactione.

Huc usque yreneus et clemens alexandrinus. quanta et qualia sanctus iohannes apostolus in antiochia et in aeterna urbe roma passus est. fida relatione descripserunt. nunc qualiter ad dominum de hac luce migravit. prout a mellito laodiceno episcopo descriptum est. stilo presente tradamus. Cum sanctus iohannes apostolus et evangelista ad grandevam dierum suorum venisset etatem. anno videlicet etatis suae fere nonagesimo sexto. tempore illo quo regressus de exilio ad portam ephesinae venit civitatis. occurrit illi omnis populus virorum ac mulierum. omnes exultantes et dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Cum autem.... (*Cetera quae sequuntur invenies in principio vitae huius sancti desumpta ex Codice 99.*)

Pag. 426 — Sermo sancti Leonis Papae.

Dominus noster iesus christus postquam a mortuis resurrexit. volens certissima et fidelissima attestatione in eodem corpore se resurrexisse monstrare in quo pependit in cruce. quadraginta diebus cum discipulis suis fuit. intrans et exiens. manducans et bibens. Sic enim oportuerat et dubitantes firmari. et veritatem evangelii posteris praedicari. et credentibus carnis suae futuram incorruptionem et immortalitatem. in illa aeterna beatitudine ostendi. et malignis hominibus aliter quam veritas habet de domino sentientibus et docentibus. contradici. In eo namque corpore in caelum resurgens ascendit. in quo corpore mortuus inferos visitavit. Ipsum quippe habitaculum iam immortali carni suae in caelo collocavit. quod sibi ipse in matris virginis utero fabricavit. Mirum sane quibusdam videtur quod dominus in evangelio ait. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de caelo. filius hominis qui est in caelo. Quemadmodum dicitur filius hominis inquiunt descendisse de caelo. cum hic assumptus sit in virginis utero? Haec qui dicunt. spernendi non sunt. sed docendi sunt. Arbitror enim eos pie quaerere. sed necdum quod quaerunt posse intellegere. Ignorant enim. quia ipsa divinitas ita illam humanitatem suscepit ut una persona fieret deus et homo. et illa humanitas. illi divinitati ita cohaesit. ut

unus christus esset verbum anima et caro. et propterea dictum est nemo ascendit in celum. nisi qui de caelo descendit. filius hominis qui est in caelo. Utraque enim substantia sua sibi proprietatis nomina impertit. et divina humanae. et humana divinae. ut et filius dei dicatur homo. et filius hominis dicatur deus. utrumque tamen idem ipse christus. Ita enim ipse dominus noster ihesus christus dignatus est hominem suscipere. ut se filium hominis non dedignaretur dicere. Sicut multis locis in evangelio legimus. Nam beato petro ipse ait. Quem dicunt homines esse filium hominis? Cui petrus ipso christo petra inspirante respondit. Tu es christus filius dei vivi. Ecce adest ille cytharista. quem david significavit. modo apparuit. quia corda suorum tetigit. et quem voluit sonum qui omnibus notus esset elicuit. et de ultimo adventu suo terrens iudaeos in passione sua. Amodo videbitis inquit filium hominis venientem in nubibus caeli. Et alio loco. Videbitis angelos ascendentes et descendentes ad filium hominis. Cum ait ascendentes. in caelo se esse ostendit. Cum ait descendentes. etiam in terra se nunquam defuturum. esse monstravit. Sicut etiam discipulis ascensurus in caelum promisit dicens. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. usque ad consumationem saeculi. Sic autem deus dilexit humanum genus. ut filium suum unigenitum daret pro saeculi vita. Nisi enim traderet pater vitam. nos non haberemus vitam. et nisi ipsa vita moreretur. mors non occideretur. Ipse quippe dominus christus est vita. De quo iohannes evangelista ait Hic est verus deus. et vita aeterna. Ipse nanque etiam per prophetam morti mortem comminatus ait. Ero mors tua O mors. ero morsus tuus inferne. Quasi diceret. Ego te moriendo occidam. Ego te consumam. Ego tibi omnem potestatem auferam. Ego captivos quos tenuisti eruam. Innoxium me tenere voluisti. Iustum est ut perdas quos tenere voluisti. Ergo et mortua est vita. et mansit vita. et resurrexit vita. et morte sua mortem interficiendo. nobis contulit vitam. Absorta est itaque mors in victoria christi. qui est aeterna vita. deglutivit ergo mortem sicut apostolus ait. ut vitae heredes essemus per christum. Ergo haeredes vitae aeternae effecti sumus. per quem a morte sempiterna liberati sumus. Cuius etiam membra nos esse non dubitamus. Quadragesima itaque die hoc est hodie. dominus ihesus in celum ascendit. discipulis contemplantibus et admirantibus. Ipsis quippe constantibus et confabulantibus. subito nubes suscepit eum. et ablatus est ab eis in caelum.

EX CODICE C.

Sermones varii et Versus Marii Episcopi.

Pag. 68—Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Fratres karissimi. ait spiritus sanctus per salomonem. invidia inquid diaboli mors intravit in orbem terrarum. Certum est dilectissimi quod ab initio diabolus sit magister. zeli et invidiae eius quod manifestum est. quoniam omnis homo invidus et zelotipus diaboli est discipulus. unde apparent. multos qui vident et zelantur. quia diabolum imitant. sicut scriptum est. imitantur autem illum. qui sunt ex parte illius. pars autem domini. israhel est. spiritualis est. sanctus de quo dictum est. pars domini. israhel haereditas eius. In hac hereditate iam ut diximus. invidus et hominis adversarius inimicus. partem non habens. gentile introducit regnum. hoc est haeredem tirannum. ex gentibus natum ad exterminandum dei populum. et vexandam inmanem turbam infantum. et ad fundendum sanguinem parvulorum innocentum. Adversus quem nunc interpellantem audivimus. in praesenti spiritum sanctum canentem. atque dicentem. vindica sanguinem famulorum tuorum qui effusus est. intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Introivit valde. et manet in manu dei usque ad diem domini reservatum. id est in die iudicii ulciscendum. An ignorat caritas in iohannis apocalipsin ubi dicit vidi animas occisorum sub ara dei. propter verbum dei. et testimonium ihesu. clamantium et dicentium. usquequo non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his qui in terris sunt. Vindica sanguinem nostrum a tua caritate nullo modo separatum. Sicut in praesenti lectione ait. quis nos separavit a caritate christi. tribulatio? an angustia? an fames? Vindica sanguinem innocentum. ab ubera matrum separatum. et tue caritati conexum. Vindica matrum labores. partus. gemitus. et dolores. fletus. lamentus. et ululatus. ubi nullus fuit consolator. Sicut evangelica lectio demonstrat ait. vox in rama audita est fletus et ululatus magnus. rachel plorans filios suos. et noluit consolari quia non sunt. Et vere quia non fuerint de saeculo. qui nativitate et aetatae sodales erant christo. quemammodum evangelista ait. « Misit quidem herodes rex. « et occidit omnes infantes regionis a bimatu et in« fra. saecundum tempus quod exquisierat a ma« gis. » Et quid cognoverat a magis. nisi christum verum regem israhel saecundum carne natum? audiens herodes magnum sibi computavit periculum. quia se regnare iniuste cognoscebat super dei populum. Intellegebat enim se refuga. et alienigena. non posse permanere in israhel gente sancta. Audiens regem natum non a populo factum. sed a deo patre destinatum. non fieri. dicente ipso domino christo. ego vero in hoc natus sum et ad hoc veni. Cuius nativitate gaudentes et exultantes per ipsum deo patri gratias referamus. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 96 — In purificatione sancte marie.

Sermo sancti augustini episcopi.

Hodiernus dies. magnum nobis contulit gaudium. in quo christus infans in templo est presentatus. Exultent ergo virgines. quia virgo maria. peperit christum. Nichil de hoc quod deo voverunt putent. exterminatum. mansit virgo post partum. et inlibata post filium. Exultent vidue. infantem christum. vidua anna cognovit. Exultent coniugate nasciturum christum helisabeth maritata prophetavit. Nullus gradus. pretermissus est. de quo non haberet testimonium salus omnium nostrum. Numquid sole virgines ad regnum coelorum perveniunt? perveniunt et viduae. magni meritis fuit. Illa vidua sancta anna. a virginitate enim sua vixerat cum viro suo. septem annis. etiam usque ad senilem aetatem

pervenerat senectute sancta. Ottoginta namque gerens annos. expectabat infantia salvatoris. Ut parvum videret. parvum agnosceret infantem. In mundum salvatorem videret itura. et in masculino sexu tria ipsa genera commendata sunt. Ipse dominus christus natus puer. in templo est presentatus. Exultent pueri continentiam voventes puero. ipse vero integritatem pueritiae consecravit. qui sue matri fecunditatem attulit. virginitatem non abstulit. Symeon ille senex diu vixerat. cuius aetas comparata est annae. et audierat responsum quod non esset visurum mortem. nisi vidisset christum domini. Intellegite fratres karissimi. quale desiderium habebant antiqui sancti videre christum. Sciebant enim illum esset venturum. et omnes qui pie vivebant. O si hic me invenisset illa nativitas. O si quod credam videam oculis meis. Ut noberitis quantum desiderium habebant sancti qui noverant de scripturis virginem parituram. Sicut audistis cum esaia propheta legeretur. ecce virgo accipiet in utero et pariet filium. et vocavitur nomen eius emmanuhel. Emmanuhel quid sit? evangelista nobis disseruit dicens. quod interpretatur nobiscum deus. Non tibi ergo sit quecumque infidelis anima. non tibi videatur impossibile ut virgo pareret. et virgo pariens permaneret. Intellegis natum deum. et non mireris virginis partum. ut noveritis antiquos sanctos. et iustos. desiderasse videre quod concessum est huic. Ipse dominus noster hiesus christus ad discipulos loquens ait illis. Multi iusti et prophetae voluerunt videre que vidistis et non viderunt. et audire quae audistis. et non audierunt. Multum senex iste senex fuit. ad audiendum serus. ad videndum maturus. Non expectavit ut christum audiret loquentem quia agnovit salvatorem infantem. et illi tantum concessum erat iam decrepito. quasi desideranti et suspiranti. et dicenti cotidie in orationibus suis. Quando veniet? et quando nascitur? quando videbo? putas durabo? putas hic me inveniet illa natibitas? putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi revelantur? dicebat iste in orationibus suis. et pro desiderio suo accepit responsum quod non gustaret mortem. nisi videret christum domini. Vidit illum et agnovit. ubi noverat quo agnovit. ad intus revelatus. qui foris est natus. Agnovit symeon infantem et occiderunt iudei crudeles iuvenem salvatorem. miracula facientem. Cum ergo agnovisset. accepit eum in ulnas suas. hoc est in brachia sua. et amplexatus est eum. et portabat a quo portabatur et ipse. Ipse enim et christus sapientia. adtingens a fine usque ad finem fortiter. et disponens omnia suaviter. Quantus ubi erat. et quam magnus. quam parvus factus erat. parvus factus. parvos querebat. Non superbos. non elatos. sed mites et humiles colligebat. In presepi dignatus est poni. ut esset piorum civaria iumentorum. Accepit ergo eum symeon in bra(chia) sua et dixit. nunc dimittis domine servum tuum in pace. Dimittis in pace. quia viderunt oculi mei salutare tuum. Salutare dei. dominum christum. Annuntiate diem ex die salutare eius. Habetis ergo pueri. puerum christum. Sancti senex. senem symeonem. Si autem queritis ut de coniugatis aliquis testimonium domino perhibeat. zachariam considerate. Nemo ergo quaerat aliud fratres mei christiani fideles. aut virgo aut vidua. aut coniugata. aut vir continens. aut uxoratus. quicquid plus esse quisque voluerit. non inveniet quod ad christum pertineat. sed numquid natus christus sic remansit? crevit ad iuventutem pervenit. sed in senectute non declinavit. Crescat ergo fides tua. robur inveniat. ad senectutem pervenisset nesciat. sic pertinescat ad christum filium. In principio verbum. verbum apud deum. verbum deum. Sed verbum caro factum. ut habitaret in nobis. Maiestas ibi latebat. ubi infirmitas apparebat. Symeon in manus infirmitatem accepit. sed maiestatem intus agnovit. Nemo condemnet christum natum. et infantem in templo presentatum. quis vult esse renatus? ad illum pertinuit propter nos nasci. de quo iohannes in evangelio dixit. hic est agnus dei. hic est qui tollit peccata mundi. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus in secula seculorum. Amen.

Pag. 119.

. . . .

Mulierem dicit sanctam ecclesiam videlicet propter faecunditatem bonorum operum. et quia spiritales deo filios gignere numquam desinit. de qua et alibi ait. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria. donec fermentaretur totum. Mulier quippe fermentum accepit. cum ecclesia vim supernae dilectionis et fidei domino largiente conservata est.

Abscondit hoc in farinae sata tria. donec fermentaretur totum. cum asiae europe et africe partibus verbum vitae ministravit. Donec omnes terrarum termini regni celestis amore flagrarent. Ad huius mulieris membra se pertine(re) significabat. qui recedentibus quidem a castitate fidei tristis agebat. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in vobis. Ad huius se membra pertinere testatur. qui celestibus desideriis accensi in conditoris sui laude proclamant. a timore tuo domine concepimus. et parturibimus et perperimus spiritum. «Haec mulier cum parit tristitiam habet quia « venit hora eius. cum autem perpererit puerum « iam non meminit praessure propter gaudium quia « natus est homo in mundum.» Quia nimirum sancta ecclesia quamdiu in mundo spiritalium virtutum profectibus insistit. numquam mundi temptationibus exerceri desinit. At cum devicto laborum certamine ad palmam pervenerit. iam non meminit presurae praecedentis propter gaudium perceptae retributionis. Non sunt enim condigne passiones huius temporis ad superventuram gloriam quae revelabitur in nobis. Non meminit inquit pressure propter gaudium. quia natus est homo in mundum. Sicut enim mulier nato in hunc mundum homine letatur. ita ecclesia nato in vitam futuram fidelium populum digna exultatione repletur. Pro qua eius nativitate multum laborans. et gemens in presenti. quasi parturiens dolet. nec novum debet cuiquam videri si natus dicatur quia ex hac vita migraverit. Quomodo enim consuete nasci dicitur. cum quis de utero matris procedens hac in lucem egreditur. ita etiam rectissime potest natus appellari. qui solutus a vinculis carnis ad lucem sublimatur eternam. Unde mos optinuit ecclesiasticus. ut dies beatorum martyrum sive confessorum christi quibus de seculo transierunt. natales vocitemus. eorumque sollempnia non funebria sed natalicia dicantur. Sequitur dominus et exponens ipse paradigma quod de muliere proposuit. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habebitis. iterum autem videbo vos et gaudevit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Quod de ipsis quidem discipulis facile intellegitur. quia tristitiam habuerunt passo ac sepulto domino. sed peracta resurrectionis gloria gavisi sunt viso domino. et gaudium eorum nemo tollit ab eis. Quia et si postmodum persecutiones pro christi nomine ac tormenta passi sunt. spe tamen resurrectionis et visionis illius accensi libenter adversa queque ferebant. Immo omne gaudium existimabant. cum in temptationes varias inciderent. Denique cesi a principibus ut scriptum est. ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. Gaudium eorum nemo tollit ab eis. quia talia patiendo pro christo meruerunt regnare sine fine cum christo. Sed omnis ecclesia per huius vitae labores et angustias. ad aeterna caelestium tendit premia gaudiorum. Adtestante apostolo. quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Quod autem ait iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. Videbo vos dixit. eripiam vos ab aversariis. coronabo vos victores ne vos decertantes semper vidisse provabo. Quando enim non videret suos? maxime pressuris circumventos. cum quibus se ipse omnibus diebus seculi manere promisit. Sed morientibus inter tormenta fidelibus. arbitrabantur eos tortores divino carere presidio. dicentes ubi est deus eorum. Unde quidam ex his circumseptus erumnis agebat. Vide domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus. Quid est aperte dicere. quoniam inimicus insequens cervicem superbiae contra tuos humiles attollit. Tuo nos auxilio conditor omnipotens sublevate victis ac repulsis hostibus nostros semper agones vidisse tibi hoc placuisse comproba. Videt itaque electos post tristitiam dominus cum eorum patientiam damnato inpugnatore remunerat. Potest et ita intellegi quod ait. iterum autem videbo vos. quasi diceret. iterum vobis videndus appareo. Quomodo dixit abrahae. nunc cognovi quod timeas deum. Pro eo ut diceret. nunc cognoscere homines feci quod timeas deum. qui actenus nesciebat. quod apud me certum semper habui. Si ergo karissimi salubri tristitia nunc afficimur. si iuxta hortamenta apostoli. spe gaudentes. in tribulatione existimus patientes. Si nostra errata. si miserias proximorum debita lamentatione deflemus. videbit nos iterum dominus. idest videndum se nobis ostendet in futuro. qui quondam nos videre fidei suae nobis agnitione largiendo dignatus est. Videbit ut coronet qui quondam vidit ut vocaret. videbit et gaudebit cor nostrum. et gaudium nostrum nemo tollet a nobis. Quia hec est vera et unica merces eorum qui secundum deum contri-

stantur. de perpetua eius visione gaudere. Quam profecto mercedem promisit. ipse sublimiter cum ait. beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Quam desiderabat ardenter propheta cum dicebat. Sitivit anima ad deum vivum quando veniam et parebo ante faciem dei. Quam saepe apostolus cum suis similibus accepturum esse gratulatur. qui certaminum suorum conscius confidenter protestatur dicens. videmus nunc per speculum et in enigmate tunc autem facie ad faciem. Quam nos quoque et fideliter querere. et veraciter adprehendere. Donec ipse certantium auxiliator et remunerator vincentium. Iesus christus dominus noster qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pag. 162. 166 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. cum turbae irruerent ad ihesum ut audirent verbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum piscatores autem descenderant. et lababant retia. et reliqua.

OMELIA EX COMMENTARIO BEDE PRESBITERI.

Oportunae fratres in his diebus in quibus incipit sancta quadragesima illam praedicabimus evangelicam lectionem. in qua petrus super mare positus vivificandorum hominum a domino accipit potestatem. Convenit enim nobis etiam in diebus quadragesimae ista promissio. Nam sicut ille in aquis vivificare dicitur homines. ita et nos homines per aquas salvare gestimus. Et sicut ille cibum obtat de unda marini fluctus educere. ita et nos cupimus fructum de gurgite lavacri salvatoris accipere vel morem petri pascere animas nostras non aesca hominum sed salute. Petrus enim dum pisciculos captat in fluctibus. christianos lucrifecit in fontibus. Tota ergo sacerdotalis nostra functio. secundum praeceptum domini spiritalis est et sancta piscatio. Sacerdotes enim sicut piscatores in aquis lucra quaerunt. de gurgite vitam producunt. salutem in fontibus operantur. et quodam praedicationum rete iactato hominum non membra capiunt sed adtrahunt voluntates. Et verbi vinculo alligant anima. cum corpora non contingant. Bonus igitur sacerdotalis laqueus. qui ita nectit hominem ut alligatus sequatur quem nemo vincierit. Ducitur enim captus. non retis vinculo sed amoris. Recte autem ipsa sacerdotum verba recta nuncupantur. quae captus non perimunt sed reservant. Quae de profundo ad lumen extrahunt fluctuantes. de infernis ad superna transducunt. Et quoniam ergo omnem evangelicam lectionem quam instrumento suo sacerdotum officio diximus convenire. videamus etiam nunc aliud quemadmodum figuraliter comparemus quod dixit evangelista tantam multitudinem piscium esse conclusam ut et rumperentur retia et naviculae mergerentur. Quomodo inquam possit sacerdotale rete disrumpi. quod verborum compaginatione densatum est? Rumpi plane potest. non numero plurimorum. sed nequitia peccatorum. Rupit enim primus sacerdotale rete iudas scarioth. cum de apostolorum conventiculo solus erravit. Qui dum animam suam e vinculo salvatoris exuit collum suum laqueo proditionis. inseruit. Quod autem ait. ita ut. mergerentur. dicit utique usque adeo honustas fuisse naviculas. ut ex ipsa copia periculum nasceretur. Docet igitur nos hoc dicto debere etiam in ecclesiam multitudinem habere suspectam. Sepae enim inveniuntur in christianorum numero. per quorum inquietudinem dominicam navem seditionem procella concutiat. Qui dum se super mensuram imponunt. faciunt ut totam multitudine temptationum turbo submergant. Ignorantes enim divina praecepta. et dominicum rete disrumpunt. et pacem ecclesiae derelinquunt. Denique ex isto cumulo hereticorum dilapsa est portio. qui dum se ultra iustitiam inserere voluerit in perfidie naufragia cum plurimis deciderunt. Inserunt enim se cumulo et multitudini nostrae heretici quique vel improbi. qui augent quidem numerum sed periculum moliuntur. Multiplicant turbas. sed machinantur iniurias. Qui nec facile ante iudicium possunt nullo modo segregari. Non potest enim haberi bonorum malorumque discretio quamdiu navis in pelago est. sed pariter portat iusti merita. sceleratique peccata. Non potest inquam ante iudicium esse discretio. ne fiat quod ait dominus sinite utraque crescere usque ad messem. ne eradicata zizania eradicetis et triticum. Misera

condicio peccatoris cui permittitur propterea in malis suis crescere. ne dum iste succiditur iusti sanctitas mutiletur. Misera inquit condicio pubis. dum ille crescit meritis. augetur iste criminibus. Atque ideo peccator nolo tibi adscribas quod non iam eradicaris de congregatione sanctorum. Habetur patientia. ne dum radix tua vellitur. radix viva quassetur. Non potest igitur esse segregatio dum navis in pelago. messis in campo est. Sed malignitas ibi latet in cumulo. hic adheret in tritico. Cum autem navis in portu collocata et messis fuerit ad horreum reportata. tunc electionem habita. et mali proicientur foras. et zizaniorum fasculi comburentur. Hoc ergo tempus est fratres. quo petrus super aquas sacerdotii sui utitur instrumentis. et in medii lavacri fluctibus vario artis suae dogmate. alios cupit disputationum retae concludere. alios verbi coelestis desideriis adescare. Nonnullos vivario quodam aeterni fontis adluere. Unde et nos festinemus vivario eius refrigerari. retae eius includi. aesca ipsius saginari. Auxiliante domino nostro ihesu christo cui honor et gloria est cum patre in unitate spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pag. 201 — SERMO SANCTI IOHANNIS OSAUREI IN SANCTE MARIAE.

Omnium quidem martyrum solemnitates. mirabilesque imitatur splendoris. stellarum memoria. Sicut enim stellae in coelo posite fixe sunt. et distantiam et omnem terrarum splendent circuitu. et ipsam ab indis videtur. ab scythis non latet in terra splendet. et mare illuminat. et gubernat navigantes. quorum et si pre multitudine ignoramus. sed pro pucritudine splendore miramur. Sic et sanctorum unusquisque. si vero et sepulcris reliquiis circumcluduntur. sed virtutes eorum non descripsit. et quoniam verum quod dictum est. Oportet tibi discere ex operibus palestinam lipsanum abrahe habet et tugurium eius paradiso annectit. Qui enim ibidem adversus adam sententiam dedit deus. hic sub patriarcha subsceptus est. Ioseph ossa uno amplectet. sepulchrum. et egiptie pugnam orbi terrarum mirantur fines. Moysi nec invenitur sepulchrum. et post obitum predicat. quem per virga scidit mare rubrum. Esayas namque ubi sepultus est scimus, et omnis ecclesiam per prophetiam eius clamat. Ecce virgo in utero habebit et pariet filium. Danihel in babilone sepultus est. et per omnem terra clamat. Ecce in nubibus coeli filius hominis veniet. Quid ergo? anania pueros et ipsi in babilone dormierunt. et per ipsos omnis clamat per singulos dies. Benedicite omnia opera domini dominum. Hiezechiel. A persibus fossus est. et cum cherubin clamat. Benedicta gloria domini de loco sancto suo. Sic nichil profecit diabolus. in paradyso adam mortificans. Aperuit enim deus iustis per mortem fiducie ianuam. sed omnium quidem sanctorum memoriae mirabiles. nichil enim tantum in gloria. quantum presens sollempnitas. Abel per sacrificium nominatur. Enoc per complacentiam memoratur. Melchisedec. sicut imago dei predicatur. Abraham per fide laudatur. Isaac per normam memoratur. Iacob per luctamen beatificatur. Ioseph per castitatem honoratur. Iob per patientiam beatificatur. Moyses sicut legislatos laudatur. Hiesus nave sicut ducem memoratur. Samson sicut colloquens dei memoratur. Helias sicut zelo testificatur. Esaias sicut dei locus scribitur. Danihel prudentissimus predicatur. Hiezechihel sicut spector archanis miratur. David sicut pater secundum carnem mysterii dicitur. Salomon sicut sapiens miratur. Sed nullam talem in mundo. qualem dei genitricem maria. Quem illi omnes in enigmate viderunt. Ista in utero incarnatum portavit. Et nihil obsistit ineffabilem dispensationem dei verbi. tum mors. sed materiosus. timoris et passionis. verbum extraneus minorationis. talibus medius et deitas non circumscribitur scelus. sed quam fingens non contaginavit. In ista incarnatus ex ipsa natus. non est coinquinatus. sed magis gloriam fert regi humanitas partus. que sine initio partum humaniter natus. sed translatione. divina natura non est passa. Habet se deum. carnem matrem. sed non perdidit esse saecundum divinitatem. sine matre presepe sed patris non denudavit sinum. Antrum sed unquam sedis trinitas non deficit. Nichil vero in mundo. qualis dei genitrix maria. Circumda o homo omnem creaturam in cogitatione. et vide si est similem aut fortior dei genitricis marie. Circumnotesce terram. Aspice mare. scisci aerem. celos mente scruta. inbisibiles virtutes cogita. et vide si est aliud tale miraculum in omni crea-

tura. Coeli quidem vero gloriam enarrant dei. Angeli ministrant cum timore. Archangeli adorant cum tremore. Cherubim non sufferens. terret. Seraphin non appropinquat volantes. Clamant enim trementes. Sanctus. Sanctus. Sanctus. dominus deus sabaoth. pleni sunt coeli et terra gloria tua. Stagnum sonum non sustinuit. Nubes ascensionis tremore. facti sunt vehiculum. Sol iniuriam non sufferens tremuit. Infernus mortuos in timore evomuit. Ianitores videntes terruerunt. Mons ascensionem suscipiens fumigavit. Rubus non ferens revelationem flammi ferebat. Iordanes tremens reversus est retrorsum. Mare timens virga scissum est per dominicum vexillum anse suescens. Virga aaron per imaginem ultra naturam floruit. ignis in babylone trinitatis numerum timuit. Enumera quippe mirabilia. et miraretur victoriam virginis. quemquem tota creatura timore laudavit. ista sola ineffabiliter thalamizavit. Beatae erunt per ipsam omnes mulieres. iam ultra feminam in maledictione. habuit enim generositas. ex qua et angelos superet in gloria. Curatur Eva. Solvit egyptias. Sepelitur dalila. obliviscitur hiezabel. Inmemor efficitur et herodiadae. et nunc miratur mulierum descriptio. Laudatur sarra sicut populi arva. Honoratur rebecca sicut benedictionum astutias. Miratur et lia sicut mater saecundum carnem privigna. Laudatur deborra sicut super natura ducatrix effecta. Beatificatur et helisabeth. sicut exultationes precursoris praeponens gratie. Adoratur et maria. quoniam facta est mater. et ancilla. et nubes. et thalamum et arca dominatoris. Mater genuit eum qui voluit nasci ancilla. Confiteor veram naturam. et predico gratiam. Ex spiritu vero sancto concepit quem impassibilem genuit thalamum. Sicut intr. enim deus verbum misterium in ipsa habitavit. arcam non legem portantem. sed legem positorem in utero portans. Pro quibus dicimus ad ipsam. Benedicta tu inter mulieribus. quae sola eve curavit tristitiam. que sola ingemescentis detersit lacrimas. que sola secularem portavit redemptorem. que sola sine libidine tumidata. et sine pabulo generans. que sola emmanuhel sicut voluit generans. Benedicta inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Non sanctum floris. non patibulum splendor. non creatura contensor. non servus sol. non arena qui adoratur. non creatura redemptor. non ut debitum. Benedicta inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui. Pro quibus in laude sufficit tibi propheta clamante. ecce virgo in utero concipiet. Dixit miraculum. et modum solvit. et pariet filium. predicavit partum. et habitum non turbabit. et vocabit nomen eius emmanuhel. Dixit mysterium. et vocabulum intonuit. quod est interpretatum nobiscum deus. Et fons gignens non laborat nobiscum deus. et reges piissime agunt. nobiscum deus. et ecclesiae superimplentes. coangustantur. nobiscum deus. et mortui libertatem exultantes clamant. nec angelus nec legatus. sed ipse deus venit et salvavit nos.

Pag. 203 — SERMO SANCTE MARIAE IN LAUDE EIUS DE PUERO HEBREO.

Ad laudem omnipotentis domini. et corroborandam catholice seriem fidei. quid in oriente actum fuerit palam fidelibus narrandum est. Iudeus quoque cuiusdam vitrarii filius. cum aput christianos pueros ad studia litterarum exerceretur. quadam die dum missarum solempnia in ecclesia beate dei genitricis semperque virginis marie celebrarentur. ad gloriosissimí dominici corporis et sanguinis participationem cum aliis pueris infans hebreus accessit. Post pretiosi igitur dominici corporis et sanguinis perceptione. isdem exultans. ad pàtris domum revertitur puer. Dum enim caro blandiretur affectum. inter parentum amplexu et oscula. queque ei acciderat. cum gaudio narrat. At perfidus genitor et proprie salutis inimicus. si cum his inquid infantibus communicasti. oblitus paterna pietate. ad ulciscendam vero mosayce legis iniuriam. parricidam inter duros existam. Dehic furibundus apprehensum puerum. ilico in os fornacis valide ardentis proiecit. nichilominus igni pabula adiciens. quo vehementius exureretur insistens. Sed tam preclara non defuit miraculo. illa omnipotentis domini misericordia qui tres pueros chaldeico in camino proiecto nube rorulenta resperserat. Ipsa enim et hunc inter ignis medios. prunarumque moles proiectum. prorsus consumi non patitur. Interea genitrix eius audiens quod scilicet crudelissimus pater communem filium igni exurere deliberasset. gemibunda ad liberandum eum ocius cucurrit. Sed cum vidisset incendium ab ore fornacis

patulo. huic sive illuc flamma dominante respergi ornatum capitis protinus ad terrnm proiecit. diffusaque cesarie. se miseram anxie clamitans. civitatem vocibus implevit. Quod cum christianis quid actum fuérant agnovissent perrexerunt quantocius ad tam iniquum spectaculum. accedentesque propius. invenerunt puerum omni modo ab igne inlesum. Qui puer ab igne eodem continuo virtutem omnipotentis domini intactus egrediens. cunctorum in oculis. ammirationis precipue fuit. Postmodum quoque ultor equitatis spiritus. fidelem populum flamma sui amoris accendit. ut illius sceleris auctorem ad comprobandam catholice assertionis fidem in eiusdem fornacis proicerent flammas. Deliberatione vero cunctorum in fornacis ardentis proiectus est flamma. sed ita totus ignis absorbuit. ut vix de eius ossibus parvum quodammodo relinqueretur indicium. Denique percontantur fideles eundem puerulum: quod ei vel quale inter ignem fuisset umbraculum? Mulier inquid illa que in ecclesia ubi panis participationem assumpsi. in cathethram residens. parvulum in sinu gestans infantem. haec me sui capitis velamine. ne ignis voraret operuit. unde indubitanter credendum est. beatam dei genitricem mariam. ex huius visionis professionem ibidem apparuisse. atque hunc ab ignis ardorem incolumem reddidisset. Post tanti quoque a deo collati beneficii gratia. hebreus puer. catholice religionis fidem tenens. genitoris vero nequam relicto terrore. credidit in nomine patris et filii et spiritus sancti. simulque sua cum genitrice. aquis salutaribus abluti. fidelium numero sunt participes effecti. Multi autem iudeorum hoc sequentes exemplum. illa in urbe salvati sunt. Per dominum nostrum ihesum christum. cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Pag. 205 — Versi. Marii. episcopi. in sancte marie.

Hos versus reperies infra in Florilegio *Codicis CII.*

Pag. 219.

. . . .

Vere in via huius saeculi deficit. quisquis non a domino confortationis alimonia percipit. Periclitatur ergo et defectionis patitur languorem. qui sine coelesti pane ad optatam aeternae patriae pervenire festinat mansionem. Hinc est quod angelus domini loquitur ad heliam. surge et comede quia grandis tibi via restat. Utinam dicas domine ihesu aetiam de nobis. nolo eos ieiunos dimittere. sed digneris nobis alimenta praebere. ut in via quae ad patriam ducit non possimus lassescere. Multi enim in hac via deficiunt. sed qui tuae mense cibum salutiferum non requirunt. Vel potius haec verba domini quae praemisimus. hoc modo intellegenda sunt. Misereor super turba quiam iam triduo sustinent me nec habent quod manducent. et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via quidam enim ex eis de longe venerunt. Turba triduo dominum sustinent. quando multitudo fidelium. peccata quae perpetravit per penitentiam declinans. ad dominum se in opere in locutione atque in cogitatione convertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam dominus non vult ne deficiant in via. quia videlicet conversi peccatores. in praesentis vitae via deficiunt. si in sua conscientia sine doctrine sanctae pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur huius peregrinationis itinere. pascendi sunt sacra ammonitione. Valde autem pensanda est pia sententia quae processit ex ore veritatis qua dicitur. quidam enim ex eis de longe venerunt. Est autem qui nihil fraudis et nil carnalis corruptionis expertus ad omnipotentis dei servitium festinavit. Iste de longinquo non venit. quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia. nullis flagitiis inquinatus. solo autem coniugio expertus. ad ministerium spiritale conversus est. neque iste venit e longinquo quia usus coniunctione concessa. per inlicita non aerravit. Alii vero post carnis flagitia. alii post falsa testimonia. alii post facta furta. alii post inlatas violentias. alii post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt. adque ad omnipotentis dei servitium convertuntur. hi videlicet ad dominum de longinquo veniunt. Quanto etenim quisque plus in pravo opere erravit. tanto ab omnipotente domino longius recessit. Nam prodigus filius patrem deseruit. habiit in regione longinquam in qua porcos pavit. quia vitia nutrivit. Dentur igitur alimenta eis etiam qui de longinquo veniunt. quia conversis peccatoribus doctrinae sanctae cibi prevendi sunt ut in deo vires reparent quas in flagitiis

amiserunt. Qui saepe a doctoribus tanto necesse est ut largioribus cibis doctrine satientur. quanto fessi maioribus vitiis venerunt. Sequitur. Et dicunt ei discipuli. Unde ergo nobis in deserto panis tantus. ut saturemus turbam tantam. Iam superius de quinque panibus quinque milia hominum dominus satiaverat. et satis mirandum est quomodo discipuli de reficienda turba dubitabant. Sequitur. Et ait illis ihesus. quot panes habetis. At illi dixerunt septem et paucos pisciculos. In superiori de quinque panibus et duobus piscibus lectione ita scriptum est. Vespere autem (facto) accesserunt ad eum discipuli dicentes desertus est locus et hora iam praeteriit. dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi aescas. Et reliqua. Hinc discipuli congregatis. Ipse dominus loquitur. misereor turbae quia triduo perseverant mecum et dimittere eos ieiunos nolo. Felices quidem et illi sunt quorum discipuli reminiscuntur. sed hi profecto feliciores quorum ipse dominus meminisse dignatur. Ibi quinque panes erant et duo pisces. hic septem panes et pauci pisciculi. Nondum erant apostoli plusquam quinque panes mosaicae legis. et duos pisces. utriusque testamenti. quae diutius in abdito misteriorum latentium quasi undis abyssi tegebatur. Bene autem iuxta evangelium iohannis. panem qui legem designant ordiacii fuisse referuntur. qui iumentorum maxime rusticorumque est cibum servorum. Quia incipientibus nec dum quae perfectis auditoribus asperiora et quasi grossiora committenda praecepta sunt. De qualibus apostolus ait. Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Atque ideo dominus pro suis cuique viribus dona tribuens. semperque ad perfectiora provocans. primo quinque panibus quinque milia virorum. secundo septem panibus quattuor milia hominum refecit. tertio discipulis suae carnis et sanguinis misterium credit. ad ultimum ut edant et bibant super mensam suam in regno omnibus concedit electis. Sed ibi quinque milia refectis dicuntur. quia quinque sunt exterioris hominis sensus quibus illi innitebantur. videlicet visus. auditus. gustus. odoratus et tactus. Hic autem quinque milia dominum secuti designant eos qui in seculari adhuc habitu positi exterioribus quae possident bene uti noverunt. Qui recte quinque panibus aluntur. quia tales necesse est legalibus adhuc preceptis institui. Nam qui mundo ad integrum renuntiant. quattuor sunt milia. quasi de quattuor mundi partibus venientes. iuxta illud quod dominus ait. multi venient ab oriente et occidente. ab aquilone et austro. et recumbent cum abraham et isaac et iacob in regno coelorum. Hi et septem panibus dicuntur refecti. hoc est et evangelicâ perfectione sublimes. et spiritali sunt gratia edocti. Cuius significandae distantiae causa mystice reor in introitu quidem tabernaculi quinque columnas deauratas. ante oraculu vero idest sancta sanctorum quattuor fieri iussas. Quia videlicet incipientes per legem ne peccare debeant castigantur. perfecti autem per gratiam ut devotius deo vivere valeant ammonentur. Pauci vero pisciculi qui septem panibus adiciuntur. sancti viri sunt. qui ad exemplorum imitatione ponuntur. qui quantum excellentiores. tantum pauciores existunt. Quorum dum isti qui septiformi gratia reficiuntur. imitatione proficiunt. quasi eorum spiritali pastu satiantur. Quia videlicet omnes qui ad perfectionem tendunt. et verbo sacrae scripture. et sanctorum virorum exemplis inbuuntur. in quinque panibus illic benedictio ponitur. hic etiam gratiarum actio refertur. Pro ecclesia quippe sua dominus gratias patri agere consuevit. quia quae abscondit a sapientibus ea parvulis revelavit. Benedictio igitur super nos qui inferiores sumus. gratiarum vero actio super eos qui de infirmitatibus corporum suorum passionibus triumpharunt. illi supra faenum. isti supra terram discumbunt. Plus enim est terram premere quam super faenum iacere. Illi enim adhuc quibus sensus sunt corporales mollioribus delectantur. et ideo supra faenum recumbunt. Isti vero supra terram quae triticum et vinum gignit et olivam. cibum gratiae consequuntur. Nequaquam igitur talem dominum deseramus. qui pro uniuscuiusque viribus impertiri nobis alimenta dignatur. ne aut infirmum cibus validior degrabet. aut validum exilia alimenta non satient. Iam vero quod in illa lectione duodecim cophini de reliquiis fragmentorum. hic vero septem referuntur sportae repletae. quamvis diversa videantur in superficie. intellectu tamen interiore non multum distant ab invicem. Quod ergo turbis superest a discipulis sustollitur. quia sacriora misteria quae a rudibus capi nequeunt non neglegenter omittenda. sed a perfectis quibusque viris inquirenda sunt. Ibi

ergo per cophinos duodecim apostoli. et per apostolos omnes sequentium doctorum chori figurantur. foris quidem hominibus despecti. sed intus salutaris cibi reliquiis ad alenda humilium corda comulati. Hic vero septem sportis universitas significatur ecclesiae. quae septenario numero frequentius solet appellari. sicut in iohannis ostenditur apocalypsi. Sed et beatus paulus ad septem nihilhominus ecclesias scribit. De illis igitur spiritalibus reliquiis quibus tunc ille populus satiatus est ecclesia dei non solum actenus repleta est. sed singulis quibusque temporibus exuberante semper verbo dei satiabitur. et replebitur usque in finem. Nec mirum si ecclesia dei sportae nomine appelletur. cum utique gestatorium vel ferculum apud salomone dicatur. pro eo quod animas hominum ad eterni regis gestet vel ferat convivium. Congruenter igitur etiam sportae nomine potest vocari. quae a portando sive etiam exportando vocabulum trahit. Quia videlicet sancta ecclesia per sacre praedicationi studium. per bonorum cottidie exempla virorum animas fidelium de mundi eraptos iniquitate. ad mansura semper coelestis patriae gaudia portare consuevit. quo etiam et nos ferri mereamur. Prestante domino nostro ihesu christo qui cum deo patre et sancto spiritu vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 238 — Dominica V post octava apostolorum.

Sequentia sancti evangelii secundum Lucam.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Duo homines (a)scenderunt in templum ut orarent. unus phariseus et alter pub(l)icanus. Et reliqua.

Sumpta lectio ex verbis beatorum doctorum Augustini. Gregorii et Bedae presbyteri.

Quia parabolam dominus qua semper orare et non deficeret docebat. ita conclusit ut diceret. veniente iudice difficile fidem in terra reperiendam. Ne quis sibi forte desuper vacua fidei cogitatione vel etiam confessione blandiretur. mox istam quam nunc audistis parabolam subiungens diligentius ostendit. a deo fidei non verba examinanda sed opera. Inter quae nimirum opera. maxime regnat humilitas. Unde et supra cum fidem grano sinapis minuto quidem. sed ex contritione flagranti compararet. quasi exponendo, subiunxit. cum feceritis omnia quae vobis precepta sunt. dicite servi inutiles sumus. Quo contra superbi cum nequaquam omnia. sed modicum quid eorum quae praecepta sunt faciunt. non solummodo de sua iustitia presumunt. sed infirmos quosque despiciunt. atque ideo quasi fide vacui. cum oraverint non exaudiuntur. Contra tales igitur evangelista dominum intonasse narrat cum dicit. Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros parabolam istam. Parabola in nostra lingua ex greco eloquio similitudinem sonat. Quae utique ad hoc semper interponitur. ut nos aud similia facere cohortetur. aut omnino non facere dehortetur. Quae utraque in presenti lectione monstrantur. qua docemur imitari humilitatem publicani et execrari pestiferam superbiam pharisei. Duo inquit homines ascenderunt in templum ut orarent. unus phariseus et alter publicanus. Publicanus humiliter orans. ad illius viduae de qua in superioribus legitur. hoc est ecclesiae membra pertinet. de quibus membris supra dicitur. deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se. Phariseus autem merita sua. iactans. ad ea membra pertinet. de quibus terribilis in conclusione subinfertur sententia. Verumtamen filius hominis veniens putas inveniet fidem. super terram. Sequitur. Phariseus stans haec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines. raptores iniusti adulteri velud etiam hic publicanus. Quattuor sunt species quibus omnis tumor arrogantium demonstratur. Prima species est cum bonum cum habent a semetipsis se estimant habere. Secunda cum id quod sibi datum desuper credunt. pro suis hoc accepisse meritis arbitrantur. Tertia cum iactant se habere quod non habent. Quarta cum despectis ceteris singulanter videri appetunt habere quod habent. Qua phariseus iste iactantiae peste laborasse deprehenditur. qui idcirco a templo absque iustificatione descendit. quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuens oranti publicani se pretulit dicens. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus.

ieiuno bis in sabbato. decimas do omnium quae possideo. In eo quod pharisaeus iste bis se in sabbato ieiunare perhibuit quia. sabbatum apud hebreos pro feria ponitur. iuxta illud. factum est in sabbato primo secundo. duobus e feriis septimanae ieunare ostendit. Ezechiel propheta de ostensis sibi animalibus scribit. et totum corpus plenum oculis in circuitum ipsorum quattuor. Corpora quippe animalium idcirco plena oculis describuntur quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est. bona desiderabiliter providens mala sollerter cavens. Sed sciendum nobis est quia saepe dum aliis rebus intendimus. fit ut alienae neglegamus. et ubi neglegimus ibi procul dubio oculum non habemus. Nam ecce pharisaeus iste ad exhibendam abstinentiam. ad impendendam misericordiam. ad referendas deo gratias oculum habuerat. sed ad humilitatis custodiam non habebat. Et quid prodest quod contra hostium insidias. paene tota civitas caute custoditur. si unum foramen apertum relinquitur unde ab hostibus intretur. Quid ergo prodest custodia quae paene ubique circumponitur quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur. Pharisaeus autem iste qui ieiunium exhibuit. decimas dedit. deo gratias redtulit. quasi per circuitum in suae civitatis custodiam vigilavit. sed quia unum in se foramen superbiae non attendit. ibi hostem pertulit ubi per neglentiam oculum clausit. Attendite fratres mei quam persuasorium genus superbiae quale etiam potest iusto homini subintrare. quale potest subripere etiam viro bonae spei et vitae. Pharisaeus iste dum deo gratias agebat. fatebatur ab ipso se accepisse quod habebat. Unde ergo superbus quia spernebat ceteros. Unde superbus non quia de bonis suis deo gratias agebat. sed quia super alios se de ipsis bonis extollebat. Unde probamus quia superbus existeret ex ipsis revera ipsius verbis quibus ait. quia non sum sicut ceteri homines. et post pauca velud etiam hic publicanus. Venerat enim iste pharisaeus tamquam ad stationem medici curandus. et sana quidem membra ostendebat. sed vulnera purulenta tegebat. Et quod adhuc multum erat deterius cum esset multis peccatorum vulneribus obsitus. existimabat se esse sanissimum. et aliorum derogabat vulneribus. Sequitur. Et publicanus a longe stans. nolebat nec oculos ad caelum levare. sed percutiebat pectus suum dicens. deus propitius esto mihi peccatori. A longe quidem publicanus iste stabat. sed deus ad illum misericorditer propinquabat. sic enim alio in loco dicitur. proximus est deus his qui adtriverunt cor. In psalmo quoque cernitur. sacrificium est deo spiritus contribulatus. Satis igitur acceptabile publicanus iste sacrificium deo optulit. cum diceret deus propitius esto mihi peccatori. Qui in tantum apud se humilis extitit. ut non esset ausus oculos ad caelum levare. Et quare caelum non attendebat. qua semetipsum attendebat et pectus suum percutiens. conscientiam suam puniebat. ut scilicet primum sibi de suis reatibus displiceret et sic deo placeret. Ipse sibi iudex erat. ipse se accusabat. ipse sua facta damnabat. et ideo a iustissimo domino talis de eo sententia promitur. Dico inquid vobis. descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Magnam sane fiduciam publicanus. iste digne penitentibus praebet. qui reatum suae nequitiae perfecte cognovit. flevit. fessus est. qui et se iniustus ad templum venit. iustificatus tamen a templo rediit possumus sane et de verbis elati pharisei et diverso formam humilitatis qua sublimetur adsumere. et sicut ille consideratis et peiorum vitiis et suis virtutibus est elevatus ad ruinam. ita quoque nos non nostra solum pigritia sed et meliorum virtutibus inspectis humiliemur ad gloriam. quatenus unus quisque nostrum hoc apud se supplex ac summissus obsecrans dicat. Deus omnipotens miserere supplici tuo quia non sum sicut innumeri servi tui. contemptu seculi sublimes. iustitiae merito gloriosi. castita(ti)s laude angelici. velud etiam multi illorum qui post flagitia publice poenitendo. tibi meruerunt esse devoti. Qui etiam si quid boni tua gratia largiente fecero. quo fine hoc faciam qua beate districtione pensetur ignoro. Typice autem phariseus iudeorum populus qui ex iustificationibus legis extolli merita sua. publicanus vero gentilis est qui longe a deo positus confitetur peccata sua. Quorum unus superbiendo recessit humiliatus. alter lamentando adpropinquare meruit exaltatus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Et de utroque populo prefecto et de omni superbo vel humili recte potest intellegi. sicut et illud quod alibi legimus. ante ruinam exaltatur cor. et alte gloriam humiliatur. Certe rex omnium humilium est dominus

noster ihesus christus. rex vero cunctorum superborum diabolus. De redemptore namque nostro scriptum est. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. de diabolo vero ita legitur. ipse est rex super universos filios superbiae. Argumentum namque redemptionis nostrae inventa est humilitas dei occasio vero perditionis nostrae facta est superbia diaboli. Redemptor denique noster manens supra omnia. inter omnia fieri dignatus est parvus. hostis vero noster inter omnia conditus videri supra omnia voluit elatus. Quicumque ergo se deicit. ad disimilitudinem ascendit. qui vero se erigit in apostate angeli imitationem cadit. Quid igitur humilitate sublimius. quae dum se in ima depremit. auctori suo manenti super summa coniungit. quid elatione deiectius. que dum supra se tenditur ab altitudine vere celsitudinis elongatur. Quisquis igitur humilis. quisquis mitis. quisquis obediens existis. si usque in finem perseveres christum profecto regem habebis et cum ipso regnabis. Quisquis vero suberbus arrogans vel inobediens fuerit .nisi ab his resipiscas. velis nolis diaboli regno adscribens. et cum ipso regnaveris. Aperiamus igitur oculos cordis nostri karissimi. et consideremus tota mentis intentione. Hic vitam illic mortem. hic certam salutem. illie indubiam perditionem. magisque satagamus diabolum fugere. christum sequi. hoste evadere. creatori adherere. ut pereuntibus superbis cum suo capite nos humiles cum christo regnemus sociati omnibus sanctis. Per eundem dominum nostrum ihesum christum qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 248 — Sequentia sancti evangelii secundum Lucan.

In illo tempore. dum iret ihesus in iherusalem transiebat per mediam samariam et galileam. Et dum ingrederetur quoddam castellum. occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe et levaverunt vocem dicentes. ihesu preceptor miserere nostri. Et reliqua.

Omelia Bedae presbyteri de eadem lectione.

Sicut universae parabolae domini ad confirmationem superiorum verborum prolatae sunt. ita eiusdem quoque miracula non fortuito ut fierent evenerunt. sed ab ipso caelesti magistro ita ordinata facta sunt. ut per ea aut etiam quae a domino iam dicta fuerant firmarentur. Sicut enim in potestate habuit congruentissime loqui quod vellet ita quoque in potestate eius fuit quando ei aptissime hi qui sanandi erant occurrerent. Nam cum ydropicum in synagoga sanasset. qui utique insatiabiliter sitiens eos qui cupiditatis vitio ardent significarent. mox scribas et phariseos de avaritiae ambitione repraehendit. In praesenti vero lectione in qua decem leprosi referuntur curati est aliquid quod ad superioris doctrinae pertineat rationem quod melius considerato prius totius textu lectionis suo in loco positum apparebit. Et factum est dum iret in iherusalem transiebat per mediam samariam et galileam. et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem. leprosi. Leprosi non absurdi intelligi possunt qui scientiam vere fidei non habentes varias doctrinas. profitentur erroris. non enim vel abscondunt imperitiam suam. sed pro summa peritia proferunt in lucem et iactantiam sermonis ostendunt. Nulla porro falsa doctrina est. quae non aliqua vera intermiscat. Vera ergo falsis inordinate permixta. in una disputatione vel narratione hominis. tamquam in unius corporis colore apparentia significant lepram. tamquam veris falsisque coloris locis humana corpora variantem atque maculantem. Hi autem tam vitandi sunt ecclesiae. ut si fieri potest longius remoti magno clamore christum interpellent. Unde et apte subiungitur. qui steterunt a longe et levaverunt vocem dicentes hiesus preceptor miserere nostri. Et bene ut salventur hiesum preceptorem nominant quia enim in eius verbis se errare significant. hunc salvandi humiliter preceptorem vocant. Cumque ad cognitionem preceptoris redeunt mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur. Quos ut vidit dixit. ite ostendite vos sacerdotibus et factum est dum iret mundati sunt. Nullus dominum eorum quibus haec corporalia beneficia prestitit. invenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. quia videlicet sacerdotium iudaeorum figura erat futuri sacerdotii legalis quod est in ecclesia quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus christi summi et veri principis sacerdotum. Et quisquis ab heretica pravitate vel superstitione gentili. vel iudaica perfidia vel schismate

fraterno. quasi vario colore per christi gratiam caruerit. necesse est ad ecclesiam veniat coloremque fidei verum quem acceperat ostendat. Cetera vero vitia tamquam valitudinis et quasi membrorum animae atque sensuum per se ipsum interius in conscientia et intellectu. dominus sanat et corrigit. Denique et paulus vocem domini audita. quid me persequeris. ego sum hiesus quem tu persequeris. Ad ananiam tamen missus est. ut illo sacerdotio quod in ecclesia constitutum est. sacramentum doctrinae fideique perciperet. et verus eius approvaretur color. Non quia non potest per se ipsum dominus omnia facere. nam quis alius haec facis etiam in ecclesiam. sed ut ipsa societas congregatorum fidelium approbando in invicem atque communicando vere fidei doctrinam in omnibus quae dicuntur verbis. vel signantur sacramentis. tamquam unam speciem veri coloris obducat. Cornelius etiam cum elemosynae eius acceptae et praeces eius audite illi ab angelo nuntientur. propter doctrinae tamen sacramentorumque unitatem. ad petrum iuvetur mittere. tamquam illi et suis diceretur. ite ostendite vos sacerdotibus. Nam et cum iret mundati sunt. Iam enim ad eos venerat petrus sed tamen ipsi nondum acceperat baptismatis sacramento. nondum spiritaliter ad sacerdotes pervenerant. et tamen infusione spiritus sancti et ammiratione linguarum. eorum mundatio declarata est. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est. reversus est cum magna voce magnificans deum. et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Unus iste qui magnificans deum regressus est. unus ecclesiae devotam christo humilitatem significat. Qui bene cadens ante pedes domini gratias egit. ille vero deo gratias agit qui repressis praesumptionis suae cogitationibus quam in semetipso infirmus sit humiliter videt. qui nihil sibi virtutis tribuit. qui bona quae egit esse de misericordia conditoris agnoscit. Unde et recte subiungitur. et hic erat samaritanus. Samaritanus quippe interpretatur custos. quo nomine ille populus aptissime significantur. qui gratias agendo ei a quo accipit tribuit. omne quod accipit. quodammodo cantans illud de psalmo. fortitudinem meam ad te custodiam quia tu deus susceptor meus es deus meus misericordia eius perveniet me. Cadit autem in faciem quia ex malis quae se perpetrasse meminit erubescit. ubi enim cadit homo ibi confunditur. Unde et paulus quasi quibusbam in facie iacentibus dicebat. quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. At contra de ascensore aequi idest de eo qui in huius mundi gloria elatus est dicitur. ut cadat ascensor eius retro. Rursumque de persecutoribus domini scriptum est. abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Quid est hoc quod electi in faciem et reprobi retrorsum cadunt. nisi quod omnis qui post se cadit. ibi procul dubio cadit ubi non videt. qui vero ante se ceciderit ibi cecidit ubi videt. Iniqui ergo quia in visibilibus cadunt. post se cadere dicuntur. quia ibi corruunt ubi quid eos tunc sequatur modo videre non possunt. Iusti vero quia in istis visibilibus semetipsos sponte deiciunt ut in visibilibus erigantur. quasi in faciem cadunt. quia timore compuncti videntes humiliantur. Respondens autem hiesus dixit. nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt. Unum si addatur novem quaedam effigies unitatis impletur. quo fit tanta complexio ut ultra non progrediatur numerus. nisi rursus ad unum redeatur. et haec per infinitatem numeri regula custodiatur. Novem itaque indigent uno. ut quodam unitatis forma coagulentur et decem sint. unum autem non eis indiget ut custodiat unitatem. Quamobrem ut unus ille qui gratias egit. unicae ecclesiae significatione approbatus atque laudatus est. ita illi novem qui gratias non egerunt. reprobi effecti a consortio unitatis exclusi sunt. ideoque tales in novenario numero tamquam imperfecti remanebunt. Et merito eos salvator quasi ignotos ubi sunt inquirit scire enim dei eligere. nescire reprobare est. Non est inventus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Secundum corpus quidem facile est videre posse hominem non habere lepram et tamen animi esse non boni. secundum significationem autem huius miraculi conturbat considerantem quomodo mundus dici possit ingratus. Sed iam facile etiam illud videri fieri posse. ut quisque in ecclesiae societatem. doctrinam integram veramque adsequatur. et omnia secundum catholicae regulam disserat. distinguat a creatore creaturam. eo quod manifestetur varietate mendaciorum. tamquam lepram caruisse. et tamen ingratus sit deo et domino mundatori suo. quia elatus superbia gratiarum agendarum pia humilitate non spernitur. similisque efficiatur eis de

quibus dicit apostolus. qui cum cognovissent deum. non ut deum glorificaverrunt aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos deum cognovisse. ostendit quidem a lepram fuisse mundatos. sed tamen statim accusat ingratos. Et ait illi. surge vade. quia fides tua te salvum fecit. Qui devotus ante deum cecidit. surgere et ire precipitur. quia qui in infirmitatem suam subtiliter cognoscens humiliter iacet. per divini verbi consolationem. surgere ad fortia opera et crescentibus cotidie meritis ad perfectiora passim proficere iuvemur. Si autem fides salvum fecit eum quem ad agendas salvatori et emundatori suo gratias inclinavit. ergo perfidia perdidit eos qui de acceptis beneficiis deo gloriam dare neglexerunt. Quapropter et haec lectio sicut iam praemissum est. superiori ea ratione subiungitur. quod ibi fidem per humilitatem augeri debere. parabula data decernitur dum dominus dicit. quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem. qui egresso de agro dicat illi statim transi recumbe. et non dicit ei para quod cenem et praecinge te et ministra mihi. donec manducem et bibam. et post haec tu manducabis et bibas. Numquid gratiam habet servo illi quia fecit quod sibi imperaverat. non puto. sic et vos cum feceretis omnia quae precepta sunt vobis. dicite servi inutiles sumus. Haec parabola docet ut fides quo virtutibus foris existit excellentior. eo in ipsa conscientia fiat intus humilior. Servus quippe arans aut pascens quilibet ecclesiae doctor intellegitur cui de agro regredienti idest de predicatione et conscientiam suam redeunti. non statim dominus transi recumbe dicit. Idest transire de hac vita mortali et in aeternae vitae beata sede refovere. Haec enim postea dicturus est. sed interim post pastum atque agri culturam. domi sibi iubet parare quod cenet. hoc est post laborem apertae locutionis humilitatem quoque propriae considerationis exhibere. Talis namque conscientiae templum dominus dignanter ingredi. talisque caena libentissime desiderat satiari. Unde et in apocalipsi dicitur. intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum. Ad hoc ergo haec parabola proponitur. ut sicut iam praemissum est. fides que foris excellentior cernitur. per humilitatis perseverantia magis magisque sublimetur. Sed non hoc tantum ad vere perfectionis cumulum sufficit nisi et hoc ei addatur quod samaritanus iste a lepra mundatus fecit. qui regressus cum magna voce ante pedes domini in faciem suam cadens gratias egit. Primus est ergo ut fidei virtutis exerceamur. secundum ut per humilitatis studium in ipsa fide crescamus. tertium ut nos semper servos inutiles existimantes. deo nostro in omnibus gratias referamus. Itaque karissimi fratres. nemo vestrum cum aliquo opus perfecerit. securus se iam et quietum debere esse existimet. sed semper paratus ad obedientiam secundum textum sancti evangelii quod praemissum est ut in humilitate possit proficere. nullum recuset laborem. Quia unde in hac vita quies refugitur et propter deum necessitatis opus arripitur. inde in perpetuum eterna vobis requies praeparatur. Per dominum nostrum ihesum christum qui cum deo patre et sancto spiritu vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 294 — OMELIA S. IOHANNIS GRISOSTOMI.

In illa die accesserunt ad ihesum saducaei qui dicunt resurrectionem non esset. In qua die. quando recedebant pharisaei et accedebant sadducaei. recedebant sadducaei. et accedebant pharisaei. Unus dies est et multa certamina. Frequentabant enim super eum tali forte consilio. ut quis ante comprachendere eum posset. si certa eum ratione superare non possent. vel per ipsam frequentiam subverterent sensum ipsius. Quem ammodum si inter plures homines inveniatur unus fortis pugnator. dum singuli viribus eum superare non possunt. circumveniunt eum omnes. ut quod virtute non poterant vertant eum in fugam. O stulti si quis corruptibili fonte utatur assidue. magis fontis illius vena laxatur. et maiorem aquam infundit. Et illi de fonte vivo aquam salientis in vitam aeternam. Audiebant sermones et putabant eum plura interrogando siccare. Circumdabant ergo eum quasi plures canes garruli unum leonem. De his enim dixerat per prophetam. quoniam circumdederunt me canes multi. Et vere tamquam inrationabiles canum latratus. sic erat vox sadduceorum. Videamus consilium inimici quod per sadduceos operabatur. diabolus enim semper adversarius christi. qui semper sibi thronum domini usurpabat. testante propheta. super stellas coeli ponam tribunal meum. et ero similis altissimo. Ab initio mox creatus est homo. temptavit unius dei iustitiam obscurare

et culturam deorum multorum inducere dicens ad evam. et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Sicut enim omne malum non a perfecto malo incipit. sed paulatim in primis. sic et istum tam audax malum primum leviter et latenter inspiravit. id est persuasit ut colerent. sed interim mentionem fecit quia sunt dii qui debeant coli. Adhuc enim non erat multitudo hominum pessimorum in quibus seminaretur. fallacia deorum multorum. Nam virtus diaboli homines mali sunt. nec enim potest aliquod malum seminare in mundum. nisi per suos ministros qui in sanctis non invenit locum. Crescente itaque numero hominum malorum. crevit et virtus erroris. et minuit usque ad dies abrahae quem dominns suscitavit. ut tam per eum quam per eius familiam dei notitiam et mundo tamquam lucernam luceret in tenebris. Vidit itaque quia iustitiam dei omnino extinguere non potuit. aliam adinventionem excogitavit erroris. ut etsi cognoscitur dei virtus. nullus obaudiat praeceptis ipsius. Nam domini cuius praecepto nullus optemperat. cum sit dominus esse dominus non videtur. quia nomen habet tantummodo non potestatem. Quid ergo introduxit heresem sadduceorum. qui dicerent non esse resurrectionem mortuorum. que res omnium praepositum faciende iustitiae frangit? Nam omni re aut auctu. sive corporali. sive spiritali. agendi virtus spes est futura. Qui enim arat. arat ut metat. qui pugnat. pugnat ut vincat. Nam cum sit ita difficile in hoc mundo servare iustitiae sanctitatem. Quis contentus erat adversus se ipsum cottidie luctamina exercere. nisi ad spem resurrectionis. et soluta est tota observantiam pietatis? Numquid sadducaei credebant coniugia esse post mortem? Absit. Quomodo coniugia crederent fieri. quando ipsam resurrectionem negabant. sed ad defensionem erroris sui putabant se invenisse acutissimam rationem. hoc modo aput se dicentes. Sicut non est possibile ut ea mulier que fuit septem virorum sit unius uxor privata aut omnium communis. sic non est possibile ut fiat resurrectio morthorum. Respondens autem ihesus ait eis. Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque uxorem ducent. sed sunt sicut angeli in coelo. Stulti qui saeculum illum huic saeculo simile estimabant. In hoc saeculo quia morimur ideo nascimur. quia nascimur ideo uxores ducimus. ut quod moriendo minuitur, nascendo suppleatur. Tolle moriendi necessitatem. et nascendi utilitas superflua invenitur. tolle nascendi utilitatem. et nubendi causa soluta est. Nam iste mundus carnis est. ille autem animarum. Sicut anima in hoc mundo peregrina est. ita caro in illo extranea est. In isto mundo anima carni subiecta est. quantum ad passiones humanas. in illo autem caro anime. Unaquaeque res in sua patria fortior est. et dominatur. Si ergo anima claudi potest. in hoc saeculo infirmo et terreno corpori subdita. sic subdita est ut nichil pene spiritaliter sapere aut agere posse saecundum suam naturam. quanto magis cum in illo saeculo caro infirma et vilis. digniori se animae et potenti ceperit esse subiecta. nihil poterit carnale sapere aut agere saecundum suam naturam. Nam hoc ipsum modicum quod in hoc saeculo in corpore constituta. anima spiritaliter sapit. nimia potestas anime hoc sibi manducat extra ordinem. quia dominatio carnis est in hoc mundo. Quemammodum dives peregre profectus. si in ospitio applicuerit pauperis alicuius. quamvis non potest iuvere in domo quod vult quia ospes est. tamen magnam sibi fiduciam agendi aliquid vindicat. quia potest est. Sic et animam peregrina in hoc regno carnis ingressa. quamvis non omnia spiritaliter agere potest saecundum se. quia extranea est in hoc mundo. tamen aliquid spiritale vindicat et in carne. quia nimirum potens est. Et contrario sicut pauper peregre est saecundo quia pauper est. sic et caro cum in illum saeculum resuscitata migraverit. nihil omnino poterit sibi carnale defendere. Primum quia extranea est in saeculo spiritali. saecundo quia infirma est. carnis natura. Et haec diximus saecundum rationem mortalem. alioquin in resurrectione mutanda est ipsa carnis natura. ut nihil carnis habeat in se. nisi forte tantummodo formam. sicut scriptum est. seminatur corpus animale. surgit autem corpus spiritale. Respondit ihesus et ait. erratis nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque uxorem ducent sed sunt sicut angeli. in caelo. Quare cum de ieiuniis aut elemosynis ceterisque virtutibus spiritalibus locutus fuisset. numquam angelorum similitudinem introduxit. nisi cum de soluto viri et mulieris coitu loqueretur dicens. neque nubent neque uxores ducent sed

sunt sicut angeli in coelo. Quoniam sicut omnis actus carnalis opera sunt animalium. sic et omnes quidem virtutes spiritales res angelice. praecipue tamen castitas res est angelica. per hoc enim solum singulariter homines angelis simulantur. et vincitur. natura virtutibus. ideo dicit neque nubent neque uxores ducent. sed sunt sicut angeli in celo. Sed sicut enim quando hęc agimus quod animalia habent nobiscum commune. animalia esse nos profitemur. sic quando illud agimus quod est extra naturam carnalem. naturam carnis egredimur. et angelis coequamur. Sed quia primum quidem et naturale est animalium ut non sit unius masculi vel unius feminae. lege contenta. Proprium autem et naturale est angelorum omnino separatos esse ab usu libidinis. quia unius masculi aut unius femine lege contentus est. mediam tenet condicionem et est homo idest neque angelus neque animal. Angelus quidem non est. quia nec est separatus ab usu libidinis. animal autem non quia unius legis contentus est. Quia autem omnino separatur ab usu libidinis supergreditur humanam naturam. que media est et ad condicionem transit angelicam. Sed nunc videamus qua ratione diximus quod omnis quidem actus carnalis. opus est animalis. Precipue tamen libidinosus. et per omnem actum carnalem homo animalibus similis invenitur. maxime autem per usu libidinis. Quoniam omnium quidem carnalium sensuum opus non solum ad malum proficit. sed etiam ad bonum. Est enim et saecundum deum videre et audire et odorare et gustare et tangere. Quotienscumque enim aspicimus multiformes species rerum audimus varios sonus vocum odoramus diversas fraglationes odorum. gustamus innumeravile suavitatis gustum. palpamus qualitates rerum innumeras. De operibus potentie dei diiudicamus. ut cognoscamus et colamus eiusmodi creationis auctorem. Ideo si tollimus a nobis usum sensuum illorum propter malum quod fit ex illis. impeditur etiam bonum quod fieri potest per eos. Tantummodo sensus ille libidinis semper in malo est. et numquam in bono. Propterea si repellamus a nobis libidinis usum nullum bonum impeditur ex illo. Nescitis scripturas neque virtutem dei. Sapienter primum arguit. neglegentiam eorum quia non legebant. secundo ignorantiam quia non cognoscebant deum. Quia ex diligentia lectionum nascitur scientia dei. ignorantia autem. neglegentiae filia est. Si enim nec omnes qui legunt cognoscunt deum quomodo cognoscat qui non legit. Quod autem diximus non omnes legentes cognoscere veritatem dei. tunc est si non legentes invenire legant. Qui enim legens de deo vult invenire deum. festine vivere digne deo. et ipsa conversatio eius bona fit. quasi lampada luminis ante oculos cordis eius viam veritatis aperiens. qui autem non festinas vivere digne deo. legens non deum quaerens ad salutem suam. sed scientiam dei ad gloriam vanam. Ideo et si semper legat. numquam invenit. Talis est enim scriptura nolentis vivere saecundum deum. quemammodum si aliquis agricolae non habenti voluntatem pugnandi. exponat bellicam disciplinam. E contrario autem viro bellatori. nolenti colere terram. culturam agricolarum exponat. Si tota die audiat verba expositionis illius. nihil intellegere aut compraehendere potest. quia nec habet desiderium disciplinae illius. Ubicumque enim fuerit desiderium hominis. illic dirigitur et sensus ipsius. Ideo illud quidem quod dixit. nescitis virtutem dei hoc rettulit dicens. in resurrectione enim neque nubent neque uxorem ducent. Ad illum autem quod dicit. nescitis scripturas. exemplum protulit dicens. ego sum deus abraham. et deus isahac. et deus iacob. Si enim abraham et isahac et iacob morientes perissent. numquam diceretur deus eorum esse qui non erant. Quia calumniatoribus primum oportet in aliquam questione auctoritatem scripture proferre. deinde rationem exponere non prius rationem postea auctoritatem. et cause huius ibi tradidimus rationem. Interrogantibus autem quocumque praeposito prius rationem exponamus. postea auctoritatem confirmemus quoniam calumniatores convincere oportet. interrogatores autem docere. Quoniam calumniator. et si intellegit rationem consentiri rationi non adquiescit. Fratribus autem rationem solam exponere sufficit questionis. quia discendi et non contradicendi propositum habet propter quod et audita ratione credunt. Item vide quomodo infirmor fit iudeorum congressio contra christum. Prima cum terrore et potestate. in qua potestate facis haec. secunda cum dolo. non enim terrent. sed circumveniunt laudibus. quae congressio. et si non minus periculosior est. priore tamen minus terribi-

lis est. Contra illam necessaria erat fortitudo animae. et constantia cordis. contra istam autem acuta sapientia. In tertio vero loco. neque cum terrore neque cum dolo. sed ex presumptione ignora. Contra tales enim necessaria-est sola scientia scripturarum. Haec autem diximus ut per servos diaboli actusque eorum habitudinem ipsius diaboli describamus. Quoniam et omnis operatio inimici talis est. in primis gravis et intolerabilis est impetus eius. Quod si quis forti animo sustinuerit eum. in secundo inveniet eum infirmiorem. in tertio magis infirmiorem. et quanto plus repercussus fuerit. magis frigescit et deficit.

Pag. 314 — SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore loquente ihesu ad turbas. ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens. Et reliqua.

DOMINICA X POST SANCTI LAURENTII LECTIO EIUSDEM EX VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI.

Et ecce vir venit cui nomen erat iairus et ipse princeps synagogae erat. Priori lectione quam de abiectione synagogae fideque ecclesiae atque iterum instaurauratione synagogae sumus interpraetati. Consequenter archisynagogi filia moriens subiungitur. quam dum suscitare properat dominus preoccupat emoroisa mulier preripit sanitatem. Fitque ut post veniens prior salute potiatur. ethiopia enim prevenient manus eius deo. Et cum intraverit plenitudo gentium. tunc omnis israhel salvus fiet. Princeps itaque synagogae nullus melius quam ipse moses intellegitur. Unde bene iairus idest inluminans sive inluminatus vocatus est. quia qui accipit verba vitae dare nobis. et per haec utero inluminat. et ipse ab spiritu sancto quo vitalia monita scribere vel docere possit inluminatur. Et cecidit ad pedes ihesu rogans eum ut intraret in domum eius. Si caput christi. deus pedes eius consequenter inenarratio. quam terram nostrae mortalitatis tetigit accipiendi sunt. Cecidit igitur archisynagogus ad pedes ihesu. quia legislator cum tota patrum progenie christum in carne apparentem longe sibi dignitatis gloria preferendum esse cognovit. Illud apostoli sedula devotione protestans. quia quod infirmum est dei fortius est hominibus. Rogavit eum intrare in domum eius. quia continuis gaudiorum votis eius videre desiderabat adventum. Anima autem mea inquit exultavit in domino. et delectabitur super ihesu eius. Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi. Et hoc est ad pedes ihesu cadere eum super omnes singulariter magnum pia fide fateri. Quia filia unica erat illi fiere annorum duodecim et haec moriebatur. Ipsa synagoga quae sola legali institutionem composi quasi unica mosi nata erat. quasi duodecimo aetatis anno hoc est tempore pubertatis adpropinquante moriebatur. quia nobiliter a prophetis docata postquam ad intellegibiles annos pervenerat. postquam spirituales deo fructus gignere debebat. subito errorum languore consternata spiritualis vitae vias ingredi desperabiliter omisit et si non a christo succurreretur horrendam per omnia corruisset in mortem. Et contigit dum iret a turba comprimebatur. Ad puellam pergens sanandam dominus a turba comprimitur quia genti iudeae salutaria monita prebens. quibus egram vitiis eius conscientiam erigeret noxia carnalium populorum est consuetudinem gravatus. Et mulier quaedam erat in fluxum sanguinis ab annis duodecim. Mulier sanguine fluens. ecclesia est ex gentibus congregata quae ingenito carnalium delectationum polluta fluxu atque actu fuerat segregata fidelium. Sed dum verbum dei iudeam salvare decerneret paratam iam promissamque aliis preripuit spe certa-salutem. Notandum quod et archisynagogi duodennii sit filia. et mulier haec ab annis duodecim sanguine fluxerit. hoc est eodem quod haec nata sit tempore illa caeperit infirmari. Una enim penae eademque saeculi huius aetate et synagoga in patriarchis nasci et gentilium natio per orbem caepit idolatriae saniae fedari. Nam et gemine fluxus sanguinis. hoc est per idolatriae prostitutione et his quae carnis ac sanguinis oblectatione patrantur potest intellegi. Unde pulchre sacra refert historia. tempore quo david adhuc puer. goliath gigante stravit filistiim in finibus domi idest sanguinum fuisse castrametatos. quia videlicet dominus ad debellandum mundi principem humilis apparens. non modo operibus infructuosis sed et religioni spurcissime deditos gentilium populos invenit. Ergo quamdiu synagoga

viguit, laboravit ecclesia. defectus illius huius est virtus. quia illorum delicto salus facta est gentibus. Quae in medicos erotaverat omnem substantiam suam nec ab ullo potuit curari. Medicos sive falsos theologos sive philosophos legumen doctores secularium. qui multa de virtutibus vitiisque subtilissime deserentes. utilia se vivendi credendique instituta mortalibus dare promittebant. seu certe ipsos spiritos immundos significat. qui vult hominibus consulendo se iam pro deo colendos ingerebant. Quibus vicissim audiendis gentilitas quanto magis naturalis industriae vires expenderat. tanto minus potuit ab iniquitatis suae sorde curari. Unde bene marcus de hac muliere scribens ait. et fuerat multa perpessa a compluribus medicis. et erogaverat omnia sua nec quicquam profecerat. sed magis deterius habebat. Sed haec ubi populum iudeorum egrotare. verumque de caelo cognovit adesse medicum. caepit et ipsa langoris sui sperare pariter et quaeritare remedium. Accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius et confestim fluxus stetit sanguinis eius. Accedit et dominum tangit. ecclesia quae ei per fidei veritatem appropinquat. Accedit autem retro. sive iuxta id quod ipse ait. si quis mihi ministrat me sequatur. Et alibi dicitur. post dominum deum tuum ambulabis. Sive quia presentem in carne dominum non videns. peractis temporalis dispensationis sacramentis eius iam per fidem cepit vestigia subsequi. Tangit autem fimbriam vestimenti et unda restringitur sanguinis. Quia beatus et vere mundatus qui vel extrema verbi partem fidei manu contigerit. Nam rarus valde qui eius vel in pectore recumbere. vel caput mereatur pistica nardo perunguere. cum et ille magnus fuerit qui se indignum dicebat eius calciamenta portare. Magna et illa quae unguere pedes eius et capillis suis tergere promeruit. Et ait ihesus. quis est qui me tetigit. Non ut ipse quae nesciat doceatur. sed ut virtus fidei quam noverat. immo quam ipse dederat in muliere declaret interrogat. Negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum illo erant. preceptor turbae te comprimunt et affligunt. et dicis quis me tetigit. Quem turbae comitantes passim comprimunt una credula mulier dominum tangit. quia qui diversis inordinatae glomerantium heresibus affligitur. sola catholica ecclesia fideliter corde quaeritatur. Nam sicut quidam videntes non vident et audientes non audiunt. ita etiam tangentes non tangunt. quia non fideliter christum tangunt. Unde cuidam amanti quidem sed nondum plene credenti dicit. noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum. Aperte docet quid sit eum veraciter tangere. patri scilicet aequalem credere. Et dixit ihesus tetigit me aliquis. nam ego novi virtutem de me exisse. Dicat pelagius si placet se suo conamine salvari. dicamus autem nos quia vana salus hominis in deo faciemus virtutem. Nam et ipse virtutem qua propitietur omnibus iniquitatibus nostris et sanet omnes langores nostros. Non ex nobis ipsis sed de se novit exire. non ergo latet eum qui fimbriam tetigit. idest incarnationis mysteria. donec ad maiora capienda perveniat perfecte amando crediderit. At ipse dixit illi. filia fides tua se salvam fecit. vade in pace. Ideo filia quia fides tua te salvam fecit. nec dixit fides tua salvam factura est. sed salvam fecit. in eo enim quod credidisti iam salva facta est. Adhuc illo loquente venit ad principem synagogae dicens ei quia mortua est filia tua noli vexare illum. Salvata a profluvio sanguinis muliere. mox filia principis mortua nuntiatur. Quia dum ecclesia a vitiorum labe mundata. et ob fidei meritum filia est cognomi(na)ta. Continuo synagogae perfidiae simul invidiaeque laeto soluta est. Perfidiae quidem. quia in christo credere noluit. invidiae vero quia ecclesiam credidisse doluit. Scriptum est enim in actibus apostolorum. sequenti autem sabbato pene universa civitas convenit audire verbum domini. Videntes autem turbas iudaei repleti sunt zelo et contradicebant his quae a paulo dicebantur. maledicentes viam coram multitudinem. Noli vexare illum. Per eos hodieque dicitur quia destitum synagogae statim vident ut restaurari posse non credant. ideoque per resuscitationem illius supplicandum esse non estiment. sed quae inpossibilia sunt apud deum. Unde sequitur. Ihesus autem audito hoc verbo respondit matri puellae. Noli timere crede tantum et salva erit. Pater puellae caetus doctorum legis accipitur. De quo dominus ait. supra cathedram moysi sederunt scribae et pharisei. Qui si credere ipse voluerit. etiam subiecta eis synagoga salva erit. Et cum pervenisset domum non permisit secum quemquam introire nisi petrum et iacobum et iohannem et patrem et matrem puellae. Supra publice vivae filius suscitatur.

hic removentur plures arbitrii. Puto ergo quod in eo quoque pietas ibi domini declaretur quia vidue mater unici non patiebatur moras. etideo ne amplius afficeretur maturitas additur. Est etiam forma sapientiae in viduae filio cito ecclesiam credituram. in archisynagogi filia credituros quidem iudeos sed ex pluribus pauciores. Flebant autem omnes et plangebant illam. Numquid possunt inquit filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus. venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt. Igitur synagoga quia sponsi laetitiam qua vivere posset amisit. quasi inter plangentes mortua iacens. ne hoc quidem ipsum quare plangatur intellegit. At ille dixit. nolite flere. non est enim mortua sed dormit. Hominibus mortua erat. qui suscitare nequiverant. deo dormiebat in cuius dicione et anima recepta vivebat. et caro resuscitando quiescebat. Unde mos christianus obtinuit. ut mortui qui resurrecturi esse non dubitantur. dormientes vocentes. Sicut ait apostolus. Nolumus inquit vos ignorare de dormientium ut non contristentur sicut et ceteri qui spem non habent. Sed et in parte allegoriae. cum anima quae peccaverit ipsa moriatur. tamen ea que resuscitari a christo meruit nobis quidem mortua fuisse sed ei obdormisse dici potest. Et deridebant eum. scientes quia mortua esset. Quia verbum resuscitantis deridere quam credere malebant. merito foras excluduntur indigni. qui miraculum resurgentis viderent. Ipse autem tenens manum eius clamavit dicens. puella surge. I a marco scriptum est. ait illi tabita cummi. quod. interpretatum. est puella tibi dico surge et confestim surrexit. Ubi diligens lector inquirat. quare verax evangelista dictum salvatoris exponens. interposuerit de suo tibi dico. Cum in syro sermone quod posuit. non plus sit dictum quam puella surge. Tenens ergo manum puellae ihesus sanavit eam. quia nisi prius mundatae fuerint manus iudeorum quae sanguine plenae sunt synagoga eorum mortua non consurgit. Et reversus est spiritus eius et surrexit continuo. Marcus ita dicit. et confestim surrexit puella et ambulavit. Spiritualiter insinuans. quisquis a morte animae christo sibi manum confortante resipiscit. non modo a sordibus surgere vitiorum. sed in bonis continuo proficere debet operibus. Et iussit illi dare manducare. Ad testimonium quidem vitae resuscitata manducare precepit. ut non fantasma sed veritas crederetur. Sed et si quis a spirituali morte surrexerit. caelesti necesse est mox pane satietur. et divini scilicet verbi et sacrosancti altaris particeps effectus. Nam iuxta moralem intellectum. tres illi mortui quo salvator in corporibus suscitavit tria genera resurrectionis animarum significant. Siquidem nonnulli consensum male delectationi prebendo latente. tantum cogitatione peccati sibi mortem consciunt. sed tales se vivificare significans salvator suscitavit filiam archisynagogi nondum foras elatum sed domi mortua quasi vitium secreto in corde tagente. Alii non solum noxiae delectationi consentiendo sed ipsum malum quo delectantur agendo mortuum suum quasi extra portas offerunt. et hos se si peniteant resuscitare demonstrat. Suscitavit iuvenem filium viduae. suscitavit extra portam civitatis elatum et reddidit matri suae. quia resipiscentem a peccati tenebris animam unitati restituit ecclesiae sicut et supra docuimus. Quidam vero non solum cogitando vel faciendo inlicita. sed et ipsa peccandi consuetudine se quasi sepeliendo corrumpunt. Verum nec ad hos erigendos minor fit virtus et gratia salvatoris. tamen adsint cogitationes sollicitae quae per eorum salutem velud devotae christo sorores invigilent. Nam ad hoc intimandum resuscitavit lazarum quattuor dies iam in monumento habentem. et sorore attestante iam fetentem. quia pessima noxios actus solet fama comitari. Notandum autem quod quanto gravior animae mors ingruerit. tanto acrior necesse est ut resurgere mereatur paenitentis fervor insistat. Quando occulte volens ostendere dominus iacentem in conclavi mortuam. modesta levique voce resuscitat dicens. puella surge. quam et ob facilitatem resuscitandi iam mortuam fuisse negaverat. Delatum autem foras iuvenem pluribus ut reviviscere debeat dictis corroborat. cum ait iuvenis tibi dico surge. Quatriduanus vero mortuus ut longa praementis sepulcri claustra deponere posset. fremuit spiritu ihesus. turbavit se ipsum. lacrimas fudit. rursum fremuit. ac voce magna clamavit lazare veni foras. et sic tandem qui erat desperatus. discusso tenebrarum pondere vitae lucique redditur. Sed et hoc notandum quod quia publica noxa publico egit remedio. levia autem peccata leviori et secreta quaeunt penitentia deleri. Puella in domo iacens paucis arbitris exurgit. eisdemque ne

miraculum vulgarent indicitur. Et stupuerunt inquit parentes eius. quibus praecepit nec alicui dicerent quod factum fuerat. Iuvenis extra portam turba multa comitante atque intuente suscitatur. Lazarus de monumento vocatus. in tantum populis innotuit. ut ob eorum videre testimonium. plurimae domino turbae cum palmis occurrerent. et multi propter illum abirent ex iudaeis et crederent in ihesum. Quartum vero mortuum dominus nuntiante discipulo agnoscit. sed quia qui pro eius ereptione dominum precarentur vivi defuerant. Dimitte inquit ut mortui sepeliant mortuos suos. idest mali malos noxiis laudibus gravent. et quia non adest iustus qui corripiat in misericordia. oleum peccatoris inpinguet caput suum.

Pag. 333 — Sequentia Sancti evangelii Saecundum iohannem.

In illo tempore. Cum sublevasset ergo oculos ihesus. et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum. dicit ad philippum. unde ememus panes ut manducent hi.

Dominica VI. ante natale domini sermo beati maximi episcopi.

Indicium vere ac perfectae religionis karissimi fratres in hoc praecipue constat. ut fidei sacramenta quae sumpsimus. tanto certius teneamus. quanto per eius agmentum manifestata nobis sunt nempe miracula. Nam clarescentibus mundo salvatoris nostri miraculis. mox hominum turbae ad eum confluunt. et fideli devotione ab eo expetunt. quod suae salutis praemium attinere prospiciunt. Et quia ipsum esse salvatorem mundi iam multi agnoverant. nihil fide hesitantes. eius semper inherebant vestigiis. a quo vitae alimonia percipere posse sperabant. Quorum tantum fidei vigorem intuens dominus. non solum eis spiritalis doctrinae dona intulit. sed etiam corporis alimenta illis mirabiliter largiri dignatus est. Unde et nos dilectissimi. tanti regis expectantes natalem. concito fidei gressu. eius semper recte operando sequamur vestigia. ut in aeternum satiari mereamur. Et quis umquam tales ipsius aepulas non delectetur accipere. que semper integre manent. semperque inlibatae consistunt. nec contaminatione aliqua minuuntur. sed cum ex illis quicquam decerpserit. rursus vigore caelesti in sui gratia renobantur. Magnus ergo cibus est ubi esumis quantum volueris. et intègrum cum plurima remanet omne quod sumpseris. Scriptura enim divina eius vigoris est. et cum plurima de ea dixeris. supersit tamen amplius quod dicatur. Ita ut quantum esse in profundum disputantis praedicatio extenderit. in tantum mens sancta. altitudinem inveniat disputandi. Unde ait apostolus. O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei. quam inscrutabilia sunt iudicia eius et ininvestigabiles viae eius. Nunc igitur timere debemus. ne post ut ad tam grande convivium advocati. fastidium famemque patiamur. De mensa etenim domini ut sacra evangelii lectio testatur. plus ablatum est quam fuisset adpositum. Nam quinque ibidem panes inla(ta) sunt. et duodecim fragmentorum cophini sunt relati. Plus enim inveniunt qui reliquias colligunt quam tulit qui cibum convivio ministravit. Denique saturatis quinque milibus virorum. vix duodecim apostoli duodecim cophinos sustulerunt. quod unus puer manum ante quam aliquid expenderetur attulerat. Ita panis in manu domini multiplicatur dum frangitur. crescit dum comminuitur. dum erogatur augetur. atque utiliorem dispendium creatura cibi populos pascit et proficit. crescit in ore comedentium quod minus esse putabatur in manibus ministrorum. Denique ait sanctus andreas. Est puer unus hic qui habet quinque panes et duos pisces. et reliqua. Mirum igitur in momento benedictione christi domini. panis solidam natura fluit. abundat exuberat et quodam liquoris inriguo commendentibus non iam aquarum fons efficitur sed escarum. Legimus in prophetis quod idem dominus potum sitientibus de dero saxo protulerit ecce nunc esurientibus et sic a pane saturitatis fluenta produxit. ibi petrum resolvit in fluctibus. hic cibum et multiplicavit in copias. Hec igitur omnia scripturi sunt sicut dixi evangelicis figuraliter comparanda. quae de paucis versiculis reficiunt populos christianos. nec aliquando deficiunt quae benedictione sui pascunt esurientes animos et cum satiaverint plus abundant. Quis enim cum refectius fuerit mandatis evangelicis non his mandatis velud ditatus gratiarum referat actionem. Habens scilicet thesaurus quo et ipse satietur semper et possit esurientes alteros saturare.

EX CODICE CI.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Pag. 182—**Lectio Sancti evangeli secundum lucam.**

Intravit ihesus in quoddam castellum, et mulier quedam martha nomine. excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Omelia sancti Augustini episcopi de eadem lectione.

Sanctum evangelium cum legeretur....... desiosa. quam cavere debet otiosa. Remoti a negotiis sepositis familiaribus curis. convenistis. statim audistis. in quantum hoc agitis. marie similes estis. et facilius vos quod agit maria impletis. quam ego quod christus. Si quid tamen dico christi ideo vos pascit. quia christi. quia panis communis. unde et ego vivo. si vivo. Tunc autem vivitis. si vos statis in domino. non in vobis sed in domino. Quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed deus qui incrementum dat. Sequitur. Extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portavit. et ubera quae suxisti. Vere beata maria. quia tamquam in sacrario ventris sui portavit cum misterio sacerdotem. Nam quicquid in saeculum futurum erat id totum de eius beato ventre processit. Processit enim sacerdos et hostia. deus resurrectionis. et sacerdos oblationis. et hostia passionis. Hoc autem totum in christo agnoscimus. Deus est quod ad patrem rediit. pontifex. quod se ipsum victimam optulit pro nobis. Mariae ergo beatum uterum non autem sed templum fuit christi. Quid est autem in illo. nisi quod super coelos estimandus est. ubi quasi secretiori tabernaculo mysterium a divinitate disponitur? Super coelos plane beatus uterus mariae estimandus est. quia victorem filium dei ad coelos remisit. Inde venit ut pateretur. hinc rediit ut regnans adoretur. Inde humiliatus descendit. hinc ad patrem glorificatus ascendit. Melius plane templum corporis quam coeli. Residens christus in celis ibi est terribilis. hic autem mansuetus. Ibi peccata vindicans. hic peccata condonans. Ibi potestatem iudicis utitur. hic per dilectionem inter fratres honoratur. atque ut simus beati qui audiunt verbum dei et custodiunt hortatur. Ideoque nobis bonum est eum adorare. ut possimus non eum timere cum iudicat. Ihesus christus dominus noster. qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus. per omnia saecula saeculorum. Amen.

EX CODICE CII.

Sermones varii, et Versus Marii Episcopi.

Pag. 150 — Sermo de ascensione domini nostri ihesu christi. Unde supra.
Vide supra pag. 76.

Pag. 152 Sermo sancti Leonis papae (1).

Et quando de cruce nostra processit oratio. foras civitatem sollemnitatem celebravimus. Et nunc quando crucifixi ascensione tractamus. praeclarum diem et omni laetitia coruscantem. fines civitatis egressi. summa cum gratulatione caelebramus. Et hoc non ad contumeliam civitatis. sed ad honorem observantur sanctorum. ne nos dissimulationis accusent dicentes. quod pro domino sensimus. universa tormenta vexantium manibus. nostra vidimus ossa carne nudata. Patientia nostra. tortor cessit iratus. Libenti animo pro christo noster sanguis effusus est. decisa sunt capita pro eius gloria. Hec omnia meruimus sustinere. et eius diem non meremur agnoscere. nec mysteriorum archanae in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca convenimus beatorum ac sanctorum habitacula festinamus. Ut conventus noster. ipsorum quoque presentia clarior reddatur. Non enim hoc theatro tantum martyres presunt. sed et angelorum instantia locus decoratur. Nam et angeli presunt. et si martyres videre desideras. aperi oculos fidei. et illud tibi facile theatrum demonstratur. Nam cum in omni aere angelorum multitudo versatur. multo magis in aecclesia. Multo amplius hodierna die quando eorum dominus ascendit in caelum. Et ut scias quod angeli ubique versantur. audi quod paulus femineo pudoris prospiciens ait. debent mulieres velamen habere super caput propter angelos. Et item iacob. Angelus ait qui liberavit me a iuventute mea. Et illi qui cum apostolis erant. ad rode. Angelus ipsius est. Et iacob. Vidi inquit castra angelorum. et merito angelorum castra videbantur in terra. Nam sicut imperatoris optimi provisione. urbes omnes. universe civitates. castella singula. manu militari adversum hostilem muniuntur adventum. et omnia loca diligenter armantur. ne barbarica incursione deleantur. Ita et deus quoniam barbara et agresti mente rabientes demones. ad pacis eversionem ubique versantur. ad tutelam nostram. constituit exercitus angelorum. ut eorum presentia. daemonum confringatur audacia. Et per eos nobis pacis gratia ministretur. Vides quod et angeli presunt. insistunt martyres. et ubique nobis praeparantur auxilia. Quid igitur miserius est illis. qui conventum istum splendidum derelinquunt. et quid vobis beatius. qui ad tantam sollemnitatem properare voluistis? sed fortissima martyrum facta. alio tempore declaramus. ad proposita redeamus. Hodierna die dilectissimi fratres. deo sumus mira reconciliatione sociati. hodierna die humanum genus. caelestem misericordiam meruisse cognoscitur. hodie vetus illud iurgium dissolutum est. Sedatum pristinum bellum. hodie pax nobis miranda donata est. quae numquam sperabatur posse concedi. Nam que spes erat deum humanae velle reconciliari naturae. non quia dominus inhumanus. sed quia servus neglegentia videbatur oppressus. non quia crudelis deus. sed quia contumax servus est. Vis audire quod nostro vitio deus ad commotionem provocatus est. quod nostra culpa mansuetus dominus. videtur iratus? Disce singula. et ratione causae cognosce. ut eum sedatum senseris bellum. iurgium dissolutum. et humanum genus summo honore decoratum. Divinam gratiam. misericordiamque miseris et perpetua domini benedictione sanctifices. Aliquando deus de humani generis con-

(1) Est versio Sermonis S. Iohannis Chrisostomi, diversa ab edita in *Bibl. PP. Concion.* Combefis. T. IV. pag. 393.

fusione cogitavit. et in tantum eius ira processit. ut viros cum feminis. senes et iuvenes. feras et pecora. lucis privare disposuisset aspectu. et audi divinae verba sententiae. Delebo inquit hominem quem feci a facie terrae. et bestias et pecora. quoniam cogitavi. quia feci hominem. et ut scias quia humanae non fuit exosa natura. sed malitia nostra ferebat ororem. Postquam dixit. delebo hominem quem feci a facie terrae. dicit ad hominem. tempus omnis hominis venit ad me. et si hominem habebat exosum. ad hominem non loquebatur. nec dignum erat suo sermone fecisse. nec divinum eum percipere concessisset auditum. Sed vide dei misericordiam hominem quadam satisfactione consolatur. et causas ei futurae calamitatis enarrat. Non ut homo causa dicat. sed ut narrando alios multos. meliores efficiat quod dicebam. hoc est. in tantum humanum genus pessime conversabatur. ut et ipsius terrae habitatione carere speraretur. Sed nos qui et terra videbamur indigni. hodie elevati sumus ad coelum. qui nec terrestria merebamur. celestem regnum meruimus possidere. Coelorum transivimus fines. et ipsa sede regali decoramur. Et natura cuius causa paradisus cherubim custodiebatur. hodie super cherubim. summo cum honore suscepta est. Sed hoc mirabile quem ammodum nos qui tantam offenderamus clementiam. ut et terrestribus privaremur. excelsa tenuimus. et alta meruimus possidere. Quem ammodum sedatum iurgium. et illa videtur ira sublata. disce quod non nostra deprecatione qui eum offenderamus. sed postulato eius qui iustae fuerat iratus. pax facta est. Pro christo namque ait. legationem fungimur tamquam deo rogante per nos. Quid hoc est? ipse rogat qui iniuriam passus est. valde inquit. nam deus clemens est. et ipse tamquam pater misericors deprecatur. et vide quia medius est qui reconciliator accessit. Non angelus. non archangelus. sed ipse filius deprecantis. et sicut duobus iurgio separatis. unus in medio positus. altercantium litem discordiamque dissolvit. ita et christus fecit. Deus nobis iustae irascebatur. et nos contemnebamus ira. Cum et clementem dominum declinabamus. et se medium christus ingessit et sociavit utramque naturam et nobis quod imminebat a patre supplicium. ipse sustinuit. « Christus nos inquit redemit de maledicto legis fa- « ctus pro nobis maledictum. » Vides quod imminens. coeleste supplicium ipse sustinuit. disce quod et terrestrem insultationem. ipse toleravit. Insultationes inquit insultantium. ceciderunt super me. Vides quemammodum litigium ipse dissolvit. nec ante discessit. sed fecit. multa sustinuit. ut inimicum reconciliaret. et te deo sociaret. et amicum faceret. qui multo tempore fuerat inimicus. et horum omnium beneficiorum hodiernus dies mater fuit. et tamquam divitias naturae nostrae deo dedit. Et sicut de campis segetibus decoratis. si quis collectis spicis optulerit deo. omni campo benedictionem reportare perspicitur. Sic et christus per illud corpus fecit nostram benedici naturam. Sed cur non omnem naturam levavit ad caelum? scilicet. quia non videntur primitiae. cum totum offertur. per brevem enim oblationem. totum benedicitur. Sed inquiens si primitie sunt. primum factum hominem. ad caelum debuerat elevare. Primitiae namque sunt. quod primum offertur. primumque pullulat. non est hoc primitiae. nam imbecillis fructus nullus est. sed fortis et validus. ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat obligatus. et peccati crimine tenebatur. ideo non levatus est. licet prior factus esse videatur. sed quia postea factus est. sed ut dicas. quod ille fructus primitias facit. qui robustus et validus. et summa maturitate florescit. Testimonium te divine lectionis poterit edoceri. si intrabis in terram quam dominus deus tuus dabit tibi. moyses inquit ad populum. et plantabis in ea omne lignum quod facit fructum ad edendum. tribus annis non depurgabis fructum eius. quarto vero fructus eius. sanctus erit deo. Ergo si primitiae sunt quod primo profertur. primi anni fructus domino debeamus offerre. Sed ille ait. tribus annis non purgabis fructum eius. sed dimittis illum. quia non arbor valida firmitate roborata est. nec fructus aliqua maturitate florescunt. sed quartus inquit annus sanctus erit deo. Vide legis conditoris prudentiam. fructum primum nec manducare permisit. nec ante deum quisquam percepisse videatur. nec offerri concessit. ne deo inmaturus offeratur. Sed dimittite inquit quia primus est. ne offeras. quia oblationi nondum dignus est. fructus nec accipientis convenit inmaturus. et haec nobis dicta sunt. propter corpus quod christus optulit. Igitur nostrae naturae primitias optulit patri. et oblatum donum miratus est pater. quod

et tanta dona dignitas offerebat. nulla macula fedabatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum. et suae sedis fecit esse participem. et quod plus est. ad partem suae dextere collocavit. Cognoscamus quis sit ille qui audivit. sede ad dexteram meam. quae natura est cui deus dixit. esto mee particeps sedis. illa natura est que audivit. terra es. et in terram ibis. Non enim ad omnem gloriam. coelos transisse eum(?) fecerat. non cum angelis stare. sed coelos transivit. Archangelos praetermisit. Super cherubim ascendit. Ultra seraphim elevatus est. nec ante stetit. nisi sedem dominicam meruisset. Vide quo spatium caelum separatur a terra. immo terra. quanto ab inferis est. et ipsum coelum. quantum ab altiore coelo separatur. et de altiore coelo ad angelos. quantum spatiis est ad archangelos. ad superiores etiam potestates. Ad ipsam ergo dominicam sedem. per haec omnia natura nostra elevata est. et homo qui loco iam humili tenebatur. ut descendere non posset. ad tam excelsam elevatur. ut altius non posset ascendere. Et haec ostendens paulus dicebat. qui descendit ipse est. et qui ascendis super omnes caelos. Discite igitur qui ascendit. et quae natura elevata est? in hoc enim cupio remorari sermone. ut humani generis commemorationem. divinam clementiam cum omni ammiratione discamus. que summum honorem. magnamque gloriam nostrae naturae largita est. Terra et cinis eramus. sed hoc nondum nostrum vitium. sed nature imbeccillitas fuit. inrationabiles. insensatores fuimus. Comparatus est namque ait homo pecoribus insensatis. et similis factus est eis. et peius est comparari quam nasci. Nam naturaliter non habere rationem. telerabile est. Vera rationem decoratum. inrationabili naturae comparari. voluntatis crimen. Et quando audis quod homo comparatus est iumentis. non arbitreris quod eum inrationabilibus similem voluit demonstrare. sed longe peiorem. Non tantum quia homines facti ad rationabilia festinavimus gesta. sed quia ad maiorem dementiam properavimus. et hoc significans aesaias dicebat. Agnovit bos possessorem suum. et asinus presepe domini sui. israhel autem me non cognovit. Sed non priorem conversationem erubescamus. ubi enim habundabit peccatum. superhabundabit gratia. Vides quod iumenta inrationabiles fuimus. cognovit bos possessorem suum. et asinus presepe domini sui. Ea iumenta nos inrationabiliores inveniremur. et hirundo agri passeres cognoverunt tempora ingressus sui. populus vero meus non cognovit iudicia domini. Ecce iumentis. ecce avibus deteriora sentimus. et inrationabilia cogitamus. Vis amplius nostram reperire naturam? formicarum nobis gesta narravit. et earum nobis similationem ostendit. Vade namque ait ad formicam O piger. et emulare vias eius. Formicarum sumus facti discipuli. formicarum emulatione vivimus. formicarum conversamus exemplis. In tantum amisimus humanae nature consilium. in tantum humane mentis aliena sentimus. qui ad similitudinem dei facti monstramur. Sed non reus est ille qui fecit. Sed nos qui contempsimus in imagine perdurare. Sed quid de formicis dico. lapidibus insensatiores facti sumus. et hoc tibi valido testimonio demonstrabo. Audite inquid fara gentes fundamenta terre. quia iudicium domino contra populum suum. quid ais contra hominem tibi iudicium est. et testes. terrae fundamenta clamantur. et in divinum humanumque iudicium. ut audiant lapides invitantur. Valde inquit nam lapides homines insensatiores esse noscuntur. Vides quod totius malitiae fines excessimus. Asinis et bubus inrationabiliores ostendimur sensu. et sensu a volatilia superamur. nec ipsis lapidibus comparamur. sed serpentium malignitates imitamur. Furor namque eis ad similitudinem serpentis. venenum aspidum sub labiis eorum. Et quid de mutis animalibus loquimur. ubi etiam ipsius diaboli filii nuncupantur? Vos inquit filii diaboli estis. Sed tamen nos qui sensum non habebamus. qui contumacia grababamur. qui nec lapidibus comparabamur. qui vincebamur omnia natura. qui despecti videbamur. qui contempnebamur. et quemammodum loquar ignoro. Quo sermone utar. quo verbo dicam. repperire non possum. natura fragilis. natura contempta. et omnibus monstrata deterior. omnia vicit. omnia superavit. et omnibus hodierna die meruit excelsior repperiri. Hodie angeli voto diu desiderata receperunt. hodie archangeli quod multo tempore cupiebant inspicere valuerunt. in se naturam nostram in sedem dominicam immortalitatem fulgentem gloriam perviderunt. Hoc enim affectabant angeli. hoc desiderabant archangeli. et si eos humana natura largito sibi ho-

nore superabat. attamen beneficiis gratulantur. Nam et nostris dolebant suppliciis. et quando puniebamur. ipsi quoque nimia tristitia tenebantur. Et cherubim licet paradisum custodiebant. tamen nostris suppliciis tristabantur. Et sicut conservus bonus cum a domino conservum custodiendum susceperit. satis quidem facit dominice iussioni. sed tamen pena conservi. nimio dolore conteritur. et servitii necessitate constrictus. animo non respuit karitatem. Sic et cherubim. meruerunt quidem custodire paradisum. sed dolebant honore custodire. et ut hoc facile possis advertere. ex hominum affectione condisce. qui vos conservorum calamitates inspicimus deum non(?) dolore. et si servant homines karitatem. multo magis ille potestates. nostris suppliciis commoventur. Nam et isti dolebant peccatorum suppliciis. ut licet merito pene inferebantur tristitiam. Nam et moyses post idolorum cerimonias dicebat. siquidem dimittes ei peccatum dimitte. Sin autem. et me dele de libro quem scripsisti. Quid est hoc? contumaciam videret. pro impiorum suppliciis deprecari. Ideo inquit doleo. Ideo deprecor. quia ipsi sunt sui causa supplicii. Et ezechihel cum angelum videret inferentem summa supplicia. cum nimia lamentatione clamavit dicens. Eu me domine. quoniam deles tu reliquias israhel. Et ieremias. castigas nos domine in iudicio. et non in ira. ne nos paucos facias. Et cum moyses et ezechiel et hieremias dolent. quanto magis ille potestates. nostri calamitatibus commoventur. Et ut scias quod nostri malis commoventur. doluerunt ex eo. Disce quod reconciliatione dominica gratulati sunt. et si antea non dolebant. nec postea gratulabantur. et quia gratulati sunt. christus salvator ostendit dicens. quia gaudium erit in coelo. uno peccatore convertente. Et si unius peccatoris correctione angeli gratulantur. multo magis cum ad coelum hodierna die per primitias omnem viderunt elevare naturam. Et alia ratione condisce gaudium coelestium potestatum. quando dominus ihesus christus secundum carnem natus est. cum reconciliatum videret. nec enim aliter descenderet. cum summa gratulatione clamabant. «Gloria in excelsis deo. et in terra pax homi« nibus bone voluntatis». Ut dicas quod deo glorificant deum. quia terra ea quae bona sunt. recepissae laetatur. Declarant et excusant dicentes. In terra pax hominibus bone voluntatis. Hominibus qui evulsi sunt. qui inimici fuerunt. qui alienati erant. qui contumaces iudicati sunt. Vides quemammodum alienis bonis gratulantur. Immo in suis. non gratia bona. suas utilitates arbitrantur. Vis discere quod et cum ascenderet gratulantur. et nimio gaudio exultabant. et descendebant frequenter. et hoc proprium est cupientium videre inopinatum spectaculum. Et ut scias quod ascendebant. Christi te verba confirmant qui dicit. «Amodo vide« bitis angelos dei ascendentes. et descendentes ad « filium hominis». Et iste semper ammantium mos est. cupientium insolita consuetudo. nec tempus expectare didicerunt. sed festino animo amoris ardore et dilatione preveniunt constitutam. Ideo ascendunt. Ideo descendunt. et cum omni festinatione. novum et incredibile expectaculum. videre desiderant. Nam quid hoc mirabilius est: quando homo qui contemptus fuerat. videtur in coelo. Ideo et quando nascebatur dominus noster. et quando resurgebat. exultabant angeli. et hodie quando ascendit ad coelum. ecce enim duo ait in alva veste. Ut haec ipsis indumenta gratulatio monstraretur. Dixerunt ad discipulos. «Vi« ri galilei. Iste ihesus qui ascendit a vobis in coe« lum. sic veniet quemadmodum vidistis eum. eun« tem ad coelum». Hic auditum mihi. cum omni diligentia commendate. Cur haec dicta sunt? Numquid oculos discipuli non habebant? numquid non videbant quod gerebatur? numquid non dixit evangelista. quia videntibus eis ascendit ad coelum? Cur igitur angeli eius dicebant quod factum est? quid eis monstrabant? quod ascendit ad coelum. propter has scilicet duas causas. Una. quia dolebant discessione ihesu desolati. Sed quia dolebant. audi quid ad eos dicit. nemo me interrogant de vobis. quo vadis. Sed quia ista dixi. tristitia replevit cor vestrum. Et si amicorum seu cognatorum separatione tristamur. quanto magis salvatorem. magistrum. deum misericordem. pium. mansuetum. Cum a se viderent separari. non omni cum dolore tristabantur? Ideo stabant angeli. et ascensionis tristitiam. regressionis commemoratione consolabantur. et separationem doloris. adventus. futuri pollicitatione sedabant. Nam aiunt. Iste ihesus qui ascendit a vobis. sic veniet. Doluistis inquid quia ascendit. sed dolere desinite. nam iterum veniet.

et ne hoc faciant. quod heliseus fecisse docetur. conscindens vestimentum. cum magistrum vidisset elevatum. non habuit presentem angelum. qui heliam promitteret adveniret. Ne igitur et isti hoc faciant. ideo angeli stabant animi eorum tristitiam solacio relevantes. et hec quidem una causa est. presentia angelorum. et alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt. quia ascendit in coelum. et quia longum spatium de terra tenebatur ad coelum. et oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem. minime poterat pervideri. Sicut autem cum altiora postulat defecit obtutus. inspicere noster oculus volatu vincitur celsiore. sic et illud corpus quando ferebatur ad summa. tanto oculis videntium aspectus imbecillitate celabatur. deficiente natura altiora conspicere. Ideo stabant angeli. iter coeleste monstrantes. ne quis arbitretur quia tamquam in coelum ascendit. qui elevatus est a vobis ad coelum. Ideo simpliciter hoc addidit. et haelias quidem tamquam in coelum ascendit. nam servus erat. Ihesus autem ad coelum. nam dominus erat. Ille in curru igneo. hic in nube. et quando servus vocabatur. currus mitttebatur ut veniret. Quando autem filius ascendebat. dominica sedes occurrit. non tantum dominica. sed et paterna. Nam et de patre eius ait esaias. ecce deus sedet in nube levae. Et quia pater sedet in nube. nubem misit et filio. Et helias quidem cum ascenderet. melotem heliseo dimisit. Christus autem discipulis. gratiam dereliquit. que non unum prophetam. sed multos heliseos efficeret. Immo. heliseo multo potentiores. et longe amplius meliores. Elevemus igitur et excitemur dilectissimi fratres. et illum cogitemus adventum. nam et paulus ait. ipse descendet de coelo dominus. in iussione voce archangeli. et nos qui vivimus. qui relinquimur. rapiemur in nube occursu domini. sed non omnes rapiemur. sed aliquanti. Audi quid dicit christus. « tunc erunt duae in mola molentes. una suscipie- « tur. et una relinquetur. Duo in lecto. unus susci- « pietur. et unus dimittitur. » Quae hac significatione ostenditur. quid hoc secreto declaratur videamus. Mola. pauperes. inopesque demonstrat. et eos qui tae (sic) labore conteruntur. Lectus. divites et requies ostendit. et eos qui honoribus secularibus perfruuntur. Et volens ostendere quia de pauperibus aliquanti liberantur et pereunt. et de divitibus nonnulli liberantur et pereunt. Ait. quia de mola una suscipietur. et altera dimittitur. et de lecto. unus suscipietur. et unus relinquetur. Significans quia hi qui peccatis opprimuntur. hic remanent congrua supplicia sustinentes. iusti autem rapiuntur in nubae. Nam sicut rege veniente ad aliquam civitatem. hii qui honoribus et dignitatibus decorantur. cum summa confidentia non expectato eius ingressu. longe ante portas occurrunt et excipiunt venientem. Rei autem et criminibus obligati. intra muros retinentur imperatoriam expectaturi sententiam. Ita quando dominus veniet. iusti ei in medio aere confidenter occurrunt. noxii vero et obruti peccatis. hic remanent expectantes iudicium. Tunc et nos rapiemur. non me iustorum numero contineri commemorans dixi. nos rapiemur. nam non sum tantum insane mentis alienus. nec animi cecitate confusus. ut mea peccata non nesciam. ut meorum videar oblitus esse gestorum. Nam quia diem festum nolo meo dolore turbare. nec sollemnitatis miscere mestitiam. parce lacrimis. parce fletibus. meorum peccatorum conscientia sauciatus. Et ideo orationem in ipsa festivitatis laetitiam. terminatio illius diei in memoriam derelinquens. ut nec divites suis opibus gratulentur. nec sua pauper egestate tristetur. sed unus quisque suae conscientiae meritum speret. Nam nec dives beatus. nec pauper miser poterit iudicari. sed his qui illius nubis meretur aspectum. ipse acumen totius beatitudinis possidebit. Nam qui peccatis pauper est. divitiis coelestibus habundabit. Et qui criminibus dives est. suppliciorum miserias sustinebit. Et ideo dicit. ut qui in peccatis sumus lugeamus. ut qui bona conscientia vivunt. gratulentur. sed nec isti confidant. caveant magis. ne illi lugeant. sed corrigantur. Nam et eum licet qui male fuerat conversatus. mutata vita gloriam promereri. et his partem fieri. qui semper iuste vixerunt. Hec et nos implere properemus. et qui bene vivunt. proposita conversatione merito futurae gloriae ampliare festinent. et confidentiam augere non desinant. et qui peccatorum mole opprimuntur. meliore correctione utantur. ut iustorum choro sociati. cum debita reverentia imperatorem suscipiamus angelorum. et illa beatitudine perfruamur. quam nos omnes liceat promereri gratia domini nostri ihesu christi. Amen.

Pag. 199 — Dominica I. post octavam pentecostes.

Sequentia Sancti evangelii secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et reliqua.

Omelia sancti Augustini episcopi.

Nolite iudicare. ne iudicetur de vobis. in quo enim iudicio iudicaveritis. iudicabitur de vobis. et in qua mensura mensi fueritis. remetietur vobis. Hoc loco nihil aliud nobis precipi existimo. nisi ut facta que dubium est quo animo fiant. in meliorem partem interpretetur. Quod autem scriptum est ex fructibus eorum cognoscetis eos. de manifestis dictum est. que non possunt bono animo fieri. Sicuti sunt stupra. vel blasphemiae. vel furta. vel ebriositas. et si qua sunt alia. de quibus nobis iudicare permittitur. Dicente apostolo. quid enim mihi eos qui foris sunt iudicare? nonne de eis qui intus sunt. vos iudicatis. De genere autem ciborum quia possunt bono animo et simplici corde sine vitio concupiscentiae. quicumque humani cibi indifferenter sumi. prohibet idem apostolus iudicari. eos qui carnibus vescebantur. et vinum bibebant. ab eis qui se ab huius modi alimentis temperabant. Qui manducat inquit. non manducantem non spernat. et qui non manducat. manducantem non iudicet. Ibi etiam ait. tu quis es qui iudicas alienum servum? suo domino aut stat. aut cadit. De talibus enim rebus quae possunt bono et simplici et malo animo fieri. quamvis possint etiam non bono. volebant illi cum homines essent in occulta cordis ferre sententiam. de quibus deus solus iudicat. Ad hoc pertinet etiam illud quod alio loco dicit. nolite ante tempus quicquam iudicare. quoadusque veniat dominus. et illuminet abscondita tenebrarum. et manifestet cogitationes cordis. et tunc laus erit unicuique a deo. Sunt ergo quedam facta media quae ignoramus quo animo fiant. quia et bono et malo fieri possunt. de quibus temerarium est iudicare. maxime ut condempnemus. Horum autem veniet tempus ut iudicentur. cum deus illuminavit abscondita tenebrarum. et manifestavit cogitationes cordis. Item alio loco. idem dicit apostolus. quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium. quedam autem. et subsequuntur. Manifesta ea dicit. de quibus clarum est. quo animo fiant. haec precedunt ad iudicium. id est. quia si fuerint ista subsecutum iudicium. non est temerarium. Subsequuntur autem illa. quae occulta sunt. quia nec ipsa latebunt tempore suo. Sic et de bonis factis intellegendum est. Nam ita subiungit. similiter et facta bona. manifesta sunt. et quecumque se aliter habent. latere non possunt. De manifestis ergo iudicemus. de occultis vero. deo iudicium relinquamus. quia et ipsa abscondi non possunt. sive mala. sive bona. cum tempus advenerit quo manifestentur. Duo sunt autem. in quibus temerarium iudicium cavere debemus. cum incertum est. quo animo quid factum sit. vel cum incertum est qualis futurus sit. qui nunc vel malus. vel bonus apparet. Si ergo quispiam verbi gratia conquestus de stomacho ieiunare noluit. et tu id non credis. edacitatis id vitio tribuens. temere iudicabis. Item si manifestam edacitatem ebriositatemque cognoveris. et ita reprehenderis quasi numquam ille possit corrigi atque mutari. nihilominus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea. quae nescimus quo animo fiant. neque ita reprehendamus quae manifesta sunt. ut desperemus sanitatem. et vitabimus iudicium. de quo nunc dicitur. nolite iudicare. ne iudicetur de vobis. Potest autem movere quod ait. « In quo enim « iudicio iudicaveritis. iudicabitur de vobis. et in qua « mensura mensi fueritis remetietur vobis ». Numquid enim si nos iudicio temerario iudicaverimus. temere etiam de nobis deus iudicabit? Aut numquid si in mensura iniqua fuerimus mensi unde nobis remetiatur. nam et mensurae nomine. ipsum iudicium significatum arbitror. Nullo modo deus vel temere iudicat. vel iniqua mensura cuiquam rependit. Sed hoc dictum est. quoniam temeritas qua punis alium. eadem ipsa te puniat. necesse est. Nisi forte arbitrandum est. quod iniquitas ei noceat aliquid in quem procedit. Immo vero sepe nihil nocet ei qui patitur iniuriam ei autem qui facit. necesse est ut noceat. Quid enim nocuit martyribus iniquitas persequentium? ipsis persecutoribus plurimum. quia etsi aliqui eorum correcti sunt. et tamen tempore quo persequebantur. excecabat illos malitia eorum. Sic et temerarium iudicium plerumque

nihil nocet ei. de quo tempòre iudicatur. ei autem qui temere iudicat. ipsa temeritas necesse est ut noceat. Ista regula. etiam illud dictum arbitror. omnis qui percusserit gladio. gladio morietur. Quam multi enim gladio percutiunt. nec tamen gladio moriuntur. sicut nec ipse petrus. Sed ne istum veniam peccatorum talem penam evasisse quis putet? quamquam nihil absurdius. quam ut maiorem putet gladii penam potuisse. que petro non accidit. quam crucis que accidit. Quid tamen de latronibus dicturus est qui cum domino crucifixi sunt. quia et ille qui meruit veniam. posteaquam crucifixus est. meruit. et alter omnino non meruit. An forte omnes qui occiderant. crucifixerant. et propterea hoc etiam ipsi pati meruerunt? Ridiculum est. hoc putare. quid ergo aliud dictum. omnis enim qui gladio percusserit. gladio morietur? nisi quia ipso peccato animo moritur. quodcumque commiserit. Et quoniam de temerario et iniquo iudicio. nos hoc loco dominus monet. vult enim ut simplici corde et in unum. deo intentione faciamus. quecumque facimus. et multa incertum est. quo corde fiant. de quibus iudicare. temerarium est. maxime autem hi temere iudicant de incertis et facile reprehendunt. qui magis amant vituperare et dampnare. quam emendare atque corrigere. Quod vitium quia vel superbie est vel invidentiae. consequenter subicit et dicit. « Quid autem vides festu« cam in oculo fratris tui. trabem autem in tuo « oculo non vides? » Ut si fervet verbi gratia ira. ille peccavit. tu odio reprehendas. Quantum autem inter festucam et trabem. quasi tantu inter iram distat et odium. Odium est enim. ira inveterata. quasi que vetustate ipsa tantum robur acceperit. ut merito appellaretur trabes. Fieri autem potest. ut si irascaris homini velis eum corrigi. si autem oderis hominem. non potes eum velle corrigere. « Quomodo enim dicit fratri tuo. Sine eiciam fe« stucam de oculo tuo. et ecce trabis est in oculo « tuo? Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo. « et tunc videbis eicere. festucam de oculo fratris « tui. » Idest. primo abs te expelle odium. et deinde poteris iam eum quem diligis. emendare. Et bene ait ypocrita accusare enim vitia. officium est bonorum virorum. et benibolorum. quod cum mali faciunt. alienas partes agunt sicut ypocrite. qui tegunt sub persona quod sunt. et ostentant in personam quod non sunt. Ypocritarum ergo nomine. simulatores acceperis et est vere multum cavendum. et molestum simulatorem agemus. qui cum omnium vitiorum accusationes odio et libore suscipiant. etiam consolatores videri volunt. Et ideo pie cauteque vigilandum est. ut cum aliquem repraehendere vel obiurgare necessitas coegerit. primo cogitemus. utrum tale sit vitium quod numquam habuimus. vel quo iam caruimus. et si numquam habuimus. cogitemus et nos homines esse et habere potuisse. Si vero habuimus et non habemus. tangat memoriam. communis infirmitas. ut illam reprehensionem vel obiurgationem non odium sed misericordia precedat. ut sive ad correctionem eius propter quem id facimus. sive ad perversionem valuerit. nam incertus est exitus tamen de simplicitate oculi nostri. securi simus. Si autem cogitantes nosmetipsos invenerimus in eo esse vitio. in quo est ille quem reprehendere parabamus. nos reprehendamus. neque obiurgemus. sed tamen contemescamus. et non illum ad obtemperandum nobis. sed ad pariter conandum invitemus. Nam et illud quod dicit apostolus. factus sum iudeis. quasi iudeus ut iudeos lucrifacerem. his qui sub lege sunt. quasi sub lege essem. cum non sim ipse sub lege. ut eos qui sub lege erant. lucrifacerem. his qui sine lege sunt. quasi sine lege essem. cum sine lege dei non sim. sed sim in lege christi. ut lucrifacerem eos. qui sine lege erant. factus sum infirmus infirmis. ut infirmos lucrifacerem. Non utique simulatione faciebat. quemammodum quidam intellegi volunt. ut eorum detestanda simulatio. tanti exempli auctoritate. muniatur. Sed hac faciebat karitate. qua eius infirmitatem cui volebat subvenire tamquam suam cogitabat. Hoc enim et praestruit dicendo. cum enim liber sim ex omnibus. Omnium me servum feci. ut plures lucrifacerem. Quod ut intellegas non simulatione sed caritate fieri qua infirmis hominibus tamquam nos simus compatimur. Ita enim monet alio loco dicens. Vos in libertatem vocati estis fratres. tantum ne libertatem in occasione carnis detis. sed per caritatem. servite in invicem. Quod fieri non potest. nisi alterius infirmitatem quisque habeat quasi suam. ut eam equanimiter ferat donec hab ea liberetur ille cuius curat salutem. Raro ergo et magna necessitatem. obiurgationes adhibendae sunt. ita tamen ut etiam in ipsis

non nobis sed deo ut serviatur instemus. Ipse est finis ut nihil duplici corde faciamus. auferentes trabem de oculo nostro invidentiae. vel malitiae. vel simulationis. et videamus eicere festucam. de oculo fratris nostri.

Pag. 291 — DOMINICA. I. POST NATALE APOSTOLORUM.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. nisi abuudaverit iustitia vestra plusquam scribarum et pharisaeorum. non intrabitis in regnum coelorum. Et reliqua.

EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBYTERI.

Omnis qui irascitur fratri suo. in quibusdam codicibus additur. sine causa ceterum in veris definita sententia est. et ira poenitus tollitur. scriptura dicente. qui irascitur fratri suo. Si enim iubemur verberati alteram prebere maxillam. et inimicos nostros amare. orare pro persequentibus. omnis ire occasio tollitur. Radendum est enim sine causa. qui ira viri iustitiam dei non operatur. Qui autem dixerit fratri suo racha. Hoc verbum propriae hebreorum. Racha enim dicitur chenos. idest inanis aut vacuus. quem nos vulgata iniuria. absque cerebro nuncupare. Si de otioso sermone reddituri sumus rationem. quanto magis de contumelia. Sed et signanter additur. qui dixerit fratri suo racha. Frater enim noster nullus est. nisi qui eundem nobiscum habet patrem. Cum ergo similiter credat in deum et christum dei noverit sapientiam. qua ratione stultitiae elogyo. denotari potest. Sic autem dominus unius cuiusque considerat vias. sic dinumerat gressus. ut ne minutissimae quidem cogitationes. eius iudicio. ac verba tenuissima que apud nos usu viluerunt. indiscussa remaneant. Hinc etenim dicit. «qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio. « qui dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. qui « dixerit fatuae. reus erit gehennae ignis ». Racha quippe in hebreo eloquio. vox interiectionis est. quae quidem animum irascentis ostendit. nec tamen plenum verbum iracundiae exprimit. Prius ergo ira repraehenditur sine voce. postmodum vero ira cum voce. sed necdum pleno verbo formata. Ad extremum quoque cum dicitur fatuae. ira redarguitur. quae cum excessu vocis expletur. etiam perfectione sermonis. Et notandum quod in ira perhibet reum esse iudicio. in voce irae quod est racha. reum concilio. in verbo vocis quod est fatuae. reum gehennae. Per gradus etenim culpae. crevit ordo sententiae. quia in iudicio adhuc causa discutitur. in concilio autem. iam causae sententia definitur. in gehenna vero ignis. ea que de concilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum. dominus subtili examine gressus enumerat. Ira sine voce. iudicio. Ira in voce. concilio. Ira vero in voce atque sermonae. gehennae ignibus mancipatur. Hanc sublimitatem considerationis eius. propheta aspexerat qui dicebat. Fortissime magnae potens dominus exercituum nomen tibi. Magnus consilio incompraehensibilis cogitatu. cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum adam ut reddas unicuique. secundum vias suas. et secundum fructum adinventionum eius. Sic easdem vias dominus subtili examinatione considerat. ut in unoquoque nostrum nec ea quae remuneret bona praetereat. nec mala quae videlicet displicent. sine increpatione derelinquat. Hinc est enim quod angelum ecclesiae pergami. et in quibusdam laudat. et in quibusdam redarguit dicens. Scio ubi habitas. ubi sedes est satane. et tenes nomen meum. et non negasti fidem meam. Et paulo post. Sed habeo adversum te pauca. quia habes illic tenentes doctrinam balaam. Hinc angelo tyatyre dicitur. Novi opera tua et caritatem et fidem. et ministerium et patientiam tuam. et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversum te quia permittis mulierem iezabel. quae se dicit propheten docere. et seducere servos meos fornicari. et manducare idolothitum. Ecce bona memorat. nec tamen resecanda mala sine poenitentia relaxat. Quia scilicet sic singulorum vias considerat. sic gressus enumerans pensat. ut subtili examine perpendat. vel quantum quisque ad bona proficiat. vel quantum a bonis devians. suis provectibus contradicat. Incrementum quippe meritorum quod bonae vitae studiis augetur. plerumque mali admistione retrahitur. et bonum quod animus operando instituit. hoc alia perpetrando pervertit. Unde sancti viri tanto se subtilius in cogytatione constringunt. quanto se cotidie

a superno iudice districtius considerari conspiciunt. Mentem quippe discutiunt invenire si qua deliquerint querunt. ut tanto fiant inreprehensibiles iudici. quanto semetipsos cotidie et sine cessatione reprehendunt. Unde et nos debemus praesens saeculum vel quia iam conspicimus defluxisse. tota mente contemnere. cotidianas carnis eius et sanguinis hostias immolare. Haec namque singulariter victima. ab aeterno interitu animam salvat. que illam nobis mortem unigeniti. per mysterium significat. qui videlicet surgens a mortuis. iam non moritur. et mors ei ultra non dominabitur. Tamen in se ipso inmortaliter atque incorruptibiliter vivens. pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur. eius caro in populi salute partitur. eius sanguis non iam in manus infidelium. sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium. quod pro absolutione nostra. passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa iam immolationis hora. ad sacerdotis vocem caelos aperiri. in illo ihesu christi mysterio. angelorum choros adesse. summis ima sociari. terrena celestibus iungi. unumque in visibilibus et ex invisibilibus fieri? Sed necesse est ut cum haec agimus. nos metipsos deo in cordis contritione mactemur. quia passionis dominicae mysteria celebramus. debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis. deo hostia erit. cum nos ipsos ostiam fecerit. Sed studendum nobis est. ut etiam post orationis tempora. in quantum deo largiente possumus. ipso animum suo pondere et vigore servemus. ne post cogitatio fluxa dissolvat. ne vana menti laetitia subrepat. et lucrum conpunctionis anima per incuriam fluxe cogitationis perdat. Sic quippe quod poposcerat anna optinere meruit. quia post lacrimas in eodem mentis vigore permansit. De qua nimirum scriptum est. vultusque eius non sunt amplius in diversa mutati. Quia igitur non est oblita quae petiit. non est privata munere quod poposcit. Sed inter haec sciendum est. quia ille recte sui delicti veniam postulat. qui prius hoc quod in eo delinquitur relaxat. Munus enim non accipitur. nisi ante discordia ab animo pellatur. Dicente veritate. « Si offers munus tuum ad altare. et « recordatus fueris quia habet aliquid adversus te « frater tuus relinque ibi munus tuum ante altare. « et vade prius reconciliare fratri tuo. et tunc ve« niens offers munus tuum ». Qua in re pensandum est. cum omnis culpa munere solvatur. quam gravis est culpa discordiae. pro qua nec munus recipitur. Debemus itaque ad proximum quamvis longe positum. longeque disiunctum. mente ire. eique animum subdere humilitate illum ac benivolentia placare. et scilicet conditor noster dum tale placitum nostrae mentis aspexerit. a peccato nos solvit. quia munus pro culpa sumit. Veritatis autem voce attestante didicimus. quia servus qui decem milia talenta debebat. cum poenitentiam ageret. absolutionem debiti a domino accepit. sed quia conservo suo centum sibi denarios debenti. debitum non dimisit. et hoc est iussus exigi quod ei fuerat iam dimissum. Ex quibus videlicet dictis constat. quia si hoc quod in nos delinquitur ex corde non dimittimus. et illud rursus exigymur. quod nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum per indulti temporis spatium licet. dum iudex sustinet. dum conversionem nostram is qui culpas examinat expectat. conflemus in lacrimis duritiam mentis. formemus in proximis gratiam benignitatis. et fidenter dico. quia salutari hostia post mortem non indigebimus; si ante mortem deo hostiam ipsi fuerimus. Ergo contra malignos spiritus. spiritalis certaminis aciem ponamus summopere necesse est. ut per caritatem semper uniti atque constricti. et numquam interrupti per discordiam inveniamur. quia quilibet bona in nobis opera fuerint. si caritas desit. per malum discordiae locus aperitur. unde ad feriendos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero inimicus castitatem in nobis si sine caritate fuerit. non timet. quia ipse nec carne premitur. ut in eius luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet. quia ipse cibo non utitur. qui necessitate corporis non urguetur. Distributionem terrenarum rerum non timet. si eidem operi caritas desit. quia divitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis caritatem veram. idest amorem humilem quem nobis vicissim impendimus timet. et nimis concordiae nostrae invidet. quia hanc nos tenemus in terra. quam ipse tenere nolens amisit in coelo. Unde bene de sancta ecclesia dicitur. terribilis est ut castrorum acies ordinata. Quia electorum multitudinem eo maligni

spiritus pertimescunt. quo eos per caritatis concordiam unitos contra se et conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordiae virtus ostenditur. cum sine illa virtutes reliquae virtutes non esse monstrantur. Magna enim est virtus abstinentiae. sed si quis ita ab alimentis abstineat ut ceteros in cibo diiudicet. et alimenta eadem quae deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus etiam damnet. quid huic virtus abstinentiae facta est nisi laqueus culpae? Unde psalmista quoque nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait. laudate eum in timpano et choro. In tympano enim. corium siccum resonat. in choro autem voces concorditer cantant. Quid ergo per timpanum? nisi abstinentia. et quid per chorum? nisi caritatis concordia designatur. Qui itaque sic abstinentiam tenet ut concordiam deserat. laudat quidem in tympano. sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student. a proximorum pace resiliunt. dum eos velud hebetes stultosque contempnunt. Unde per se veritas ammonet dicens. « habete in vos sal. et pacem habete « inter vos. » Ut quisquis sal sapientiae studet habere. curae necesse est quatenus a pace concordiae numquam recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus. hoc est de ceteris omnibus sentiendum. Unde terribiliter paulus ammonet dicens. pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Quia autem nil sine concordia deo placeat. Ipsa per se veritas demonstrat dicens. « Si offers munus tuum ad altare. et ibi « recordatus fueris quia frater tuus deliquid adver- « sum te. relinque ibi munus tuum ante altare. et « vade prius reconciliare fratri tuo. et tunc veniens « offers munus tuum ». Ecce a discordantibus accipere non vult sacrificium. holocaustum recipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordiae propter quod et illud abicitur. per quod culpa laxatur. Libet autem ab exortu sanctae ecclesiae fidei oculos usque ad finem mundi tendere. et eius castra. quo modo ambulent videre. Castra etenim. multitudines appellantur exercitus. cum in procinctum pergunt. aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Castris ergo via est. vita praesentis seculi. omnibus concorditer viventibus sanctis. Alia autem sunt castra praedicationum. qui huc illucque pro colligendis animabus. in sancti operis procinctu laborant. Alia castra continentium atque ab hoc mundo recedentium. qui contra malignorum spirituum bella cotidie in corde se praeparant. Alia castra bonorum coniugatorum. qui viventes in amore omnipotentis dei. concorditer sic vicissim sibi carnis debitum solvunt. ut tamen quid deo de bonis operibus debeant. nullatenus obliviscantur. sed et si qua ut homines delinquunt. haec incessanter piis actibus redimunt. Imitemur ergo et nos quae in illis aspicimus. ut dum caeperimus per incrementa crescere possimus ab illo districto examine. mala que fecimus velare. In assiduis enim fletibus. in cotidiana nostra poenitentia. habemus sacerdotem in coelis qui interpellat pro nobis. De quo etiam per iohannem dicitur. Si quis peccaverit. advocatum habemus apud patrem ihesum christum iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus cum advocati nostri poenitentiam audimus. sed exultationem nostram iterum remordet timor quia ipse qui nobis advocatus est dicitur iustus. Nos enim causas iniustitiae habemus. iustus vero advocatus. iniustas causas nullo modo suscipit. nec verba dare pro iniustitia consentit. Quid ergo agimus karissimi fratres mei? sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala que fecimus. et deseramus et accusemus. scriptum est. Iustus in principio accusator est sui. Quilibet enim peccator conversus in fletibus. iustus esse inchoat. cum coeperit accusare quod fecit. Quur enim iustus non sit. qui contra suam iniustitiam. iam per lacrimas saevit? Iustus igitur advocatus noster. iustos nos defendet in iudicio. quia nosmetipsos cognoscimus et accusamus iniustos. Non ergo in fletibus. non in actibus nostris. sed in advocati nostri alligatione confidamus. qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus. per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pag. 297 — ITEM UNDE SUPRA.

Evangelii testus commemorat superius. qualiter dominus inter praecepta quae discipulis docuit esse tenenda. dixerit. nolite putare quia veni legem solvere aut prophetas. sed adimplere. Omne enim quod ligatur. salvum custoditur. quod vero solvitur. amittitur. Ergo non venit minuere. sed adimplere. Omnia enim mysteria quae de domino in le-

ge ante predicta sunt. nunc per ipsum et in ipso completa sunt. Amen quippe dico vobis. donec transeat caelum et terra iota unum aut unus apex. non praeteribit a lege denec omnia fiant. Dico autem vobis. quicumque solverit unum de mandatis istis minimis. et docuerit sic homines. minimus vocabitur in regno coelorum. Qui autem fecerit et docuerit. hic magnus vocabitur in regno coelorum. Deinde vero ut ostenderet in quo legem solvere venerat. adiungit hoc quod in capite huius lectionis audivimus. « Amen dico vobis. nisi habundaverit « iustitia vestra plus quam scribarum et pharisco« rum. non intrabitis in regnum coelorum. » Adveniente ergo plenitudine temporum. in quo deus pater filium suum misit pro redemptione generis humani. omnes quotquot per eius incarnationem sunt redempti. eos ad culmen veritatis provocare volens. eorum iustitia super scribarum et phariseorum. proferri preceperit. Et quia lex neminem ad perfectionem adduxit. sicut paulus apostolus dicit. finis legis christus ad iustitiam omni credenti. Ideo dominus voluit ut ipsi suam iustitiam super scribarum et phariseorum praeferrent. et propterea ait. « Nisi habundaverit iustitia vestra plus quam « scribarum et phariseorum. non intrabitis in re« gnum celorum. » Qui putant precepta veteris testamenti austeriora esse quam novi. discant ex praesenti lectione. suam ignorantiam confiteri. pariterque intellegant praecepta veteris testamenti. minus austeriora esse quam novi. Precepta namque novi testamenti. tanto sunt gloriosiora et excellentiora. quanto non per servum. sed per ipsum dominum sunt data. In veteri testamento precipitur non adulterabis uxorem proximi tui. In nova autem. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam. iam mechatus est eam. in corde suo. In veteri. aliena non rapere. in novo. iubemur propria largiri. In veteri. oculum pro oculo. dentem pro dentem. In novo. noli resistere malo. sed vince in bono malum. In veteri. dilige amicum tuum. et odio habebis inimicum tuum. In novo. diligite inimicos vestros. In veteri. non occides. hic autem dicitur. quia omnis qui irascitur fratri suo. reus erit concilio. Et ideo precepta novi testamenti. tanto sunt gloriosiora et artiora. quanto spiritaliora. Dignum quippe erat ut carnali populo. carnalia praecepta darentur. in qua carnalia peccata resecarent. Spiritales vero discipuli. spiritaliter erant instruendi. Unde et dominus clamans agebat. « Nisi habundaverit iustitia « vestra plus quam scribarum et phariseorum. non « intrabitis in regnum coelorum. » Iustitia scribarum et pharisaeorum videbatur esse quamvis non esset. dicere et non facere. Illorum vero iustitia est. qui intraturi sunt in regnum caelorum. non solum dicere. sed etiam facere. Iustitia pharisaeorum. ut iusti coram hominibus apparerent. Illorum vero iustitia est. qui intraturi sunt in regnum coelorum. non solum coram hominibus. verum etiam ut coram deo iusti apparere studeant et esse. Iustitia scribarum et pharisaeorum. ut maiora legis praetermitterent. minora vero observarent. Illorum vero iustitia est. qui non solum minima. sed et maiora praecepta legis iuxta possibilitatem adimplere desiderant. « Audistis quia dictum est antiquis non occides. qui « autem occiderit reus erit iudicio. » Audi quid populo iudeorum dicit. qui ex antiquo tempore per moysen legem acceperat. in qua scriptum est. ut si quis occideret. et ipse occideretur. « Ego autem di« co vobis. quia qui dixerit fratri suo racha. reus « erit concilio. » Ac si diceret. Ego novus homo qui nuper veni in mundum. et nova praecepta edidi mundo. vobis novis hominibus precaeptum novum do. quia omnis qui dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. Sicut enim in veteri testamento homicidium damnatur. ita quoque et in novo ira resecatur. ibi quippe qui homicidium perpetrasset. reus erat homicidii. hic qui iracundiam tenet contra fratrem. homicidii est reus. In quibusdam codicibus invenitur. qui irascitur fratri suo sine causa. quod absurdum esse videtur. radendum est sine causa. Recedit autem ab intellectu eius christus. qui sic iratus fratri suo. ut teneat odium. itaque irascimini ait psalmista. et nolite peccare. Caritas et si irascitur ut aliquando corrigatur. non tenetur rea. quia non inveterat ira. ut verteretur in odium. quia sive cum causa. sive sine causa aliquis fratri irascitur. culpae reus tenetur. quia ut apostolus ait. ira viri iustitiam dei non operatur. Cogitatum itaque vince. ut non pervenias ad opus. supra iram. ut non admitas homicidium. Nam cain commonitus a domino si acquievisset. non perpetrasset fratricidium. Ergo quia iubemur percutienti maxillam aliam praevere atque maledicentibus nobis benedicere. et pro persequentibus orare.

nimirum omnis occasio a nobis aufertur. si adversantibus nobis in omnibus supportamus. Humanum est irasci. et utinam nec hoc possumus. humanum irasci. sed debet iracundia tua. aequitatis modum tenere. et ad tribuendum non pervenire. Aliud est enim ira. aliud odium. nam saepe etiam et pater irascitur filio. sed non odit filium. irascitur quippe ut corrigat. amando irascitur. Propterea dictum est alibi. festucam in oculo fratris tui vides. et trabem in oculo tuo non vides. Culpas iram in alio. et teneris odium in te ipso. In comparatione odii. ira festuca est. qui odit fratrem suum. ambulat in tenebris. exit. intrat. procedit nullis catenis oneratus. nullo carcere inclusus. reatu tamen ligatus est. Non enim putandus est illum sine carcere esse. carcer eius. cor eius est. Odis fratrem. et securus ambulas. ecce iam homicida es. sed adhuc vivis. Qui autem dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. Racha. nec grecum est. nec latinum. sed totum hebreum. dicitur enim apud grecos. chenos. inanis vel vacuus quem nos absque cerebro idest sine sensu nuncupare possumus. Quidam vero latinorum a greco vocabulo per ethimologiam huius verbi trahentes. rachos interpraetati sunt pannus itaque grece. rachus dicitur. sed quia latinus interpres vim et proprietatem verbi hebrei exprimere non valuit ipsum verbum hebreum posuit. quem nos melius intellegere possumus. racha sermone esse motum animi ad iracundiam promotus. Sicut sunt quidam inter lectiones apud grammaticos. ut verbi gratia dicatur a cadente. attat. a mirante. pape. a dolente. heu. a gaudente. he. et cetera his similia. Qui autem dixerit fratri suo fatuae. reus erit gehenne ignis. Gehenne nomen in veteribus libris non invenitur ponitur itaque hoc nomen primum a salvatore. in evangelio ubi dicitur eunti in gehenna ignis. Fuit enim vallis filiorum ennon prope herusalem. et propter spurcitiam vel culturam idolorum appellabatur gehennon. eo quod multitudo cadaverum mortuorum ibi interfecti sint. Compositum est ergo hoc nomen ex ge et ennon. et ideo hoc nomen gehennesium enormitas exprimitur. cum a salvatore dicitur. qui autem dixerit fratri suo fatuae. reus erit gehenne. Haec sententia valde est pertimescenda. Si enim omnis qui dixerit fratri suo fatuae. reus erit gehenne ignis. Quis salvus esse poterit? Aut quis tam idoneam habet conscientiam ut non meminerit se vel leviter aliquid fratri suo fatuae dixisse. Sed sciendum est. quia per diversorum qualitatibus peccatorum. varias posuit retributiones poenarum. Gravius est enim dici racha. quam irasci. graviusque dici fatuae. quam racha et irasci. Notandum vero quia in primo loco unum posuit videlicet iram. in secundo autem. iram et sermonem. motum animi ad iracundiam commoventis. in tertio. tria. iram et contumeliam. sermonemque inhonestum. et unum dixit reum iudicio. alium reum concilio. Alterum reum gehenne ignis. In iudicio enim his qui iudicatur. locum habet defendendi. et aliquid liberari solet sive iuste sive iniuste. in concilio autem. iam tractatur quomodo is qui reus est damnetur. sed et is aliquid liberari solet. in gehenna vero positus nullum locum habet evadendi vel excusandi. Ideoque sicut gravius est reum esse gehenne ignis. quam reum concilio et reum iudicio ita quoque gravius est dici fatuae. quam racha et irasci. Propter quod qui fratri contumeliam non vult inferre. necesse est ut ab ira se abstineat. quia sic ait apostolus. ira viri. iustitiam dei non operatur. Unde et salomon ait. ira in sinu stulti requiescit. Et ne duram sententiam protulisse videatur in eo quod ait. qui dixerit fratri suo racha. malum discordie. bono reconciliationis temperavit dicens. « Si « offers munus tuum ad altare. et recordatus fueris « quia frater tuus habet aliquid adversus te. relin- « que ibi munus tuum ante altare. et vade prius re- « conciliare fratri tuo. et tunc veniens offeres mu- « nus tuum. » Ac si diceret. si volueris munera deo offerre. et memineris te in aliquo fratrem tuum lesisse. aut in opere. aut in sermone. relinque munus tuum. Neque enim munera placabilia deo offerre poteris. quamdiu fratrem implacabilem habueris. Animadvertendum. quia non ait si tu habes aliquid adversus fratrem. sed si frater adversum te. ut durior reconciliationis tibi imponatur necessitas. Si enim tu leseris fratrem tuum. ille habet aliquid adversum te. si vero ille te leserit. tu habes aliquid adversus eum. Fortassis autem dicat aliquis. numquid ergo si leserit me frater meus. ego ei veniam petere debeo? Ad quod respondeo. quia si ille te leserit. et reatum suum recognoverit. et veniam petere noluerit. inmitte spiritales personas qui eum ad humilitatis satisfactionem pro-

vocent. quia si in fratrem impacificus fueris. pacis hostiam iuste domino offerre non poteris. Quod si ille ita vecors et superbus atque incorrigibilis fuerit. ut per aliorum exortationem reatum suum noluerit recognosere. tu ergo propter deum ex corde dimitte. veniam tamen non est necesse petere. Si autem et tu leseris fratrem taum. et in longinquis regionibus fuerit. ut per corporalem presentiam ad eum venire nequeas neque veniam petere. a deo veniam pete. et illum in corde dilige. et haec faciens. munera tua securus deo offerre poteris. propter illud quod dominus ait. « Cum stabitis ad orandum. « dimittite si quis aliquid habetis adversus ali- « quem ». Pergendum est ergo ad reconciliationem. cum in mentem venerit quod nos forte fratrem in aliquo lesimus. Pergendum autem non pedibus corporis. sed motibus animi. ut te humili affectu prosternas fratri. ad quem cara cogitatione cucurreres in cospectu eius cum munus oblaturus es. Spiritale autem templum noster interior homo est. Altare fides. munus. prophetia. doctrina. oratio. ymnus. psalmus. et si quid tale aliud spiritalium donorum aliquid occurrerit. Ita enim etiam si presens sit. poteris eum non simulato animo lenire. atque in gratiam revocare veniam postulando. si hoc prius coram deo feceris. pergens ad eum non pigro motu corporis. sed et celerrimo dilectionis affectum inde veniens idest intentionem revocans ad id quod agere ceperas offeres munus tuum. Adiuvante illo qui hoc praecepit. Domino nostro ihesu Christo qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat per aeterna saecula saeculorum. Amen.

Pag. 334 — Dominica III. post octava apostolorum.

Sermo unde supra.

Homo quidam erat dives. et hic habebat vilicum. et hic diffamatus erat apud ipsum. Dominus enim noster ideo dignatus est de tanta maiestate ad omnem humilitatem descendere. ut omnium portaret iniquitates. et omnibus fieret omnia. Ut omnes suà medicina salvaret. sive per fidem. sive per indulgentiam. sive per virtutes et mirabilia. sive per doctrinam beatitudinis. sive per diversas parabolas. sivae per terrorem iudicii. saeu per promissa regna celorum. ipse perducere nos venit ad vitam aeternam. Undae et hanc parabolam proposuit sicud audistis in presenti hominis divitis cuiusdam et vilicis quod dominus suus vellet auferrae vilicationem. Cogitabat quomodo in futuro possit transigere. quia nec laborare poterat. et mendicare erubescebat. metuens ne inedia interiret. Tandem per sollicitudinem sibi in futuro. festinavit dicens. « Scio quid faciam ut cum dominus meus « abstulerit a me vilicationem. recipiant me in do- « mos suas. Et laudabit dominus vilicum iniquita- « tis. quia tam prudenter sibi prospexisset ». Et inproperat nobis dominus dicens. prudentiores sunt filii tenebrarum. quam filii lucis. quia nos neglegimus futura in coelis nobis previdere cum illae in terris tam prudenter sibi prospexit. Et adiecit dominus dicens. « Et ego vobis dico. facite vobis ami- « cos de mammona iniquitatis. ut cum defeceritis. « recipiant vos in eterna tabernacula ». Mammona. aurum est. ut hii qui paecuniae deserviunt. et aurum colunt pro deo. faciant sibi redemtionem peccatorum suorum dispensando pauperibus ut cum defaecerint in hoc saeculo. recipiantur ab angelis. vel sanctis in aeterna tabernacula. Quia hic quod reliquerit. perdit. quod vero praemisaerit. recipiet centuplum cum requiem sempiternam. Ideoque dilaectissimi nobis. unusquisque nostrum festinet prospicere sibi in futuro requiem sempiternam. opera misericordiae. et fructus iustitiae et sanctitatis. Instruente apostolo et dicente. qui parum seminat. hoc est. qui parum benefacit. parum et metet. et quoniam qui seminat de carne. idest. qui luxuriatur. qui fornicatur. qui rapit. qui concupiscit aliena. qui satiatur. qui inebriatur dae his et metet corruptionem. qui autem seminat de spiritu. de spiritu metet vitam eternam. Ergo dilaectissimi. dum datur spatium et tempus largitur. quantum possumus. operemur quod bonum est. ut adveniente domino nostro. infatigabiliter mereamur centuplum metere et vitam eternam. Sed forsitan aliquis suspirat in semetipsum et dicit. volebam facere bene. sed unde facere non habeo. non querit deus quantum des. sed votum bonum requirit. Dicente domino per prophetam. Melius est modicum iusto. quam divitiae peccatorum multe. Nam cum sederet dominus in templo contra gazophilacio. multi divites multa miserunt munera. Venit et paupera vidua. duo mi-

sit era minuta. et plus laudavit dominus vidua cum paupertate. quam divites cum habundantia. Similiter et illa vidua sareptena quem sanctum haeliam prophetam. de uno pavit subcinericio pane quaem solum habebat. Ideo per totam terram nominatur. quia sine ulla desperatione. totum obtulit quod habebat. Et ideo dilaectissimi hoc exemplo. nulla anima. nulla aetas. nullus sexus poterit se excusare ad benefaciendum scriptura dicente. fili secundum quod habes. bene fac. et deo bonas oblationes offertur. si multa tibi fuerit substantia. ex ea fac amplius. et si parum. ex eo fac parum. quoniam elemosina a morte liberat. et ipsa tollit omne peccatum. Quia qui dat pauperi. deo fenerat. et sicut aqua extinguit ignem. ita aelaemosina extinguit paeccatum. Ipso domino dicente. verumtamen quod superest. date elemosynam. et ecce munda sunt vobis. Diversas enim medicinas animae nostrae. ostendaere dignatus est. Alius per elemosynam. Alter per obsequium. Alius per ospitalitatem. alter per ieiunium et vigiliis. Alius per continentiam. Alius per benignitatem. Alter per hobaedientiam. Alius per humilitatem. Alter per patientiam. Alii datur per spiritum sermo sapientiae. Alii sermo sciaentiae. Alii prophetatio. Alii genera linguarum. Alii dona sanitatum. Alii discretio spirituum. Omnia autem haec. oparatur unus atque idem spiritus. dividens singuli. unicuique prout vult. quia dominus noster ihesus christus. mortem non faecit. naec letatur in perditione vivorum. neque vult mortem peccatoris. sed ut convertatur et vivat. Sed semper omnem hominem vult salvos facere. et in agnitione veritatis venire in adventum ipsius domini nostri ihesu christi. Qui regnat cum deo patre. et spiritu sancto. in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 337 — Unde supra sermo.

In vilico quem dominus eiciebat de vilicatu. et laudavit eum quod in futurum sibi prospexerit. non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut domino nostro facienda est fraus. ut de ipsa fraude aelaemosinas faciamus. aut eos a quibus recipi volumus in tabernacula aeterna. tamquam debitores dei et domini nostri. fas est intellegi. Cum iusti et sancti significentur hoc loco qui eos introducunt. in tabernacula aeterna. Qui necessitatibus suis terrena bona communicaverint. de quibus aetiam dicit. quod si quis alicui eorum calicem aquae frigidae dederit tantum in nomine discipuli. non perdet mercedem suam. Sed aetiam aecontrario dicuntur. iste similitudines. ut intellegamus si laudari potuit illae domino cui fraudem faciebat. quanto amplius placeant. domino deo. qui saecundum eius preceptum illa opera faciunt. Sicut aetiam de iudice iniquitatis qui interpellabatur a vidua comparationem duxit ad iudicem deum. cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. Quod autem dae centum cados olei quinquaginta scribi faecit a debitore. et dae centum choris tritici octoginta. ad nichil aliut valere arbitror. nisi ut ea quae similiter in sacerdotes. adque levitas a iudaeis quisque operatur in christi aecclesia abundet. iustitia eius. super scribarum. et fariseorum. ut cum illis daecimas darent. isti dimidias dent. Sicut non de fructibus. sed de ipsis bonis suis fecit Zachaeus. aut certe dupli daecimas dando. superet inpendia iudaeorum. Mammona vero iniquitatis. ab hoc a domino appellata est ista paecunia. quam possidemur ad tempus. quia mammona divitiae interpraetantur. Naec sunt istae divitiae. nisi iniquis. qui in eis constituunt. spem atque copiam beatitudinis suae. Ad iustis vero cum haec possidentur. est quidem ista paecunia. sed non sunt divitiae nisi caelestes et spiritales. Quibus indigentiam suam spitaliter supplentes. exclusa egestate. miseriae. beatitudinis ditabuntur.

Pag. 338 — Dominica IIII. post octavam apostolorum.

Lectio sancti evangelii saecundum Lucam.

In illo tempore. Quidam legis peritus surrexit temptans ihesum et dicens. Magister. quid faciendo vitam eternam possidebo? et reliqua.

Ex commentario Bede presbyteri de eadem lectione.

Eccae quidam legis peritus surrexit. temptans ihesum dicens. Magister quid faciaendo vitam aeternam possidebo? Legis peritus qui de vita eterna dominum temptans interrogat occasionem ut reor

temptandi. de ipsis domini sermonibus sumpsit ubi ait. gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in coelis. Sed ipsa sua temptatione declarat quam vera sit illa domini confessio. qua patri loquitur. quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus. et revelasti ea parvulis. At ille dixit ad eum. « in lege quid scriptum est? quomodo legis? « Illae respondens dixit. Diliges dominum deum « tuum ex toto cordae tuo et ex tota anima tua. « et ex omnibus viribus tuis. et ex omni mente tua « et proximum tuum sicut te ipsum. » Dum legisperito respondet. perfaectum nobis salvator iter vitae caelestis ostendit. cum primo de dilectione dei et proximi. legis scripta proponenti dicit. raecte respondisti. hoc fac et vives. Deinde post inductam parabolam. respondenti illum fuisse proximum vulnerati. qui faecit misericordia in illum. adiaecit. Vadae et tu fac similiter. Idest tali misericordiae studio proximum tuum necesse habentem. diligere et sustentare memento. Apertissime declarans solam esse dilaectionem. et ipsam non verbo tenum sustentatam sed operis executione probatam. quae perpetuam ducat. ad vitam. Illae autem volens iustificare seipsum. dixit ad ihesum. et quis est meus proximus? Quanta inanis gloriae dementiam legis peritus. ob vulgi favorem captandum. quod sapienter respondisse iactaretur. primum se legis fatetur ignorare mandatum. Vere iuxta salvatoris sententiam. sapientes et prudentes in lege sed quia non humiliari cum parvulis christi. sed se ipsum iustificari desiderat. beatos oculos columbarum. quibus christi archana videre possit accipere raecusans. Cui profaecto dominus ita responsum temperavit suum. ut et omnem qui misericordiam faceret cuilibet proximum doceret. et tamen haec eadem parabola. specialiter ipsum dei filium qui nobis per humanitatem proximus fieri dignatus est. designaret. Neque enim ita proximum quem sicut nos diligere iuvaemur. super christo interpretari debemus. ut moralia mutae fraternitatis instituta. sub allaegoriae regulis extenuare et auferre conemur. Suspiciens autem ihesus dixit. homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho. Homo istae quidam. ipse est humanum genus. descendens ab hierusalem in hierico. idest de paradyso ad hunc mundum. Hierusalem enim haebraice dicitur. latinae vero visio pacis interpretatur. Raecte ergo in visione pacis. paradysum dicimus. Ante enim quam peccaret homo. in visione pacis erat. hoc est in paradiso. ubi quicquid videbat. pax erat et laetitia. Inde descendens. idest humiliatus et miser factus per peccatum. in mundum vidaelicet. Hiericho enim in qua mundus ponitur. luna interpretatur. quia sicut luna oritur. et occidit. ita et mundus cum in eo orta occidunt. et iterum oriuntur. Incidit in latrones. in diabolum et angelos eius. Per inobaediaentiam enim ut sepae dictum est primi hominis. diabolum humanum genus dispoliavit. et vulneravit. mox scilicet ornamentis. et bono possibilitatis liberi arbitrii perdito. In illo enim paeccante. plagam fecit. in nos vero plagas cum per unum illius paeccatum quod nascentes trahimus. superaddimus multa peccata. Quid est autem relicto semivivo abierunt? Raecte dictus est semivivus. habebat enim vitalem motum. idest liberum arbitrium vulneratus quod ei solum in eternam vitam quam perdiderat. redire non sufficiebat. ideo et semivivus dicitur. Iacebat ergo humanum genus vulneratum in mundum. sed cur iacebat dicite. si per se surgere non poterat vel sanari. nullius indiget adiutorio? sed iacebat vulneratus. quia vires ei propriae ad surgendum. et sanandum se medicum. idest deum requirere non sufficiebat. Descendens sacerdos eadem via. cum videret illum preterivit. similiter et laevita cum videret eum pertransiit. In his duobus idest sacerdote et laevita. duo tempora intelleguntur. legis scilicet et prophetarum. In sacerdote lex per quam sacerdotium et sacrificia instituta sunt. in levita. vaticinium prophetarum. quorum temporibus omne humanum genus sanari non potuit quia regnavit mors ab adam usque ad moysen. etiam in eos. qui non peccaverunt in similitudine prevaricationis adae qui est forma futuri. Idest aetiam in omnibus sanctis. et in parvulis qui praevaricati non sunt. et tamen propter peccatum prevaricationis. quod nascentes exerunt. tamquam cyrographo. constricto stipendio peccati moriendo solverunt. stipendium enim peccati mors. et quia per legem cognitio peccati non abolitio. lex enim iubat ut cognoscat se homo peccatorem esse. quod ignorabat. non peccatum tollit. ideo et apostolus. Nam concupiscentiam inquit nesciebam. nisi lex diceret. non concupisces. Lex itaque nichil ad perfectum addu-

xit. quia si ex lege iustitia. ergo christus gratis mortuus est. Si enim data est lex quae posset vivificare. vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. ut promissio ex fide ihesu christi qui omnia peccata tollit. daretur credentibus. Plenitudo ergo legis et prophaetarum christus. qui venit non solvere legem et prophaetas. sed adimplere. Sacerdote ergo et laevita pertranseuntibus. iter faciens samaritanus venit saecus eum. Samaritanus ipse est salvator christus. quia samaritanus custos interpretatur. cui recte dicimus. custodi me domine ut pupillam oculi. sub umbra alarum tuarum protege me. Quid est autem venit secus eum? Venit in similitudinem carnis paeccati. non ut ille qui iacebat in carne peccati. ideo secus eum. quia in similitudinem. « Et videns « eum. misericordia motus est. » et videns eum. Quid? Iacentem. Numquid valentem et currentem? Et ideo misericordia motus est. quia in eo quo curari dignus esset. meritum nullum invenit. « Et appro« pians. alligavit vulnera eius. » De paeccato scilicet. damnavit paeccatum in carne. Infundens oleum et vinum. Hoc est. crisma sanctum. et sanguinem suum. Inposuit illum in iumentum suum. in adiutorium videlicet gratiae incarnationis suae. quia sicut scriptum est. hic paeccata nostra portavit et pro nobis doluit. « Et duxit in stabulum. » Scilicet donans ei fidem ad credendum in se. in aecclesiam suam quae omnibus ambulantibus in via fidei. tamquam stabulum patet ad succedendum. « Et altera die. » quasi tempore alio post resurrectionem utique et ascensionem suam. Protulit duos denarios. Videlicet vetus et novum testamentum. in quibus unum nomisma regis est. « Et dedit stabulario. » Paulo apostolo qui est vas electionis. cui sollicitudo est omnium aecclesiarum. Et ait. curam illius habe. Idest. que ad fidem meam pertinent. quomodo eum oporteat ad sanam sanitatem pervenire. doce illum. « Et quodcumque super erogave« ris. dum rediero reddam tibi. » Si quid ergo super evangelium. tamquam misericordiam consecutus ut esses fidelis. et ad eius utilitatem sapueris. dum rediero iudicaturus mundum. et unicuique redditurus secundum opera sua. reddam tibi. Quid est autem quod super legem. et aevangelium plus paulus erogavit? illud puto quod ipse ad corinthios ait. De virginibus autem preceptum domini non habeo. consilium autem do. tamquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Vel illud aetiam ubi de coniugibus ait. Nam ceteris. ego dico non dominus. et cetera. Ista interim iam a maioribus aecclesiae catholicae dicta vel exposita sunt. Sed tunc a nobis limes fidei sanae defenditur. quando termini quos posuerunt sancti patres. non transferuntur. immo obserbantur et defensantur. Ecce quem ammodum curatur hominis liberum arbitrium vulneratum. A die ergo adventus sui dominus qui venit sanare vulneratum iacentem. usque ad diem reditus sui. quo iudicaturus est mundum stabulario curam habere iubet. sibi traditi sauciati. Significans quod a die qua datur homini a deo. per motum misericordiae eius. non per meritum. quod in vulnerato non invenitur. ut sanetur. usque ad diem assumptionis eius. sub cura nisi gratiae fuerit ad perfaectum pervenire non posse. Sicut stabularius eius paulus docet scribens ad philipenses. confitens hoc ipsum. quia qui coepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem ihesu christi. Item paulus apostolus in aepistola sua prima. Deus autem omnis gratiae. qui vocavit nos in eternam suam gloriam. in christo ihesu modicum passus ipse perficiet. confirmavit. solidavitque. ipsi imperium in saecula saeculorum. Amen. « Quis horum trium « videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in la« trones. At ille dixit. qui faecit misericordiam in « illum ». iuxta litteram manifesta est domini sententia. nullum nobis amplius. quam qui miseretur. esse proximum. Si hierusolimite illi. non sacerdos. non laevita ex eadem gente immo in eadem urbe nati. et nutriti. sed exterae gentis accola. qui magis misertus est. factus est proximus. Sanctiori autem intellectu. quoniam nemo nobis magis est proximus. quam qui vulnera nostra curavit. Diligamus ergo eum quasi dominum deum nostrum. diligamus quasi proximum. nichil enim tam proximum. quam caput membris. Diligamus ergo eum qui imitator est christi. Hoc est enim quod sequitur. et ait illi ihesus. Vade et tu fac similiter. Idest. ut verae te proximum. sicut te ipsum diligere manifestes. quicquid vales in eius vel corporali. vel spiritali necessitate sublevanda. devotus operare.

Pag. 349 — DOMINICA. V. POST OCTAVA APOSTOLORUM.... UNDE SUPRA.

Modo ex evangelio audivimus fratres karissimi. duorum hominum personas. humilis et inflati. humilis et superbi. Confitentis et confiteri nolentis. Accusantis se. et iustificantis se. Curari volentis et curare nolentis. « Duo homines inquid ascenderunt « in templum ut orarent. unus publicanus. at alter « phariseus. » Phariseus autem tumidus. superbus. inflatus. non humiliato corpore. non inclinata cervice. sed erecta faciae. et tumenti pectore. sic ait. non oravit. sed inproperavit. « Deus gratias ago « tibi. quia non sum sicut ceteri homines. iniusti. « adulteri. raptores. sicut hic publicanus. ieiuno « bis in sabbato. decimas do omnium quaecumque « possideo. » O tumor cordis. O inflatio insane mentis. gratias tibi inquid ago deus. quia non sum sicut ceteri homines. Hoc est dicere deo. gratias tibi ago. quia nichil tibi peccavi. non habeo quod mihi ignoscas. sanus sum. non est quod dimidias. Magna confidentia. magna audacia temeritatis fratres. istius pharisei. et ut verius dicam. magna dementia. Ut dicit. non sum sicut ceteri homines. qui omnium corda novit. Medico dicit. nichil mihi dolet qui putredinem cordis videt. Confitere pharisee miser peccator. ut possis curare. nam cum abscondis vulnera peccatorum. Amplius abes secari. Dum se excusat. dicendo se innocentem. alios in reatum adduxit. O insanus furor. O punienda et dominanda superbiam. Deus paratus est ignoscere. et reus festinat indulgentiam recusare? Medicus vulnerato medelam sanitatis offert. et vulneratus peccator superbus quales et nunc multos videmus. putredines vulnerum intus abscondent. Publicanus vero humilis. hominem se peccatorem esse cognoscens. Sic orabat dicens. « Deus pro- « pitius esto mihi peccatori. » Sic mundari. Sic iustificari in publicano humilitas meruit. dicendo. « Deus propitius esto michi peccatori. » Nam superbia in phariseo. de templo damnata. descendit. meliora inventa sunt peccata cum humilitate quam innocentia cum superbia. Ecce gratis peccata donat deus. et datis decimis iactabat se miser pharisaeus. Dicebat enim. « gratias tibi ago quia « non sum sicut ceteri homines ». Haec dicente. omne peccatum recusabat. cum grande sarcinam ferret et omnes qui in mundo erant accusarent. O homo quid te iactas. quasi solus misericordiam facias? quid te putas proprium habere. cum ipse sis potestatis aliene? operaris quidem benefacis. et noli deficere set cum humilitate. ut operum tuorum. possis mercedem recipere. Nam cum illa cananea. sanctissimi fratres. cum venerandi apices evangeliorum legerentur audivimus. humiliando se meruit beneficium. prostrata in terra. apprehendit pes ihesus et dixit. « Domine auxiliare mihi. dixit « ad eam ihesus. non est bonum tollaere panem fi- « liorum. et mittere canibus ». Illa hoc audito convicio. non egre accepit. aut dixit. noli me facere canem. aut si tibi non placet beneficium dare. iniuriam tamen noli inrogare. Illa hoc non dixit. sed humilians se ait. ita domine. Quid est ita domine? Domine verum dicis. agnosco me canem. et si vis agnosco et quod sum. et quod est. Ego enim sum misera. Tu plenus es misericordia. Canem me quidem agnosco. qui lapides unctos osculando lingebam. Sed quia te cognosco verum deum. non a te debeo exire ieiuna quos tu filios appellas. ego dominos agnosco. Et ideo quia non sum digna cum illis recumbere. saltem permitte me micas de eorum mensa colligere. quia et canes edunt de micis. quae cadunt de mensa dominorum suorum. Et dominus qui beneficium differebat. quod daturus erat. ita ut discipuli dicerent. dimidte illam quia clamat post nos. Humilitatem muliaeris. et fidem quam ipsae prescius erat pro nobis ad imitandum in medium publicabat. « Respondit et dixit ei. O « mulier magna est fides tuas. » Dudum canis. modo mulier. dudum cananea. modo fidelissima. Quid miramur? Credidit. et mutata est in meliora. « O « mulier inquid magna est fides tua. propter hunc « sermonem fiad tibi sicut tu vis. et sanata est « filia eius ex illa ora. » Ecce quantum valuit in cananea humilitas. vel quantum iustitiae fructus in publicano. contulit confessio peccatorum. Quia omnis qui sae exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. quia superbis deus resistit. humilibus autem dat gloriam.

Pag. 352 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI UNDE SUPRA.

Non est opus sanis medicus. sed male habentibus. non veni vocare iustos sed peccatores. Domi-

ni vòx est. ad hoc autem vocat peccatores ne semper sint peccatores. ne forte putent homines quia amavit dominus peccatores. et semper velint havere peccata ut amet illos christus. Sic amat christus peccatores. quomodo amat medicus egrotum. sed ut occidat febrem. et salvet illum. Nòn illum vult semper aegrotare. ut habeat quem semper visitare. sed vult illum sanare. Ergo dominus non venit vocare iustos. sed peccatores. ut iustificaret impium. ex idolatra. fecit fidelem. ex aebrioso. sobrium. ex luxurioso. parcum. ex avaro. donantem venatoribus plaudentem diabolo. sed donantem pauperibus et coronante a christo. et acquirentem sibi illud quod transire non possit. Difficilius erat quod fecit dominus. que enim ex impio faecit pium pio non reddet premium? Attendite fratres mei. Quid est incredibilius ex impio facere. pium? An ex pio faeere angelum? Impius et pius contraria sunt sibi. pius et angelus. non sunt contraria. ex vicino te non implevit. qui ex contrario. te non mutavit. Iam enim tu pius esse ceperis imitari incipis vitam angelicam. cum autem impius esses. remoius eras angelorum. Veniente autem fidem. iustificaris et humiliaris deo. qui blasphemabas deum. et qui conversus eras ad creaturam. iam desideras creatorem. Ecce quid tibi prestitit. exibuit in orbem terrarum aecclesiam suam sicut eam promisit. ita exhibuit. Praedicta est idolatria aliquando interficienda et aufferenda. legerunt eam maiores nostri. et non viderunt. nos autem legimus et videmus. Qui enim videt. numquid credit? illae credit. qui non videt. aliud est credere. aliud esse videre. Crede quia non vides. ut credendo quod non vides. merearis videre quod craedis. Meritum visionis. fides est. merces fidei. visio est. Quid queris ante opus mercedem? credae ergo et ambula in fidae salus tua in spe est. Cepit ergo te curare. optimus medicus. cui nullus morbus est. insanabilis. Noli timere scelera tua preterita. quamvis inmania. quamvis incredibilia que forte gessisti. morbi sunt magni. sed magnior est medicus. Noli ergo curare de preteritis. uno sacramenti momento. dimittentur. et omnino. omnia dimittentur. Audite hac re quid ab apostolis dictum sit iudaeis. qui crucifixerunt dominum. « Agite penitentiam. et baptizaetur unus« quisque vestrum in nomine domini ihesu christi. « et dimidtuntur vobis peccata vestra. » Factum est. baptizati sunt. crediderunt. accesserunt corpori domino. accesserunt ad bibendum sanguinem quem fuderunt. Omnibus reis factis. indulgentiam dat. dimissor peccatorum. non laudator peccatorum. quia non venit vocare iustos. sed peccatores. Breviter ergo dicimus sanctitati vestrae. unusquisque christianus. det operam si adhuc cathecuminus est. dimidtuntur illi peccata. Iam enim signum christi. ierit in fronte. iam intrat aecclesiam. iam per eum tantum nomen invocatur. sed adhuc sarcinam peccatorum suorum portat. nondum dimissa sunt. quia nòn dimittuntur. nisi in sancto baptismate. et non dicas tibi timeo fieri fidelis. ne peccem postea. Ut enim non peccet postea. habet in potestate. Ut non peccaverit. numquid habet in potestate? Habet quod faciat ut non peccet. Quid facit ut non peccaverit? quod enim factum est. factum est. preterita non potes non facere facta. quae autem futura sunt. potes non facere. Quare ergo perverso consilio a diabolo seducitur. futura peccata timet que nondum amittit. preterita non timet que portat commissa. Illa nondum fecisti. ista iam premunt te. forte illa non faciaes. immo si noles non facies haec et si vaelis delere potes. Non possum inquis. Confuge ergo ad eum. qui illa delet. Veni ad gratiam. Accepisti enim potestatem. quia scriptum est. dedit eis potestatem filios dei fieri. Incipe ergo esse fidelius. qui eras malus servus. Iam tamen in domo magna esse coeperas. ubi cepisti esse servus. affecta esse filius. donentur tibi peccata quae portas. Quid times quae non sunt. et non times quae sunt. Cum autem per remissionem peccatorum fueris innovatus dimissis omnibus praeteritis. si accipis. hic largum spatium vivendi. ut fidem tuam bona opera consaequantur. sic vive. tamquam factus filius de familia tanti patris familias. quasi super quem invocatur nomen domini. Sic vivae. profice. contemne praesentia. spera futura. Vilescant tibi temporalia. clarescant aeterna. Faciamus medici precepta. ut aeterna sanitate perfrui mereamur. quia qui fecerit voluntatem dei. manet in eternum. quomodo et deus manet in aeternum.

Pag. 421 — VERSI. MARII. EPISCOPI.
IN SANCTE MARIE.

Hunc genitrix domini parvum tibi magna libellum.
Hunc marus presul. virgo maria dedi.
Qui tua gesta tenet coelesti dogmate dicta.
Quae clare monstrant. te genuisse deum.
Qua verbi carnisque. animae et substantia vera.
Mox concepta. simul filius unicus est.
Non hominis tactu. sed dei flaminis actu
Procedens thalamo. ventre beata tuo.
Virgineo alvo. nullumque passa dolorem.
Ast utero clauso es. virgo parens pariter.
Per carnem verbum. veneranda fulges.
Ancilla et hominis. pro deitate manes.
Est homo quippe deus. deus est homo christus ihesus.
Unus utrumque deus. verus et auctor opus.
Una persona. sed duplex substantia christi.
Quem tua virginitas edidit alma deum.
Ecclesia ut gignit natos. ex ventre lavacri.
Flumina de sancto. virginitate sua.
Ille proprius natura est. filius ex te.
Nos ut adoptivi. munere congeniti.
Qui semper tingit. baptizans sanguine sancto.
Quisquis baptizat. fonte sacro genitus.
Nam constat non esse ratum. sine nomine trino.
Baptismum christi. voce docendo suo.
Caelica regna suo pascit. qui corpore sancto.
Lacte tuo est pastus. vita cibusque salus.
Antistes summus rex. hostia factus et ara.
Ostendens patri. nostra piacla tegit.
Nempe sacerdotis manus. quo fungitur ipse.
In coelo. servis. posse patriare dedit.
Cum quibus et per quos idem sua munera sacrat.
Per sua verba suo. flamine cumque cruce.
Sanctus et sanctus. quo natus carne parentis.
Extitit is ihesum. munera nostra facit.
Sed hoc vera fide cernis non carnis ocellis.
Ut petrus hominem. viderat esse deum.
Qui iam non moritur. devicta morte resurgens.
Pro nobis iterum. vita salus patitur.
Passio namque eius quotiens replicatur ad aram.
Mistica nos totiens. sorde lavans reparat.
Suscitat et leto peccati morte sepultos.
Ni mala vota premant. quos bona vera gravant.
Et qui corde pio sumunt misteria christi.
Ex te progenitum. virgo maria gerunt.
Ipsius efficimur corpus libamine sacro.
Idem qui nobis ut caro nostra manet.
Hic agnus verus. tollit qui crimina mundi.
Passus qui mansus vivit in arce poli.
Integer ipse manens. satiat nos unde redemit.
De cruce. de petra. carne cruore suo.
Petra etenim christus. percussus verbere teri.
Et bino est quoniam sunt duo ligna crucis.
Qui panis vivus. limpha cum sanguinis unda.
Fonte sui lateris. sic rigat aecclesiam.
Quam moriens formavit evam recubante sopore.
Adam. ceu dextri parte sui lateris.
Est quoque preclarum. quoniam haec ostia constat.
Ex multis granis. pluribus atque acinis.
Oblata a multis. una est oblatio sicut.
Redditur et cunctis. una simul populis.
Corporea non parte. magis virtute superna.
Magna dei signat. quod veteri in populo.
In coelo tota est. nec non in corpore nostro.
Corde simul tota est. de cruce sumpta salus.
Nec tantum vivis prodest oblatio sacra.
Carne et defunctos. victima data levat.
Gloria qua sancti requies prestatur et illis.
Quos non excoctos. mors vera corripuit.
Est quibus ad meritum finis si corpore christi.
Tales inveniat. quos bona facta iuvant.
Ad quos perveniunt domini misteria viva.
Cuius et inferni. spiritus antra petit.
Sicque suos lectos eduxit sanguine sancto.
Haec se salvari. qui tenuerat fide.
Lex inquit carnes agni mandentur in unam.
Rite domum quisquam. tollet et inde nihil.
Et panem potumque volet qui sumere vitae.
Catholica maneat. iunctus amore domo.
Si vult cum sanctis celesti in sede manere.
Inque decore suo. regis honore frui.
Cuius conspectu satiaris virgo maria.
Qui decus imperium. cum patre semper habet.
Qui dum surrexit. multorum corpora fecit.
Surgere. quos secum. vexit ad astra poli.
Sanctior his cunctis. verbum quae gignere vitae.
Facta est digna tuo corpore virgineo.
Quae caro sancta dei. non est corrupta sepulchro.
Nec tu a qua corpus sumpserat ipse deus.
Cumque (quo) stella maris resides in culmine coeli.
Concelebrata piis laudibus angelicis.

Quo pietate mei memorare. benigna miselli.
Quae (qui) cruce clamavit. filius ecce tuus.
Atque ut discipulus curam tibi ferret honoris.
Dixit iohanni mater et ecce tua.
Mortis in articulo. vita et resurrectio nostra.
Exhibuit tibimet hoc piaetatis opus.
Cum moriar coeli claris prelata ministris.
Christus conregnans sis pia queso mihi.
Ut partem merear cum his quos gratia salvat.
In lucis pacis sorte quietis. Amen.

Hanc autem supra scripti libelli subnexionem. centum duobus constare disposui. quoniam decalogi denarius per se multiplicatus in centenarium surgit. Et sicut idem decalogus dilectione dei et proximi adimpletur. ita nimirum per hanc geminam dilectionem. ad eternam vitam quae signatur centenario numero pervenitur.

Pag. 431 — Dominica II. post sancti Laurentii.

Sequentia sancti evangelii secundum lucam.

In illo tempore. Dum iret ihesus in hierusalem. transiebat per mediam samariam et galileam. Et reliqua.

Sermo beati Augustini. et ex commentario Bede presbyteri de eadem lectione.

Editus supra pag. 88. in Florilegio *Cod. C.*

Pag. 494 — Item sermo unde supra sancti Iohannis os aurei.

Editus supra pag. 90. in Florilegio *Codicis C.*

Pag. 523—Sermo sancti Epiphanii episcopi unde supra.

Quantis remediis et medicaminibus dominus noster voluit curare miseros et vulneratos iudeos. sed noluerunt suscipere sanitatem. quia morbo regio idest zelo repleti erant. Morbus regius. zelus est. et omnis qui zelat proximum sibi. nullam habet veniam apud deum. sicut beatus esaias predixerat eis. omne caput in dolore et omne cor in mestitia. a pedibus usque ad caput. non est in eo sanitas. Ideo medicinam animae recipere non merentur. quia sicut aspides surdae obturaverunt aures suas ne audirent vocem incantantium. et non solum hoc. verum etiam venenum serpentis. idest zelo demonis quo erant repleti. nequiter cogitabant adversus dominum et adversus christum eius. querentes et captantes verbum de ore eius. ut possint accusare eum in crimine mortis. « Et immit- « tunt ei discipulos suos dicentes. magister scimus « quia verax es. et viam dei in veritate doces. et « non tibi cura est de aliquo. non enim respicis « personas hominum. dic ergo nobis. quid tibi vi- « detur? licet censum dare censari. an non »? Hoc est quod olim beatus david praedixerat dicens. ore suo benedicebant. et corde suo maledicebant. Sepulcrum patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant. venenum aspidum sub labiis eorum. quorum os maledictione et amaritudine plenum est. et gladius in labiis eorum. Accesserunt enim temptatores. non quasi ad deum. sed quasi ad hominem. verbis blandis eum circumvenire temptabant dicentes. magister scimus quia verax es. et viam dei in veritate doces. Hoc est quod dominus ait ad cain. cuius filii et progenies viperarum extiterunt. ipsi iudaei quos in presenti audistis lectionem. Dixit ergo dominus ad caim. si recte offeras non recte dividas. peccasti. Ita et isti temptatores bene quidem et recte sed non recto corde dixerunt. quorum dominus videns nequitiam cordis. ait. « quid me temptatis ypo- « critae? » hoc est. qui deum tamquam hominem temptatis. Ostendite mihi denarium. ut et (s)ua conscientia et responsis confunderentur. quia sapientia repraehendi non potest. Et cum attulissent denarium. interrogavit eos. Cuius est imago haec et superscriptio? Non quia dominus nesciebat cuius essed. sed ut verbis suis condemnarentur. Dixerunt illi. caesaris. dicit eis ihesus. reddite ergo quae caesaris sunt. caesari. et quae dei sunt deo. Vere enim sapientia numquam mentitur quia statera iusta accepta est deo. ipse est enim et iustitia et sapientia et aequitas et gladius ex utraque parte acutus qui undique paratus est. Iudaei enim noluerunt audire ab eo ut iuberet eos ne censum redderent. ut eum accusarent apud caesarem. Cum autem tale responsum accepissent. completa est prophetia beati david dicentis. quia obstructum est os

loquentium iniqua. Iuste ergo qui caesaris possident imaginem reddere debet caesari. et quae sunt dei deo. Videamus dilectissimi. quid reddamus deo quae dei sunt. Reddamus deo bene viventes. fidem nostram. quae ab ipso est. reddamus deo animam nostram. quae ab ipso est. reddamus iuste viventes. fructum qui ab ipso est. reddamus bonam voluntatem nostram qui ab ipso est. Et ut donante deo aliquid altius sentiamus. reddamus deo quae dei sunt. hoc est. imaginem et similitudinem quam adam acceperat in paradyso et perdidit. et nos recepimus in baptismo. ut quomodo accepimus. sic repraesentemus in adventu domini. Reddamus et diabolo quae sunt diaboli. hoc est. ut quomodo renuntiavimus in baptismo diabolo. reddamus quae sunt diaboli. et proiciamus illi opera sua quae sunt facinora tenebrarum malorum operum. et induamus nos arma christi quae sunt lucis ac fidaei. ut in adventu suo dominus imaginem suam videat in nobis. et non caesaris. hoc est. secularia vel actus diaboli tamquam tyranni et depraehendat in nobis simul pariter tradat gehaennae igni. ubi est fletus et stridor dentium. Et cum tale responsum accepissent temptatores. confusi atque simul mirantes discesserunt.

Pag. 566 — Omelia epiphanii episcopi.

Dulcissimum nobis. domini nostri praeceptum est dicentis. non potest discipulus sapere super magistrum. neque filius super patrem. neque servus super dominum. Sufficiat ergo nobis explere officium obaedientiae quia ipse mandavit et implere precepit dicens. obaedientia melior est quam sacrificium. Ipsa etiam domini lectio evangelica que intonat in auribus nostris. michi cum summa auctoritate imperat dicens. qui legit intellegat. Hic iam non hortantis est sermo. sed imperantis est vox. Si ergo non intellegimus. culpa est nostra. quia ipse dominus imperat dicens. qui legit intellegat. Intellegere enim legem. sensus est optimus. Et sanctus apostolus hortatur dicens. si quis indiget sapientia. petat a deo qui dat omnibus affluenter. et non improperat et dabitur ei. Et sanctus david orat dicens. domine da michi intellectum. et scrutabor legem tuam. Ergo iuxta parvitatem sensus nostri. quantum nobis domini nostri gratia. vel presens sancta lectio revelaberit. intellectum exponere aggrediamur. Sicut iam resonavit in auribus vestris presens dominica lectio dicens. cum videritis abhominationem desolationis. stantem in loco sancto. qui legit intellegat. Intellectus enim bonus. omnibus facientibus ea. Dominus noster atque salvator cum pro salute hominum ad terras descendere dignatus est. et pro nostra peccata pati voluit. ipse ante tempus passionis suae de fine saeculi. sive de antychristo. vel de persecutione christianorum. vel de adventu suo et die iudicii. discipulos suos instruebat. et praeparabat eos ad tribulationes. ut hic salvus esset. qui perseverasset usque in finem dicens. cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. qui legit intellegat. Peior esse abhominatio non potest. quam relicto deo. idola colere. nec peior esse desolatio. quam demonibus immolare. Isti enim iam a deo cum ipso diabolo et abominati et desolati atque praecipitati sunt in gehennam. Tempus enim passionis domini nostri significat dicens. cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. qui legit intellegat. Locus sanctus est aecclesia. ubi fides et sancta mysteria traduntur. Sive homo sanctus. templum est dei. secundum apostolum dicentem. An nescitis? quia templum dei estis? et spiritus dei habitat in vobis. Quid ergo ait dominus. cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. hoc est. cum videritis inquit tempus persecutionis imminere principibus. et videritis sacrilegos. ita ut aecclesia fanum sit idolorum. et multis christiani ruinam faciant. sive ipse antychristus ostendat se in aecclesia. approbans se ipsum esse deum. tunc qui in iudaea sunt. fugiant ad montes. Iudaea enim populus sanctus intellegitur. Sicut scriptum est. facta est iudaea sanctificatio eius. Omnis enim sanctus. iudaeus perfectus est. qui corde est circumcisus non corpore. Sicut apostolus ait. nos sumus circumcisi. qui spiritui sancto servi sumus. Et iterum alibi. circumcide abs te pravum os. et iniqua labia longe repelle a te. Et iterum. circumcidite praeputia cordis vestri. Iste est iudaeus perfectus. qui sermonem domini circumcidit ab omni peccato. Ergo tunc qui in iudaea est. fugiat ad montes. Hoc est. qui in sancta conversatione est. fugiat ad coelestia. Corde magis quam corpore fugiant ad montes. Qui sunt isti montes? nisi pater et filius et spi-

ritus sanctus. In his montibus si quis corde perseveraberit. salvus erit. Sequitur sancta lectio. et qui in tecto est. non descendat tollere aliquid de domo sua. Tectus enim conversationem caelestem significat. Monet ergo dominus ut is qui in sancta est et caelesti conversatione. in tempore persecutionis non redeat retro. nichilque de hoc mundo requirat. ne excludatur a celestibus. dicaturque ei a domino. si quis venit ad me et non odit patrem et matrem. et uxorem. et filios. et fratres. et sorores. et agros et vineas. non est me dignus. Tectum enim. superior pars aedificii est. Igitur ut hi qui ad superna et altiora conscendunt. veluti obviam christo in aera semper habeantur. non descendant. hoc est. non discedant a fide filii dei. sed semper ad futura et celestia. vaelociter debeant convolare. Sequitur sancta lectio. « Et qui in agro est. non redeat retro. » Agrum hic. aecclesiam esse intellegimus. Quem agrum beatus isaac patriarcha cum iacob filium suum benediceret. ostendit dicens. ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Ager enim qui multis floribus repletur. et suavissimo spirat odorem. aecclesiam hic manifeste significat. in qua sunt flores dominici. idest. virginitas. caritas. continentia. confessio. fides. misericordia. iustitia. veritas. atque martyria consumantur. Hi sunt ergo flores in agro. hoc est. in aecclesia. in quibus filius dei laetatur. quos merito bene dixit deus. ideo dixit. et qui in agro est. non redeat retro. Sicut ipse dominus ait. mementote uxoris loth. quae incendium sodome fugiens. retrorsum respexerat et in statuam salis conversa est. caeteris de reliquo. dereliquerit suae insipientiae exemplum. Ideoque monet dominus ut suo amore et fide annexi. ultra non redeamus retro. sed animas nostras in vita aeterna perpetua conservemus. Sequitur sancta lectio. «Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus.» Idest. ve illis qui neglecta concipiunt dolores. et pariunt iniquitatem. Sicut enim mulier pregnans in fuga constituta nichil requiem habet. nisi dolores et tribulationes. sic peccatoribus et dubiis christianis. superveniente die iudicii nichil amplius erit. nisi vae. Sequitur sancta lectio. « Orate autem ut non fiat fuga ve- « stra hieme vel sabbato. erit enim tunc tribulatio « talis. qualis non fuit ab initio mundi.» Duo genera hic esse demonstrat. hiemis et sabbati. idest. gentilium populorum. et iudeorum. Sicut enim hiemae omnia sicca. arida. atque mortua habentur. sic ostendit gentes aridas. atque infructuosas esse. Monet ergo dominus. ne nos in tempore persecutionis vel die iudicii. similes gentibus inveniamur. Nudi. Sicci. Ac mortui. et infructuosi ab operibus bonis. Sabbatum autem ostendit. omnino otiosum esse. quia iudaei in sabbato nichil exercent. Itaque studere debemus ne nos tempus persecutionis vel dies iudicii inveniat otiosos. Qui enim sic inventi fuerint. merito veniet illis tribulatio talis. qualis non fuit ab initio mundi. Sequitur sancta lectio. «Tunc si quis vobis dixerit ecce « hic est christus. ecce illic. nolite credere.» Monemur itaque a domino. ut si quis falso nomine venerit. nullus nostrum iam ante praemonitus. talibus credere possit. Praeterea quanta sit facturus signa. ad probandam fidem electorum. sed si quis supra petram suam fundaverit domum. idest. fidem suam in christo firmaverit. nullis turbinibus vel procellis poterit subverti. petra enim. est christus. flumina sunt. reges. turbines. iussio est regalis. ad persequendos famulos dei. Sequitur sancta lectio. « Surgent enim pseudochristi et pseudopro- « phetae. et dabunt signa magna et prodigia. ita ut « in errorem indicantur si fieri potest etiam electi. « ecce predixi vobis ». Videtis ergo dilectissimi. quantum amorem erga nos dominus noster ostenderit. ut singula quaeque in posterum futura. diligenter edocuerit. ut etiam si omnia haec signa viderimus fieri. praemoniti iam a domino. caveamus inimicum. et nichil praeter christum et catholicam fidem recipiamus. Nam et in actibus apostolorum. symon dicebat se dei esse virtutem. Ita ergo antychristus. in novissimis diebus deum se dicturus est. Sicut ait apostolus. ita ut in templo dei sedeat. approbans se ipsum esse deum. quem dominus ihesus christus interficiet spiritu oris sui. Superveniet enim super eum dies iudicii. et interficiet eum gladio oris sui. Sequitur sancta lectio. «Sicut enim « fulgur exit ab oriente. et paret usque in occi- « dentem. ita erit aventus filii hominis.» Ipse enim dominus ostendit quali apparatu venturus sit ad iudicium faciendum. «Et tunc plagent se super eum « omnes tribus terrae. et videbunt filium hominis « venientem in nubibus coeli. cum virtute multa « et magestate.» Qui modo non credunt. tunc vi-

debunt venientem. et plagent se. sed non est tempus credendi. Vel si quis antychristo crediderit. vel falsis prophetis. tunc eum videbunt. sed exclusi sunt obvia christi. « Mittet angelos suos cum « voce et tuba magna. et congregavit electos suos a « quattuor ventis a summo terrae usque ad sum- « mum caeli. » Hoc est de toto mundo iubet sanctos congregare. et separa bonos et malos. ut in utrumque iam nulla sit commixtio. Sicut enim separatur triticum a lolio. sic mittet angelos suos. et separabunt malos de medio iustorum. et mittet eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. « Tunc duo erunt in agro unus assumetur. et unus « relinquetur ». Agrum hic. saeculum demonstrat. duo in agro. duos populos in saeculum esse manifestat. « Unus assumetur et unus relinquetur. » Assumetur enim in celis. populus christianus et sanctus. Sicut ait sanctus apostolus. nostra autem conversatio in caelis est. unde et salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum. Et iterum ait. rapiemur in nubibus obviam christo in aera. et sic semper cum domino erimus. Merito unus assumetur et unus relinquetur. Relinquentur enim peccatores in infernum. omnes gentes que obliviscuntur dominum. Sicut scriptum est. in inferno autem quis confitebitur tibi. infixe sunt gentes in interitu. quem fecerunt. in operibus enim manuum suarum. compraehensus est peccator. « Duae erunt molen- « tes in mola. una assumetur. et una relinquetur. » Assumetur enim in caelo sancta aecclesia. quae populum christianum per duorum testamentorum doctrinam. sanctamque legem. cotidie nutrit. Relinquit enim synagogam in inferno. sive omnes ereticos vel populos gentilium. qui non triticum sed zizania molunt. « Duo in lecto. unus assumetur et unus relinquetur. » Hic lectus. duplicem habet intellectum. idest requiem. vel tribulationem. Assumetur ergo ille qui in hoc mundo propter christum tribulationes vel persecutiones sustinuerit. Relinquentur enim in gehennam. qui ambulaverunt post concupiscentiam cordis sui mali. Sequitur sancta lectio. « Vigilate ergo. quia nescitis qua hora domi- « nus venturus sit. » Vigilare nos iubet omni tempore. non tantum oculis carnis. sed etiam corde atque sanctitate. et fructibus iustitiae preparatos. Ideoque premonet dicens. « Vigilate quia nescitis « qua hora dominus vester venturus sit. sero. An « media nocte? An galli cantu? An mane? » Praemonet nos. ut omni tempore ad expectandum adventum ipsius. parati inveniamur. Sicut ipse alibi ait. Sint lumbi vestri praecincti. et lucernae ardentes in manibus vestris. et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. ut cum venerit et pulsaverit. confestim aperiant ei. Beati servi illi. quos cum venerit dominus invenerit ita facientes. Amen dico vobis quia praecinget se. et faciet eos discumbere. et transiens ministravit illis. Et si in secunda et tertia vigilia venerit et ita invenerit. beati sunt servi illi. Qui ita ergo cotidie sollicitus atque suspectus expectat adventus domini sui. poterit praeparatus inveniri. et vigilando in fide custodire suum thesaurum a fure quod est diabolus et suum semper dominum expectans praeparatus atque laudabilis. et fidelis servus poterit inveniri. Qui haec fecerit. non confundetur in aeternum.

Pag. 596 — Item in dedicatione ecclesie. Unde supra.

Deo nostro inenarrabilis gratias agere debemus. qui sic aecclesia suam per omnia ornare dignatus est. Perfecta est basilica in honore sanctorum. et velociter perfecta. exemplo quidem aliarum ecclesiarum. provocati estis ad huiusmodi devotionem. sed gratulemur fidaei vestrae. quia precessistis exemplum tardius enim cepistis. sed prius consumastis. quia ante habere sanctorum reliquias meruisti. nos a bovis (vobis) reliquias... accepimus. vos a nobis studium devotionis fidaei emulationem. bona ista contentio est. et religiosum certamen. ubi non de avaritia seculi contenditur. sed de munere gratiarum. Tollamus quod adlatum vobis fuerat de munere sanctorum. religiosa cupiditas. sed de hoc ipso incitavimus. studia vestra ut vel portionem peteretis negari non potuit. quia iustum erat quod petebatur. Data est portio. ut et vos toto in portione haberetis. et nos nihil de eo quod datum fuerat amitteremus. quod scriptum est. qui plus. non habundavit. ut qui modicum. non minoravit. Ornata est igitur ecclesia concordiensi (1) et

(1) Forsan hic agitur de Dioecesi Concordiensi, de qua confer Ughellum *Italia Sacra*, Venetiis 1720. Tomo V, col. 323 et seqq. et col. 1335.

munere sanctorum. et basilicae constructionem. et summis sacerdotes officio. Meruit enim sanctus vir frater et episcopus meus. summo sacerdotio honorari. qui per huius modi munerae sanctorum. honorabit aecclesia christi. sacerdotes aeterni. Multa sunt quidem merita sanctorum apostolorum reliquie quem hic habentur. sed de multis. vel pauca dicamus. Dignum est enim nos aliquid de eorum meritis predicare. quorum fidaei et gratia toto orbe refulgit. quorum virtus et gratia ubique operatur. in omnem enim terram propheta et psalmo de ipsis ait. sonus eorum. et in fines orbis terrae verba eorum. Exibit plane sonus apostolorum per omnem patriam. non solum tunc cum constituti in corporae christo mundum predicarunt. sed exiit etiam nunc. quod cotidie cum erga diversas valitudines eorum. celi dei et spiritalis gratia operatur. Sed nec in eo minorem apostolorum gratiam expectamus. quia non omnium reliquias habere videremus. Ubi duo vel tres sunt. omnes sunt. quia omnia. fides. et similis gratia est. Audi hoc ipsum dominum declarantem dicit. ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo. ibi et ego sum in medio eorum. Si ergo christus cum duobus vel tribus est apostoli. omnes cum christo sunt. necesse est ubi christus est. illic omnis apostolorum chorus assistat. Unde ita credere et habere debemus quasi in paucis omnis. sed quia explicare singulorum merita non valemus. vel breviter aliquid ac tractando quorum reliquias habemus dicere debemus. ut aliquid profectum fidei consequamur. Quantus habeatur apud dominum sanctus iohannes baptista. quantus etiam iohannes evangelista quorum reliquie hic habentur evangelia manifestat. Ille iohannes baptista. hic evangelista. ille dominum suum adhuc in utero matris positus recognovit. hic constitutus. in utero christum repperit. illae dominum baptizavit. hic supra pectus domini recubuit. ille inter natos mulierum primus dicitur. hic inter apostolos peculiari affectu diligitur. Ille angelus nuncupatur. hic filius tonitrui apppellatur. ille praesens christum populo manifestabit usque hic dicendo. ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Hic universo mundo evangelii sui praedicationae dei filium declarabit dicendo. in principio erat verbum et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum. omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Ambo egregii. ambo maximi. ille spiritu sancto descendente in specie columbae supra dominum vidit. hic factus in spiritu. caeli secreta cognovit. Postremo. ille propter pudicitiam ab herode rege in carcere missus est. hic causa nominis christi. a domitiano cesare in insulam religatus est. Quid de andrea dicamus. quid de thoma apostolis. quid de luca evangelista. et horum enim reliquiae hic habentur. Andreas frater est sancti petri. qui et ipse crucem propter christum suscepit sicuti et petrus frater eius. equales in passione. quia equales in sede. Ambo enim propter christum. equalis idem crucem ipsius ceperunt. Et dignum plane fuit. ut qui germani sanguine erant. germani extiterent in gloria passionis. Thomas autem et ipse unus est de apostolis. Hic thomas qui cum post resurrectionem domini dubitassed. ut fidem ipsius dominus plenissime confirmasset. ait ad illum. mitte manum tuam in latus meum. et noli esse incredulus sed fidelis. Qui cum misisset et palpasset. ait ad illum thomas. dominus meus et deus meus. Ait ad illum dominus quia vidisti me credidisti. beati qui non viderunt et crediderunt. Dubitavit quidem sanctus thomas post domini resurrectionem. sed dubitatio ipsius. fidem ecclesiae confirmabit. Tetigit itaque thomas manus domini ut figuras clavorum cognosceret. tetigit et latus domini. ut in presenti vulnere corporis signa palparet. ne ab inimicis fidei assereretur quod de eandem carnem christus surrexisset a mortuis. Denique et visu oculorum et tactu manus suae sanctus thomas christum resurrexisse in corpore probasset nec sic tamen marcior vel manicheos resurrexisse in carne dominum credere voluerunt. Sed quid ait thomas postquam tetigit manus domini? dominus inquid meus et deus meus. Domino ergo suum christum. non nisi ex virtute resurrectionis agnovit. quia et mortem vincere. et carnem de morte virtute propria suscitare. solius divinae potentiae et maiestatis aeternae est. Et ideo ait ad illum. dominus meus et deus meus. Hic cum ad indiam iuxta dictum domini perrexisset ut christum dominum etiam in indiam predicaret. post multas virtutes et miravilia que fidem credentium confirmavit. merito ut gloriosam mortem susciperet. Cum ergo corpus ipsius sepultus in indiam haberetur. aliquid

negotiator vir christianus et valde religiosus. causam negotiandi in india perrexit. ut inde lapides praetiosos. vel indicas meridies ad romani adeferret cupiditate lucri terreni. sed pro saeculi negotiatore. negotiator dei repertus est. Cum enim venisset ad indiam. ostensum est ei per rebelationem ubinam corpus sancti thomae haberetur. et ammonitus est ut ipsum corpus edessa secum deferret. At ille vero quasi negotiator dei contemptis lucri terraeni. sola cepit lucra celestia cogitare. Invenerunt enim super lapides indicos mercedem meliorem quam non pe . . . .

Pag. 693 — Item Versus (de S. Menna).

Sis pater alme tuis famulis spes firma salutis.
Et nostris idem mentibus adde fidem.
Vim petimus nobis confer caelestis amoris.
In quo laudetur proximus atque deus.
Iussis namque ducis pompis spretisque caducis.
Deseras illicitas condere divitias.
Accipis in caelo lucrum quod spernis in evo.
Semina parva seris centuplicata metis.
Vulnera non sentis nimio certaminae mentis.
In te quae sevit pars inimica perit.
Vertice truncato tantoque decore patrato.
Artus ad ima redit spiritus alma petit.
Martyr ab aeterna menna defende geenna.
Qui sua vota ferunt et tua dona petunt.
Obsecro vos fratres cunctique venite fideles.
Laudemusque deum pro ter venerabile festum.
Passio quod menne toto vulgavit in orbe.
Hic martyr celebris fuerat tibi consia civis.
Christicolis sevo regnante dioclitiano.
Isque litare deis de pyrro praeside iussu.
Facturis hominum respondit non dabo sacrum.
Sed veneror regem caelum terramque creantem.
Pyrri praecepto sit clausus carceris antro.
Iam redeunte die dicebat talia menne.
Quis tibi militiam persuaserat esse relictam?
Cui martyr sanctus respondit digna locutus.
Terreno regi miles famulamina feci.
Nonnisi caelesti post hac ego milito regi.
Preses taurinis iubet illum cedere nervis.
Tandem post penas vel cuibet innumerosas.
Precepit proprium corpus portare camelum.
Quo vellet dominus sic et mox est iugulatus.
Iussu completo simul et duce nemine facto.
Angelicum montem pleps vidit. adire camelum.
Illic basilicam menna struxereque dignam.
In qua signis gaudet pleps innumerandis.
Cuncti clamantes sumus hac te voce rogantes.
Pro nobis ora dominum sanctissime menna.
Amen.

EX CODICE CIII.

Sermones varii.

Pag. 1.

. . . . mirabilius facere voluit. ut christus de virgine nasseretur. Audiat et versutus ille manichaeus aliud sacramentum. Solis radius specular penetrat. et soliditatem eius insensibili subtilitatem pertraicit. Et talis videtur intrinsecus. qualis extrinsecus. Ita fratres. naec cum ingreditur violat. nec cum egreditur dissipat. quia in ingressum eius specular integrum perseverat. Specular ergo non rumpit radius solis. integritatem virginis. ingressus aut egressus nunquid vitiare poterat deitatis? Sed quid ulterius inmoramur. Audiat christianus. quod non vul audire iudaeus aut manicheus. ut iste proficiat in fide redemptus. ille deficiat induratus. Virga illa unde agebamus aaron. virgo maria fuit. quae nobis christum verum sacerdotem concepit et peperit. De quo davit cecinit dicens. Tu es sacerdos iu eternum secundum ordinem melchisedech. Superiore namque versu iam dixerat. Virgam virtutis tuae emittet dominus exyon. Esaias propheta apertius mariam sanctam designat dicens. exiet virga de radice iesse. et flos de radice eius ascendet. et requiesscet super eum spiritus dei. spiritu sapientiae et intellaectus. Quod ergo haec virga nuces produxit. immago dominici corporis fuit. Nux enim. trinam habet in suo corpore substantiae unionem. Corium. testam. et nucleum. In corio. caro. In testa. ossa. In nucleo. interior anima comparatur. In corio nucis. carnem significat salvatoris. que habuit in se asperitatem vel amaritudinem passionis. In nucleo interiore. declarat dulcedinem deitatis. que tribuit pastum. et luminis subministrat officium. In testa. lignum inserens crucis quod non discraevit id quod foris et intus. sed quae terrena et celestia fuerant. mediatoris ligni interpositione sociavit. Dicente apostolo. quoniam ipse per sanguine crucis suae. pacificavit omnia quae in coelis sunt et quae in terris.

Pag. 347 — Sequentia sancti evangelii secundum Lucan.

In illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi. tulerunt illum in hierusalem. ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini. Et Reliqua.

Omelia venerabilis bede presbiteri. Ex commentario super Lucan.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius saecundum legem moysi. tulerunt illum in hierusalem. ut sisterent eum domino. Decretum quidem legis erat. parvulum post tricesimum tertium circumcisionis diem ad templum domini deferri. darique hostiam pro eo. Primogenitum autem masculum. sanctum domino fieri. mystice sicut diximus insinuans neminem. nisi circumcisum vitiis. dominicis dignum esse conspectibus. Neminem nisi mortalitatis nexibus absolutum. supernae civitatis gaudia. perfectae posse subire. Quia non habitabit inquid iuxta te malignus. neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Et apostolus. Caro et sanguis. regnum dei non possidebunt. Neque corruptio. incorruptelam possidebit. Verum si legis ipsius verba diligentius inspexeris. profecto repperies quia non solum dominus incarnatus. ut quantum a peccati contagione legis fuerit liber. Quam ad hoc magis suscipere dignatus est. ut et eam sanctam. iustam. ac bonam esse probaret. et nos ab eius servitute ac timore. fidei gratia liberaret. sed etiam ipsa dei genitrix. sicut ab ammixtione virili. sic et a legali sit iure immunis. Dicit enim moyses. « Si mulier suscepto semine « pepererit masculum. inmunda erit septem die- « bus. iuxta dies separationis menstruae. et in die « octava circumcidetur infantulus. Ipsa vero tri- « ginta tribus diebus manebit in sanguine purifica-

« tionis suae. Omne sanctum non tanget. nec in« gredietur sanctuarium. donec impleantur dies « purgationis suae. » Et cetera quae ad ritum parientis pertinentia secuntur. Nota ergo quod non omnis mulier pariens. sed ea quae suscepto semine pepererit. designatur inmunda. rituque legis docetur esse mundanda. Ad distinctionem videlicet illius. quae virgo concepit. et peperit filium. et vocavit nomen eius emmanuhel. quod est interpraetatum nobiscum deus. Non ergo filius qui cum homine deus est non mater quae spiritu sancto operante peperit. victimis hostiarum quibus purgaretur indigebat. sed ut nos a legis vinculo solveremur. sicut dominus christus. ita et beata semper virgo maria legi est sponte subiecta. « Sicut scriptum est « in lege domini. quia omne masculinum adaperiens « vulvam. sanctum domino vocabitur. » Quod dicit omne masculinum adaperiens vulvam. ex hominis et pecoris primogenitum significat. Quod utrumque sanctum domino vocari. atque ideo sacerdotis esse praeceptum est. ita dumtaxat. ut pro hominis primogenito pretium acciperet. et omne animal inmundum redimi faceret. Cuius inquit redemptio erit post unum mensem. siclis argenti quinque. Ubi salvo subtiliore tractatu breviter intimandum. quod illa omnia primogenita vel figura fuerint eius. qui cum unigenitus esset dei filius. primogenitus fieri dignatus est omnis creaturae. Vere et singulariter sanctus domino. quia peccatum non fecit. nec inventus est dolus in ore eius. Vel certe nostrae fuerint devotionis indicium. qui omnia bone actionis initia quae quasi corde gignimus. domini gratiae deputare. Male autem gesta redimere debeamus. dignos videlicet penitentiae fructus. pro singulis quinque corporis vel animae sensibus offerentes. Itaque quod ait. adaperiens vulvam. consuetae nativitatis more loquitur. Non quod dominus noster sacri ventris hospitium quod ingressus sanctificarat. egressus devirginasse credendus sit. Iuxta hereticos qui dicunt beatam mariam virginem usque ad partum. non virginem esse post partum. Sed iuxta fidem catholicam clauso virginis utero. quasi sponsus suo processisse de thalamo. De quo pulchre propheta. « Et converti me inquid ad viam porte « sanctuarii exterioris. quae respiciebat ad orien« tem et erat clausa. et dixit dominus ad me. porta « hec clausa erit. et non aperietur. et vir non trasiet « per eam. quoniam dominus deus israhel ingresus « est per eam. eritque clausa principi. Princeps in « ea sedebit. ut comedat panem coram domino. » Quamvis possit etiam mysticae designari. nullum preter dominum ecclesiae virginis uterum. per aquam et spiritum sanctum ad regenerandos deo filios posse reserare. ideoque hunc masculum. incomparabili dignitate domino sanctum vocari. « Et « ut darent hostiam saecundum quod dictum est « in lege domini. par turturum. aut duos pullos « columbarum. » Dictum est in lege ut pro infanti si masculus sit. ut predixi. quadragesimo. si femina. octogesimo die nativitatis. agnus anniculus immaculatus in holocaustum. et turtur. sive pullus columbinus offeretur pro peccato. Si autem non invenerit inquit manus eius. nec potuerit offerre agnum. sumet duos turtures. vel duos pullos columbe. unum in holocaustum. et alterum pro peccato. Dominus ergo christus ihesus cum dives esset. pauper factus pro nobis. pauperem per se hostiam voluit dari. Ut videlicet una sua paupertate. nos et hic divites in fide. et illic faceret heredes regni. quod repromisit deus diligentibus se. Moraliter autem. sive fortia quis opera. seu creaverit infirma. quae masculi ac feminae vocabulo distinguuntur. ut haec legitime domino valeant consecrari. ovem necesse est innocentie et turturem pariter sive columbam compunctionis offerat. Quia enim volucres he. pro cantu gemitus habent. non inmerito lacrimas humilium designant. Quibus plurimum in ipsis etiam bonis operibus indigemus. Quia et si bona esse quae agimus noverimus. qua tamen districtionem a domino examinanda. qua a nobis perseverantia sint consumanda nescimus. Qui vero divitias virtutum non habendo, de quibus ad corinthios apostolus ait. quia in omnibus divites facti estis in illo. in omni verbo et in omni scientia. agnum vitae innocuae in actuum suorum grege non invenerit. duo saltem turtures. aut duos columbae pullos offerat. Hoc est ad lacrimarum flagitanda suffragia confugiat. Et bene duos. unum pro peccato et alterum in holocaustum. Columbarum pullos in holocaustum offerunt. qui patriae caelestis absentiam deflentes. aiunt. super flumina babylonis. illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Sicut enim columbae. super fluenta residere delectantur ut accipitris adventum. umbrae cursu per aquas

praevidere simul et evadere quaeant. sic profecto sic animae pauperum spiritu. fluctus saeculi mente transcendentes. quo plura in hac babylonae qui suis gemitibus pascuntur. maligni hostis exempla conspiciunt. eo crebriores ad aeterna sui desiderii pennas sustollunt. Hoc sanae inter turturis et columbae significantiam distat. quod columba quae gregatim conversari volare. et gemere consuevit. activae vitae frequentiam demonstrat. De qua dicitur. « Multitu- « dinis autem credentium. erat cor et anima una. nec « quisquam eorum quae possidebant. aliquid suum « esse dicebant. sed erant illis omnia communia. » Turtur vero qui singularitate gaudet. adeo ut si coniugem casu perdiderit. solus exinde permaneat. speculativae vitae culmina denuntiat. Quia et paucorum est ista virtus. ut his singillatim adtributa. solus esaias dominum exercituum videt. laudes seraphim contemplatur. et quia male tacuerit. quasi turtur singularis ingemit. Moyses pavente procul populo. solus ascendit ad dominum. et ne idem populus feriatur. lacrimosis precibus impetrat. Solus fugientibus sociis. danihel inter angelos remanet. Solus ezechihel quadrigas cherubim. et supernae civitatis edificia celsa miratur. Solus paulus ad delicias paradysi. et visendi caeli tertii secreta raptatur. Item cum intra cubiculum clauso hostio oro patrem in abscondito. turturem offero. At cum eiusdem operis comparem quaero. canendo cum propheta. venite adoremus et procidamus ante deum. ploremus coram domino qui fecit nos. columbas ad altare deporto. Et quia equae utraque conditori accepta est hostia. consultae lucas utrum turtures. an pulli columbarum pro domino sunt oblati. non dixit. ne unum alteri vivendi ordinem preferret. Sed utrumque sequendum. utrumque divinis cultibus doceret offerendum. Igitur quia de purgatione longior se sermo protraxit. quid ipse dierum purgationis numerus contineat mysterii. et quare idem in feminae genitrice purgandae geminari sit iussus. in levitico congruentius explanatur. « Et ecce homo erat in iherusalem. cui nomen « symeon. et homo iste iustus et timoratus. expe- « ctans consolationem israhel. et spiritus sanctus « erat in eo. » Nato in carne domino non solum angeli de caelis. sed et omnis etas mortalium uterque sexus testimonium reddit. Decebat enim omnium salvatorem. sicut venturum in carne omnium toto saeculi tempore. fidelium facto vel dicto presagari ita etiam veniente. communi omnium laude predicari. Impleta prophetia quae dicit. laudate dominum de caelis. et caetera usquequo ait. Iuvenes. et virgines. seniores. cum iunioribus. laudent nomen domini. quia exaltatum est nomen eius solius. confessio eius super caelum et terram. « Iu- « stus inquit et timoratus. » quia difficile iustitia sine timore custoditur. Non illum dico timorem qui sub lege penali. temporalia bona subtrahi perorrescit. quem perfecta dilectio foras mittere consuevit. Sed timorem domini sanctum. qui permanet in saeculum saeculi. quo iustus deum suum quanto ardentius diligit. tanto sollertius offendere cavet. « Et responsum acceperat ab spiritu sanato « non visurum se mortem. nisi prius videret chri- « stum domini. et venit in spiritu in templum». Vide locutiones scripturarum. mortem videri dixit. Quomodo videtur. quibusve oculis? quae veniendo ipsos oculos claudit ne aliquid videant. sed videri mortem. experiri significat. Multumque felix mortem videbit carnis. quicumque christum domini prius oculis cordis videri satagerit. conversationem habendo in coelesti hierusalem. templi dei limina frequentando. Hoc est pia sanctorum. in quibus dominus inhabitat. exempla sectando. suspirando cum psalmista. Unam petii a domino hanc requiram. ut inhabitem in domo domini. omnibus diebus vitae meae. ut videam voluntatem domini. Sic enim et ipse verbum dei in manibus accipere. et fidaei caritatisque brachiis merebitur amplecti. Quod autem ait. et venit in spiritu in templum. significat eum eadem spiritus gratia qua olim venturum preco cognoverat. etiam nunc venientem et iam iamque a se videndum cognovisse salvatorem. « Et cum « inducerent puerum ihesum parentes eius. ut fa- « cerent secundum consuetudinem laegis pro eo. « et ipse accepit eum in ulnas suas. » Magna quidem domini potentia. sed non minor claret humilitas. Ut qui coelo terraque non capitur. grandevi hominis gestetur totis in ulnis. Sed et tropyce accipit symeon christum. veteranus. infantem. ut doceat nos exuere veterem hominem qui corrumpitur. cum actibus eius. et renovatos spiritu mentis nostrae. induere eum qui saecundum deum creatus est. in iustitia et sanctitate veritatis. Hoc est. deponentes mendacium. loquimini veritatem. Et ce-

tera quae ad novi hominis statum pertinent. ore. corde. et opere perficere. Accipit senior iustus saecundum legem et timoratus puerum ihesum in ulnas suas. ut significet iustitiam operum quae ex lege erat. Quis enim nesciat opera per manus et brachia solere figurari. humili quidem. sed salutari fidaei evangelicae gratia mutanda. Accipit senior infantem christum. ut insinuet hoc saeculum quasi senio iam et longeva aetate defessum. ad innocentiam. et ut ita dixerim infantiae christianae conversationis rediturum. et sicut aquilae iuventutem illius esse renovandam. Et benedixit deum. et dixit. nunc dimittis servum tuum domine saecundum verbum tuum in pace. Vides non solum novi. sed et veteris testamenti iustos. spem futurae vitae desiderium habuisse dissolvi a corpore. immo pacis viam deputasse sarcinam deponere terrestrem. utpote qui se in sinu abrahe requiem non dubitarent habituros esse perpetuam. Denique et idithun. hoc est transilitor cupiditatum saecularium. postquam multa diu tacitus mundi mala contemplatus. interna se cum cordis meditatione concaluit. tandem locutus in lingua sua et quid intus egerit promens. Notum inquid mihi fac domine finem meum. et numerum dierum meorum quis est. ut sciam quid desit mihi. ecce veteres posuisti dies meos. Quibus absque dubio verbis aperit. quam maximum se praesentium calamitatum acturum speret in fine solacium. quem tantisper advenire desiderat. « Quia viderunt oculi mei salutare tuum. quod pa- « rasti ante faciem omnium populorum. » Beati oculi qui vident quae symeon vidit. Beati qui non viderunt et crediderunt. Illud ipsum inquid. quod omnibus postmodum gentibus populis et linguis. mente ac fide conspiciendum parasti. spe ac dilectione quaerendum praevidisti. Ipse diu desideratum. nunc et carnis et cordis oculis. tuum salutare contemplor. Lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tuae israhel. Lumen quidem utrique populo. salutare dei. idest christus a deo patre paratur. Quia tamen gloria magis israhel. cui diu speratus et ex quo prenuntiatus advenit. Gentium vero dicitur esse revelatio. quarum mentis oculos profunda iam caecitatae demersos. neque ulla spe adventus dominici erectos. ipse visitare pariter revelare. atque inlustrare dignatus est. Et bene revelatio gentium israhelis gloriae prefertur. quia cum plenitudo gentium introierit. tunc omnis israhel salvus fiet. Quomodo psalmista cum diceret. notum fecit dominus salutare suum. ante conspectum gentium revelavit iustitiam suam. subiunxit atque ait. memor fuit misericordiae suae iacob. et veritatis suae domus israhel. Et erat pater eius et mater. mirantes super his quae dicebantur de illo. et benedixit illis symeon. Patrem salvatoris appellat ioseph. non quod vere iuxta fotinianos pater fuerit eius. sed quod ad famam mariae conservanda pater sit ab omnibus estimatus. Neque enim oblitus evangelista quod eam de spiritu sancto concepisse. et virginem peperisse narrarit. sed opinionem vulgi exprimens quae vera historiae lex est. patrem ioseph nuncupavit christi. Quamvis et eo modo pater illius valeat dici. quo et vir mariae. recte intellegitur sine commixtione carnis. ipsa copulatione coniugii. multo videlicet coniunctius quam si esset aliunde adoptatus. Neque enim propterea non erat appellandus ioseph pater christi. quia non eum concumbendo genuerat. quando quidem rectae pater esset eius. quem non ex sua coniuge procreatum alicubi adoptasset. « Et dixit ad mariam matrem eius. ec- « ce positus est hic in ruinam. et in resurrectio- « nem multorum in israhel. et in signum cui con- « tradicetur. » Bene in resurrectionem. quia lumen est. quia gloria plebis est israhel. quia dicit. ego sum resurrectio et vita. qui credit in me. etiam si mortuus fuerit vivet. ot omnis qui vivit et credit in me. non morietur in aeternum. Quomodo autem in ruinam? nisi quia et lapis offensionis est. et petra scandali. Idest ruine. his qui offendunt verbo. nec credunt. De quibus ipse dicit. si non venisem et locutus eis. peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui non in se ipso tantum. sed in suis quoque predicantibus in ruinam positus est. resurrectionemque multorum. Testante apostolo qui ait. christi bonus odor sumus deo. in his qui salvi fiunt. et in his qui pereunt. Qui enim predicante apostolo verbum quod audit amando sequitur. bono odore surgit et salvatur. Qui odiendo insequitur. eodem ipso bono odore corruit et moritur. Signum autem cui contradicitur. fidem dominicae crucis accipe. de qua apostolo paulo dicunt iudaei. nam de secta ac notum est nobis. quod ubique ei contradicitur. Et apostolus ipse. Nos enim inquit predicamus chri-

stum crucifixum. iudaeis quidem scandalum. gentibus autem stultitiam. « Et tuam ipsius animam « pertransiet gladius. » Nulla docet historia beatam mariam ex hac vita gladio occisione migrasse. presertim cum non animam. sed corpus soleat interfici. Unde restat intellegi gladium illum de quo dicitur. et gladius est in labiis eorum. Hoc est dolorem dominicae passionis. eius animam pertransisse. Quae etsi christum utpote dei filium sponte propria mori. mortemque ipsa non dubitaret esse devicturum. ut sua tamen carne procreatum. non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. Nam et ferrum quod animam ioseph pertransisse canitur. nullum melius. quam dura tribulatio mentis intellegitur. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Incertum erat quondam qui iudeorum gratiam christi quam venturam utique nóverant recipere. qui autem respuere mallent. Ad eius nativitate audita. revelati mox cordium cogitationibus. herodes rex turbatus est. et omnis hierusolyma cum illo. pastores cum timore et gaudio deo laudem resonant. hominibus pacis nuntium pandunt. eius doctrina et virtute diffamata. alii ad eum quasi magistrum veritatis confluunt. Alii ab eo quasi seductore refugiunt. Eius signo crucis erecto. hi quasi iustae morti datum blapsemantes irrident. illi quasi vitae auctorem mori acriter dolent. sed et usque hodie. et usque ad consumationem saeculi praesentis ecclesiae animam durissimae tribulationis pertransire non cessat. cum signo fidaei ab improbis contradici. cum audito dei verbo multos cum christo rerurgere. sed plures a credulitate ruere gemebunda pertractat. Cum revelatis multorum cordium cogitationibus ubi optimum evangelii seruit semen. ibi zizania vitiorum vel plus iusto praevalere. vel etiam quod dictu grave est sola germinare ac regnare cónspicit. « Et erat anna pro« phetissa filia phanuel. de tribu aser. haec pro« cesserat in diebus multis. et vixerat cum viro « suo annis septem a virginitate. Et haec vidua « usque ad annos octoginta quattuor. quae non di« scedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus « serviens die ac nocte. » Iuxta historiam devotae conservationis et venerandae pariter aetatis dignaque per omnia quae domino incarnato testimonium ferret. anna fuisse docetur. Iuxta intellectum vero mysticum. quia aecclesiam significat quae in presenti quasi sponsi dominique sui morte viduata. numerus etiam annorum viduitatis eius. tempus ecclesiae designat. quo in corpore constituta peregrinatur a domino. magneque devotionis affectus caelestis templi limina servans. cotidianum illum domini prestolatur adventum. De quo dicit. veniemus et masionem apud eum faciemus. Septies quippe duodeni. octaginta quattuor faciunt. Et septem quidem ad huius saeeculi cursum. qui diebus septem volvitur. Duodecim vero. ad perfectionem doctrinae apostolicae pertinent. Ideoque sive universalis aecclesia. seú quaelibet anima fidelis quae totum vitae suae tempus apostolicis mancipare curat institutis. quasi semper duodecim multiplicare et typicis octoginta quattuor annis. domino servire laudatur. Sicut etiam tempus septem annorum. quo cum viro suo manserat: dominicae incarnationis tempore decentissimae congruit. Septenario namque ut dixi numero. perfectio solet temporis indicari. Sed ibi propter dominicae privilegium maiestatis. quo in carne versatur docuit. simplex septem annorum est numerus expressus. hic ob apostolicae culmen dignitatis. septem anni per duodecim multiplicantur. Arridet autem ecclesiae mysteriis. quod anna et gratia eius interpretatur. et filia eius phanuhel qui facies dei dicitur. cum psalmographo decantans. signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et de tribu aser hoc est beati descendit. qui inter patriarchas duodecim. ordine nascendi est octavus. de quo numero quia novo testamento sit sacer crebrius est inculcatum. « Et haec ipsa superveniens confitebatur do« mino. et loquebatur de illo omnibus qui expe« ctabant redemptionem hierusalem. » Prophetavit symeon. prophetaverat copulata coniugio. prophetaverat virgo. debuit etiam vidua. nec aliqua aut prophessio deesset aut sexus. Et ideo anna et stipendiis viduitatis et moribus talis inducitur. ut digna planae fuisse credatur. quae redemptorem venisse omnium nuntiaret. Et postquam omnia ex more completa sunt. revertuntur parentes. Quotum ihesus tunc agebat annum. utique adhuc parvulus erat. et tamen crescebat. et confortabatur. et replebatur sapientia et gratia. Necdum quadraginta dies purgationis impleverat. necdum nazareth venerat et iam totam sapientiam recipiebat. Potuit scriptura dicere. crescebat et confortaba-

tur. et accipiebat spiritum. sed quia evacuaverat se. formam servi accipiens. statim ut pro mundatione eius sacrificium oblatum est. id quod vacuae fecerat adimplevit. Non quo corpus eius ilico maius fuerit effectum. sed quo sacratius quippiam demonstretur scriptura referente. « Puer autem cre-« scebat et confortabatur. et replebatur sapien-« tia. » Quaeramus sicubi alibi de parvulo scriptum sit. crescebat et confortabatur. ut ex collatione multorum quid plus in domino nostro dicatur. intellegere valeamus. Legimus de iohanne. puer autem crescebatur. et tamen non additur et replebatur sapientia. sed confortabatur spiritu. Hic vero de domino. crescebat et confortabatur. et sapientia et gratia dei erat super eum. Haec omnia de puero qui necdum duodecim annos impleverat dicta sunt.

Pag. 435 — ITEM FERIA IIII. ANTE INITIUM QUADRAGESIMAE.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Cum ieiunatis. nolite fieri sicut hypocrite tristes. Usque ubi est thesaurus tuus. ibi est et cor tuum.

SERMO ORIGENIS EX COMMENTARIO SUPER MATHEUM DE EADEM LECTIONE.

Cum autem ieiunatis. nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas. ut videantur hominibus ieiunantes. Amen dico vobis. quia perceperunt mercedem suam. Superhabundanter et digne dominus post sequentiam orationis ieiunium commendavit. Conveniens et sequens est orationi ieiunium. et procurat oratio ieiunium. vel iterum ieiunium orationem. Ideo apostolus in quodam loco. hoc significans. ait. Vacate ieiunio. et orationi. Qualis anima erit. quae sic voluntate carni coniungitur. Ut alacri devotione ieiunet. et oret. et quando propter deum utraque adimplet. et perficit. Ideo et quando ieiunatis ait dominus. non ut hominibus pareatis ieiunantes. non propter humanam laudem. nec propter humanam gloriam. nec propter vanam placendi cuiquam cupiditatem. quae preterit. sed cum ieiunatis. ex dilectione domini ieiunate. Propter vitam aeternam ieiunate. propter regnum coelorum ieiunate. Cum autem ieiunatis. per sanctorum viam pergite. ipsius vestigia domini sequimini. Sic et moyses ieiunium magnificans. dicit. Ieiunavi quadraginta. dies et quadraginta noctes. panem non manducavi. et aquam non bibi. Sic et helias equale moysi ieiunavit tempus. et illam magnificam vidit visionem dei. Sic et danihel ieiunans. gloriatur et dicit. Ego danihel fui ieiunans per tres ebdomadas dierum. panem desiderii non manducavi. et vinum non bibi. et caro non introivit in os meum. Sic et illi tres pueri deliciosam contemnentes mensam. legumina in ieiunio sumebant. Et ita flammam fornacis praecincti virtute fidei. extincxerunt. Sic et illi beati duodecim apostoli assumpto a se post resurrectionem sponso. evangelii praedicationem ieiunantes. omni commendaverunt mundo. Cum autem ieiunatis ait. o karissimi. ad spiritalia convertimini. ad coelestia elevamini. Cum autem ieiunatis. demones vincitis. omnemque classem illam magnam retrorsum avertitis. mala desideria effugatis. Quando ergo alacriter ieiunatis. quando instanter a diversis sincere abstinetis. tunc non eritis sicut hypocrites simulatores. videntibus vos hominibus mentientes. et non deo placere quaerentes. Exterminant facies suas. ut pareant hominibus ieiunantes. Duo itaque mala faciunt. Unum quod tristes facies suas ostendunt. quia non voluntariae ieiunant. propterea non habent mercedem. Hilarem enim datorem diligit deus. Aliud autem quod hominibus fingunt. et humanam laudem lucra requirunt. atque videntes scandalizant. sibique aeternum iudicium. praeparant. Tales erant prius iudaei. tales et nunc sunt innumerabiles heretici. qui super alias infidelitates et religiositates addunt et hoc. ut exterminent facies suas dum ieiunant. ut colerent pallorem vultus suos. et oculos suos ut videntes mirentur quasi veraces. et ut perspicientes diligant. vel ut pro ieiunio laborantes. Honorent etiam vel ut discipulos domini beatificent quoque vel ut hunc mundum contemnentes. Ideo exterminant facies suas isti hypocritae. et isti increduli. isti spe inanes. qui iam acceperunt mercedem suam. illam brevissimam ab hominibus laudem. Istam temporalem. a mortalibus adulationem. Sed super terram hanc humanam acceperunt mercedem. de cae-

lis autem magnum eos expectat iudicium. sicut deo et hominibus mentientes. Attendite. o karissimi ecclesiae filii. ut nullus sit talis. ut nullus hominibus fingat. sed in veritate deo serviat. sed alacriter eius legem perficiat. sed diligentissime eius mandata custodiat. propterea ut aeternae vitae. mercedem ab ipso domino. percipere mereatur. Exterminant ergo facies suas. Bene dixit quod exterminant. hoc est inmaculatas. maculant. In quo inquinatas. coinquinant. mundas sordidant. Propterea digna illos exterminatio. in illo saeculo expectabit. Tales sunt enim et aliquante mulieres. quae album et nigrum. et rubicundum super facies suas colorem inducunt. quasi sapientiores. a plasmatore suo. tamquam non bene illum fecerit vultum. tamquam non prudenter istam faciem constituerit huius creantis opus. velut emendare et conponere non erubescunt. et post fabricatoris manus. superaddere non verentur. Mortuis coloribus viventes suas facies liniunt. et de viventibus in morte transmutant. Ideo ut inprudentium evolare faciant corda. ut minus cautorum subvertant animas. ut multam perditionem ipse sibimet parent. Ista ergo omnia religiosae et credentes animae fugere et abhominare debent. Tu vero cum ieiunas ait dominus. tu deum timens. tu fidem servans. tu religiositatem adimplens. Tu ergo cum ieiunas. quid sumpturus eras. da non habentibus. Quod erogaturus eras. distribue pauperibus. Cum ieiunas frange esurienti panem tuum. pauperes sine lecto induc in domum tuam. Si videris nudum vesti. et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet matutinum lumen tuum. tunc erumpet. quando tu sic ieiunas. Quando ieiunas o amicae. depone omnem malitiam. omnem zelum. omnem furorem. omnem iniquitatem. omnem iracundiam. omnem superbiam. omnem litem. omnem maledictum. Cum ieiunas. non manducabis carnem. Hoc est. non manducabis carnem humanam impiae agendo. Non bibas vinum. Non bibas sanguinem. per crudelitatem. Non spires sicera. hoc est. non spires adulationem. nec bilinguis sis in perditione animae. Cum ieiunas. marcescit venter tuus. sic cum efficitur os tuum. sed plus macilentus sit cor tuum. ab omni superbia. Anima tua sit ab omni mala cogitatione seposita. Adtende. ne concipias. dolores concupiscientiae. Sed omnia haec mala deponens. omnia indigna expellens. sicut sanctum et deo placens. ieiunium ieiuna. Hilari animo et limpido corde ieiuna. et non tristi vultu. « Cum ieiunas ait. « unge caput tuum. et faciem tuam lava. ut non videaris hominibus ieiunare. sed angelis et omnibus sanctis ». Omnes occasiones abice ut non videaris hominibus ieiunare. Et faciem tuam lava. ut non sit sordidus aspectus tuus. Et caput tuum unge. ut non indecorus videaris. Ut non cognoscant videntes quod ieiunas. et dicant. ecce ille christianus vide quam tristis est. quia ieiunat. Unge ergo caput tuum. et faciem tuam lava. Et aliter. unge caput tuum. Caput tuum. christus est. Omnis viri caput. christus est. ait apostolus. Hoc ergo caput tuum unge. et hoc decora in omni tempore. maximae in tempore ieiunii. Unge per singularem caritatem. unge et compone per pauperum miserationem. egenorum elemosynas. Per ista ergo unge caput tuum. dominum tuum christum. ut dicat tibi. Quando fecisti uni ex pusillis istis. mihi fecisti. Ita unge caput tuum. sed et faciem tuam lava. Omnis corporis gloria et decor. facies est. idest aspectus et vultus. Sic et omnium credentium. unus corpus. aspectus. et gloria est ecclesiae. et sanctitas altaris. Hanc itaque lava. hoc est orna. eleva. exalta. honora. glorifica. Et hoc fac ad gloriam et exaltationem capitis huius corporis quod est christus. et qui est caput eccclesiae. Etenim vere qui ecclesiam exaltat. vel altare honorificat. vel sanctos ad gloriam domino christo hoc facit. Ita ergo faciem tuam lava. et ad hoc faciem tuam lava. Hoc est. visionem animae tuae. aspectum cordis tui lava. Munda ab omni contaminatione. ab omni caligine. ab omni erroris obscuritate. ab omni infidelitate. ab omni iniquitate abluae cor tuum hierusalem. ut salva sis. Ait quidam. Lavamini. mundi estote. Auferte iniquitates ab animis vestris. a conspectu oculorum meorum. Hanc faciem et hunc aspectum lavemus. o dilectissimi. limpidam. et sine offensione animae nostrae faciem. in omni tempore conservemus in conspectu dei. Ut simus limpidi. et sine offensa. ante dominum sempiternum. Haec itaque omnia facite. ut pater vester qui videt in occulto. reddat vobis in manifesto. In illa manifestatione. de qua dicit danihel. Et tunc prudentes. fulgebunt. sicut luminaria caeli. Et iterum. Iusti atque alii plures. sicut stellae in eternum. Sequi-

tur. adhuc. Nolite thesaurizate vobis thesaurum in terra. ubi erugo et tinea exterminant. et ubi fures effodiunt et furantur. Nihil in terra firmum. nihil tutum. nihil stabile. Omnia infirma. omnia caduca. omnia temporalia et transitoria. Vita pertransit. iuventus senescit. honor aufertur. divitiae fugiunt. velut aliquis fugitivus. Divitiae ab alio ad alium transeunt. meretricio more omnibus amorem fingentes. et nulli fidem servantes. Ideoque nolite thesanrizare vobis thesauros super terram ubi nihil fidele. ubi inimicitiae propter pecuniam. ubi zelus et iracundia pro cupiditatibus. ut frater fratri invideat. ditiorem videns. alius alium circumvenire. et subvertere per zelum quaerit. Ubi qui habet et possidet thesauros adhuc inhiat. et cumulat ad rapinam. et pauper usque ad mortem tolerat necessitatem. Nolite thesaurizare vobis. thesaurum super terram. Transiet enim ista terra. et iste qui in ea est thesaurus. Et antea quam terra pertranseat. ante isti pertranseunt thesauri. aut qui thesaurizat moritur. Quid adiuverunt pharaonem illi plures aegyptii thesauri. nonne repente in maris profundo absortus est? Quid adiuverunt nabuchodonosor. regem totius orbis pariter divitiae congregatae. et in babylonia tran(s)late? nonne elisus est de throno gloriae suae. et de medio hominum subito separatus est. atque cum feris agrestibus deputatus. septem annis desertum habitare preceptus est. Et enim tunc ille consilium audiens beatissimi danihelis. peccata sua elemosynis ex parte redemit. Quid adiuvavit baltasar filio eius quod ipse innumerabiles post patrem suum congregavit terrenas divitias. nonne percussus statim in eadem nocte periit? Quid dicamus de aliis multis qui illis similant? De quo in evangelio scriptum est. qui horrea sua destruens. maiora aedificare quaerebat. Quasi quod iam non esset fructum terra datura sibimet ipsis. ait. habes anima multa bona. multis thesaurizata annis. Propterea iste qui colligebat. relictis illis ablatus est. et illa quae remanserant. ad alios sine dubio transierunt. Nolite thesaurizare vobis. thesauros super terram. Hoc est. nolite fodere sensus vestros. cum divitiis in terram. Nolite recondere cor vestrum cum pecunia in perditione. quia multa pericula in terrenis sunt thesauris. Multa offendicula sunt in humanis divitiis. aliquanta ab intro. De foris. fures effodiunt mansiones. latrones obsident. in solitudinibus. et in desertis. Alii quam plures undique circumeunt. quibuslibet moris inrumpere. alii preparant flammas. et inmittunt incendia. Videntes illos thesauros habentes. omni consilio eos depredare excogitant. Propterea super terram non vobis thesaurizetis thesauros pereuntes. o karissimi. sed thesaurizate vobis thesauros in coelo. ubi thesaurizaverunt sibi beati omnes dominum diligentes. Ibi thesaurizavit sibi abraham. per hospitalitatem. Ibi thesaurizavit sibi iob. per egenorum miserationem. Illic thesaurizavit sibi samuhel. per iusta iudicia. « Ita et David. « omnesque sancti quorum vestigia sequentes et « vos omnes. thesaurizate vobis thesauros in coelo. « ubi neque erugo. neque tinea exterminat. Erugo « exterminat. idest diversorum invidia et insatiabi- « lis cogitatio. Neque fures effodiunt. et furantur. » Illi iniquissimi demones. et mali articnlosi. qui innumerabilium corda effodiunt. Isti multos magnos et praetiosos aureos furantur. Isti effoderunt per aviditatem. cor esau. Isti furati sunt eum praeclaris thesaurorum primitiis. cum benedictionum donis. Isti effoderunt per avaritiam iudae cor. et huic apostolatum magnum furati sunt thesaurum. Propter quid? quia non thesaurizavit sibi thesaurum in caelo. ubi isti supradicti fures non effodiunt nec furantur. Sed super terram sibi thesaurizavit. propter pulcritudinem argenti. totius vitae dominum vendidit. Isti effodiunt. et nunc multorum corda. Aliquantorum per superbiam. aliquantorum per avaritiam et cupiditatem. Aliorum quoque per ciborum aviditatem. vel cetera carnis desideria. Quos omnes a caelestibus regnis furantur. Ideo. quia in caelis sibi non thesaurizant spiritalem thesaurum. sed solum in terra corruptibile desiderium. inprudenter thesaurizare sibi festinant. Vos vero. o dulcissimi ecclesiae filii. in coelis vobis thesaurizate. ubi iniquissimi fures non appropiant. ubi maligni latrones non effodiunt nec furantur. Ibi ergo. thesaurizate vobis thesauros. Aliquanti virginitatis munditiae et castitatis. aliquanti primitiarum et misericordiarum. aliquanti ieiunii. et orationes. Omnes vero fidem. misericordiam. et caritatem servate. quae sunt omnium sanctorum gloriae thesauri. Tales ergo thesauros thesaurizate vobis in caelis. ubi sanctorum angelorum circumstat chorus. Ubi archangelorum presens est multitudo. Ibi ergo thesaurizate

vobis thesauros in caelis. per peregrinorum gustum. et per miserorum ventrem. per peregrinorum susceptionem. Per indigentium largitatem. Per nudorum indumentum. Isti sunt thesauri iustorum. isti salutis thesauri. Beati. qui ibi sibimet thesaurizant. paratum enim habent. mercedis redditorem hunc magnificum regem. et dominum omnium. Ubi enim est thesaurus eorum. ibi est et cor eorum. Sive in terra. sive in caelo. sive in corruptione. sive in incorruptione. sive in corpore. sive in spiritu. Ubi est thesaurus. ibi et cor. ibi et cogitatio. ibi et desiderium. Illi autem qui terrenis incubant divitiis. nullam de caelestibus et incorruptibilibus volunt omnino habere cogitationem. nec illius boni memores esse. quoniam ut dictum est. in terra sibi thesaurizant. et ibi est cor eorum. ubi est thesaurus eorum. Et illi qui in caelis sibi thesaurizant. totum cor suum. totam mentem suam in caelis habent. ubi est thesaurus eorum. propterea dicunt. nostra autem conversatio in caelis est. Unde et expectamus dominum nostrum ihesum christum. cui est cum deo patre et spiritu sancto honor et gloria in saecula saeculorum amen.

Pag. 460 — Feria VI. ante quadragesima.

Sequentia sancti evangelii secundum Mathaeum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum. et odies inimicum tuum. Usque et pater tuus qui videt in absconso reddet tibi.

Item unde supra
Omelia Origenis de eadem lectione.

Audistis quia dictum est. Diliges proximum tuum. et odies inimicum tuum. Sicut illa alia precepta data eis fuerant in lege. sic et hoc. Sicut enim ad dimittendas uxores. iussum fuit ne eas interficerent. sic et ad odiendum inimicum mandatum fuit. et ut amicum non odissent. Concessa sunt autem ista populo illi veteri. adhuc rudi. et infirmo. quamquam inimicus qui odio habendus dicitur. iuxta subtiliorem intellectum. diabolus possit intellegi. Ceterum in evangelio quod lege vetere longe excellentius. et perfectius est. quid magister perfectionis dicat audiamus. Ait enim discipulis suis. Diligite inimicos vestros. benedicite maledicentibus vobis. Benedicite et his qui oderunt vos. et orate pro persequentibus vos. et calumniantibus vobis. Secundum legem. diliges proximum tuum. et odies inimicum tuum. Et secundum evangelium. et inimicum et proximum diliges. Diligite inimicos vestros. Inperfectionem legis. evangelium adimplevit. infirmitatem eorum. qui sub circumcisionem erant. hi qui sub gratia fuerunt confirmaverunt. quibus velut firmissimis. et perfectis viris. dominus hoc mandabat dicens. Diligite inimicos vestr.s. Vos mites. vos mansueti. vos benigni. vos inmaculati. vos imitatores mei. vos me sequentes. vos diligite inimicos vestros. sive paganos idolorum cultores. sive hereticos infideles. Isti enim sunt inimici vestri. isti sunt veritatis adversarii. Istos ergo diligite. mala adversus eos non cogitantes. Male eis non facientes. nec adversa eis optantes. sed diligite eos ut proximos. et eorum errorem spernite. sicut abominationem. Ita ergo diligite inimicos vestros. sive puplicos. sive occultos. sive eos qui intus sunt. sive eos qui foris sunt. omnes diligite. Circa omnes benigni et mites estote. memores david mansuetudinis. Reminiscimini beati inmaculati ipsius innocentiam. quomodo pepercit saul et dilexit eum. Quomodo dilexit et pepercit absalon. et omnibus inimicis suis. Sub lege enim cum esset. legem transcendit, in eo quod inimicos dilexit. Similemus bonitati eius. sequamur vestigia eius. propterea ut possimus dicere cum eo. si retribui. retribuentibus mihi mala. benedicamus. et maledicentes nos. Benedicti ait estis. sanctificati estis. propterea maledictum de ore vestro non exeat. et pravus sermo de ore non procedat. Benedicite. quia benedictus ille in vobis habitat. Benedicite quia ad benedictionem vocati estis. Benedicite maledicentes vos. eos spernentes detrahentes. blasphemantes. qui dicunt verbum malum adversus vos mentientes. Benedicite. maledicentes vos. Qui benedicit. benedicetur. in eadem benedictione. In ea qua alium benigne benedicit. in ea se ipsum benedicit. Si enim dignus est benedictione ille qui benedicitur. et qui benedicit. et qui benedicitur. benedicentur. Et si indignus est ille cui benedicis. super eum qui benedicit convertetur benedictio. Et ille cui benedictus

est. sine particula benedictionis erit. pro dignitate sua. Benedicite ergo maledicentes vos. benefacite his qui oderunt vos. Prius heliseus homo dei exercitum syriae se persequentem. a deo in potestatem accepit. et quod voluerat. adimplevit inimicis suis benefacere. Nec eos depredatus est. aut malignae adversus malignantes egit. sed cibum eis et potum concedens. ad propria remeare in pace. sine lesione permisit. Ita inquit et vos. benefacite his qui oderunt vos. Benefacite in verbo. benefacite in opere. benefacite in benignitate cordis. Benefacite his qui oderunt vos. Illi qui a fide vos seducere quaerunt. et scandalizare de pietatis et sanctitatis via vos desiderantes per errores inducere. vos benefacientes fidem eos instanter veritatemque docete. fideles. et veraces eos discipulos facere festinate. per doctrinam vitae eos inluminate. Benefacite eis. qui oderunt vos. non detis iram. pro ira. In necessitate cum videris odientem te. miserere ei. In manus tibi si ceciderit. non in eum vim furoris exerceas. In potestatem si habeas. non vindicare. Non sis inmisericors. neque impius. sed benefacite his qui oderunt vos. et orate pro persequentibus vos. et calumniantibus vobis. Sibi enim plus calumniantur. quam vobis. Sibi enim plus nocent. quam vobis. Vos istam calumniam eorum super terram tolerantes. aeternam in caelis requiem possidebitis. Et ipso pauco tempore vos odientes. in saecula infinita cremabuntur in inferno. Propterea orate pro calumniantibus vobis. ut ipsi a malis cessent. ut desinant ab impietate. et iudicium condemnationis effugiant. Orate pro illorum conversione. et vestra pace. Illorum remissione. et vestra tolerantia. Haec omnia facite. haec omuia adimplete. ut sitis filii patris vestri qui in caelis est. Ut sitis filii non secundum substantiam generati divinam. sed secundum sanctitatem digni effecti. Ut sitis filii patris vestri. Huius benigni. huius boni. huius mitis. huius patientissimi. et misericordis. Qui omnibus parcit. qui omnibus agnoscit. qui vult omnes homines salvos fieri. qui solem suum oriri facit. super bonos et malos. Hunc scilicet corruptibilem solem et visibilem. qui in oriente usque ad occidentem perambulare constituit. ad omnem illuminandum mundum vel mortale hoc seculum. Ad omne genus carnale. et corruptibile radiandum. atque universis quaeque sub caelo sunt refulgendum. divitibus et pauperibus servis et liberis. et mediocribus atque regibus. Ut pigros ad opera suscitet. viatoribus iter declaret. mala opera vel furta et homicidia sua claritate fuget. atque prohibeat. ut et rebus nascentibus prosit. Ad haec ergo omnia solem oriri facit corruptibilem. et fulgere mandat super omnem terram inhabitantium malorum et bonorum. Sed enim non minus illum spiritalem et incorruptibilem solem verissimum. iustum illum dulcissimum suum unigenitum sanctum suum filium. qui est sol iustitiae verissimum lumen. hunc oriri facit super bonos et malos. Ita ergo solem suum oriri facit benignissimum pater. super bonos et malos. unigenito filio suo non parcens. sed pro omnibus tradens eum. Adhuc autem suum oriri facit. evangelii lumen omnibus gentibus mittens. vel solem suum oriri facit. super malos et bonos. Benignitatem largiens. misericordiam faciens. omnibus praerogans pietatem. et indulgentiam atque patientiam ut pater de omnibus curam gerens. Ideoque pluvias de caelo tribuit. et tempora fructifera ordinavit. Idcirco pluit super iustos et iniustos. et plurima bona largiendo atque praerogando. durissima corda. vel lapidea. et frigida atque congelata in perfidia. fidei calefactione vivificet. et ad se convertat. et pluviam molliat. quatenus sibi cuncti spiritales fructus offerant. ut sese diligant. ut sibi credant. ut se colant. et sua mandata custodiant. pluit super iustos. et iniustos. Sine exceptione cunctis largitur. sine exceptione omnibus pariter consulit. Similiter super iniustos pluit. sicut super iustos. et illorum vel illorum agros incrementari facit. et adhuc aliquotiens. melius peccatorum quam iustorum. Sepius enim et contumelias. et tribulationes. permittit accidere iustis. Multae enim ut scriptum est. tribulationes iustorum. Et incredulis vel peccatoribus et iniquis. ipsis parcit. ipsos suffert. ipsos patienter tolerat. ipsis facile prospera facit occurrere. Hoc aspiciens hieremias. et velut ammirans. vel dolens. dicit ad dominum. Quid est quod via iniquorum prospera est. et abundantes fiunt? omnes hi exprobrantes obprobriis. propterea ut impietatis. vel necessitatis excusationem non habeant. quod dicant secum non benigne actum in saeculo. In die iudicii iuxta plectentur. sine dubio in condemnationem. Nunc autem deus super bonos et malos. super iu-

stos. et iniustos. omnia largitur. omnia bona in commune contribuit. Et qui debuit digne coli. a malis ipsis sepe contemnitur. et eius praecepta non audiuntur. Ideoque ut dictum est. inexcusabiles erunt in die iudicii. Adhuc autem pluit super iniustos. doctrine correptionem. increpationem. coercionem. Haec pluit super peccatores. propterea. ut a peccatis tandem abstineant. et unam cum iustis sectentur iustitiam. ut impietatem derelinquant. et fidem assumant. ut a malis cessent. et bona diligant. Sic pluit super illos priores peccatores ninivitas. qui statim orantes. per orationem ac pluvia sunt inrigati. et increpatione ista correcti de peccatis. ilico se ad iustitiam converterunt. De immunditiis. ad munditiam. De impietate ad pietatem. De morte ad vitam. Sic pluit et primitus super filios israhel. per legem et prophetas. et suscipere noluerunt. et obaudire neglexerunt. Deinde insequentibus cum comminatione dicit ad eos. Mandabo nubibus meis desuper. ut non pluant super eam pluviam. Sic pluit super omnes gentes. et pluet usque ad consumationem saeculi hanc salubrem evangelii pluviam. hanc fructiferam apostolorum doctrinam. Beati autem sunt qui sitientes. hanc suscipiunt pluviam. Quia aeternam vitam sibi in haereditatem adquirunt. Deinde hoc ipsum insequentibus dominus reiterans dicit. Si enim diligitis eos qui vos diligunt. quam mercedem habebitis. nonne et publicani hoc faciunt. In omnibus enim gentibus. in omnibus generationibus hominum quae non cognoscunt deum. hi a quibus diliguntur diligunt et qui se honorificant. et ipsi honorificant. eosque qui sibi obsecuntur eis ipsis obsequium exhibent. Si enim non adicitis vos super illos. si ergo nichil gloriosius illis atque benignius efficitis. quam mercedem habebitis. Si enim diligitis eos qui vos diligunt solos. gentibus similes estis. qui hoc ipsum faciunt. Nam fornicatores. fornicatores diligunt. Latrones. latrones diligunt. Ebriosi. ebriacos. Omnes enim. similibus sibi iunguntur. Si diligitis eos qui vos diligunt solos. bestiis et pecudibus et volatilibus similes estis. Omnia enim secundum naturam coniunguntur. vel congregantur sibi. Omnia ista sibi similia diligunt. omnesque similibus sibi iunguntur. Si enim diligitis. eos qui vos diligunt solos. quam mercedem habebitis? eandem ipsam quam et gentes. Gentes enim hoc ipsum faciunt. propterea ipsa eadem merces utrosque manet. Et si salutaveritis salutantes vos solos. quid amplius facitis? nonne ethnici hoc faciunt. salutationem et verbum. pro verbo reddentes. Videntes amicos. salutare festinant. et subridentes aspectibus. obvianter hilaribus oculis aspicientes eos. Videntes autem inimicos. deponunt vultum. vel alibi convertuntur nec videre suum inimicum patiuntur. nec salutantem forte resalutare consentiunt. tanquam contrarium suae voluntatis estimantes eum. Ista itaque et ethnici publicani. non propter pietatem et iustitiam amicos sibi facientes. sed propter lucra et munera salutationem dantes. Propterea enim illi eos se salutantes resalutant. et vos eos qui vos maledicunt salutate. Illi diligentes se diligunt. et vos odientes vos diligite. non quasi in loquelle dulcedine. sed in caritatis sinceritate. Non labiorum nitore. sed animae candore. Propterea ut sitis perfecti. sicut et pater vester coelestis perfectus est. Nichil apud eum minimum. nichil inane. Estote ergo vos perfecti. sicut pater vester coelestis perfectus est. Perfectus vere. et in ea quae est circa homines caritate. Propterea legem dedit. et angelos ostendit. prophetas suscitavit. Novissimae vero filium suum misit. et ad redemptionem omnis humani generis dedit. Estote ergo et vos perfecti. in fide. in religiositate. in benignitate. in misericordia. Estote perfecti in verbo. in opere. in tolerantia. in fortitudine animae. in ea quae circa vos est caritate. et simplicitate. Ista omnia manifestius. intimans et commendans dominus. quae in sequentibus sunt assumens. dicit. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. ut videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in coelis est. Pusillum et exiguum. estimatur hoc ab audientibus. Pusillum aestimatur hoc ab inprudentibus. Dominus sicut magnum hoc mandavit dicens. Adtendite diligentius. adtendite vigilantius. adtendite cautius. Quid adtendam. o dulcis domine? adtendite ait. ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Adtendite. ut non perdatis hoc quod factum est. et operatum per vos. Adtendite. ut non amittatis quod datis. Si coram hominibus facis. omnia perdis. Si coram videntibus das. non accipies mercedem. Propterea adtendite. ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Omne bonum. misericordia est. Sive altare

quis honorificet. sive templum sanctitatis domini muneret. sive sacerdotes dei exaltet. sive pauperibus largiatur. sive gentibus misereatur. Omnia haec. misericordiae opera imputantur facienti. Adtendite o dilectissimi. ut eam iustitiam faciatis. non ad videndum hominibus. Non hoc dicit ut homo non videat. sed hoc dicit ut tu non queras ut homo videat. ut tu non queras. ut homini placeas. ut non queras ab hominibus laudem. Non enim homini misereris aut omini das. sed deo das. sed deum honorificas. sed deum communicas. et feneras. Sive per altaris honorificentiam. sive per sanctorum susceptionem. sive per pauperum elemosynam. sive per egenorum miserationem. deum honorificas. deo das. deo communicas. Quaere laudem ab illo cui das. et non ab homine exigere promissione. ab ipso cui communicas. et non a videntibus. Si enim pro deo facis. noli querere hominibus placere. Et si ut hominibus placeas facis. noli putare deo. noli querere ab eo retributionem. non postules ab eo mercedem. Percepisti enim munus tuum retribuit tibi hominum laudem. quibus placere voluisti. Propterea mercedem non habebit iste talis. apud illum coelestem patrem. Adtendite. ne iustitiam vestram. Bene ait vestram. Qui enim pauperi miseretur. plus sibimet ipsi miseretur. Quia qui pauperum et egenorum miseretur. suae ipsius animae miseretur. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. ut videamini ab eis. qui hodie sunt. et crastino non sunt. Qui modo laudant. et post pusillum pertranseunt. et deficient de saeculo. Quid diligis o homo. quid gloriosum estimas hoc ut super terram pusillo et modico tempore lauderis. aut hoc. ut in coelis in eternum exalteris. hoc ut a corruptibilibus et mortalibus hominibus magnificeris. aut hoc. ut ab illo incorruptibili deo. et sanctis eius potestatibus honorificeris? Ideoque homo quando facis misericordiam. simpliciter fac. alacriter fac. pie fac. cum gaudio fac. cum humilitate fac. Quando ergo facis misericordiam. ita fac. ita perfice. Faciens itaque aelemosynam. noli tuba canere ante te. Hoc est. noli praedicare. noli dicere. noli narrare. Non placeas tibimet ipsi. non laudes temet ipsum. Non eleves. non exaltes te in corde. Noli ergo tuba canere ante te. sicut hypocritae male articulosi. qui aliud simulant. et aliud habent in corde. Qui ostendunt figuram religiositatis. et virtutem eius abnegant. Qui nec ipsis miseris miserentur. sed se potius laudant. Nec in potentibus condolent. sed sibi hominum requirunt laudem. Talis fuit ille phariseus. qui sibimet ipsi placens in anima sua cecidit. elatione tuba canens ante se. Et ea perdidit quae se fecisse putabat. et maiorem adhuc culpam incurrit. Tales sunt omnes hi qui in oculis hominum placentes. per inanes iactantiam sibi bona opera facere videntur. Hi ergo omnes. perceperunt mercedem suam. Qui mercedem ab hominibus percipiunt. ab omnium domino deo nullam habebunt mercedis retributionem. eruntque ab omni honore extranei. Ita inquid faciente te misericordiam. nesciat sinistra tua. quid faciat dextera tua. Ita enim age ut occulte tribuas. ut secrete largiaris. ut sinistra manus non sentiat. quod dextera facit. Quando dexteram manum ad elemosynam tendis. nesciat sinistra tua quod facit dextera tua. Quanto amplius hic celas. tanto amplius illic honorificaris et exaltaris. Sic enim ait occulta. sic enim absconde. ut etiam te ipsum si possis occultes. et tibi ipsi abscondas. ut non sciat sinistra tua. sive carnaliter tibi coniuncti. sive illi ministri qui foris sunt. hoc est incredibiles. et infideles. qui deum ignorant et a dextera separantur. Isti nesciant. isti non sentiant. Istis non indices. istis non predices. ut non te culpent. non te accusent. non quasi elatum iactent. non ut sibi placentem dicant. et propter homines non propter deum facientem. Sed adhuc non sciat sinistra tua. Sinistra ista. omnia mala opera sunt. omnia quaeque malignae adversantur. Dextera vero omnis iustitia. Ibi omnia bona. omnia casta. in omni sanctitate congregata. Quando ergo facis elemosynam. dextera fac. Hoc est ex his dextris. et his castae quoadunatis. ex his iustae collectis. Et sinistra nesciat. Hoc est. nullus ministrorum. nullus malorum lucrorum. nulla indignarum congregationum. sinistra non appropient tibi. Non admisceantur elemosynae aut omni bono operi tuo. ut non coinquinent omnia. ut non abominabilia faciant cuncta. Ita ergo non sciat sinistra tua. quid faciat dextera tua. De omnibus superioribus dictis. ut sit elemosina tua in occulto. In absconso cordis tui. in occulto animae tuae. et adhuc in occulto celestium thesaurorum. Hoc occultum non peribit. non furatur. non abripietur. Ita in occulto cordis fac. ut custodita misericordia non periet umquam. Illud

autem quod publice eicitur ad videndum hominibus. tale est. quale illud quod circa viam iactatum cecidit semen. Facile perit. facile diripitur. facile conculcatur. Tua autem elemosyna sit in occulto. ut pater tuus qui videt in occulto qui manifesta et latentia perspicit. qui omnia novit. cuncta scrutatur. qui scit omnia antequam fiant. et cuncta requirit. Iste ergo pater. reddet tibi in palam. In quali manifestatione? in illa inreprehensibilis manifestatione. inenarrabili decore. in illa indeficienti luce. quando sedebit unigenitus eius super thronum regni sui. et retributurus est omnibus precepta sua. inplentibus aeternam mercedem. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

EX CODICE CIV.

SERMONES VARII.

Pag. 135 — SERMO UNDE SUPRA. DE OCTAVA PASCHE.

Audistis magis a domino esse laudatos qui non vident et credent. quam eos qui vident et credent. et etiam tangere valuerunt. Thomas enim apostolus quando se ostenderat dominus discipulis suis. absens erat. et cum audiret ab eis quod resurrexit christus dixit. nisi misero manum meam in latus eius non credam. Quid? si ergo dominus sine cicatricibus. resurgeret. Neque enim poterat resucitare carnem suam. ut nulla in ea vestigia vulnerum remanerent. Poterat hoc. sed nisi cicatrices reservaret in corpore suo. non salvaret vulnera in corde nostro. Tactus est et agnitus est. parum erat videre oculis suis. digitis suis credere volebat. « Veni « inquit mitte digitos tuos » huc non totum abstuli. servavi unde credas. « Et vide latus meum. et no« li esse incredulus sed fidelis. » At ubi ille manifestavit sibi quid illi dubium remanserat. exclamavit. « dominus meus et deus meus ». Carnem tangebat. divinitatem clamabat. quid tetigit? corpus christi. Numquid corpus christi divinitas christi erat? Divinitas christi verbum erat. humanitas christi. anima et caro erat. Ipsam animam tangere ille non poterat. sed intellegere poterat. quia corpus quod mortuum fuerat. vivum movebatur. Illud autem verbum nec mutatur nec tangitur. nec deficit nec proficit quia in principio erat verbum et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. Hoc clamavit thomas. tangebat carnem. invocabat verbum. quia verbum caro factum est et habitavit in nobis.

Pag. 261 — Oportune fratres...

Hic sermo editus est supra pag. 81, in Florilegio *Codicis* C.

Pag. 267 — SERMO SANCTI AMBROSII EPISCOPI.

Factum est cum turbae irruerent ad ihesum ut audirent Verbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. vidit duas naves. et ihesus ascendit in navim simonis. rogavitque ut aliquantum duceret a terra. Duae naves. duas congregationes ostendit populorum. unam ex iudaeis. aliam ex gentibus. quae sunt duae vocationes. Denique in simonis navim ascendit. quem principem fecit praedicationis. et circumcisionis amisit. Aliquantum ducere a terra. hoc est non profunde loqui principio caepit. Sed quod intellegere possent adhuc in terraena conversatione morantes. etiam si quas diceret parabolas. disserebat eas postea. At ubi iam a terraena conversatione suspendit animas audientium. Ait « Duc « in altum. » Idest. altiora mysteria manifestare caepit. « Laxate retia vestra in capturam. » Accepta scilicet praedicatione. Recta enim praedicatio verbi est. in mari. in saeculo. In captura piscium. hominum scilicet. quos per praedicationem adduceret ad credulitatem. De profundo maris. quasi de abysso. de ultimo scilicet tenebrarum inponeret (traheret) ad salutem. « Et respondens simon dixit. « praeceptor per totam noctem laborantes. nichil « caepimus. sed in verbo tuo laxabo retia mea. » Quia vero nox erat et tenebrae. et omnium mentes erant caecatae. sed in verbo laxabo retia. Idest. Abaudiam imperio tuo. « Et misit retia. et caepit « multitudinem piscium. » Hoc est. ex omnibus gentibus confluentes. per praedicationem. apostolicam multitudo credidit. Quod ante passionem vero salvatoris retia rumpebantur. ostendebat etiam haereticos futuros. qui praedicationem veram scinderent. ad suam voluntatem quasi in saeculo relapsi. doctrinas novas excogitarent. Quicumque enim in-

tra retia non est. necesse est ut in mare redeat. ostendit etiam homines intra aecclesiam fuisse. et rupta praedicatione abscessisse et hereticos videlicet effectos. et esse secularibus actibus implicatos. quasi in saeculo de aecclesia recederunt. « Et im« pleverunt ambas naviculas. ita ut mergerentur. » Repletas autem duas naves piscium multitudine. ita ut mergerentur. duarum ostendit vocationum rationem. ita ut mergerentur. Mergi enim non aliud est. quam baptizari. Mos etenim disciplinae aecclesiae talis est. ut venientes ad se qui filii dei sunt. per aquae regenerationem. spiritaliter renascantur. Hoc est ergo ita ut mergerentur. Idest. baptizarentur. quia ibi erat ihesus in navi. necessarium intellegere debemus. quod ihesus idest salvator noster semper in navi. hoc est. in aecclesia sua est. In eius ergo nomine. omnes in aecclesia venientes baptizari.

Pag. 319 — In pentecosten. Sermo Sancti Gregorii Nazianzeni episcopi.

De sollemnitate huius diei pauca dicenda sunt. ut laetemur in spiritu. Quoniam quidem aliae sollemnitates geruntur aliis. cultoribus autem verbi in verbo est celebranda festivitas. Quid enim tam aptum? et quid tam conveniens? vel quid ita laetificat rectam et rationabilem mentem? quam eorum quae gerit accipere et agnoscere rationem? Adhibete animos. et quid sibi festivitas ista velit. Audite. Celebratur quidem apud iudaeos sollemnitates quaedam. sed secundum litteram. quia corporalem prosequens legem iudaeus. in legem spiritualem non potest pervenire. Celebrantur et apud gentiles. sed demonibus festivitas exhibetur. pro eo quod aut vitii alicuius auctores sint. aut turpitudinis. Iccirco etiam vitiorum et turpitudinum plena est eorum sollemnitas. ut honorem deo suo peccando deferant. et magis se ei commendet his qui plus abundaverit vitiis. Celebrantur autem apud nos sollemnitas. sed sicut spiritui placet sancto. idest ut vel dicamus honestum aliquid vel agamus. Et hic est noster dies festus. ut in animae thesauris perhenne aliquid et perpetuum recondamus. non ea quae pertranseunt et disssolventur et ad presens tantummodo fallunt oculos. et lenocinantur aspectui. et ad perniciem atque interitum blandiuntur. Sed sufficit corpori malitia sua. non indiget flamma copiosiore materia. nec insolens bestia habuntantioribus civis. ut insolentior fiat. et violentius urgeat. Iccirco ergo spiritualiter magis est agenda sollemnitas. Initium sane et causa festivitatis paulo superius repetenda est. licet excessu quodam uti videamur. Sed gratus opinor erit his precipue qui historias nostrorum non ignotas habent. Apud ebreos sacramentis aliquid optinet et honoris numerus septimane. ut ex moysi traditur lege. sicut et postea pithagoricis quartum numerum sibimet sacratiorem fecerunt. in quo et iuramenti sui optinent sacramentum. Sed etiam octavum numerum vel tricesimum honorandum. tradiderunt tam symonis discipulis quam marcionis. quibus numeris totidem. quae eona ac secula vel mundos esse confirmant. Et alia quoque nonnulla secundum suas verationem. vel persuasiones. numeri huius referunt sacramentum. Verum secundum hebreos manifestum est. quia in sex diebus deus materia mundi substituit et formavit. ac per species singulas quamque decrevit. et hunc quem nos videmus explicuit mundum. Septimo vero die requievisse dicitur ab omnibus operibus suis. sicut indicat etiam ipsa sabbati appellatio quae requiem hebreo sermone significat. Si vero et aliam aliquam altiorem et excelsiorem haec continet rationem. aliis de talibus philosophandum relinquo. Hic vero honor septimanae apud illos non in diebus solum observatur sed etiam in annis. Nam quod ex diebus observatur. istud est sabbatum quod frequenter et indesinenter apud eos custoditur. Annorum vero septimana. annus facit remissionis. et non solum septimana. verum etiam septimanae septimanarum observantur. non solum in diebus. sed etiam in annis. Et dierum quidem septimanae. generant quinquagesimam diem. quae apud illos vocata sancta dies dicitur. Annorum vero septimanae. quinquagesimum annum faciunt. qui apud illos iubeleus nominatur. in quo similiter terrae fit remissio. et servorum liberalitas. et possessionum restitutio quae pretio fuerant comparate. Offeruntur enim apud illos non solum fructum vel nativitatum. sed et dierum annorumque primitiae. Hic enim septimanarius numerus ea observatione qua superius diximus. diem pentecostes idest sollemnitatem introducunt quinquagesimae. Septem etenim septies multiplicati. quinqua-

ginta ex se generant numerum. assumpta una die quam ex futuri seculi numero presumptam esse maiorum auctoritas tradidit. Fit enim ipsa. et octava semper et prima. Immo ipsa est semper una quae est omnis dies. Necesse est enim sabbatismum animarum populi dei illic occurrere atque ibi compleri, ubi dabitur pars his qui septem. et pars qui octo. Sicuti iam et ante nos quidam disserens salomonis dicta, sapienter exposuit. De honore vero septenarii numeri. multa quidem testimonia in scripturis sanctis referuntur. se nobis ex omni multitudine pauca sufficient. Primo omnium quod septem spiritus dicuntur sancti. in quo sine dubio virtutem vel operationem spiritus sancti esaias appellavit. Sed et david. aeloquia domini argentum purgatum septies dicit. Et iustus quidem sexies de necessitatibus liberatur. in septimo autem non accedent ad eum mala. Peccator vero non solum septies. sed septuagies septies si poeniteat veniam promeretur. Et rursum econtrario bona enim est et malorum poena. In caim septies vindicatur idest septempliciter poenas parricidii luit. Lamech vero septuagies septies. pro eo quod homicidium post propositam legem. et post condemnationem homicide prioris ammisit. Sed et pessimi vicem septuplum in sinum suum recipiunt. Supra septem quoque columnas domus sapientiae collocatur. Lapis etiam zorobabel septem oculos adornatur. Sancti quoque septies in die laudem dicit deo. et septimus ab adam enoch. a deo translatus est. Sed et abraham patriarcha vicesimus primus electus est. triplicato septimanae numero. ut et hoc ipsum quod triplicatur. formam maioris contineat sacramenti. Audebit fortasse aliquis eorum qui valde viriliter audere in omnibus possunt. pervenire etiam ad novissimum adam deum et dominum meum ihesum christum. qui ab illo priore adam qui factus est subputato numero. septuagesimus septimus invenitur secundum generationes quas enumerat lucas. ab inferioribus ad superiora conscendens. Considero quoque septem illas tuba ihesu nave. et septem diebus circuitus sacerdotum. quibus murorum iericho fundamenta quatiuntur. et propugnaculorum moles antiqua dissolvitur. Helias quoque septimo demum ad speculandum puero. in vestigio pedis nubem movit. et claustra caeli quae verbi sui potestate firmaverat. orationum clavibus reseravit. Eiusdem ut opinor sacramentis etiam candelabrum. quod septem lucernis in templo. vel ut septem radiis micat. In septem diebus pontifex consumatur in lege. et in septimana leprosus curatur. In septem annis templum a salomone construitur. et in septem diebus dedicatur. In septuagesimo anno populus de captivitate babilonia revocatur. ut quod est in monadibus et perfectionum numero. multiplicetur et ipsa quae perfecta sunt. Sed quid michi ea quae porro sunt dicere? Ihesus ipse qui est pura perfectio. scit in deserto quinque panibus pascere quattuor milia. et refectionis reliquias ibi quidem in duodecim cophinos. hic autem in septem sportas recondere. Quod utrumque non sine ratio factum puto. nec sine spirituali sacramento. Sed et tu apud temetipsum relegens studiosissime auditor et retexens quas(?) plurimam. invenies huius numeri in scripturis indicia sacramenti plurimum continentia. Quod autem ad presens tempus necessarium est. quamvis quod perfectum et integrum vel divinius est comprehendere atque optinere minime possumus. at certe quantum valemus assumimus. Celebrant igitur hebrei quinquagesimum diem. celebramus et nos. sicut et alia non nulla. quae ad nos ex illorum traditione pervenerunt. quae apud illos quidem geruntur in typo. a nobis autem adimpletur in spiritu et veritate. Haec de ipsius diei sacramento vel antiquitate dixisse sufficiat. sed nunc iam progrediamur ad caetera. Pentecostes. idest quinquagesimae sollemnitates celebramus. et adventum spiritus sancti. et pollicitationes christi expletam fidem. et electum misterium magnum ac venerabile. Corporalia quidem christi acceperat finem. idest ea quae in adventu corporali gesta sunt. Cum paulo enim et sentiendum est et dicendum. quia etsi cognovimus christum secundum carnem. sed nunc iam non novimus eum. Illis ergo expletis. nunc incipiunt quae sunt spiritus. Que autem sunt quae fuerunt corporalis christi presentiae? Virginis partus. Verbi incarnatio. Nativitas. Presepe. Panni. Angelorum Laudes. Pastorum exultatio. Stellae cursus. Magi adorantes. et munera offerentes. Herodem furentem cruentus in pueros. Fuge ihesu infantis in egyptum ac regressus. Circumcisio. Baptismum. Testimonium de coelis. Temptatur etiam in deserto. Lapidatur. Proditur. Cruci affigitur. Se-

pelitur. Resurgit. Ascendit. Horum multa etiam nunc patitur. Ab his quidem qui oderunt. patitur et fert. Ab his vero qui diligunt. fert nichilominus quae ipsi patiuntur. Qui enim facit uni ex minimis eius. ipsi facit. et interim differt vel inimicorum poenam vel suorum vindictam. Illis quidem poenitentiae et conversionis tempus indulgens. suorum vero fidem et caritatem comprobans. si non deficimus. in tribulationibus. et labores. agonesque pro pietate declinamus. Talia ergo sunt quae a christo vel gesta sunt. vel geruntur. quae vera sunt spiritus sancti requiramus. Adesse autem dignetur ipse spiritus sanctus. et dare nobis verbi copiam in quantum cupimus. vel certe in quantum tempori satis est et aures capere poterunt auditorum. Spiritus sanctus erat quidem semper et est erit. neque initium ullum neque finem habens. sed patri ac filio coeternus. neque enim dignum est aut filium aliquando defuisse patri. aut spiritum filio. Esset enim in maximus defraudata divinitas. et inglorium atque indignum duceretur. si velut ex poenitentia et prepostero consilio deus ad perfectionis plenitudinem pervenisset. Erat enim semper participium sui prestans. non ipse aliunde participium sumens. Id est qui replevit alios suam gratiam. non ipse aliunde repleatur. Qui perfectionem prestet. non accipiat. qui impleat. non impleatur. Qui sanctificet. non sanctificetur. Qui deus faciat. non ipse fiat deus. Inconvertibilis. inmutabilis. semper idem sibi ac patri ac filio. invisibilis. intemporalis. incomprehensibilis. inestimabilis. Ubi non qualitas. ubi non quantitas. non species ulla non corpus est. Exemetipso ac semper vigens. libere agens. proprie potentiae. omnis potentiae. a quo et ad primam omnium originem. qui est pater. sicut et unigeniti omnia. ita etiam et sancti spiritus referuntur. Hic et vita est. et vivificans. bonus et bonitas. spiritus rectus spiritus principalis. qui est dominus omnium. mittens apostolos. separans sibi ministros. templa sibi ipse constituens. spirans ubi vult. dividens donationes spiritus prout vult. Spiritus adoptionis. spiritus veritatis. spiritus sapientiae et intellectus. scientiae et pietatis. consilii et virtutis. et timoris dei. Per quem pater agnoscitur. et filius glorificatur. et a quibus solis ipse cognoscitur. Unus ordo. unus cultus. una veneratio. una virtus. una perfectio et sanctificatio. Et quid opus est pluribus verbis? omnia quae pater est haec est et filius. excepto eo quod natus pater. Omnia quae filius est. haec est et spiritus sanctus. preter hoc quod natus est filius. Sed haec non substantia separant. sed alia substantia discernuntur. Video te hereticae contradictionis parturientem. sed ego cursum verbi tenebo. Honoremus diem in adventum spiritus sancti. prohibe si possibile est parumper linguam tuam. De aliis enim linguis dicere commonet tempus. cedat paulisper linguis caelestibus lingua terrena. Metue certe et pertimesce igneas linguas. hodie de nostris dogmatibus. crastino de vestris calliditatibus disseremus. Hodie sollemnitatem nostram. crastino feditatem vestram curemus. Haec mistica sunt. illa mimica. Haec in aecclesiis. illa in tribiis. Haec sobriis. illa ebriis. Haec studiosis. illam serventem otiosis. Sed sufficit destruxisse contraria. nunc iam quae nostra sunt construamus. Hic est spiritus sanctus. cuius operatio primo omnium inest angelicis ordinibus. coelestibusque virtutibus. et quaecumque ille post deum est. et circa deum sunt. nec aliunde habent perfectionis suae culmen. vel illuminationis suae splendorem. nisi ab spiritu sancto. Tunc deinde affuit patribus et prophetis. quorum alii quaesierunt deum. Alii etiam cognoverunt. Alii vero futurorum prescientiam meruerunt. Hoc sancto spiritu mentem eorum informantem ut futuram tanquam presentiam per virtutem sancti spiritus contuerentur. Sed et discipulis christi non solum ut cooperans aderat. verum etiam deitatis potestate. atque auctoritate cuncta dispensans. Affuit igitur etiam his tertio prout capere poterant. temporum quoque distinctione servata. idest ante passionem christi. et post resurrectionem eius. iterum tertio etiam per ascensionem eius ad coelos. Et prime quidem eius presentiae virtutem. indicat gratia sanitatum. et purgatio atque effugatio daemonum ex hominibus. quam utique non sine sancto spiritu apostoli procurabant. Tunc deinde post resurrectionem manifeste dicit salvator ad discipulos suos. Accipite spiritum sanctum. et insufflavit in faciem eorum. Tertio vero in linguis igneis affuit. et haec est ista festivitas quam nunc agimus. Prima ergo eius illa presentia. paulo obscurior et occultior fuit. Secunda vero iam manifestior. Haec autem tertia. evidentior et perfectior. qua non solum operans

adest. verum etiam substantialiter si dici potest presto est. iam non ad sanctificandum. sed ut ita dixerim ad cohabitandum. Re vera dignum erat ut cum ihesus nobis corporaliter advenisset. etiam spiritus nobis. corporaliter appareret. et cum christus ad ipsum ascendisset. ipsum credimus descendere ad nos. Qui venit quidem ut deum in potestate. mittitur tanquam qui non sit contrarius deo. Isti enim sermones non naturam separant. sed concordiam docent. Propterea autem post christum. ut unus nobis paraclitus. idest advocatus vel consolator numquam desit. Iccirco autem alius paraclitus dicitur. ut aequalitatem naturae ac potestatis agnoscas. Alius enim hoc est ergo. quia alius non dicitur de eo qui alterius sit generis. sed de eo qui eiusdem sit substantiae vel naturae. Quid autem sibi videtur quod in linguis venit? Sine dubio ut proprietatem suam. et consanguinitatem quandam ostendat ad verbum. Quare autem igneis linguis? Ut purgationem indicet. Novit enim divina scriptura per ignem fieri purgationem, cum dicit. et purgabo te igni ad purum. Et in aliis quam plurimis locis haec invenies designata. Sed de deo hoc ipsum dicitur. quia deus noster ignis consumens est. Consumit autem sine dubio non substantia quas ipse fecit. sed accidentes substantiae malitias. vel quidquid illud est qui factus est extrinsecus adheret indignum. Ignis ergo deus. ignis est spiritus sanctus. Tu fortassis iterum indignaris. unitate substantiae suffocatus. sed videris de hoc. Quare etiam divise linguae dicuntur? propter diversitatem gratiae. quae erga singulos secundum rationem fidei dividitur. et dispensatur. Quare etiam sedisse dicitur? quia regie est potestatis indicium. vel certe quod requies eius indicatur in sanctis. quoniam quidem et dei sedem cherubin esse dicuntur. Quare autem et locum in superiori designat. si tamen non plus quam oportet curiosi videmur. arbitror in hoc ascensum et profectum indicari eorum. quid suscipere meruerunt. Sine dubio quod de terra elevati. et a terrena conversatione sublati. ad superiora scientiae virtutisque conscendere. Siquidem et aquis divinis superiora sua dicitur. tegere deus. quae aquae laudant dominum et ymnum dicunt. Sed et ipse ihesus in superioribus mysteria celebrant. et communicat his. qui ad perfectionem imbuuntur. Sine dubio. ut hoc ostendatur. quia in aliquibus quidem oportet ad nos ascendere deum. sicut et prius factum est ad moysen. in aliquibus vero nos exurgere a terra. et ascendere ad superiora. ut ita fiat comunio. quedam dei ad homines. et poculum misceatur mere illius naturae. cum hae nostra aquatiore ut ita dixerim. et frigidiore naturae. idest quae ex elemento aquae constat et terra. Dum enim in suo singulo permanent statu. idest illa quidem natura superior sua gloria. haec autem in sua humilitate. incommixta est bonitas. et inparticipata misericordia. et chaos ingens in medio. quod transire prohibeat. non solum divitem ad lazarum vel ad sinum abrahe. sed totam omnino creaturam ad creatorem separet. et excludat. Verum ut dicere ceperamus iste spiritus predictus est a prophetis in eo quod ait. Spiritus domini super me. propter quod unexit me. Et requiescet super eum septem spiritus. et descendit spiritus a domino. et deduxit eos spiritus sapientiae. qui replevit beseleel architectum arce testamenti. et spiritus qui elevavit heliam in curro igneo. et qui postulatus est ad helisco dupliciter. et de quo dicitur spiritus bonus. et spiritu principalis quo david post lapsum erigitur et confirmatur. De hoc ergo et iohel predixit. quia erit in novissimis diebus. effundam de spiritu meo super omnem carnem. idest credentium scilicet hominum. et super filios vestros. et super filias vestras. Ihesus vero etiam glorificandum se ab eo. sicut et a patre dixerat protestatur. et ea quae a se nondum possunt audire discipuli. ab illo post modum instruendos. et docendos esse denuntiat. Hic spiritus etiam creator est una cum filio et creaturam sustituens. et resurrectionem preparans mortuorum. Non michi. sed prophetarum testimoniis crede. Audi quid dicit david. Verbo inquit domini caeli firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Vides unum esse opus totius trinitatis. universam creaturam. Vis autem et aliquid proprii operis audire spiritus sancti. iob designat. Spiritus inquit divinus est qui fecit me. et spiritus omnipotentis qui docet me. Et alius propheta. Emitte inquit spiritum tuum et creabuntur. et renovabis faciem terrae. Hic autem et pater est regenerationis humanae. Persuadeat tibi de hoc quoque sermo christi dicentis. neminem posse introire in regnum coelorum nisi renatus fuerit ex

aqua et spiritu. Per hunc primae nativitatis macule purgantur. per quas in iniquitatibus concipimur. et in peccatis generamur. Huius reparatione ac reformatione. caelestem quidam per bonam conversationem et spirituales efficimur. Si pastorem invenerit psalmistam facit. ita ut psallendos malignos demonas fuget. et in rege constituatur gentis electae. Si armentarium vel caprariam invenerit. sicamina vellicantem prophetam facit. David atque Amos commemoravi. Si inveniat puerum prudentem, et seniorem iudicem facit. et lasciva etas condempnat inpudicam senectutem. Testis est danihel qui vitae merito leones vicit in lacu. Si piscatores inveniat. per ipsos mundum christo verbi retibus sagenisque piscatur. Astipuletur nobis in hoc petrus et andreas et filii tonitrui. doctrinis spiritualibus intonantes. Si publicanum reppererit. evangelistam efficit. Si persecutorem callidum invenerit ac furentem. in apostolatum transfert. et facit paulum pro saulo. Et quantum prius furebat ad cedem bonorum. tantum eum ad pietatem reddidit ignitum. Iste spiritus mansuetus ac mitis est iustis. exacerbatur vero a peccatoribus. Sed magis nos eius mansuetudinem eligamus. ut misericordiam inveniamus. quam iracundiam provocemus. et in perpetuum pereamus. Confiteamurque maiestatem et divinitatem eius. ut coronemur. Alioquin si blasphemaveris. invenies eum non tibi indulgentem. neque in hoc seculo neque in futuro. Propterea namque etiam ego vobis paulo audacius predico. et siquidem condigne dicimus. gratiam deo agimus. devotionem nostram illi offerentes et affectum. Nec enim divinitati lineam ac terminos damus. sed ut sanctificemus pro his quae dicimus. et mercedem laboris nisi ex evangelii predicatione mereamur. Loquebantur igitur variis et diversis linguis apostoli ut proferebatur sermo usque ad presens ignotus ipsis illis qui loquebantur. Et hoc erat signum. quod infidelibus populis. olim fuerat pronuntiatum cum dicit. quia in aliis linguis. et labiis loquar populo huic et nec sic me exaudient dicit dominus. Sed requiritur in hoc loco quomodo unusquisque audiebat lingua sua loquentes eos magnalia dei. Utrum hi qui loquebantur. diversis sermonibus unius cuiusque hoc quod proferebant. idest ut verbi causa unus quisque eorum loquentes una lingua. rursum intermissa hac. iterum se ad aliam. et sic per multas vel per omnes linguas percurrerit. An in eo potius erat mirabile. quod sermo eorum qui proferebatur qualibet lingua fuisset pronuntiatus. unicuique audienti secundum suam linguam intellegebatur? Verbi causa. uno quolibet apostolo in aecclesia dicente. necesse enim erat tacentibus reliquis unum loqui et sermonem unum ad auditum omnium pervenire. Qui sermo hanc in se vim habebat. ut cum diversarum gentium auditores adessent. unus quisque secundum suam linguam illius unius sermonis. qui ab apostolo fuerat pronuntiatus. susciperet auditum. et caperet intellectum. Nisi forte secundum hoc. magis videatur audientium esse miraculum. quam loquentium. Hi autem qui ita loquebantur. etiam ebrii esse ab incredulis putabantur. nescientibus scilicet audire sanctis spiritus voces. Ammiranda quidem fuit et illa linguarum antiqua divisio. cum ad turris superbam et impiam constructionem. male sibi sociata iniquorum unanimitas concordabat. Sed discissione voces atque ignotum sonum verse. impie conversationis reprimuntur conatus. Verum multum ammirabilior est ista divisio. Quod enim fuerat tunc ab una in plures sibi invicem ignotas discrepantesque divisum. et nunc per plures ad unam concordem et consonam revocatur. Et sunt quidem dona diverse. sed datur etiam discretionis donum. quod discerni et intellegi possit ab uno quod melius est. Sed illud quidem michi inutile videatur quod ait david. Precipita domine et divide linguas eorum. Quare? quia dilexerunt verba precipitationis in linguam dolosam. Nunquid non manifeste per haec istas indicat linguas quas nunc videmus naturam deitatis et unitatem divinae substantiae concidentes? Verum. de his sufficiat. quoniam autem parthos et medos. et elamites. et egiptios. et libicos. cretes quoque et arabes. mesopotamenos et cappadoces adesse dicit scriptura. quibus loquebantur apostoli. sed ex omni gente que sub caelo sunt. iudeos conveniens. Puto perquirere quinam isti sunt. et ex qua captivitate iudaei. quoniam quidem illa quae in aegypto fuerat vel in babilonia. absoluta iam fuerat. romanus autem nondum venerat in captivitatem. licet iam et ipsa immineret ultrix commissi in salvatore piaculi. Superest ergo ut illa intellegatur captivitas. quae sub antiocho facta est. quae utique non mul-

tis ante temporibus acciderat. Haec autem comminuimus (*commeminimus*?) propter studiosos quosque et historiarum memores. si quis autem alius proferre aliquid potest ad presentem festivitatem. hoc etiam nos ad nostra lucra ducimus. a nobis autem sufficiant ista que dicta sunt. quanquam pro rei magnitudine. nunquam aliquid sufficienter dici puto. Verum etiam temperemus istum auditorum laborem. quoniam nunc interim festivitatem etiam corporaliter celebramus. quo usque veniamus illuc ubi spiritualiter totum constet ubi etiam rationes horum quae nunc gerimus cognoscamus purius et manifestius. in ipso verbo deo et domino nostro ihesu christo. qui est vera et viva festivitas et exultatio sanctorum. cum quo est deo patri gloria et potestas. cum spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 330 — In decollatione sancti iohannis. Sermo Sancti iohannis Chrisostomi (1).

Ita placuit redemptori ac salvatori nostro ihesu christo. quod non solum a morte nos liberavit. Sed etiam quem ad modum conversationem nostram custodiamus. sacris aeloquiis evangeliorum suorum docuit ac precepit. Sic enim ait. Ecce mitto vos in medio luporum. Magna nostra felicitas. quando deus noster de nobis ita sensit. quod omnium simplicitatem si recte deo vivamus habere possumus. quia ipse est pastor ovium et magister. sicut. in alio loco testatur. Ego sum pastor bonus. bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Merito itaque discipulos propter innocentiam sanctae vitae ovibus comparavit. Lupos autem hos significat. qui post passionem domini apostolos et universos fideles in christum credentes. crudeliter persecuti sunt. Inter quos qualiter ambulare debeamus. quasi pius pastor premonet dicendo. Estote inquit simplices sicut columbae. Vult ergo dominus ut sicut columbae sunt sine dolo et sine felle. nec meminerunt iracundiae. sic et nos sine dolo malitiae et sine felle quod est amaritudo peccati. obliti iracundiae et iniuriarum. in presenti seculo ita humiliter vivamus. ut promissa divina premia merito capiamus. Et astuti inquit sicut serpentes. Quae sit astutia serpentis. prope cunctis hominibus cognitum est. Nam si forte devenerit in manus volentis se occidere. totum corpus suum plagis et vulneribus tradit. et nichil aliud omni astutia servat. nisi ut caput suum integrum custodiat. Ad quod exemplum astutiae et nos provocamus. ut si tempore persecutionis in manibus inimicorum devenerimus. pro capite nostro idest pro filio dei christo domino nostro. totum corpus tormentis et suppliciis etiam ipsi subiciamus. Denique sanctus iohannes baptista cuius etiam natalem adiuvante christo hodie celebramus. cum tota membra corporis sui caput amitterent. gaudebat in se perfecte deitatis caput recumbere. herodes namque cum ferarum ritus fraternum conubium ardorem libidinis temerasset. tunc temporis veridicus sanctus iohannes non hoc licere regi libere pronuntiavit. quod rex lege sua prohiberet. Admonuit eum ne faceret contra legem ut sua ipse iura calcaret. ne ipsum potius leges et iura damnarent. Si leges ipse vel decreta sua damnaret. illo ergo tempore ne sancti iohannis publica ac libera et iusta contradictio staret. correptus iussione nefandi regis. In carcere obscuro de-

(1) De sermonibus Divi Ioannis Chrisostomi haec notat Mai (*Patrum Nova Bibliotheca*, Tom. IV, pag. 154): *Nos certe augendorum Chrysostomi scriptorum haud nunc primo studium ostendimus. Namque eius homiliam de pentecoste ex vaticano codice sumpsimus (Spicil. rom. T. IV) Homiliam eiusdem de annunciatione Deiparae, duce quem vulgavimus Nicephoro, in numerum genuinarum, contra criticorum morositates, restituimus (sub fin. apolog. pro ss. imag. p. 437.). Item in eundem honoris gradum revocavimus brevem Chrysostomi de paschate sermonem, quem eidem critici eripiebant. Studita vero noster magna cum laude adserebat (orat. de paschate.). Denique scriptam a Martyrio antiocheno patriarcha laudationem Chrysostomi contemporalis familiarisque sui, in secundo bibliothecae huius volumine partim saltem divulgavimus. Equidem constat vitandum sedulo esse spuriorum scriptorum periculum atque labem: attamen nos mediocrem iamdiu numerum observavimus, in diversarum bibliothecarum codicibus, ἀνεκδότων Chrisostomi bonae frugis sermonum, partim graecorum, partim etiam ad latinam linguam antiquitus translatorum, et quidem in summae aliquando vetustatis exemplaribus. Hos, vita comite, vel horum partem, cum eruditis publice communicabimus. Quin et ipsam Aniani interpretationem homiliarum Chrysostomi partim adhuc ineditam scimus, atque in codicibus vidimus. Nemo autem credat Montfauconii editionem cunctas tam facundi auctoris opes conplexam. Ecce enim post hanc svecus Benzelius additamentum protulit Chrysostomi homiliarum. Accedunt plurimae tam in vetus quam novum foedus catenae. quae Chrysostomi lacinias retinent, avulsas scilicet ex iis commentariis, quos eum in totam lucubrasse s. scripturam diximus. Hae reliquiae si ex codicibus colligantur, grandis instar additamenti erunt.*

truditur. ubi sola illum lex divina servaret. Accedit etiam quod erat ipsi sacrilego regi natalicius dies et accersiendo proceres et potentes. sacrilege menti sociis nefandum convivium apparavit. Et fit circus domus regia ut ita dixerim. filia regis ingreditur. quae virgineum pudorem membra dum frangeret solvit. Iurat protinus pater per ebria discumbentium capita. suumque clipeum protestatur. ut inter ludicras saltationes et flexus obscenos. quicquid filia postulasset acciperet. At ecce cum in pulvere adulterino inter infulas molles gestus solutiones exprimeret. Solvitur e capite compositus crinis. Credo ut disperso vel errante per genas capillo. lugere prius discere quam ridere. In isto igitur suggestu saltatricis. cantat organum. fistula sibilat. sonat tybia, cum patris nomine. patris imbuta dedecore. teneris tamen vestibus nuda. quae se demonica mente vestierat. ut colore vestis magis corpus pingeret quo ludebat. Nunc arcuatum latus spectantium flectebat in oculos. nunc pectus amplexu defectiore iactabat in viros. et per nauseam resupinae cervicis. collum discumbentibus promittebat. Nunc se ipsam respiciens. nunc illum qui eam amplius respiceret mirabatur. Nunc elevatis oculis defluebat in calces. nunc contrahebatur in rugam. et dum frontem detegit. brachium fastidiendo nudat. Maechabantur credite discumbentes. qui cum fluxu incurvatae mulieris capita libidinosa quassabant. O mulier. o regis filia. quae cum saltare virgo caepisses. tantos in adulterio generis et pudoris per lenones oculos fecisti maritos. placuisti infelix omnibus vitiorum magistris. et quod est amplius prodiga sacrilegis amatoribus placuisti. Pro nefas. leno pater est. et nullus accusat. Accusant te leges. Accusant te tormenta. vel quibus cara pudicitia est. vox accusat te mariti. Certe ut honestius aliquid sentiam. et si filiam paterna reverentia turpiter non respexit. tamen quod saltavit. et leno pater et incestus amavit. Mirum si castitas sic decorata est. O pater impie uxorem fratris. parentem sanguinis libidini mancipasti. Decebat inquam te caput iohannis appetere. qui dicta martyris respuebas. cui felix castitas non placebat. O genus. O mores. O nomen. O error insanabilis. Merito ergo sicut legimus in scripturis divinis. per artus putribiles vermes illi depasti sunt. filiam tuam glacies decollavit. uxorem proculam cecitas interfecit. Sic blasphemus eliditur. Sic iniquitas sepelitur. Sic sanctitas vindicatur. Nam nos qui amatores sumus castitatis et pacis. Rogemus deum ut ab omni nos illecebra custodire dignetur. Amen.

Pag. 331 — Sermo unde supra.

Natale autem facto herodis. saltavit filia herodiadis in medio. et placuit herodi dies qua genitus est. Non ipsi sceleratissimo tantum gratiae fuit. quantum iohanni baptistae. qui tum passus est. Plus est enim deo renasci. quam diabolo generari. Non ergo fuit natalis regis impii. sed prophetae. quia illo die manifestum est baptistam aeternitatem consecutum fuisse quo passus est. et herodem mortem incidisse quo natus est. Lugubris homini et acerba plurimum dies. quae illum et in lucem primitus produxit. et usque ad id temporis reservavit. in quo non misericordiae aut mansuetudinis honestaretur testimonio. Sed horrende crudelitatis deformaretur exemplo. Incluso iohanne in carcere. tanquam iniustae increpationis persona religata. quia amara sunt male viventibus precepta iustitiae. Herodes quia vetiti admissi nemo eum redargueret laetabatur. Quis autem propheta damnato qui factum notabat illicitum. tetrarcham superbum libere aut reprehenderet. aut ammoneret. cum et poena esset proposita libertati. et moris sit contra fas et decus etiam iniquis regibus adulari? Nec longum tempus. Ecce dies regii natalis adventat. Gaudere herodes. libenter accipere. vitae suae cursum tendi. annorum spatia propagari. Nescia hominum mens que dum aut presentibus oblectatur. Aut prosperis. nec futura previdet nec adversa. Continuo regali luxu splendida. Domus exornatur interius. ac mediis tectis cruenta convivia preparantur. Velantur postes festis frondibus. pinguntur parietes. floribus et coronis. renitebant atria funesta et herbida. virebant. Tecta nemorosa. sic omnia vernabant composita per artem ut naturalem gratiam mentirentur. Non fuerunt hae deliciae herodis. sed iohannis. Haec bene olentium florum amoenitas procurata. sed martyrii instrui. Itaque ample magnificeque triclinium iudaice gentis tyrannus. Ne quo minus fieret iocnnda sollemnitas. si divitias suas atque opes detractasset publicare conviviis. Multa

et lata supellex constituitur in aspectu. stupidi quoque ponderis artificis vasa exponuntur. Ut herodes non tantum se luxuriosum proderet. verum et ostenderet copiosum. Nec solum amicorum et clientum suorum famem opimis eximeret alimentis. sed diversarum rerum pulchritudo oculos satiaret. Tunc demum convivium probaretur. ubi et cibis expleretur corpus. et variis miraculis recumbentium pasceretur obtutus. Igitur ubi invitati frequenter per limina laeta conveniunt solito maturius quia et famem metiebatur diabolus et humanum sanguinem sitiebat. Discubuere cunctis. superbum et ostrum pictis premitur in thoris. inferuntur esce officio ministrorum. mense dapibus onerantur. Et quamvis nutrite omnibus elementis aepulae non deessent. adhuc inopis haerodis convivium sordebat egenum. quia crudelitas quod devoraret aut ederet non habebat. Iacet ipse rex inter primos alto strato recumbens. ferali prolixitate convivii cubito iam defesso. poculis incurgitatus innumeris. in quo nec mens nec pes suum officium gereret. si consurgere voluisset. Omnes enim videntur bene sibi sobrii cum recumbunt. venas corporis mero non sanguine plenas gerentes. quorum ebetaret sensus. et vino oculis lacrimantibus caligaret aspectus. Quis enim potest credere herodem honestos habuisse consortes. Cum alius e convivis regalem vomeret in mensam. Alius esculentis frustis vinum redolentibus triclinium regis impleret. nonnulli iacerent sepulti somno et vino. nec mentis compotes nec salutis? Inter alios prelium gereretur pro ebrietatis victoria non pro emulatione virtutis. cum ille in amicum scyfum iaceret. hic adversus convivas magno cratere pugnaret? Mirum est spectaculum certaminis vinolenti. Non in domo regis. sed in popina cauponis. Credo egregius iudaicae gentis prepositus militibus suis huiusmodi concesserat potestatem. ut non telis dimicarent ipso presente sed poculis. Et qui bellum hostile non noverat. domesticam sibi pugnam de temulentis civibus exhibebat. Quanta in illo convivio turpitudo. quae procacitas obscena verborum. cum maderent. pavimenta vino. et personarent omnia vocibus aebriorum? Quis enim conviva? Quis famulus aut regis meminisset aut domini? Cum auctor verecundiae dissolvitur in lasciviam. manifestum est quod nemo teneat disciplinam. Inter haec iuverecundie ludicra. filia herodi(adi)s ingreditur tota mollis et fracta. ut non cohiberet luxuriam sed doceret. Nichil ex matre adultera. nec probum didicerat. nec pudicum. Rex virginem. et si corpore non pudore. Adhortatur ut saltet. immemor regie gravitatis. paterni rigoris oblitus. cuius partes erant licentiam puellarem pro imperio cohercere. ipse dissolutionis faces. et fomitem ministrabat. Largiturum se cum iuramento pollicens. quod petisse. Illecta praemiis puella. non differt. patre conivente dissolvitur. Statim torquetur ad insanos circuitus. celeres vertitur in rotatus. nunc flexo ad pedes lateres incurvata. Nunc supino in tergum capite recurva. cum delicatos sinus et vestem gereret corporis creditricem. per sublime alternatis brachiis cymbala rauca circumferens. et vix loco staret. vix pedum vestigiis inhereret. incompositos iactata per motus. Infelix virgo. insana dementia comprehensa. et mente insaniebat. et corpore. quae non ageretur proprio membrorum fluxu. sed diaboli conferretur instinctu. Nemo saltat sobrius. nisi forte insanit. Infinita herodis culpam. nisi furens filia ipsius non placabat. Exultat rex. in proprio dedecore laetatur. Ubi honestates regum? Ubi pudoris iura verecunda? In convivio regis laudem meretur omnium vitiorum comes extrema saltatio. puella arte non placuit sed furore. Neque enim usus peritus insania tenax promissi rex et condicionis. proposite fidei mercedem abiurare potuit consilio meretricis. tanquam si evaderet crimen. Cum abstulisset necessariae increpationis auctorem. Aurum luxuriosa virgo non postulat. Cum utique melius conviviis paternis commendari posset. Ornata dum saltat. nichil de omnibus. nichil de facultatibus concupiscit. Cupiditatem avaritiae. atque habitum puellarem. crudelitas vicit. transcendit immanitas. Igitur in iohannis caput. humanum initiatur in sanguinem. eo quod gravis erat diabolo metator christi. predicator poenitentiae. petitor incaesti. malorum veterum fama non emendatione aliqua extinguitur. sed atrociori scelere cumulatur. At invitus herodes consensit ad homicidium. qui cum uxore fratris temere meditabatur incaestum? Solum inquam iohannis caput saltatrix puella instigata monitu matris expostulat. Quid caput viri quod christus est luxuriosa insequitur synagoga? Gladium spiculatoris abscisum baptistae caput. Ad triclinium carni-

ficis affertur. Adhuc quodammodo christum predicans. Adhuc herodem moribunda lingua castigans. Ictu subiti vulneris. color non fusus errabat in vultu. nec totum ruborem viventis excluserat pallor occisi. Nam si et integrum hominem repentina mors diripuerat. in ore iohannis nonnichil residebat ex vita. O mensam execrabilem. O convivium detestandum. Ubi hominis morte luditur. Ubi prophete internicione saltatur. et pretium voluptatis sanguis humanus est. Prophetae caput ad epularum vicem convivantibus exhibetur. Et sitiens non vino polluitur. sed cruore furiosa cecitas. Iohannes sanctus in hoc martyrio vitae aeternae premium meruit. et herodes ad exolvendam martyribus supplicia iudicium dei vivus incurrit.

Pag. 344 — Item sermo Sancti Leonis pape. de dominica ascensione.

Cum enim christus ascendit ad coelum et nostris aufertur optutibus. desiderium enim quendam nostri sustinent oculi. dum non respiciunt quem requirunt. Sicut ait propheta. defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Deferunt enim oculi prophetae. quia nondum videbat quem sperabat esse venturum. Sic namque et apostolorum defecerunt oculi. cum euntem in coelum deum nequaeunt intuere. Saecundum quod ait lucas dicens. Et videntibus illis elevatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stabant enim beati apostoli toto suspensi corpore. et ascendentem ad coelum. quia incessu non poterant. oculis sequaebantur. Et licet ad deducendum salvatorem visio humana defecerit. fidei tamen devotio non defecit. Usque ad nubem enim christum deducunt oculis. usque ad coelos autem cum christo fidei devotione comitantur. Unde ait apostolus sciens fidem nostram in coelis esse cum domino. nostra autem conversatio in coelis est. Nubes ergo ab oculis apostolorum suscepit salvatorem. Videamus ergo que ista nubae sit. quam splendida. quam preclara. quae lucem mundi christum suscipere promeretur. Neque enim poterat obscura esse. tetra. et tenebrosa. quia scriptum est. Et tenebrae eam non comprehenderunt. Tenebrae enim. lucem gestare non poterant. Illa est ergo nubes quae ascendentem suscepit christum. quae et testimonium christo etiam in monte perhibuit. De qua ait evangelista. Vox de nube dicens. hic est filius meus dilectus. ipsum audite. Non igitur nubes suscepit christum. sed deus pater recepit filium. et occursu quodam pietatis ascendentem illum gremio molliore complectitur. Nam ideo pater dicitur suscipere filium nubis obumbraculo. ut ostendatur refrigerio quodam fovere eius vulnera passionis. Post crucem enim. post iniurias. Post inferos. non est maius christo refrigerium. nisi virtute divinitatis obumbretur. Sicut de nativitate eius ad mariam dicitur. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Altissimus ergo pater qui nascente christo obumbravit in virtute mariae. Ascendentem enim suscepit in nube. Unde et danihel dicit. Aspiciebam in visione noctis. et ecce in nubibus coeli quasi filius hominis veniebat. et usque ad antiquum dierum pervenit. Idest usque ad patrem. Post haec dicit. et in conspectu eius optulerunt eum. et dedit ei potestatem et regnum. et omnes populi et tribus et linguae ipsi serviunt. Potestas eius potestas aeterna quae non auferetur. et regnum eius non corrumpitur. Ecce ostensum est quomodo in nubibus coeli filius hominis est sublatus. et ad omnipotentem usque perductus. Sed tamen cuius ascensus in caelum vel introitus quibus tandem gaudiis declaratur. psalmographus indicat dicens. ipse tamquam sponsus procedens de thalamo. Exultavit utgigans ad currendam viam. A summo coelo egressio eius. et occursus eius usque ad summum eius. Veniens enim ad caelum. usque ad inferos descendit. Regressusque petiit mansionem suam. Ascendens ad sedem patris de quo antea solus exivit. cuius ascensus in caelum. vel introitus quibus gaudiis declaratur psalmographus indicat. Videntes enim potestates etheriae carnem christi ascendentem in nubibus. et portas caeli ingredientem. dixerunt. Tollite portas principes vestri. et elevamini portae aeternales. et introibit rex gloriae. Dominus fortis et potens. dominus potens in prelio. Tunc de ascensu eius et alibi commemorat david dicens. Ascendit super cherubin et volavit. volavit super pennas ventorum. Et iterum. Ascendit in altum. Captivam duxit captivitatem. dedit dona hominibus. Qui utique nisi fuisset in terra. non diceretur ascendere. Quid est captivam duxit captivitatem. nisi quia devicta morte. ipsam carnem quam a terris assumpserat. quasi captivam in cae-

lo ducebat? Unde et post haec propheta gloriatur. omnes gentes provocans ad laudem christi. eundemque ascensum eius eisdem iterum sic prenuntiat. Regna terrae cantate deo. psallite domino. psallite deo. qui ascendit super caelos caelorum ad orientem. Quia idem locus in orientis partibus est ubi christus resurrexit. et unde in caelum ascendit. Et post haec subdidit. Visi sunt gressus tui deus. ingressus dei mei regis. Videntibus enim omnibus apostolis. Atque quinquagenis viris. sic ascendit in caelum. Huius ascensionem. et salomon in canticis canticorum predicat. Ecce hic saliens in montibus. transiens super colles. Et amos dicit. Edificavit dominus in caelo ascensum suum. et pollicitationem suam in terra firmavit. Sed et illud quod per esaiam dominus dicit. Nunc exurgam. nunc exaltabor. et nunc sublevabor. Testimonium resurrectionis et ascensionis christi declarat. Quasi aperte diceret. Nunc exurgam a mortuis. nunc exaltabor in caelo. nunc sublimabor in regno. Unde alibi ipse esaias. Ecce intellegit servus meus. et exaltabitur. et sublimis erit valde. Qui utique ad ascensionem caeli et gloriam pertinet regni. Sicut ait propheticus psalmus. dixit dominus domino meo. sede ad dexteram meam. Saecundum consuetudinem nostram. illi confessus offertur. qui aliquo opere perfecto victor adveniens honoris gratiam promeretur ut sedeat. ita ergo et homo ihesus christus passione sua diabolum superans. resurrectione sua inferna reserans. tamquam perfecto opere ad caelum victor adveniens. audit a deo patre. sede ad dexteram meam. Nec mirum si unius sedis offertur filius consessus a patre. qui unius est substantiae natura cum patre. Quur autem ad dexteram filius esse dicatur. moveat aliquem fortasse. Licet enim dignitatis gradus non sit ubi plenitudo divinitatis est. tamen ideo ad dexteram sedit filius. non qui preferatur patri. sed ne inferior esse credatur. Et ideo ad dexteram sedit filius. quia saecundum evangelium. ad dexteram oves. Ad sinistram vero constituentur hedi. Necesse est enim patrem ovium prius agnum optineat. et subsecuturo immaculato gregi locum dux inmaculatus anticipet. Sicut ait iohannes in apocalypsi dicens. hi sunt qui secuntur agnum dei quocumque vadit. qui se cum mulieribus non inquinaverunt. Refert ergo propheta david. Dixit dominus domino meo. sede ad dexteram meam. hoc est dominus domino deo christo filio throni sui offert sublime consessum. et honoris gloriam ad dexteram sui illum aeternam sedem constituit. Legimus autem in actibus apostolorum dicente beato stephano cum lapidaretur a iudeis. Ecce video caelos apertos. et stantem dominum ihesum ad dexteram dei. Videamus ergo quae sit ratio. qur idem dominus a david sedens prophetatur. Stans vero a stephano predicatur. primum omnium deus qui incorporalis est et invisibilis. Est enim spiritus. sicut ait dominus. deus spiritus est. Sedere aut stare quomodo potest? Aut deinde quali subsellio sedeat deus qui infinitus est et immensus. et intra se ipsum magis creaturarum cuncta contineat? Haec autem propterea a sanctis viris scripta arbitror esse de domino. non quo sint contraria sibi. sed ut modo eius potentia. modo misericordia describatur. Nam utique pro potestate regis sedere dicitur. pro bonitate intercessoris stare suggeritur. Ait enim beatus apostolus. quia advocatum habemus apud patrem ihesum christum. Iudex ergo est christus cum resedit. Advocatus est cum adsurgit. Iudex plane iudeis est. Advocatus est christianis. Hic enim stans apud patrem. christianorum licet peccantium causas exorat. Ibi resedit cum patre. phariseorum persequentium peccata condemnans. Illis indignans vehementer ulciscitur. his interveniens leniter miseretur. Hic stat ut suscipiat stephani martyris spiritum. ibi resedit ut condempnet iude proditoris admissum. qui vivit et regnat cum patre. et spiritu sancto sempiternus in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 363 — Cuius supra in natali sancti Pauli.

Praeclarus nobilis hodie dilectissimi. immo et nobilissimus effulsit coronator. et adipe divinitatis certamina. omnino extitit probatissimus. Oportebat enim hunc fortissimum certatorem. qui postremum quidem valida pertulit certamina. coequari his qui precesserant cursu. et ultimum ordine. primum effici cursionibus. Taliter enim predicetur robustissimus iste divinitatis cooperator. qui moribus etiam et vocabulo translatus est. qui prius quidem saulus appellabatur. dum iudaeorum cerimonias. colebat. postmodum vero paulus vocatus est christi conscriptus miles. et enim gymnasiorum certa-

minum. Aut dimicationis. Aut luctaminis. Aut cursus consuetudo extitit athletibus adversus unius cuiusdam gymnasii luctatorem decertando. At vero is qui omnia vicit luctamina per universas conflictationes gradiens. non est ubi non apparuit probatissimus. Sed et dicationis luctamina et cursus et omnium simul conflictaminum expertus. in cunctis demonstratus est coronatus. Et enim currens non incognitum faciebat cursum. et dimicans vincebat. fortissimum habens reluctatorem. cui preluctans sedulae victoriam afferebat. Non enim nobis est colluctatio adversus carnem et sanguinem. sed adversus principatus. Adversus potestates. Adversus mundi potestas. et tenebras praesentis saeculi. Adversus spiritus malignantium. Sicut ipse inquit demonstravit nobis multitudinem reluctantium. et ita nos provocat ad illa sibimet adversa luctamina. Quanto enim creverit verbo expugnantium moles. tanto amplius cautissimos esse vult eos qui certamini insistunt. Talis quippe extitit admirabilis paulus. qui apostolorum deputationum explens numerum. Adeptus est coronam. et sicut quidam lapis speciosissimus et mediocris novissimus. rutilat in collegio divinitatis praedicatorum. Vis addiscere eius cursus velocitatem. et pedum caeleritatem? hic ab ierusalem et in circuitu usque ad illyricum universum orbem percucurrit. Sicut quis pennas adeptus. et sicut ex paradyso prodeuntium fluminum cursus. Ab oriente usque ad occidentem validissimis emanat fluentibus. inturbulenter fluens. suisque spiritualibus irrigans rationabilia ubique gignentia. et animatas aedificationes confirmans. Vis addiscere illum aedificatorem sollertissimum? Audi eum dicentem. Sicut sapiens architectus fundamentum posui. Huic oportet fundamento superaedificari. non ligna. et faenum. et stipula. quae silva efficitur aeterno igni. sed aurum et argentum. et lapides pretiosos. quorum perseverans atque aeternalis est divitia. Hic communis demonstratus est totius orbis pater. qui ubique cunctis spiritualibus doloribus consentiens ait. in christo et enim ihesu per evangelium ego vos genui. Vides communem genitorem et spiritualium nascentium nutritorem? Ipsum namque invenies omnium simul tutorem eorum qui per eum nati sunt. et sicut patrem amatorem filiorum. eas quae eius liberorum sustinet passiones. Quis enim inquit infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror? Advertite fratres ferventissimum hunc amatorem domini. quomodo conservorum suorum in sibimet ipso adhibet languores. et pro dolentibus atque corruentibus condolet. qui omnia omnibus factus est. ut omnes lucrifaceret. qui cunctos instruens divinitatis certatores. propter omnes inhianter elaboravit. Hunc ipsum enim profecto invenies et puerorum correptorem. et certatorem. et principem et militem. et certantibus preceptorem. et certamina sustinentem. et per propria luctamina ad imitationem trahentem eos qui ab eo edocti sunt. et exercitantem quidem disciplinate adversus hostes. admiscens se vere praedicantibus. omni modo communem hostem expugnans. Hic prius quidem permansit adversus beatum stephanum. et omnibus eum iudaicis lapidabat manibus. non enim contra eum moveat dexteram. consentiebat vero lapidantium mentibus. et vociferans contra divinitatis praedicatores. Sed repente lupus in ovem transfertur. et qui pridem expugnabat. postmodum eis qui expugnabantur adiungitur. et praedicator efficitur ex eis qui persecuti sunt. Comprehensus enim a caelesti radio. suscepit divini luminis splendorem. et postea factus est domini nostri ihesu christi pradicator. et totius mundi illuminator.

EX CODICE CV.

SERMONES VARII.

Pag. 1-10 — FERIA IIII. CAPUT IEIUNII.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas. ut videantur hominibus ieiunantes. Amen dico vobis. quia perceperunt mercedem suam. Et reliqua.

OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE.

Superabundanter et digne dominus.... Isti effodiunt et nunc multorum corda. Aliquantorum per superbiam. Aliquantorum per avaritiam et cupiditatem. Aliorum per ciborum aviditatem. vel cetera carnis desideria. Quos omnes a celestibus regnis furantur. ideo. quia in celis sibi non thesaurizant spiritualem thesaurum. sed solum in terra corruptibile desiderium imprudenter sibi thesaurizare festinant. Vos vero o dulcissimi ecclesie filii. in caelis vobis thesaurizate. ubi iniquissimi fures non appropiant. ubi hi maligni latrones non effodiunt nec furantur. Ibi ergo thesaurizate vobis thesauros. Aliquanti virginitatis. munditiae. et castitatis. Aliquanti primitiarum et misericordiarum. Aliquanti ieiunii et orationis. Omnes vero fidem misericordiam et caritatem servate. que sunt omnium sanctorum glorie thesauri. Tales ergo thesauros thesaurizate vobis in celo. ubi sanctorum angelorum circumstat chorus. ubi archangelorum presens est multitudo. Ibi ergo thesaurizate. vobis thesauros in celis. per peregrinorum gustum. et per miserorum ventrem. per peregrinorum susceptionem. per indigentium largitatem. per nudorum indumentum. Isti sunt thesauri iustorum. isti salutis thesauri. Beati qui ibi sibimet thesaurizant paratum enim habent mercedis redditorem. hunc magnificum regem et dominum omnium. Ubi enim est thesaurus eorum ibi est et cor eorum. sive in terra. sive in celo. sive in corruptione. sive in incorruptione. sive in corpore. sive in spiritu. ubi est thesaurus. ibi et cor. ibi et cogitatio. ibi et desiderium. Illi autem qui terrenis incubant divitiis. nullam de celestibus et incorruptibilibus volunt omnino habere cogitationem. nec illius boni memores esse. quoniam ut dictum est. in terra sibi thesaurizant. et ibi est cor eorum. ubi est thesaurus eorum. Et illi qui in celis sibi thesaurizant. totum cor suum. totam mentem suam. in celis habent ubi est thesaurus eorum. propterea dicunt. nostra autem conversatio in celis est. unde et expectamus dominum nostrum ihesum christum. Cui est cum deo patre et spiritu sancto honor et gloria. in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 21 — FERIA VI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictum est diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderunt. vos. Et reliqua.

TRACTATUS ORIGENIS DE EADEM LECTIONE.

Editus supra pag. 131 in Florilegio *Codicis CIII.*

Pag. 59... 66 — FERIA III.
LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Cum intrasset ihesus in ierusolimam. commota est universa civitas dicens. quis est hic? Turba autem dicebat. hic est ihesus propheta a nazareth galileae. Et reliqua.

OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE.

In istis nunc duobus clamoribus dictis. ex consensu praecedentium et sequentium ihesum . .

. . . .

Eligite ergo ex vobis septem quos constituamus in hunc usum. nos autem verbo dei instantes erimus. Et ut breviter de diversis dicamus dispensatoribus ecclesiae. cotidie ihesus ingreditur. templum patris. et eicit omnes tam episcopos et presbyteros et diacones quam laicos. universam turbam de aecclesia sua. et unius criminis habet vendentes pariter et ementes. Scriptum est enim. gratis accepistis. gratis date. Mensas quoque nummulariorum subvertit aes. Propter avaritiam sacerdotum. altaria dei nummulariorum mensas appellari. cathedrasque vendentium columbas evertit. Qui vendunt gratiam spiritus sancti. et omnia faciunt. ut subiectos populos devorent. De quibus dicitur. qui devorant populum meum. velut escam panis. Iuxta simplicem intellegentiam. columbae non erant in cathedris. sed in caveis. nisi forte columbarum institutores sedebant in cathedris. quod penitus absurdum est. quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur. quae ad nichilum redigitur. cum mixta fuerit lucris. Quod de aecclesiis diximus. unusquisque et de se intellegat. Dicit enim apostolus paulus. Vos estis templum dei. et spiritus sanctus habitat in vobis. Non sit in domo pectoris nostri negotiatio. non vendentium ementiumque commercia non domorum cupiditas. ne ingrediatur ihesus iratus et rigidus. et non aliter mundet templum suum. nisi flagello adhibito. ut de spelunca latronum et domo negotiationis. domum faciat orationis. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo. et sanavit eos. nisi mensas nummulariorum subvertisset. cathedrasque columbas vendentium. ceci et claudi lucem pristinam et concitum gradum. non meruissent recipere. Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia quae fecit. et pueros clamantes in templo et dicentes. osanna filio david. indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicant? Plerique arbitrantur maximum esse signorum. quod lazarus suscitatus est. quod caecus lumen ex utero acceperit quod ad iordanem vox audita sit patris. quod transfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphantis. michi inter omnia signa quae fecit. hoc videtur esse mirabilius quod unus homo et illo tempore contemptibilis. et in tantum vilis. ut postea crucifigeretur scribis et pharisaeis contra se saevientibus. et videntibus lucra sua destrui. potuerit ad unius flagelli verbera. tantam eicere multitudinem. mensasque subvertere. et cathedras confringere. et alia facere. quae infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quoddam. atque sydereum lumen radiabat ex oculis eius. et divinitatis maiestas lucebat in facie. Cumque manum non audeant inicere sacerdotes. tamen opera calumniantur. et testimonium populi atque puerorum qui clamabant osanna filio david. vertunt in calumniam. quod videlicet hoc non dicitur. nisi soli filio dei. Videant ergo episcopi. et quamlibet sancti homines. cum quanto periculo dici sibi ista patiantur. si domino cui vere hoc dicebatur quia nec dum erat solida credentium fides. pro crimine impingitur. Ihesus autem dicit illis. utique nunquam legistis. quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Quam moderate sententiam temperat. et responsio in utrumque vergens. et calumniae non patens. Non dixit quod scribae audire cupiebant. bene faciunt pueri ut michi testimonium perhibeant. nec rursum errant. Pueri sunt. debetis aetati ignoscere. Sed profert exemplum de octavo psalmo. ut tacente domino. testimonium scripturarum. puerorum dicta firmaret. et relictis illis. abiit foras extra civitatem in bethaniam. ibique mansit. Reliquit incredulos. et urbem egressus contra dicentium. ibit in bethaniam quae interpretatur domus. obaedientiae. Iam tunc vocationem gentium praefigurans. ibique mansit. quia in israhel permanere non potuit. Hoc quoque intellegendum est. quod tantae fuerit paupertatis. et ita nulli adulatus sit. ut in urbe maxima. nullum hospitem. nullam invenerit mansionem. sed in agro parvulo apud lazarum sororesque eius habitaverit. Eorum quippe vicus. bethania est.

Pag. 69 — FERIA IIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Accesserunt ad ihesum scribae et pharisaei dicentes. Magister volumus a te signum videre. Et reliqua.

OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE.

Accesserunt ad ihesum scribae et pharisaei dicen-

tes. Magister volumus a te signum videre. O impietas. O duritia. O perniciosa iniquitas. signum videre quaeritis et innumerabilia signa iam videntes non credidistis. Mira et terribilia circumspicientes. non dilexistis. Mortui, in conspectu vestro a me resuscitati sunt. Leprosi. mundati. Coeci. illuminati. Claudi et vexati a demonibus. salvati. Mare tumidum placavi. Ventos silere feci. daemones effugavi. Omnia ergo ista. uno verbo potentiae meae coram vobis consummata atque impleta sunt. et super haec omnia. signum a me quaeritis. Volumus nunc. a te signum videre. Non querunt. non petunt. non deprecantur. sed quasi iubentes volunt. et ita loquentur. volumus aiunt. nobis ita placuit. et hoc videtur. Ita et magister vester diabolus ait. non petens. sed quasi iubens. dic huic lapidi. ut panis fiat. Volumus a te signum videre. Ideo. ut credamus. Ideo. ut confirmemur. ideo. ut obaedientes efficiamur. Sed si credere vere velletis et desideraretis. suffecissent vobis illa quae iam gesta sunt signa. ad fidei confirmationem. Multa et miranda opera et mirabilia videntes. non credidistis. et novum a me signum exquiritis? Sed audite nunc quae digni estis. Progenies mala. stimulis diaboli concitata. et illius doctrinae acquiescens. Progenies mala. cui nil boni umquam placuit. quae numquam veritati consensit. Progenies mala. et non tantum hoc. sed adultera. in carnali et in spirituali adulterio. Progenies mala et adultera. derelinquens deum. cum ydolis fornicata. sicut adultera a deo omnipotente recessit. et ad idola idest ad ligna. et petras ut fornicaretur conversa est. Ita faciens omnia opera mala. transivit sicut mulier meretrix audacter sub viro legitimo. sordidas gerens fornicationes. Ita ergo super omnibus his. progenies mala et adultera. iudeorum progenies primitus fuit. et nunc progenies mala et adultera. heretici sunt et pagani. Progenies prava et adultera signum quaerit. in carnali. et in spirituali adulterio. Progenies mala et adultera. his quae per moysen gesta sunt. non crediderunt. et quae per prophetas annuntiata sunt. non acceperunt. neque ad ea cordis oculos direxerunt. Hic etiam quae per dominum ipsum adimpleta sunt. nullo modo crediderunt. quae in manibus et ante oculos gerebantur atque habebantur. tanquam stulti et imprudentes signum quaerunt. et signum non dabitur eis. quoniam illis dudum ut dictum est declaratis signis minimae crediderunt. Signum non dabitur eis. nisi unum tantum illud novissimum. quod omni signo erit superius. quod omnia concludet. et consigillavit signa.

Signum non dabitur. eis. nisi sign um ionae. prophetae. Quod enim fuit ionae signum? cucurbita quae supra caput eius surrexerat. Ista enim et ad signum et ad correptionem data fuerat. ideoque ait dominus ad eum. Tu dilexisti hanc cucurbitam. et ego non parcam ninivae? Istud ergo signum ait datur vobis. Ista ergo figura adimpletur in vobis. Sub nocte enim processistis. hoc est sub legis vinculis. Nox processit. et dies appropinquavit. Ait apostolus. Sub ista ergo nocte exeuntes vel procedentes. sub ipsa nocte defecerunt ab evangelii lucae. illi adherere nolentes. Ita enim et illa cucurbita in nocte processit. et in nocte defecit. Sic et vos marcescitis. et arescitis. caditis. atque deficitis. Ille enim matutinus vermiculus eradicavit vos. ille qui ait. ego sum vermis. et non homo. Iste vermis. passione sua et resurrectione sua deficere vos facit. ut procedente sole evangelicae gratiae. infirmi et marcidi. atque infructuosi remaneatis. sicut ionae cucurbita. Hoc ergo signum dabitur vobis. O iudaei. et pharisaei. Hoc signum gentibus ut parceretur ostensum est. iudaeis autem finis et defectio. Sicut enim illa cucurbita marcescente et deficiente. ninivitae per poenitentiam ex fide salvati sunt. atque servati sic et hebreorum plebe. ex circumcisione post passionem domini. et resurrectionem marcescente atque deficiente. gentes per poenitentiam et fidem salvate sunt. Et sicut ninivitae huic qui ex mortuis resurrexit hoc est ex mari et ex ventre ceti. procedenti. credentes. conservati sunt ad vitam. Ita ergo et gentes huic qui ex mortuis resurrexit unigenito filio dei credentes. ad vitam aeternam servatae sunt.

Non dabitur ait generationi huic malae et adulterae signum. nisi signum ionae prophetae. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. Sicut fuit ionas in ventre ceti vivens sine dolore. ambulans et deambulans sine compressione. exultans gaudens et psallens. non molestavit eum fetor. non necaverunt tenebrae. non depressit eum angustia. usque quo tertia die inlaesus et integer egrederetur foras. Ita et dominus noster in mortem pergens. inter mortuos liber fuit. In mor-

te vivens. sine dolore perambulavit in inferna. sine compressione. incessit per ea quae sub terra sunt. sina ulla angustia laetus et exultans. deo patri gratias agens. Inlaesus quoque et integer tertia die exiit a mortuis. Et adhuc sicut fuit ionas in ventre ceti. quomodo fuit. Ita uti eum qui ibidem in mortem proiecerant. inclusum existimabant. nec amplius eum vivere arbitrarentur. neque lucem aliquando iam visurum crederent. Eratque quantum ad illos mortuus. verumtamen sine dubitatione vivebat. Sic et dominus unigenitus. Sic et salvator omnium hominum ihesus christus. a iudaeis crucifixus. a sacerdotibus et scribis ad mortem traditus. non amplius vivere putabatur. sed fuit quantum ad ipsos iudaeos mortuus. et deficiens. et tanquam iam nullo modo victurus. Sed vere est vivens. et manens. et regnans. atque ipsi morti dominans. Ita ergo sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. ita erit et filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. Sicut enim tunc ille cetus glutiens ionam saturasse sibi videbatur suam aviditatem. cum vero depressus interius esset. inlesum eum foras evomit. Sic tandem agnovit quod semet ipsum fefellerit inani spe frustratus. Ita et iste avidus et insatiabilis cetus diabolus ad crucem deductum dominum. et de cruce in sepulcro positum. rabido ore sicut transglutiens eum. putavit suam se satiasse iniquitatem. Sed cum ianitores eius conterriti trepidarent. et vectes eiusdem inferni maxima vi confringerentur. erumpentia corpora sanctorum cum animabus suis egressa foras. derelinquerent suorum sepulcrorum sedes. tunc miser et oppressum et illusum atque devictum et derisum se ipsum expavit. pariterque cognovit. Sicut ergo fuit ionas in ventre ceti. sic erit et filius hominis in corde terrae. Quid est in corde terre? Primitus sepulcrum intellege in quo positus fuit. hoc est lapidem. Sic enim est et cor in corpore. sicut petra in terra. Vel adhuc in corde ait terre. cor omnis terrae. et omnis orbis. iudaeorum et haebreorum plebs. Sicut enim super omnem carnem humanam. vel in omni humana carne. cor vitam et prudentiam in se habet. ita et super omnem gentem super omnium illorum quae sub caelo sunt populorum. vitam et dei agnitionem. et prudentiam legis institutam. et commendationem apud se hebraei habuerunt. In isto ergo tali corde fuit filius hominis tribus diebus et tribus noctibus. hoc est in spe eorum. in generatione eorum. in conventu eorum. mortuus. fuit usque hunc tertium diem. Cumque venissent milites et resurrectionem eius nuntiassent. tunc iudei spe inanes effecti sunt. et dominus non amplius in corde eorum. sicut mortuus existimatus est. sed sicut vivens et ex mortuis resurgens effectus est. Sed adhuc erit in corde terrae. Sicut enim quidam prudentium sapientissimus piscatorum aliquid invenire volens et extrahere descendit et mittit se in profundum maris. non ut ibidem intus remaneat. sed ut inde illud quod querit abstrahat et secum elevet. Ita et dominus noster ihesus christus. viva et vera sapientia. descendit et misit se usque in profundum inferni pelagus. et usque in profundum abyssi. idest mortis. propria voluntate. perquirens chorum sanctorum. non ut ipse ibidem remansisset. sed pro hoc ut inveniens quod quaerebat abstraheret. velociterque iterum sursum ascenderet. cum magno ut diximus sanctorum choro. ita ergo fuit dominus in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Et quare tribus diebus et tribus noctibus? propterea quia non amplius indigebat. nec minus opus erat. Sufficiebant enim hi tres dies et tres noctes. ad testificationem huius passionis et resurrectionis. ut nullus dubitaret. nullus discederet. aut figuraliter agi putaret istam passionem. sed credidissent quod vere passus est dominus. et traditus est propter delicta nostra. atque resurrexit tertia die propter iustificationem nostram. Ita ergo sufficiebant hi tres dies ad hoc testificandum. sive de tribus saeculis vel temporibus. sive illis primo ante diluvium dormientibus. sive de his sub legis tempore. sive eis qui sunt sub evangelii gratia. Omnibus enim nota facta est passio eius. et iste in morte introitus eius. Vel adhuc tres testantur dies. ut in ore duorum vel trium testium. vere stet ista passio. vel resurrectio domini. Tribus ergo diebus in morte fuit. ut nullam diabolus habuisset occasionis fraudem. de hac passione et resurrectione fallere. aut mendacium confingere.

Post haec ait dominus. viri ninivitae resurgent in iudicio cum generatione ista. et condemnabunt eam. Pro quid? quia poenitentiam egerunt in predicatione ione. Ionas ait meae mortis et resurrectionis imago fuit. et ninivitae gentium conversio-

nem et fidei similitudinem demonstrabant. atque iudaeorum condemnationem. Viri ninivitae exurgent in iudicio. non propterea ut iudicentur. nec ideo ut condemnentur. sed propterea ut iudicent pharisaeos. et scribas. et condemnent omnes pariter incredibiles iudeos. Viri ergo ninivitae. exurgent in iudicio cum generatione ista. Quali generatione? cum ea quae paulo iam ante serpentes et genus viperarum nominavit. Cum ista ergo generatione exurgent in iudicio. sed non aequaliter. neque similiter. Iudaei quidem ad poenam condemnationis. et ninivitae ad gloriam exultationis. Ionam ninivitae non spreverunt. neque inobaedientes ei extiterunt. velut hospiti et ignoto. velut peregrino et extraneo. sed poenituerunt et deprecati sunt. et gemuerunt et luxerunt. sacco et cinere obvoluti. miserabiliter loquebantur ad invicem dicentes. Quis scit? si poenitebit et deprecabitur deus. et avertetur ab ira furoris sui. et non pereamus. Poenituerunt ergo in predicatione ionae. non petierunt signum. non quesierunt miracula. sed verba hospitis et peregrini narrantis audierunt et crediderunt. et credentes. poenitentiam egerunt. Ideoque exurgent in iudicio cum generatione hac. quae sub circumcisione et sub lege est. et condemnabunt eam digne et iuste. velut non credentes signis et miraculis tantis. vel qui nec deitati obaudire voluerunt. nec ipsum unigenitum ad se venientem suscipere. Et condemnabunt eam. Quare? quoniam iam dudum legem conculcaverunt. prophetas interfecerunt. idola sepius adoraverunt. et in novissimo. legis et prophetarum dominum crucifixerunt. Ita ergo condemnabunt eos in iudicio. exurgentes cum eis ninivitae. Illorum enim finis. conversio ad poenitentiam. praecessit et confessio et supplicatio quae condemnavit ut dictum est iudeos in die iudicii. eorum duritiam atque perfidiam. et cor impoenitens. Et ecce amplius hic. quam iona. Ionas enim homo. servus. mortalis. corruptibilis. Et deus unigenitus. dominus omnium. immortalis substantie. incorruptibilis potentia. morti iubens. aeri et pelago imperans. ventis et aquis dominans. coelestia et terrestria gubernans. Ideoque amplius hic. quam iona. Amplius quam iona. et in sermonibus. et in operibus. et in doctrina. et in vocatione. et in signis. et in prodigiis. et beneficiis. et in mirabilibus. Ideoque digne iudaei a ninivitis in die iudicii condemnabuntur. Et non tantum a ninivitis. sed et regina austri exurget in iudicio cum generatione ista. et condemnabit eam. Pro quid? quia venit ab ultimis partibus terrae audire sapientiam salomonis. et ecce plus hic quam salomon. Regina austri ethiopiae. quae in plaga est meridiana. Istorum ergo regina. sive vivente viro. seu de hac vita decedente. ut est consuetudo eiusdem gentis. ipsa regnabat. Ista ergo regina quae regnum gerebat ut diximus in propria gente. audiens sapientiam salomonis in eadem patria sua. et prudentiam eius percipiens. regna dimisit. opes et divitias contempsit. et ut simpliciter dicamus. nichil sapientiae comparari dignum putavit. Venit igitur non de prope. sed ab ultimis partibus terrae. audire sapientiam salomonis. Laborem itineris periculumque libenter suscipiens. ut hominis laudatam agnosceret sapientiam. Ideoque exurget in iudicio cum hac impia et irreligiosa iudaeorum generatione. et confundet eam atque condemnabit. velut quae ab ultimis partibus terrae perquirens hominis sapientiam profecta est. Et isti venientem ad se unigenitum deum. recipere contempserunt. beneficia praerogantem. mirabilia facientem. gratiam largientem. Post flagella et ludibria. etiam ligno crucis infigere non dubitarunt. Ideoque exurget saba regina in die iudicii. ad damnationem inique generationis iudaeorum. Fuit enim ista benigna regina saba. quae ab ultimis partibus terrae ad illum pacificum et sapientissimum salomonem venit. figura huius quae ex gentibus est ecclesiae. quaeque ab ultimis partibus terrae. istius pacifici domini audiens nomen. ipsaque ab extremis partibus terrae. caelestem audiens dilexit sapientiam. credidit. quaesivit. secuta est. eodem modo et nos credentes omnes. atque in veritate stantes. et unanimiter in aecclesia perseverantes. damnabimus et arguemus. et condemnabimus omnes infideles hereticos. et veritatis contrarios. Post haec omnia adiciens dominus. adhuc ex hoc ipso disputat dicens. Cum autem inmundus spiritus exierit ab homine. ambulat per loca inaquosa. quaerens requiem et non inveniet. Tunc dicit. revertar in domum meam unde exivi. et veniens inveniet eam vacantem. scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit secum alios septem spiritus nequiores se. et intrantes habitant in eo. et erunt novissima hominis illius. peiora prioribus. Primo enim a iudaeos hoc loquitur dominus. qui idolorum culturam et daemonum. et

aegyptiorum errores primitus habentes. et hoc per legem et prophetiam expulsum. propria denuo voluntate recipere non dubitaverunt. Nec singulariter tantum. sed septempliciter receperunt. Ideoque et facta sunt novissima illius inique generationis deteriora prioribus. et carnaliter et spiritualiter. et in divinis et in humanis. Spiritualiter enim tanquam a lege cadentibus. et gratiae non adherentibus. atque evangelium non recipientibus. et dominum interficientes. apostolos persequentes. aliaque plurima. unde et carnaliter per famem et gladium perierunt. et totò in orbe depredati. Romanis quoque subditi. omnibusque gentibus contemptibiles effecti sunt. aliaque multa multiplicata sibi miseri. infelicesque congesserunt mala. Sed enim tunc per iudeorum occasionem. ad omnes haec homines loquitur dominus. et ammonet universos. quatinus cauta sanctitate ab insidiis serpentis maligni diaboli. qui fraudibus saepe repetitis. in aliquibus machinatur evidenter. in aliquibus occulte. a quibusdam manifeste expulsus egreditur. a quibusdam occulte evanescit. vel gradatim discedit. Nam in sacrosancto baptismate. virtute divini numinis pressus. statim fugatur et exit. Sed postmodum ut hostis versutus et impius revertetur. et querit quibuslibet excessibus. animae habitacula perturbare. et multiplices preparare captiones. quibus conetur iterum hominem post baptismum inretire. et in peccatis involvere. Cogitationes suggerit. mala desideria immittit. et turpia. volens adhuc apostatare. et a fide veritatis unumquemque abstrahere. atque post illuminationem spiritus sancti. ad condemnationem iudicii futuri adducere. ut faciat novissima hominis. peiora prioribus. et adhuc plena doloribus. magis quam illa priora. Sed et ab aliquantis manifeste effugiet per ieiunium verum. per orationes. vigilantes assiduae. per abstinentiam et misericordiam. per mortificationem et abscisiones plurimorum vitiorum. per lacrimas et gemitus. per suspiria et desideria bona. Haec enim virtutis opera. ille impius sufferre non potest. istis approximare non tolerat. ideoque discedit et fugit. Non enim mentitur ille. qui ait dominus. Hoc genus non exit. nisi in oratione et ieiunio. Sed et in his exiet et effugiet. et ambulabit per inaquosa loca. sive per eos aquam baptismi non habentes. sive per eos quibus deest sancti spiritus aqua. hoc est illuminatio. et potationem non accipientes eius. per ista loca perambulans. requiem non invenit. Quomodo non invenit in his requiem. duplici more. Uno enim. quod omnes hi tales pleni cum sint inmundis spiritibus. et occulte daemonibus interius habitantibus. secundum impietatem suorum operum malorum. Hi iniquissimi spiritus. et corpora et membra. et animas eorum replentes. ille a quolibet expulsus atque effugatus spiritus. illic ergo requiem non invenit. illic locum non habet. illic habitationem non repperiet. Aliis ut dictum est anticipantibus et intus inhabitantibus. Et alio more quod ille iniquissimus spiritus. non hoc sibi estimat in requiem. ut istos inaquosos. et necdum illuminatos vel baptizatos. eosque qui alieni sunt a dei agnitione per errorem capiat. vel in his habitet. Pusillum enim est ei hoc opus. et ad nichilum estimat. Ideoque hoc solum putat sibi ad magnam requiem. ut aliqûem a sanctitate possit avertere. vel a firmissima fide aliquem seducere. aut a dei agnitione subvertere. Vel adhuc ut aliquem ex illa sancta adoptionis gloria possit deicere. et lavacrum regenerationis inquinare suadet. Quorum prae abstinentia arida sunt corpora. nec ullis vitiorum humoribus pregravata. Illisque contra eum fortiter deo iuvante resistentibus. requiem nullatenus inveniens. Dicit de illis nuper illuminatis. revertar ad domum meam unde exivi. in qua primitus habitavi. in qua primitus requievi. ex qua egressus sum. Convertar inquit illuc quasi ad praeparatum quoddam habitaculum. et velut ad irruendum oportunum. ne fortasse aliquas ibi seductiones efficere valeam. ne fortasse subingredi quibuscumque modis possim. aut ibidem aliquo artificio requiescere. Omnibus hoc manifestum est et indubitabile. quod inimicus ille aerius spiritus. omnisque eius iniquissima classis. quando per ieiunium. et orationem. et fidem in domino. vel sincera caritate expellitur et aufugatur. tunc ipsi daemones assidue circumeunt eos ex quibus egressi sunt. irrident. temptamenta circumspiciunt. ne forsitan iterum oportunum introitum inveniant. ut requiem capiant. sed non in omnibus quod quaerunt inveniunt. Ideoque confusi retrorsum convertuntur a fidelibus. et illum tantum quem invenerint scopis mundatum et vacantem. et adornatum mundatum. sive adornatum. seu vacantem. hoc

idem significat securitate et otio vel voluptate corporis possident eum. Qui vero non deficit a ieiunio et oratione. et operibus bonis ut dictum est. sed perstat gemitibus et obsecrationibus. nocte et die suspiriis sanctis ad dominum. ipse ab eo pridem expulsus. daemon omnino fugatur. Qui autem se ad antiqua vitia revocaverit. et eisdem dederit in voluptatibus. et vacuitatibus et blandimentis diversis. ipse se praeparat nefando hosti captivum. ut septem iniqui in eo inhabitent. et fiant eius novissima deteriora prioribus. Primo enim fratres ieiunare et orare oportet. humiliari et cum fletibus rogare. ut diabolus effugiat. ut iniquus ille sese abstrahat. Et post haec abstinere et sollicite attendere. ut ille iniquus. iam nullum introeundi per vitia inveniat locum. ne amaram poenam animae ingerat. et dolores multiplices incauto pariat. sic sibi attendit et consuluit atque prospexit illa beatissima. de qua commemorat sanctum evangelium. a qua septem demonia exierunt. Ita fecerunt et illae prudentissimae mulieres. quae curatae sunt ab spiritibus immundis quaeque dominum sequentes. in abstinentia et orationibus, et ieiuniis. omni tempore perstiterunt. Sic et nunc omnis anima. prudentissime faciat. quando spiritus immundus ab ea expellitur. Non vacantem se. hoc est securam faciat. non ornamentis in superbia extollatur. non in cibo et potu demoretur. sed in hisdem ipsis semper perseveret instanter praecibus et orationibus et continentia. atque gemitibus vel suspiriis ad dominum. Si enim primo deprecabatur et orabat. ieiunabat. humiliabat se ut ab immunditia maligni liberaretur. quanto magis debet et prudens ut dixi anima. postmodum deprecari dominum. et humiliare se ei. et ieiunare vigilanter. et alacriter in bonis perseverare. ut spiritus sancti auxilium et illuminationem mereatur. atque regni coelorum particeps efficiatur. et in amicitia quoque domini suscipi mereatur. Ita fit. ut nec amplius in ea malignus spiritus habitationem inveniat neque accessum habeat ad eam. sed sanctorum angelorum custodia circumdetur. et sanctorum omnium patrum precibus roboretur. Quam multos vidimus dei misericordia sublevatos. mundatosque et purificatos. orantes et ieiunantes. postmodum autem vacuitate et neglegentia. securitate et epulis. et luxuria atque opibus et extollentia. male deceptos et dure humiliatos. non simplicem tantum daemonum. sed multiplicem super animam suam. malignorum spirituum induxisse molestiam. Qui cum ingrederentur habitaverunt illic. et sibimet loca in eisdem vindicaverunt. Et ita fient novissima huius animae. peiora prioribus. Hoc videns et sciens dominus. per occasionem iudeorum. omnes instruit vigilare et attendere sibi. Iste enim iniquissimus et immundus. iste malignus omnium contrarius diabolus. non dormit. neque somno praemitur. sed semper circuit. sicut leo rugiens quaerens quem devoret. Utique quando unum gluttierit. quaerit et alterum. quando per unum ingreditur. enititur ut et per alterum ingrediatur in quo habitet. Per furtum ambit. et per falsitatem. per fornicationem quoque et homicidium. vel per quodlibet opus peccati minutissimi. ut inde ad maiora peccata perducat. et deteriora efficiat illa novissima omnium sibi obaedientium. et suam facientium voluntatem. Nos vero omni virtute attendamus. et vigilemus. et sobrii simus. et instanter dominum deprecemur. ut ipse nos custodiat et protegat. quatinus iste iniquissimus et immundus spiritus diabolus. neque in pusillo. neque in magno. nostras animas decipiat. sed domini misericordia. et de illis prioribus malis nos liberet. et a deterioribus novissimis eruat atque conservet. et mundo corde et limpida anima. cum sanctis eum laudemus. Hoc enim domino acceptabile et placitum. et in omnibus et in nobis est. omnibusque posteris usque in finem saeculi. Loquente ista ad synagogae populum domino. Ecce mater et fratres eius stabant foris. querentes loqui cum eo. Mater eius sapientissima scilicet maria. Illa magnifica et gloriosissima virgo. Illa mirabilis domini genitrix. illa a patre electa. Illa ab unigenito sanctificata. illa ab spiritu sancto illuminata. Illa ab angelis dilecta. Illa ab omnibus fidelibus magnificata. et beatificata mater domini. quae facta est omni humanae creaturae renovatio. et reparandae salutis donum. luminis oriens. vitae mediatrix. Ista ergo mater domini. ista beatissima et dei unigeniti mater digna virgo Maria. stetit foris cum fratribus eius. Bene attendit iste evangelista. quod non dixerit cum filiis suis. sed fratres eos domini appellavit nec filios dixit Mariae. Sicut enim dominus aliam matrem non habebat. nisi hanc solam beatam Mariam. Sic ista magnifica virgo Maria. alium

filium non habebat. nisi istum ammirabilem dominum ihesum christum. Virgo enim genuit. et virgo permansit. Quomodo ergo fratres eius appellantur cum non sint sanctae Mariae filii? Sed notissimum est scipturae sacrae seriem. omnes propinquos. fratres solere appellare. Erant siquidem istius virginis matris domini consanguinei. ac per hoc etiam domini secundum dispensationem carnis assumpte fratres. Venerunt igitur ad eum. sed venientes foras steterunt. Fortasse hoc prudenter sancta Maria dispensante factum est. Audiens enim quod dominus doceret turbas. et lumine vitae omnes illuminaret. atque necessaria pro salute cuncta mentibus humanis infunderet. salutiferosque doctrinae cibos animabus exhiberet singulorum. suae prudentiae decorem servans. foris stetit. ne aut audientes tardaret. aut a gloriosis doctrinis dominum aliquantulum impediret. Sed ea foris prudenter ut dictum est stante. quidam in adulatione vel ficte. et tanquam domino placere volens. vel huic magnificae Mariae. cum prompta audacia. magis autem et cum magna confidentia. dicit ad dominum. Ecce mater tua et fratres tui foris stant. querentes tecum loqui. O stulte. O imprudens. illi foris steterunt. ut illam vitae doctrinam in nullo impedissent. ne caelestem ammonitionem aliquatenus retardassent. Et tu o homo in medio populorum conventu. inter audientium turbas. et domino sincera mente intendentes. atque precepta vitae desiderantes. et suaviter suscipientes auditum. tardare non timuisti. verbum proferre non dubitasti. ideoque et sic audis. Quae est mater mea? aut qui sunt fratres mei? adulari quaerebas. placere festinabas. illud quod erat correctionis non considerabas. Ideoque pro his te arguo. pro illa te increpo. quae est mater mea. Non enim matrem abnego. nec genitricem exhorreo. neque meae sanctitatis matrem dignam virginem Mariam despicio. sed tuam impudentiam corripio. Quae est mater mea? prout diceret. Tu qui es qui matrem michi et fratres profers. qui me de carnali ammones parentela. et de humana propinquitate commemoras. Nullus enim michi ait parens. qui deum ignorat. nec michi quisquam homo amicus. qui incorruptibili patri non fuerit amicus. Quae est mater mea? et qui sunt fratres mei? et extendens manum super discipulos suos. Ait. Ecce mater mea. et fratres mei. Mater mea sicut spiritualiter me in animam suam portans. sicut singulariter me suo diligens intellectu. Et fratres mei. qui patri meo credunt caelesti. qui me unigenitum perceperunt. et patris filium diligunt. indubitanter etiam me sequentes. vel hunc mundum propter me contemnentes. Ita ergo ait mater mea et fratres mei. hi sunt verissimi mei discipuli. de quibus dico ad patrem. narrabo nomen tuum fratribus meis. in medio ecclesiae laudabo te. Et non tantum isti. sed et omnis qui fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est. hic meus frater. soror et mater est. Nunc in istis duodecim ait hanc spiritualem teneo parentelam. et non in his tantum duodecim coelestis patris promissio est. sed in omnibus credentibus. et desiderantibus vitam aeternam. Consideremus diligentius o dulcissimi amici. ut nullus huius gratiae alienus sit. ut nullus caelestis huius benivolentiae indignus efficiatur. Ut de hoc domestico bono nos metipsos non excludamus. neque adoptionis huius beneficia perdamus. vel ne lavacrum regenerationis in aliquo polluamus. Quatenus tantae ut dixi dignitatis digni inveniamur. et regni eius promissam hereditatem percipere mereamur. Praestante domino nostro ihesu christo qui cum deo patre et sancto spiritu vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 93 — Feria V. Lectio Sancti evangelii Secundum matheum.

In illo tempore. Egressus ihesus secessit in partes tyri et sydonis. et ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamavit dicens miserere mei fili david. Et reliqua.

Omelia Sancti iohannis episcopi Constantinopolitani de eadem lectione.

Dominus ihesus christus fratres karissimi. ipse criminum destruxit fastigia. ut nullus vitam suam etiam in extrema aetate desperet. Nec dicas intra te. peccavi. quid faciam? Habes hic imitabilem medicum. qui resecat morbum. et sanat omnem languorem. Habes medicum. qui adest gemitibus et nutu imperat sanitatem. et est ante te. De improvisa materia te fincxit et vivificavit ut esses. nunc factum te et nutritum poterit oblivisci? Non erat

ante homo. et figuravit illum ex limo. Requiris forte qua arte. nescio ego. ipse scit artem suam deus. Numquid non eras terra. sed accepit partem terrae potens ille opifex. et fecit prius corpus tuum. in quo disposuit. et distinxit varia membra. Idest. manus. et pedes. Caput etiam in quo sunt oculi. et aures. et os. et odoratus. frons et gene et reliqua membra inferiora. Ille ergo artifex qui sic te proprio fincxit arbitrio. non potest tua auferre peccata? Noli sensus eius rimari. noli nudus examinare virtutes. noli quaerere quomodo te fecit. sed mirare de facto. Sed dicis. feci peccata multa et magna. et quis est de hominibus qui non peccet? Tu dic. erue et libera me. tu deus qui es super omnes homines. Sufficit tibi in sacrificio. ista confessio. Dic tu prior iniquitates tuas. ut iustificeris. cognosce quoniam peccator es. sed et lacrimas conpunctus effunde. Numquid aliud aliquid fuit in meretrice. quam lacrimarum effusio. sed accepta fiducia. accessit ad fontem misericordie dominum ihesum. Sed veniamus ad causam.

Transiens dominus ihesus. venit in partes tyri. et sydonis. Et ecce mulier chananea. caput peccati. arma diaboli. expulsio paradysi. Mulier veniebat ad dominum ihesum. Mirum negotium. chananea sequitur. Iudei fugiunt. domestici dereliquunt. Ecce mulier de finibus illis egressa. clamavit dicens. Miserere mei fili david. Mulier haec. evangelista efficitur. Probavit enim divini consilii sacramentum quando et virtutem divinam obsecrat. et carnis naturam confitetur dicens. Miserere mei fili david. Considera pulchram mulieris mentem. et vide quid dicit. ad misericordiam tuam confugio. Et quomodo ausa est mulier legis ignara et iniqua. sic abrupte accedere ad fontem salutis? Non petivit iacobum. non rogavit iohannem. non accessit ad petrum. Sed hos intermittens quid dicit. non est michi necessarius fideiussor. suscipit ipse poenitentiae patrocinium. et sola currens ad dominum. tenet eum in voce ac dicit. Miserere mei fili david. Ideo descendisti. Ideo carnem suscepisti. ut ego loquar ad te. et cum fiducia petam. Cherubim et seraphim aspectum eius tremunt in caelo. et in terra mulier non formidat. Angeli metuunt in caelis. et mulier non veretur. Instat oportune. importune. et vocem exaggerat dicens. Miserere mei fili david. Non habeo opus sponsore. per me accedo. Miserere mei. Quid tibi est? misericordiam quaero. Quid pateris? dolor est quem non suffero. Quid habes? Filia mea captiva tenetur. Quid illi est? Male a demonio vexatur. Et quid nunc? Miserere mei domine. pignus meum consumitur. Opinio iniqua exiit de filia mea. noli me videre peccatricem sed miseram. tu es deus qui secreta consideras. filia mea male vexatur. Quid desideras? ut liberetur de plaga. Miserabilis luctus conclusit uterum meum. et animam meam perturbat seva tempestas. Quid faciam nescio. Patitur misera. nec sentit tormenta. nec mortem scit timere. nec vitam sperare. Miserere mei.

Iacet confusa. et causam tormenti ignorat. Me aspice domine. Me exaudi. dele vulnera mea. Diuturna enim vulnera. illa filia mea patitur et ego deficio. Passio eius. pavorem incutit cunctis. facta sum omnibus spectaculum. Miserere mei fili david. Utinam defuncta fuisset filia mea. quam sic viveret. Si enim mortua fuisset et sepulta. exacto iam tempore oblita fuissem. nec enim meminissem vulneris aut doloris. Nunc vero cadaver semper in domo est. Miserere mei domine. quoniam filia mea erat. et facta est daemonis esca. Prohibet me pavor. Miserere mei fili david. Qui ex vobis patres fuerunt. adiuvent verba mea. quae matres. lacrimentur una mecum. Non sufficio exponere dolorem. quem mulier ista sustinuit. Miserere mei fili david. Vide prudentiam feminae. non iit ad homines seductores. non secuta est vates fallaces. non quesivit inanes ligaturas. aut ad falsa confugit presidia. Sed omnem derelinquens diaboli cultum. venit ad dominum ihesum omnium salvatorem. et dicit. Miserere mei domine. filia mea male a demonio vexatur. Vidisti sensum mulieris. probasti sapientiam eius. sed vide demum novum et inexpertum negotium. Petit. obsecrat. et lamentum suum producit in clamorem. et amator omnium deus non respondit ei verbum. Tacet fons vitae. et plus medicus contulit medicinam cum abnegat curam. Quid hoc domine est? nescio si non suscipis pulsantem mulierem. O sapientiae medicina. dominus inquit non respondit ei verbum. Qua propter. nisi ut detegeret sapientiae eius virtutem? Propterea dicunt discipuli. dimitte illam quia clamat post nos. Sed humanius deus. vitam mulieris virtutemque pensabat. et quid ait? non sum missus

nisi ad oves quae perierunt domus israhel. Nichil proficiunt. nec ipsi apostoli suggerentes. Verus medicus differt magis. medicus exulcerat vulnus. et potestatem suam arte quadam excusat. ut latentia panderet sacramenta. Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus israhel. Hic nunc considerate sermonem. et ad verba mea dirigite intellectum. quoniam profundam volo comparationem exsolvere. Non sum missus. nisi ad oves perditas israhel. Quod est hoc verbum? Que est ista excusatio tua domine? Nunquid ideo corpus factus es. et multa in te misteria revelasti. ut unum tantummodo angulum liberares. et integrum relinqueres orbem? Denique quando natus es in carne. quos vocasti? nonne magos? Numquid prophetas venisti vocare. qui ipsam salutem gentibus cecinerunt? Apostolos etiam cum mitteres. quid eis dixisti? Docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Et nunc quando haec misera mulier. acrius doloribus et stimulis coarctata rogat et obsecrat pro filia sua ut eam a funesta passione absolvas. modo dicis non sum missus nisi ad oves perditas domus israhel. Venit ad te centurio rogans pro puero suo. et dixisti. ego veniam et curabo eum. Pendenti latroni. paradysum reserasti. paralytico imperasti dicens. surge tolle grabatum tuum et ambula. Lazarus de monumento. te vocante redivivus surrexit. Varia quoque languorum genera solo verbo sanasti. Latrones liberasti. meretrices virginibus praetulisti. Solam miseram hanc mulierem chananeam respuis deprecantem? Mulier ista chananea. erat de genere immundo. cum quibus non licebat communicare iudaeis. Quid ergo? sub lege venerat dominus ut adimpleret. et non solveret legem. Igitur si ad momentum audisset mulierem. dicerent iudaei. ideo te non audimus nec sequimur. quia solvis legem. Praecepit enim lex abstinere a chananeis. Propter hoc tacet dominus. propter hoc non respondet mulieri. Vide quomodo observat legem. ut iudaeos confunderet dicens. quisnam vestrum arguet me de peccato? Ecce non respicio ad mulierem chananeam. respuo depraecantem. Ecce clamat sine causa. ecce obsecrat. sed non exauditur. Ecce quomodo teneo legis formam. ne dicatis. quoniam preteris legem. ideo non credimus in te. Non ex me sed ex vobis est error o iudaei. Haec est itaque prima causa. quod distulit dominus respondere mulieri. Interea persistit mulier in clamore dicens. Adiuva me domine. At ipse respondit. non licet tollere panem filiorum. et mittere canibus. O prudentia medici. multis difficultatibus suspendit mulierem. ut duplici eam postremo honore cumularet dicens. Non licet tollere panem filiorum. et mittere canibus. Sed quid respondit mulier? etiam domine. potes si volueris.

O mulier violenta. dominus dicit. non licet. et illa. etiam domine. potes si volueris. Oblita ergo verecundia. et intermisso pudore. conatur vincere dominum. Dominus dicit. non licet tollere panem filiorum et mittere canibus. Et illa respondit. etiam domine. sum quod dicis. Canem me vocas. canis sum. Agnosco nomen meum. Confundis me tu. sed non ego recedam a te. Canis sum. sequor te quasi canis. porrige michi aliquid. Non quaero panem filiorum. da michi vel micas. Quoniam et catelli edunt de micis. quae cadunt de mensa dominorum suorum. O certamen pietatis. O prudentia feminae. Canem me inquit dicis domine. sum ego. Ergo nutri me. velut canem. non possum relinquere mensam domini mei. Canem me appellas. porrige michi micas. Dixisti causam meam. distulisti petitiones meas. manifestasti condicionem meam. adiuva me nunc. Quoniam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. O mulier magna est fides tua. O mulier accepisti subito laudem. et inventa es electis electior. Iccirco tacuit dominus. ideo distulit et protraxit mentem tuam. ut te perpenderet. et vivam de te produceret vocem. Si enim statim ut coepisti petere accepisses. recesseras. et nemo fidem tuam probasset. nullus mentis tuae cognovisset arcanum. Nunc autem quia intellegis dei virtutem. et sic te cognoscis ut dicas etiam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. laudo te et dico. O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut vis. Audiant haec inertes et improbi. qui dicunt. oravimus. et non impetravimus. Quid loqueris o homo. instanter ora. importune obsecra. sic quidem pulsante te aperietur. Sed dicis forsitan. deprecatus sum semel. iterum. et ter. et quater. et septies. et decies. et vicies. et non exaudivit me deus. O stulta intentio. et quid si nunc non es exauditus. iam recedis a domino? Et si dixisti preces iam non perseverabis. Aut non vides perseverantiam mulieris chananeae. quomodo

magis aporiata insistit. et repulsa. importunis precibus obsecrat. ne ante cessavit. quam quod quaesivit invenit? Sunt multi quidem qui intrant in aecclesiam. et stant in oratione confusi. atque intenta voce dispergunt verba sua. et egressi foras. obliti sunt omnia. Hi sunt qui labiis innuunt. et corde non concipiunt. Si tu ipse dicta tua et preces ignoras. quomodo te exaudiet deus? dices. Inclinavi genua mea. et oravi. Genua tua inclinasti in terram. et mens tua foris per diversa discurrit. Corpus quidem intus in ecclesia est. sed cogitatio foris vacat. Lingua tua orat. et mens tua pecunias numerat et usuras. Diabolus malus et invidus inimicus generis humani. quando oramus. tunc magis incumbit et obstrepit. Non nos impulsat in secularibus. Iacemus in lectulis nostris. cogitationibus securi. Venimus ad orationem. et mille nos cogitationes stimulis perturbant. Huius fratres versutias cogitantes. revertamur ad mulierem chananeam quae sic obsecrat. Miserere mei fili david. filia mea male a demonio vexatur. Dic et tu. Miserere mei domine. quia anima mea pulsatur a demone. Magnus es domine. adiuva me in hac hora. quia demones me vehementer inpugnant. Nam demones extinguuntur. peccatum vero stat. nisi satisfactionibus absolvatur. Grandis est sermo. miserere mei deus. Brevis quidem dictu. sed virtute plenus. Nam et si fueris foris. clama et dic. Miserere mei deus. Clama. non voce sed mente. Nam et tacentem. te exaudiet deus. nec locus quaeritur. sed intentio mentis. Hieremias. in carcere confortatur. Danihel. Inter leones exultat. Tres pueri. in fornace tripudiant. Iob nudus. sub typo christi triumphat. Paradysum. de cruce latro invenit. Quid ergo? si fueris in publico foro. ora intra te. noli querere locum. Loco ubi es. ubi fueris ora. Si operaris. tu semper ora. Si steteris ante iudicem furibundum tu ora. Si insurrexerit aliquis contra te. tu ora. Mare ante te est. et post te. persequitur te pharao. qui est diabolus. ut te precipitet in interitum. sed tu confugito ad arma tua. et dicito ei. dominus michi adiutor est. et ego despiciam inimicos meos. Nichil loquitur moyses. et dominus dicit. Quid clamas ad me? Os eius tacet. et cor eius clamat. Et tu cum steteris ante iudicem furiosum. ubi sunt crudeles ministri. ora tu dominum tuum. et turbines illius protinus solventur. Iudex crudelis ante te est. et tu ad dominum confugito. Proximat ad te penas. et affligere te cupit vehementer. sed si confidenter oraberis. domino eum comprimente. cito eius sedatur insania. Sed nunquid ita deus ut homo est. ut labore quaeratur? Per labores diversos deus est. quia adest ubique. Si queris hominem. dicitur tibi non est hic. aut non vacat. Non est enim sic in hac causa dei. Hoc tantum est ut dicas. Deus miserere mei. Et ipse prope est ut liberet te. et adhuc loquente te dicet. ecce adsum. Ipsi gloria et imperium. et nunc et semper. et in infinita saecula saeculorum. Amen.

Pag. 231 — Sabbato. Lectio Sancti evangelii secundum lucam.

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam habuit duos filios. et dixit adolescentior ex illis patri. pater. da michi portionem substantiae quae me contingit. et divisit illis substantiam. Et Reliqua.

Tractatus beati hieronimi presbyteri de eadem lectione.

Reperies inter Opera *Hieronymi tom. I. col. 382. editionis Migne.*

Pag. 266 — Feria III. Lectio Sancti evangelii secundum matheum.

In illo tempore. Respiciens ihesus discipulos suos. Dixit symoni petro. si peccaverit in te frater tuus. vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit. lucratus eris fratrem tuum. Et reliqua.

Omelia Sancti augustini episcopi. de eadem lectione.

In evangelio sancto modo cum legeretur audivimus. ubi nos de remissione peccatorum ammonet dominus ihesus. Hinc omnes ammonemur ex domini iussione. nos tamen ministri sumus verbi dei. et sancti evangelii. cui nemo sine gloria servit. quem nemo sine poena contemnit. Ipse ergo dominus ait nobis. quod modo omnes audivimus. Si in

te ait peccaverit frater tuus. corripe illum inter te et ipsum solum. Et si poenitentiam egerit. dimitte illi. non solum semel. sed septies. Haec ratio certissima est. Septem quippe diebus venientibus euntibus. et redeuntibus. totum volvitur tempus. Qui enim septies in die dimitti iussit. totius temporis peccata indulgeri precepit. Si quis ergo es qui christum cogitas. et cupis accipere quod promisit. noli piger esse facere quod praecepit. Scis quod promisit. vitam aeternam. Scis quod praecepit. da fratri tuo veniam. Dicit tibi. O homo. da fratri tuo veniam. ut et ego dem tibi indulgentiam sempiternam. Regni caelestis promissio. omnibus nota est. ut estimo. ubi nos creator promisit. aequales futuros cum angelis suis. ut sine fine in illo splendore vivamus. in regno caelorum. Hoc libenter accipis. quare quod sequitur facere non vis. hoc quod iuberis fratri tuo indulgentiam dare a domino deo tuo. tu non vis accipere. si non vis accipere bene facis non dare. Quid est hoc? nisi poscenti ut indulgeas fratri tuo. si tibi cupis a domino ignosci. Aut certe si non habes quod tibi ignoscatur. bene facis qui fratri tuo non ignoscis. Etiam si non habes peccatum. quod tibi ignoscatur. tu tamen ignosce. quia et dominus semper ignoscit. qui peccatum nunquam scivit. Nam homo peccator est etiam si ipsa die natus est. Dicturus es. bene ignoscit deus. nam ego non sum deus. homo peccator sum. Deo gratias. quia confiteris. Ignosce. ut et tu indulgentiam possis accipere. Hortatur nos beatus apostolus petrus. in epistola sua dicens. christus passus est pro nobis. relinquens vobis exemplum. ut sequamini vestigia eius. Et utique non habebat peccatum. et mortuus est pro peccatis nostris. et sanguinem suum fudit pro iniquitatibus nostris. suscepit pro nobis peccatum quod non fecit. et nos omnes a debito peccato liberavit. Non debebat mori. sed nec nos debuimus vivere. quia peccatores sumus. Nec ipsi mors debebatur nec nobis vita. Quod nobis debebatur indulsit. et quod ei non debebatur suscepit. Sed quia de remissione agitur peccatorum. ut non eamus per longum. imitemur christum dominum. Audi apostolum dicentem. donantes vobis sicut et deus in christo donavit vobis. Hec verba apostoli sunt. non nostra. Estote imitatores dei. sicut filii karissimi. Filius es. an servus? memento quia et servos oportet esse obsequentes. et filios non decet esse degeneres. Filius diceris? si rennuis patris iussionem. non consequeris eius hereditatem. Hoc dicerem. si nichil peccati haberes quod tibi ignosci desiderares. Modo autem. tibi dico o homo. si tamen homo. Si laicus sis. homo es. Si monachus sis. homo es. Si clericus sis. homo es. Vocem apostoli iohannis audi dicentem. Vide qualis sit quem dico. ut audias illum qui super pectus domini accumbebat. quem diligebat dominus plus quam ceteros. Audi quid dixit. Si dexerimus. quia peccatum non habemus. Non dixit. si dixeritis. sed adiunxit in culpam. ut indulgeretur ad indulgentiam. Ait ergo. si dixerimus quia peccatum non habemus. nos ipsos seducimus. et veritas in nobis non est. Ergo habemus peccata. si volumus consequi veniam. demus fratribus nostris indulgentiam. Inimicitias in corde nostro non retineamus. quia inimicitiae retentae. faciunt commotionem. Volo te ignoscentem. quia novi te semper veniam postulantem. Rogas tibi ignosci. iuberis. dimittere. Non agnoscis. Quid dicis cum dominum deprecaris? modo veniet hora ut ores. ibi te convinco in verbis tuis. Nonne cotidie dicis. Pater noster. qui es in caelis. Non enim potes esse in numero filiorum. si non dicas pater noster qui es in caelis. Sequere. Sanctificetur nomen tuum. Dic adhuc. (Ad)Veniat regnum tuum. Adhuc sequere. Fiat voluntas tua. Sicut in caelo et in terra. Vide quid adiungas. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Ubi sunt divitiae tuae? Ecce mendicas. Sed haec alta causa est. Unde agimus. inde agamus. Dic adhuc. Et dimitte nobis peccata nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Venio ad verba mea et tua. Dicis. dimitte nobis debita nostra et peccata. Fac ergo quod sequitur. Dicis. Dimitte nobis debita et peccata. Quo iure? Quo pacto? Quo cyrographo recitato? Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Condicio posita est. lex fixa est. Dimitte nobis dicis domino. sicut dimitto. Ergo non dimittit. Si non dimittis. Si vis ut tibi dimittatur. ignosce fratri qui ad te revertitur. Hanc precem iurisperitus caelestis dictavit. non te fallit si facias quod te docuit. Omnis qui contemnit domini disciplinam. perdit causam et inveniet penam. Tu ipse cum oras mentiris. in ipsa oratione convinceris. Neque enim ut te deus convincat testes ad te quaerit. qui has preces dictavit. Advocatus est tuus. si negaveris te-

stis est tuus. si contemnis iudex est tuus. Ergo dic. et fac. nullatenus possunt verba huius orationis transiri. Aut nunquid hunc versum delere exinde possumus? Iam ergo dicamus dimitte nobis debita et peccata nostra. et non dicamus sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Continuo et dominus dicit nobis. In qua mensura mensi fueritis. in eadem remetietur vobis. Hunc versum delere de animo non debes. nę et tu de libro dei delearis. In oratione ista dicis. da. dicis dimitte. ut quod non habes accipias. si tamen fratri ignoscas. Ipsum salvatorem audi alio loco dicentem. date et dabitur vobis. dimittite. et dimittetur vobis. Et ne vos diutius teneamus. si volumus nobis dominum misereri. misereamur indigenti. Si volumus nobis peccata dimitti. dimittamus et nos fratri peccanti.

EX CODICE CVI.

Sermones varii.

Pag. 1 — **Dominica II. de adventu.**

Tractatus sancti iohannis constantinopolitani episcopi. super Matheum.

Iohannes inquit audiens in vinculis opera christi. mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui venturus es? An alium expectamus? Beatum iohannem fuisse christi nuntiorum nuntium. testium testem. assertorum principem. frequentato sermone tractavimus. Et quid est quod interrogat nuntius? testis dubitat? Assertor ignorat? Tu es qui venturus es? An alium expectamus? Iohannes vir perfecte. interrogas utrum venturus sit christus. quem iam venisse positus adhuc intra materna viscera nuntiasti? Iohannes. tua verba sunt. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Et cum baptizandum se submitteret manibus tuis. tu dixisti. ego a te debeo baptizari. et tu venis ad me? Nonne tu es qui inter fluenta iordanis vocem patris de caelo intonantem audisti? Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui? Utique spiritum sanctum illabi de caelestibus super eum corporaliter solus hominum tu vidisti. Tu es qui auribus patrem. manibus filium. oculis spiritum sanctum. momento uno unica virtute tenuisti. et post haec interrogas utrum ipse est. an sit alius qui venturus sit christus? et interrogas per discipulos tuos. ut ipse tibi dubitationis testes arbitros ignorantiae indices inconstantiae accusatores varietatis opponas? Iohannes. sic illam invictam mentem tuam carcer terruit? fregerunt catenae? confudit iniuria? deiecit timor? persecutor concussit? mortis cura prostravit ut esses imbecillitatis exemplum. qui extiteras forma virtutum? et ad summa iohannes. Unde erit martyrium. si aut dubitatur dominus. aut negatur? Turbamur iohannes. turbamur predicatores tui. et falsi testes ut dixit apostolus invenimur qui testati sumus omnes in te manere virtutes. si te ista talis perculit et captivavit infirmitas. Ergo responde iohannes. adesto tibi. adesto nobis. Dic cuur ad interrogandum miseris qui sciebas. Intendamus fratres. intendamus altius. et quid responderit hic iohannes. non solum auribus sed etiam cordibus audiamus. Iohannes dicit. si cum essem adhuc in utero christum nasci protinus nuntiavi. modo audiens opera eius et opera quae deum testantur. in fluctus dubitationis incurri? Absit. Interrogationis meae causa. Ista est. Discipuli mei qui viderant honorem meum. qui vitam meam fuerant admirati. qui me audierant poenitentiam dare. peccata dimittere in eum qui venturus est. promittere regni caelestis adventum. sic se paraverunt conecti vinculis: mecum cohabitare in carcere. participare poenas. societatem mortis intrare. ut dominum meum cui eos paraveram non viderent. Sic sequebantur penitentiae magistrum. ut desererent gratiae largitorem. Meos se per ignorantiam sic putantes. ut nescirent ad dominum servi peculium pertinere. Misi ergo. ut eos caelestibus applicarem. ad divinam perducerem. deo traderem. redderem creatori. Misi ut christum quem verbis meis audierant. ipsius operibus comprobarent. et transituro me mei meo domino non perirent. Misi ad eum. qui quare miserim satis sciebat. Misi ad scrutatorem cordis. misi ad pectorum cognitorem. Misi ad eum. qui in me mecum erat. Misi ut operibus cernentes deum. scandalum de homine non haberent. Misi ut eos humanus non turbaret aspectus. quos confirmare debebant divinarum signa virtutum. Denique quare miserim sciens dominus. respondit operibus antequam verbis. Euntes renuntiate iohanni quae audistis et vidistis. ceci vident. claudi ambulant. leprosi mundantur. mortui resurgunt. pauperes evangelizantur. et beatus est qui non fuerit scandalizatus in

me. Intelleximus fratres. quorum scandalum virtutum curis curaverit christus cum dicit. Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Discipulos iohannis. non iohannem dominus sic monebat. Nam si iohannem pulsaret. ista mandasset. Beatus es si non fueris scandalizatus in me. At cum dicit beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. dicit generaliter. dicit multis. dicit apostolis non magistro. ut non scandalizaret visus homo. qui deus operum testimonio perlucebat. Denique ne apud audientes resideret dubitationis suspicio de iohanne. constantiam firmitatemque eius exequitur multa laude. multis commendat exemplis dicens. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Hoc est dicere. iohannes. si inanis gloriae aut cupiditatis gereret studium. in civitatum caveis. inter captivas captivantium voces. inter avidos adulationum susurros captivandus ipse volitaret. Ac nunc in eremo quid nisi caelum respicit? quid nisi angelum expectat? Cui nisi soli deo placiturum assistit? Qui laudari non desiderat. mutari nescit. quem non tenuerit adulatio. constantia tenet. Quem non tenuerit pompa. virtus non relinquit. Et ideo adiecit. arundinem vento agitatam. Aptum posuit fluctuantis exemplum. Arundo stirpe tenuis. medullis vacua. infirma robore. ramis nulla. exilis frutice. altitudine inermis. inclinatur a ventis. et exagitatur procellis. quocumque flaverint. flexili proceritate prosternitur. At iohannes ideo (*in deo*) fixus. radicatus in christo. plenus spiritu sancto. virtute roboratus. Altissimus sanctitate. nec laudantium ventis. nec vituperationum procellis. nec turbine minarum nec blandimentorum plumis nec tempestatibus passionum a fide quam de christo semel testatus est aut inclinari potuit aut mutari. Adiecit. Aut quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Vestiti mollibus refugiunt aspera. pavescunt fortia. soluti luxu. fluctuantes sericis. virtutis loricam nequeunt sustinere. Ac si vacuati viribus libertate nudati. pro causis pro personis pro temporibus immutantur. At iohannes stimulatus cilicio. heremo duratus. roboratus ieiunio. siccatus siti. causam qua personis succumberet. placeret tempori. fidem venderet. non habebat. Merito dominus de ipso dicit. Aut quid existis videre? prophetam? Amen dico vobis et plus quam propheta est hic. Plus quam propheta iohannes est. quia christum quem prophetae predixerant. advenire. iohannes et videre meruit et tenere. Atque pereunti mundo assignare solus mundi meruit salvatorem dominum ihesum christum cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 13 — Sermo Sancti Augustini episcopi.

Sanctus et sollemnis dies fratres dilectissimi mundo illuxit. exultemus et letemur in eo. Hodie sol ortus est mundo. hodie in saeculi tenebris. lumen verissimum ingressus est. hodie nobis omni sole lucidior dies est. Quod enim prestolabantur angeli et archangeli. quod cherubim et seraphim et caelorum ministeria nesciebant. hoc in nostro tempore revelatum est. ut nos aetiam merito cum propheta david dicamus. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. dedisti laetitiam in corde meo. Magnum lumen et verissimum lumen. hoc est quod illuminat omnem hominem. Et quod est inquis hoc lumen? cito respondeo. dominus ihesus christus ipse est verissimum lumen. Ipse est verus sol. Ipse est vera lux. et de ipso dicit propheta. Hortus est vobis sol iustitiae. De ipso evangelista dicit. erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. O suave. O dulce lumen vultus quo meruit signari populus christi. Quid est christus? vultus luminis. vultus dei. Quid est christus? vultus et sapientia dei. Quid est christus? lumen ineffabilis luminis. O fratres mei. quale est illud lumen. quod tale genuit nobis lumen. Propheta sanctissimus david canorus dicit. Immo vox patris per prophetam. Eructavit cor meum verbum bonum. Audite fratres eructantis cordis verbum bonum. Audite angelum gabrihelem sanctissime virgini mariae dotalium pactionum divina iura dictantem. audite inquam regalis throni preceptum benedicte conceptionis et partus aeternitatis regis imperium pollicentem. Missus est enim angelus gabriel a domino in galilea ad virginem desponsatam viro. cui nomen erat ioseph de domo david. et nomen virginis maria. Introivit et ait ei. Benedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui. Et obstupuit maria ad introitum eius. quod sic benedixerit eam. Et obstupente. angelus ait ei. ne timueris maria. invenisti gra-

tiam apud dominum. ecce concipies in utero. et paries filium et vocabis nomen eius emmanuhel. quod interpretatur nobiscum deus. hic erit magnus. et filius altissimi vocabitur. et dabit ei. dominus sedem david patris sui. et regnavit in domo iacob in eternum. et regni eius non erit finis. Ecce audivit maria. credidit. concepit et peperit. Audivit verbum. credidit fide. concepit sensum. et peperit lege naturae. Hodie ergo dominus noster ihesus christus natus est saecundum carnem. non saecundum divinitatem. Nam in principio erat verbum. et verbum erat apud deum. et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso faetum est nichil. Natus est ut videretur oculis carnis. qui videri non poterat oculis cordis. O homo. noli ingratus existere. hic est enim qui te fecit ad imaginem et similitudinem suam. De ipso est increpatio illa in psalmo dicens. filii hominum usquequo graves corde? ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Scitote quoniam admirabilem fecit dominus christum suum. Hic est filius dei. verbum dei. secretorum omnium arbiter et magister. Ipsi dictum est a patre. faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Ipse ergo disposuit. Ipse perfecit. nec potest aliquando dilucidari dispositio cordis. nisi interpretatio fuerit operata sermonis. ut est illud. eructavit cor meum verbum bonum. Propheta dicit mariae coniunctionis casta concordia cordis. et verbi insonabile quoddam vinculum caritatis. Nec enim cordis intentio potest. nisi spirituali quodam magisterio composito verbo produci. nec habere potest sermo quod proferat. nisi prius artifex omnium sapientia in penetrabilibus aliquid construxerit cordis. Eructavit inquit cor meum verbum bonum. Et ubi fuerat verbum istum? in corde. Unde eructatum est? ex corde. Et quod est verbum? facies cordis. In eo aut foeditas vituperatur. aut pulchritudo laudatur. Ex eo enim benedicimus. et maledicimus hominem qui factus est ad imaginem et similitudinem dei. Bonus enim homo ait evangelista. de bono thesauro profert bona. et malus homo de malo thesauro profert mala. Haec est feditas. haec pulchritudo. illic ergo te compone. ubi sol testis est et amator deus. Nolo tibi placeat quod te fecerit natura formosum. licet sit tibi in colore rubor candore permixtus et decorem vultus tui totum pene possideat ambitus oculorum diversorum quoque membrorum gloriam decus forme concludat. dominum tuum si non in simplicitatem quesieris cordis damnatus remanebis crimine feritatis. Homo videt in facie. deus in corde. Illic parere stude. ubi meruit christus habitare. propter quod dicit apostolus paulus. Nescitis quia templum dei estis. et spiritus dei habitat in vobis? si quis autem templum dei violaverit. disperdet illum deus. templum enim dei sanctum est quod estis vos. Eructavit inquit cor meum verbum bonum. Et quid est hoc verbum? sponsus ille castus de casto thalamo placiturus. de castitate natus. castitatem virginis servaturus. et thalamo processit. ad angelum venit. angelo quoque eructanti verbo castimonium ad virginem detulit. Castus ergo pater. castus sponsus. casta mater. castus filius. castas nuptias interpres fecit spiritus sanctus. Sic esse maria credendo quod fuerat meruit. hoc illi et in ipsa conceptione dominus servavit. hoc etiam pariendo non perdidit. quod domino iam nato permansit. qui eidem matri et munus fecunditatis attulit conceptus. et decus virginitatis non abstulit natus de spiritu sancto et maria virgine. et regnat cum patre in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 46 — Sermo beati Fulgentii episcopi.

Nostis karissimi fratres quia dies iste qui nobis in honore domini per annos singulos caelebratur. ore cunctorum fidelium epyphania venerabiliter nuncupatur. . . . .
Sanguis huius pueri propterea non cum istorum funditur sanguine puerorum. quia solus in remissionem fundendus est peccatorum. Pater in voce prodidit. spiritus in columba. Non ergo miremur fratres quibus in fide est trinitas. si tria unum nobis diem mysteria consecrarunt. Hodie itaque ut diximus magus per stellam repperit. quod iudaeus credere noluit per prophetas. Hodie gentilitas edocta de caelo. redemptorem mundi inquirit ut regem. muneratur ut fortem. adorat ut deum. Et quam rectae karissimi in testimonium nove nativitatis. nova terris stella resplenduit. Nova stella resplenduit. cuius utique iudaeorum gens perfida. nec radium occultare possit. nec abscondere veritatem. Neque enim ulla iam per eos poterat locum

habere malignae interpretationis obscuritas. ubi caelum ipsum universorum oculis sydereo lumine credenda fulgebat. Et quam hoc mirabile. quod exiguus stellae radius stupentia alienigenarum corda permovit. cum illum iudaicum populum cui mare divisum. cui prébitum manna de nubibus. nec ignea potuerit ipsa de coelo micans columna convertere. Sed iam ad christi baptismum properemus. Venit inquit ihesus ad iordanem ut baptizaretur a iohanne. Cui ait iohannes. a te debeo baptizari. et tu venis ad me? ego utique a te debeo baptizari. quia michi est ex paterna prevaricatione corrupto. et tibi in paterna maiestate communio. Ego in hunc mundum carnali sum parente profusus. tu vero huc ab ingenito patre unigenitus advenisti. Me viri et feminae naturalis copula procreavit. te autem altissimi obumbrante virtute veneranda virginitas dedit. Ego terrenum animal. tu agnus dei. Ego peccati lege mortalis. tu autem adversus peccata veniens nescis subiacere peccato. Et post omnia ego factus sum redimendus a te. tu autem natus ut redimas. Cui dignatus respondit ihesus. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Idest omnia quidem vera sunt quae memoras. sed haec mei inventus est ratio. ut quia sub lege factus sum. ordo legitimus suppleatur. Veni enim non ut michi viverem cui vita aeterna cum patre. sed ut condicionem vestrae mortis auferrem. Et hoc est iustissimum. ut quia totum suscepi hominem. per omnia hominis transeam sacramenta. Et revera fratres. quomodo pro nobis christus ad baptismum non veniret. propter quos etiam corporeae circumcisionis non vitavit iniuriam. Unde et iohannes salutare mysterium recognoscens. non iam dei filium ut baptista sanctificavit. sed ut devotus minister caelestibus obtemperat imperatis. Nec enim non poterat non obaedire servus domino. preco iudici. regi miles. precursor auctori. Atque ut haec omnia divinitate agi plenius perfectiusque propheta dinosceret. in specie columbae sanctus se spiritus videri dedit. et in voce sermonis pater audiri. Ait enim. hic est filius meus dilectus. in quo bene complacui. Videte et intendite fratres. quantum gratiae de divina dignatione mortalitas consequatur. Nam ut sacratissima redemptionis nostrae mysteria confirmentur. et ut manifestius aeterna nobis trinitas reveletur. baptizatur filius in iordane. spiritus sanctificat sacramentum. pater aperiat veritatem. Superest iam. ut tertia devotionis huius caritati vestrae causa clarescat. Hodie nichilominus ut perhibetur a patribus. dominus ihesus in chana galileae de aquis effecit vinum. Nichil a nobis est fratres in huiusmodi mirabilibus de creatore cunctandum. Qui enim in exordio mundi esse aquas. in fine quoque mundi quod voluit fecit ex aquis. Maioris nempe maiestatis est creare quod non erant. quam creata mutare. Et quid mirum. si ad praeceptum domini sui aqua transivit in vinum. cuius nutu salubrium fomento imbrium et ipsa vini genitrix uva nutrivit? Quid mirum si dominus omnium propter hominem aquas convertit in vinum. qui ut hominem conderet terram transformavit in carnem? Quid mirum si eius iussu aqua meliorem proficit in saporem. cuius operatione cum amara esset in myrra bibituris populis ligno medicante dulcata est? cuius imperio etiam ut sitientibus in heremo non deesset. concita prosilivit e petra? Et ibi quidem per moysen aqua procedit e saxo. ubi adhuc figura spiritualis est poculi. hic vero per christum efficitur vinum. ubi iam vera est libentium salus. Quid igitur? fratres hoc letius die? quid hac sollemnitate sacratius? in qua partum virginis qui iacebat in cunis. stella fulgentior gentibus coruscavit? in qua unigenitum dei in sanctificationem sui iordanis unda suscepit. Homo spiritum sanctum vidit. patrem mundus audivit. in qua etiam sobrio illi vini mirabilis pocula peccatis ebrium mortale genus visitasse se christus ostendit. Et ideo karissimi in spiritualibus donis lubricae carnis voluptate deposita. spiritualiter gaudeamus. ut tenebras cordis nostri lumen stellae caelestis irradiet. benedictio paternae vocis illustret. et salutare nos vinum. christo propinante laetificet.

Pag. 84 — Dominica prima de adventu.

Sermo sancti Iohannis Constantinopolitani Episcopi.

Inter caetera vaticinii sui mysteria dilectissimi fratres. testatur beatus david et dicit. et enim passer invenit sibi domum. et turtur nidum ubi ponat pullos suos. Videamus ergo quem dicit passerem.

et quam turturem. Ut ego arbitror. passerem hominem intellegi voluit. Anima namque nostra dicit psalmus. sicut passer erepta est de laqueo venantium. Turturi. comparavit omnem castam aecclesiam propter multiplicem sapientiae gratiam. « Et enim passer invenit sibi domum. et turtur « nidum ubi reponat pullos suos». Hoc est in confessione tropei crucis. enutriens illuminatos filios suos. Huius turturis et hieremias mentionem facit dicens. turtur et hirundo et ciconia agri passeres. cognoverunt tempus adventus sui. Turtur dicit omnem castam aecclesiam. Hirundinem vero. iohannem hominum amatorem. Ciconiam autem. eloquentissimum paulum aecclesiae organum. Huius turturis meminit scriptura in cantico canticorum dicens. vox turturis audita est in terra nostra. Audiamus igitur huius turturis vocem melleam decantantem. « nigra sum inquit et speciosa « filiae hierusalem ». Nigra. propter priorem praevaricationem. Speciosa. propter celerem poenitentiam. « Nigra sum et speciosa filiae hierusalem ». Filias hierusalem. sanctas patrum animas dicit. Nigra sum et speciosa. ex gentibus aecclesia. Ne consideretis me vos animae sanctae. ne aspiciatis in me quoniam ego nigerrima sum. quoniam despexít me sol propter priora mea delicta. Et quis est sol qui eam despexerit videamus. Ille nimirum de quo aecclesiastes dicit. oritur sol et occidit. et ad locum suum revertitur. Ortus est nobis sol iustitiae. christus de sancta maria secundum carnem genitus. Oriens quippe nomen est illi. Occidit vero. quando post crucem ad inferna descendit. Oritur sol et occidit. et ad locum suum revertitur. ipso dicente. «cum exaltatus fuero a terra. universa « traham ad me.» De hoc sole iustitiae et esaias pronuntiat dicens. «in diebus illis orietur sol iu« stitiae. et sanitas erit in pennis eius.» Veniente enim sole iustitiae christo. ad tactum fimbriae vestimenti eius. fons profluvii sanguinis exsiccatus est. «Nigra sum et speciosa filiae hierusalem.» Si qua est hic peccatis anima denigrata. ne timeat. Tantummodo paenitentiam agat et dicat. nigra sum ego et decora. Et si in novissimo spiritu est. et ut ita dicamus in extremo alitu positus. ne formidet. tantum cum fletu poeniteat. et cum puncto confiteatur corde. Ad vesperum enim demorabitur fletus. et ad matutinum laetitia. Imitare namque ezechiam regem. qui egrotatione constrictus et lectulo decumbens. audivit sanctum esaiam dicentem sibi. dispone domum tuam quia morieris tu et non vives. Conversus ad parietem amariter flevit. et praecibus suis poenitens. deum ad misericordiam provocavit. et quindecim ad vitam annorum tempus ilico a deo promeruit. Si quis est hic cathecuminus confiteatur peccata sua. accedat ad dominum. baptizetur in nomine christi. lavacro aque ablutus. adoptabitur in filium dei. Si quis est hic fidelis. per neglegentiam peccator effectus. naturali lacrimarum fonte abluat semetipsum. et per bonam penitentiae confessionem provocet. immo invitet misericordiam dei. Si sic temetipsum adornaveris. si sic animam tuam ad paenitentiam praeparaveris. et comptam reddideris. si correptionibus iustis fueris delectatus. amplectitur te sermo divinus. et inflammabit mentem tuam. et ad desiderium te attrahet dei. Et nunc dices et tu. Vae michi. vae michi. vulnerata caritate ego sum. Lege esaiam. et in ipso invenies quomodo ipsa sagitta loquatur. «Posuit inquit me sicut sagittam « electam.» Deus verbum dicit. et in faretra corporis abscondit me. Ista sagitta vulneratus mente david dicebat. «adhesit anima mea post te. me « autem suscepit dextera tua.» Ista sagitta vulneratus paulus et convinculatus christo dicebat. quis nos separabit a caritate christi? Ista sagitta vulnerata omnis casta aecclesia dicebat. Vae michi. vae michi. vulnerata caritate ego sum. O gemitus de medio cordis. amabiles bonitatis pullulans fontes. O gemitus. caelestem sponsum christum ad semetipsam adducens. Propterea dicit. « osculetur me osculo oris sui. » Desponsata sum caelesti sponso per legem et prophetas. Ego aecclesia ex gentibus non iam volo per moysen et esaiam. aut per hieremiam et caeteros vates. sed ipse veniat. Cum ipso volo ore ad os loqui. Ipse veniat et osculetur me osculo oris sui. Audio hieremiam dicentem de ipso. grave cor eius prae omnibus. « et homo est. et quis cognoscet « eum? » Ipsum desidero. veniat et osculetur me ab osculo oris sui. Audio amos dicentem de eo. « ecce homo stans super murum adamantinum. et « in manu eius adamans. » Ipsum quaero. veniat et osculetur me osculo oris sui. Et sicut coniux amatrix viri. absentem virum suum per fenestras

circumspicit. ipsum requirens. et ipsum ubique speculans in mari et in terra. et si viderit navem venientem. ibi suum putat esse virum. Et si viderit viatores procul venientes. inter ipsos adesse estimat. et occurrens eis interrogat dicens. dicite michi ubi eum dimiseritis. in qua regione? aut in qua civitate? quid dicentem? aut quid facientem? aut quando venientem? In hunc modum omnis sancta aecclesia constricta amore christi. interrogat prophetas. Vidistis eum? putas venit. putas non venit? putas adhuc in caelis est? putas adhuc nonaginta et novem oves quae non erraverunt pascit in caelis. et non venit ad errantem ovem? Dicite mihi ubi pascit. ubi cubat quem dilexit anima mea. Interrogati prophetae. per unum respondentes aiunt et dicunt. Vidimus eum si tamen ipsum expectas. « Siquidem vidimus eum. et non habebat speciem « neque decorem. » Sed visio eius inhonorabilis. et minorata prae filiis hominum. Respondit omnis casta aecclesia. ipse est. ipsum desidero. ipsum quaero. veniat et osculetur me ab osculo oris sui. « Re« spondit ad eam esaias. ipse est. sed veniet cum « dominatione. Ecce merces eius cum eo. et opera « in conspectu eius. Sicut pastor congregat gregem « suum. et in manu sua congregavit agnos. » ecce in utero habentes consolabitur. Audiens haec omnis casta aecclesia. quod manifeste de eo narraverit esaias. dicit ad eum. ubi pascit et ubi cubat quem dilexit anima mea? Mittit eam ad iohannem. Vade inquit interroga eum. quia ipse est praecursor eius. et vox clamantis in deserto parans viam domini. dirigens semitas eius. Pergit ad iohannem in deserto. « Dicito inquit michi si tu es christus. « Respondit iohannes. non sum ego christus. De« nuo interrogat. si tu nos es christus. quare ba« ptizas? Respondit ille. ego quidem christus non « sum. sed post me veniet qui fortior me est. Cu« ius non sum dignus corrigiam calciamenti solve« re. » Et adhuc tardante eo dicit ad illum. Vae mihi. vulnerata caritate ego sum. Et iterum dicit iohannes ad eam. sustine paulisper. noli ingemescere. expecta iam quia veniet. ego illum tibi ostendam. Videt iohannes eminus venientem dominum et dicit ad eam. iam noli tristari. nec ingemescas quia venit. « Ecce agnus dei. ecce qui tollit pecca« tum mundi. » Et cum audisset agnum a iohanne et pastorem ab esaia. hesitare caepit dicens ad semetipsam. Cui credam? putas huic? an esaiae. Videt dominus quoniam dubitat. clamat et dicit. « Ego sum pastor bonus. » Et uno sermone solvit omnem hesitationem eius. Accedit illa ad sponsum. amplectitur et osculatur eum. et completur quod in david scriptum est. « misericordia et veritas « obviaverunt sibi. iustitia et pax deosculatae sunt « se. » Ut autem manifestius addiscamus quoniam sponsa sponso coniuncta est. et spiritales factae sunt nuptiae. ipse iohannes epithalamius dicit. « Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem « sponsi stat et audit vocem eius. gaudio gaudet « propter vocem eius. illum oportet crescere. me « autem minui. » Necesse erat sicut in nuptiis. dotalia conscribi sponsae. Carta quaerebatur. et scriptor et calamus. Dicit spiritus sanctus ad esaiam. « accipe thomum novum et grandem et scribe in « eo. » Quaerebatur calamus. inventus est apud david. Dicit enim de eo. « lingua mea calamus scri« bae velociter scribentis. » speciosus forma prae filiis hominum. Ipse eam desponsat. ipse eam adornat. ipse eam adhortatur et docet. sicut mos est dicere hominibus a pronubis. « Audi filia et vide. « et inclina aurem tuam. et obliviscere populum « tuum. et domum patris tui. » Hoc est diaboli. cui prius serviebas variis desideriis et voluptatibus inretita. Ne speres inquit quia similis tui est. quoniam dignatus est coniungi tibi. Quod si temetipsam consideraveris. unde et quo veneris. « concupiscet « rex decorem tuum. quoniam ipse est dominus « deus tuus. et adora eum. Si me audieris filia. « vultum tuum depraecabuntur divites plebis ». Necessario quippe erat etiam quae ab unoquoque offerebantur. scribi. servos videlicet et ancillas. et a christo quidem servus venit paulus. et silvanus. et timotheus. servi ihesu christi. Expetuntur et ab sponsa ancillae. transit david et dicit. « Ad« ducentur regi virgines post eam. proximae eius « afferentur tibi. » Fiunt igitur nuptiae. venit dominus mystice in chana galilelae. Chana interpraetatur possessio. Possessio autem dei omne saeculum est. Hic iam spiritales celebramus nuptias. hoc est in chana galileae. Et conveniunt omnes sancti. et unusquisque secundum vires suas dona offerunt sponso. Abraham offert vitulum. Sarra panes similacios. Isaac ligna portat. Iacob hedos defert. Ioseph frumenta dispertit. Moyses lampades accen-

dit. Esaias canit. David chorum ducit. Et quia necesse erat ad tales nuptias et sanctas inter esse mulieres. et ipsas quoque congratulari et canere. Venit iudith composita. et hester. et maria soror moysi tenens tympanum et dicit. cantemus domino gloriosae enim honorificatus est. Necesse erat etiam ut in talibus nuptiis. laudis praeconia scriberentur. Paulus collaudans nuptias dicit. honorabiles nuptiae. et cubile inmaculatum. Et quia mysticum erat quod dicebat. audi quem ammodum verba adae interpretatur dicens. propter hoc derelinquet homo patrem et matrem. et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. mysterium hoc grande est. Ego autem dico in Christo et in aecclesia. Quod ergo ille interpretatus est. nos dubitare non convenit. Sed oremus deum ut et nos gloriam ipsius videre mereamur in christo ihesu domino nostro. Qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 311 — Item Omelia in natale domini.

Fratres karissimi. unum rei documentum proferam de exemplis. Samson ille viribus armisque potentior. natus et ipse ex sterili nazareus. Cum instinctu dei adversariorum fudisset exercitum. et deficientibus armis adhuc restaret patranda victoria. asini maxillam iacentem in campo invenit. hanc arripuit. et ex illa innumeros hostes occidit. Sic enim post caedem et ipse glorians indicavit dicens. in maxilla asini dolens delevi mille viros. Hic ergo post nimium pugnae laborem. internum sitis patiebatur ardorem. Neque esse in promptu unde haurire possit aut bibere. Et ait. tu domine inquit. tu dedisti in manus servi tui salutem hanc magnam. et ecce siti morior. Et aperuit deus rimam maxillae. et exivit ab illa aqua. et accepit et satiatus est. O maxilla. nunc homicidiis cruenta. nunc virtute fecunda. Illic hostium fudit sanguinem. hic salutiferum profudit fontem. Maxilla vero asini mortui. potuit contra naturam fontem emittere. et maxillae usque in hodiernum diem vocabulo nuncupari. Maria beata pariens dei filium. virgo non potuit permanere et contra iura lactare? Maxilla ergo ex virtute divina elicuit quod natura non habuit. et maria per eandem virtutem lac ut corpus habere potuit. proferre non debuit. Maxilla autem manavit fontem. maria peperit salvatorem. Divina virtus quae aquam eduxit ex osse mortuo. carnem proferre non potuit ex homine vivo? Taceat igitur infidelitas. et in suis musitationibus conquiescat. Eadem virtus quae fecundavit maxillam mortui pecudis. lacteum fontem uberibus infudit intactae matris et virginis. ex unigeniti potestate nascentis. Dicito michi dicito. qui parienti et lactanti virgini ex lege naturae perscribis. sara beata nonagenaria. unde peperit? Unde lactavit? Iam enim officium suum dupliciter vulba perdiderat. et sterelis muliebria non habebat. Dicit enim scriptura. defecerunt sarae fieri muliebria. Et tamen quando deus voluit. concepit et peperit. et puerpera sterilis. filium in senectute lactavit. Sara hoc a deo meruit. maria paritura deum adipisci non debuit? Quod exhibuit virtus in anicula et fessa. exhibere non debuit in virgine. Aut qui fecundavit matrem decrepitam. fecundare non potuit veram virginem. matrem novam? Sed nos ad prophetiae testimonium redeamus. Dicit enim esaias. « Ecce dominus sedet super « nubem levem. et veniet in aegyptum. et commo« vebuntur ante faciem eius manufacta aegyptio« rum. et cadent in terram. » Sed et inquit super nubem levem. dicit christi carnem quae portabat dominum. et deum in se celabat inclusum. sed in virtutibus manifestum. Nam et sol iste quem videmus. aliquoties celatur nubibus. Et cum luceat sibi. non lucet tibi. Sol autem aeternus. celabatur nube carnis. sed tamen et sibi lucebat et nobis. Super nubem inquit levem. et merito quia pondus peccati non habuit. quod aggravat omnem carnem. quia sicut nubes gravantur aquis. ita et caro gravatur peccatis. Quae enim peccatrix est. ad terrena et inferna deprimit. Quae vero sancta est. ad sydera et caelestia sublevatur. Merito enim nubem levem dicit christi carnem. quae nescivit habere successionis peccatricis originem. sed ipsam massam eruit peccatricem. Licet possumus dicere item ipsam beatam virginem sanctam et matrem domini mariam. dici nubem levem. quae mente et corpore tota fuit praedita sanctitate. Si quidem dominus de sanctis suis hoc dixerit vel propheta. qui sunt isti qui ut nubes leves volant? Ipsa enim virgo mater domini maria. nubes levis fuit. quae infantem dominum. collo humerisque portavit. et fugiens in

aegyptum. cum filio fugitivo pervenit. Ut impleretur quod scriptum est. ex aegypto vocavi filium meum. Videte interea fratres nativitatem domini in rerum mutatione. et in sacramento intelligite novitatem. Virgo concepit. Virgo peperit. Virgo lactavit. et virgo permansit. Nata caro est sine semine carnis. nichil ammittit corruptionis. ubi inter erat origo virtutis. Primus homo suasu virginis cecidit. Secundus homo. consensu virginis triumphavit. Per foeminam diabolus introduxit mortem. per foeminam dominus introduxit vitam. Angelus quondam malus. seduxit evam. Angelus aeque bonus. hortatus est mariam. Aeva ut perderet virum suum. maria ut uterum suum dignum dei filio pararet habitaculum. Ut quem habebat dominum. habuisset et filium. Verbo eva periit. verbo aeque se maria commisit. et quod perierat reparavit. Eva quod male credidit. maria bene credendo delevit. A muliere initium peccati. et propter hanc morimur omnes. A muliere initium fidei. et propter hanc in vita perpetua reperamur.

Pag. 316 — SERMO DE NATALE DOMINI.

Dominus noster ihesus christus fratres karissimi qui semper apparuit ut credentibus subveniret. ipse dignatus est formam servi suscipere. ut omnes servos suos ingenuos faceret. et patri suo deo omnipotenti filios aptaret. Natus ante tempora ex patre sine matre. fecit mundum. natus ex tempore de matre sine patre. purificavit mundum. Natus ex ore patris. fecit quae non erant. Natus ex matre virgine. quae facta semel perierant reparavit. Nec hoc otiosum transire sollicitus debes. O auditor. cum audieris ex virgine natum. qui perditum saeculum repararet. Ex virgine enim terra factus est. qui ad vitam factum saeculum praecipitavit in mortem. Et idcirco necesse fuit. ut partu virgineo editus. de mortis praecipitio saeculum revocaret ad vitam. Et mortis principem qui factum hominem ex terra virgine vicerat. natus homo ex virgine vicit. et omnibus vitam perditam revocavit. Factus est adam primus caput omnium morientium. et factus est adam novissimus caput omnium qui transeunt de morte ad vitam christus. Peperit ergo virgo filium qui deo filios faceret. qui sententiam praevaricationis excluderet. poenam mortis eriperet. ignominiam mortis tolleret. et vitam perpetuam credentibus condonaret. Portat in utero filium mater. omnibus quae sunt ante nutrimenta maiorem. Mortali alvo suscipitur virtus. generat filium in forma servi virgo mater in terris. quem habebant angeli imperatorem in caelis. Iacet pannis involutus in matre inter homines. et in sinu patris dei indutus caelestes purpuras inter angelos regnans. Generationis ordo sic ab inferioribus ad superiora regi ratus est atque correctus. ut notus ipse suam genitricem nutritor acciperet. et caeli uberibus eius mamillas impleret. Generat filium mater. a quo ipsa nutriretur potius quam nutriret. Et mortali alvo deum hospitem portat. cui totum parvum erat caelum. Et in terrestri hospitio. caelestem virgo imperatorem suscepit. Beata virginitas. desinit esse iam mortis ancilla. quia illum intra se gestat in mente. quem maria portavit in ventre. Nulli virginitas servituti succumbit. quia illum diligit. qui humano generi attulit libertatem. Denique in eximio partu. coruscabant magis viscera quam dolebant. Caelestis enim propago germinabat in ventrem. in humanis gressibus portabatur pictura deifica. et in angusto pudoris cubiculo. eum quem caeli non capiunt. sancta virgo gestabat inclusum. Et parit eum non qui nascendo pollueret parientem. sed qui a pollutione omne saeculum lavaret. Sancta credidit. sancta concepit. sed sanctior est effecta post partum. Extitit enim virgini ipse filius. qui erat sponsus. Ipse genitus. qui erat et genitor. Illic fuit paranymfa credulitas. paranymfus archangelus. Facta mater. et virgo sponsa. et ipse quem peperit christus sponsus. siquidem ipse est et sermo ore prolatus. qui est a virgine inmaculata susceptus. Et ipse sibi in eius utero hominem in quo digne permaneret aptavit. Dicente sancto spiritu. per sapientiam salomonis. quia ipsa sibi sapientia aedificavit domum. Quae enim dei sapientia. nisi filius dei ante tempora ex deo patre genitus? et quae domus eius quam sibi ipse aedificavit? nisi homo christus ihesus. quem sibi ipse construxit. quem gloriosa virgo concepit. quem sanctus spiritus copulavit. quem gabrihel angelus nuntiavit? Fecit gravidam virginem. ipse qui erat ex virgine nasciturus. Non tamen gravida gravabatur in utero. quia lux non habet pondus. Erat itaque virgo gravida. et orabat. quia quod

portabat non ignorabat. Peperit filium mater. cui carnalis non erat pater. et expavit in partu suo subito mater. antequam mulier. O felix virgo quae meruit in utero suo deum portare post caelum. Deus per angelum loquebatur. et virgo auribus inpregnabatur. Audiat omnis aetas. omnisque condicio. quod numquam audivit. Virgo partum suum nupsit. Virginitatem dum pareret duplicavit. et filium quem genuit adoravit. Cesset omnis sollicitudo. christus nobis vera securitas venit. Cesset omnis infirmitas. christus nobis salvator apparuit. Cessent bella. desinant lites. christus nobis pax vera de caelo descendit. Cesset omnis amaritudo. fugiat mors. quia vita nobis christus de caelis est data. Ideoque gratulantur boni. turbantur mali. Visum caeci recipiunt. Auditum surdi claudi gressum. laeprosi mundantur. tristes laetificantur. infirmi salvantur. Solus diabolus et omnia cum eo daemonia contremescunt. Quia restaurator hominum per interitum diaboli. christus nobis apparuit. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 327 — UNDE SUPRA DE NATALE DOMINI.

Intentionem videntes vestrae devotionis. cupimus vobis aperire mysterium sanctitatis. Ut christi nativitatem facientes omnibus notam. satietur intentio vestra gemmis fidei cumulata. Rex hodie natus est angelorum in medio peccatorum. ut donaret gratis indulgentiam delictorum. Laetentur caeli et exultet terra quia descendit verus architectus instaurare mundi ruinam. in quo fuerat per evam male vexatum. per mariam fieret reparatum. Mulier olim perdiderat mundum. et maria portat in utero coelum. Illa gustavit de ligno. tradidit viro. et intulit mortem. et haec generare meruit salvatorem. Advenit sicut audistis gabrihel Angelus ad pudicam virginem. et ait ad eam. « Ave gratia ple« na. dominus tecum. benedicta tu inter mulieres. » quia uterus tuus effectus est domus filii dei. Expavescit ad angelicum introitum. Audit mysterium. et tractat negotium. Quomodo inquit fiet istud. quia virum non cognosco? De consuetudine dico humani generis. et non de virtute dubito maiestatis. Illud corde volvo. quia virgo decrevi permanere. Et quomodo sine marito potero filium generare? Non ita maria. non sic paries quomodo caetere faeminae. Tu ita filium generabis. ut numquam amittas castitatem. quae ipsam portare mereberis deitatem. « Spiritus sanctus superveniet in te. et « virtus altissimi obumbrabit tibi. » quia venter tuus palatium factus est spiritus sancti. Et illa ubi caelestem audivit pactum. nuntio praebet auditum. et meruit ilico intra cameram ventris. habere ospitem deum. « Ecce inquit ancilla domini. fiat michi « secundum verbum tuum. » Repletur abitus uteri. concluditur intra humani corporis metas. tota maiestas. Efficitur filius. protector. habitator. et custos. Advenit etiam tempus pariendi. generat filium maria. et castitatis clausa permanet porta. Procedit proles magnifici germinis. et pudor perseverat integer castitatis. Nullus fuit gemitus parienti. quia partum susceperat caeli. Hodie laetantes exercitus angelorum canebant. « Gloria in ex« celsis deo. et in terra pax hominibus bonae vo« luntatis. » quia fecundatus est uterus virginalis. Cognoscite fratres. quanta circa nos claruit divinitas dei. ut dignaretur inter homines nasci. quos terrae limo plasmavit. Nativitate sua refecit. morte sua redemit. et occisus ab inferis liberavit. Magna pietas. ut iustus impiorum peccata susciperet. Et inmaculatus crimina nostra portaret. Quia redemit nos ab inimicis nostris dum de caelo descendit. et mortuus inclitus rex ex inferno revixit. et sic universa captiva resolvit. Dominus noster ihesus christus filius dei. Cui est gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 381 — IN NATALE INNOCENTUM.

(SERMO SANCTI IOHANNIS OS AUREI EPISCOPI (1).)

David propheta sanctissimus loquitur dicens. ex ore infantium et lactentium perficisti laudem propter inimicos tuos. Dedicatur novus ab infantibus sermo sanctis laudibus christi. in gloriam Domini primam vocem aperiunt innocentes. Fiunt disserti

(1) *Hunc sermonem, quem ut anonymum exhibet* Bibliotheca Laurentiana (*Tom. I. col. 75.*), *et manus recentioris aevi in hoc Codice Chrysostomo tribuit, non Iohanni. sed erudito auctori, et forte Chromatio Combefisius* (*Tom. I. pag. 443.*) *adiudicat. Quum autem in nostro Codice uberior sit eo, quem edidit Combefisius, illum in lucem damus.*

laude. qui fuerant imperiti sermone. offerunt domino primitias linguae. novos oris immolant fructus. verborum principia libant. Infantia enim quae per aetatem loqui non poterat. glorias deo cum gaudio resonabat. Norunt laudare christum. qui loqui non norunt. fiunt periti laude. qui fuerant imperiti sermone. Ostendunt laudibus christum. suffragiis predicant dominum quem parentes volebant ducere ad supplicium. O parentum miserabilis furor. insectantur christum. quem filii suscipiunt. necare disponunt. quem infantes agnoscunt. Parentes crudeles existunt. et pueri venerantur. nec a filiis potuerunt discere. quem ipsi erudire debuerunt. Disce miserrime hostis. disce inquam a parvulis. quod a lege non discis. Cognosce vel tardius christum. cui innocens aetas peribet testimonium. Intellege laude infantum. quem preconiis non intellegis prophetarum. Crede suffragio parvulorum. qui non credis documento virtutum. Persuadeant talium laudes. cui persuadere non potuerunt domini voces. Nec ulla te causa iam poterit excusare. quem propria sobolis non potuit edocere. Fiunt interea pueri sine magistro diserti. docti sine doctore. sine eruditore periti. Agnoscunt christum. predicant dominum. non quem persuasio humana docuerat. sed quem divinitas innocentibus inspirabat. Cessant enim humana. cum divina tractantur. quia humana ipsa prodesse non poterunt. nisi divinorum solacio subleventur. Necesse est enim terrena succumbere. cum caelestia predicantur. naturalia silere. cum virtutes locuntur. Erigitur itaque infantium aetas in laudem. quae delictorum non noverat crimen. Dignus. a dignis laudatur. et innocens. innocentium predicatur. Hoc enim christo domino debebatur. ut non a reis parentibus. sed a filiis innocentibus laudaretur. Tacere enim innocens etas. dei laudem non poterat. quam christi gloria provocabat. Silentia gloriae. damna sunt linguae. Est enim crimen tacere. quod sit fructiferum predicare. Nec loqui aetas illas potuit nolle. cui dvinitas contulit posse. Periculosae tacetur. quod salubriter predicatur. quia beneficii ingratus est. qui dispensanda absconderit. aut predicanda siluerit. Unde et isti infantes non potuerunt silere. qui meruerant dicere. Potuerunt enim in rudimentis ipsis delinquere. si paterentur dominum silentio preterire. Nascitur interim discrimen inter parentes et filios. inter genitores. et natos. Erant enim parentes et filii. genus uuum. sed dissimile meritum. separant causae. quos natura coniungit. discernit ratio. quos cognatio sociavit. Adeo conspicit uterque christum. intuetur et cernit. et uterque non quod cernit agnoscit. Unus est ambobus visus. sed dissimilis intellectus. par est utrisque conspectus. sed utrisque dispar est sensus. Denique parentes vident. nec credunt. filii vero quod vident. laudibus protestantur. Prestat parvulis innocentia. quod reatus parentibus denegavit. confert simplicitas dignis. quod malitia negavit indignis. Damnantur laudibus filiorum. dum persequendo christum cumulos aggerant peccatorum. A deo negatur parentibus noscere. quod datur infantibus predicare. Laetantur pueri. gaudent infantes. quod laudis christi facti sunt narratores. Canunt suffragia. glorias indicant. laetitia efferuntur. timent silere. ne lapides faciant in laudes domini prosilire. ut in his quod scriptum est. dicamus esse completum. sapientia aperuit os mutum. et disertas fecit linguas infantum. Os mutum in laudes christi patescit. et os loquax. solis laudibus obmutescit. Inperitus sermo. in glorias domini expolitur. et peritus. nefandis facinoribus implicatur. Disertas laudes. innocens aetas expromit. et nocendi causas. miseranda senectus exquirit. Mutantur in contrarium parentes. ut dominum qui non poterant loquerentur. et qui poterant. eius laudibus privarentur. Facit enim infantes dicere. qui contulit posse. silere non patitur. qui tribuit quod dicatur. Accipiunt enim a christo. et reddunt. consequuntur. et referunt. Uno enim tempore et qui dederat recipit. et qui acceperat reddit. Uno inquam tempore sua christo redduntur. dum eius laudes. illi ab infantibus referuntur. Diximus de laude infantum. quid de lactantibus proferemus. quorum laudem invenire non possumus. nisi eos ipsos qui laudaverint noverimus. Qui sint. ubi sint. quam laudem intulerint quero. qui loqui non norant. Neque enim aetas illa poterat posse. quod natura non dederat. aut caelebrari a talibus poterat. quod institutio denegabat. Dicunt namque domino laudes. trucidati ab herode lactantes. locuntur sanguine. quod lingua non possunt. passione canunt. quod sermone non norunt. occisi predicant. quod vivi non poterant. Nec novum quid dicitur ut innocens

sanguis. aut deo referat laudes. aut suas indicet passiones. cum abel sanguis clamet ad caelum. aut occisorum animae. ab altari vociferentur ad deum. Contulit martyrium laudem. quibus negaverat natura sermonem. Licuit sanguine clamare. quibus narrare non licebat voce. licuit sanguine loqui. quibus lingua non licuit. Miscent cum domino colloquia. quibus humana negata sunt verba. Sed enim occisis innocentibus istis. impleta sunt prophetae verba dicentis. Vox in rama audita est. fletus et plorationis. rachelis flentis filios suos. et noluit consolari quia non sunt. Rachelem. primo ecclesiae esse personam. nemo qui abnuat. nemo qui aliud contra veritatem defendat. sed duo in illa diversa conspicio. fletus. et consolationis contemptus. Si enim flevit. cur consolari contempsit? Aut si consolari contempsit. cur flevit? Aut quomodo conpetit consolari noluisse. cui competit flesse. Cum aut flere non debuit. quae consolari contempsit. aut consolari debuit. quae non flere potuit. Cum manifestum sit. fletus consolatione tergi. vel certe cur indicuit flere. quae non indicuit consolationis sermone. Sed noluit inquit scriptura consolari. quia non sunt. Idest. noluit consolari quia sunt. Si idcirco noluit consolari quia sunt. quomodo voluit flere quasi illos qui non sunt? Sed ut compendio iam diversitatum causa reddatur. Condicio a matre defletur. sed spe gloriae consolatio humana contempnitur. Pietatis affectus in fletibus declaratur. sed occisorum gloria. repudium consolationi indicitur. Pugnant enim in matre affectus. et fides. humanitas. cum devotione concertat. plangit affectus. sed fides exultat. deflet humanitas. sed devotio consolatur. Licuit enim matri humanitus flere. cui non licuit consolatione humanitus indigere. Adeo et dominus christus. in lazaro flevit. nec tamen ipse quoque cuiusquam consolatione indiguit. Quia hominis fuit quod flevit. cum manifeste deus sit. qui lazarum suscitavit. Sed o beata lactantium gloria. quibus pro christo contigit dedicare martyria. Expugnant tempore uno nativitatem et mortem. ingressum. et exitum. principium. et occasum. ut ipsis posset tempore uno ut dixi contingere. et nascendo ingredi mundum. et dedicare martyria caelo. Probat novos exercitus christus. rudes milites signat. legiones lactantes. victoria perpetrata coronat. fiunt pro christo victores. qui aetate fuerant coaequales. Fiunt inquam infantes sine certamine fortes. sine pugna victores. norunt vincere. qui pugnare non norunt. Existunt victoriae compotes. qui fuerant aetate imbecilles. Mercantur pena martyrium. gloriam sanguine comparant. Aeternam vitam. temporali morte commutant. Nec timuit aetas illa mortem. nec orruit. Timere enim non potuit. quae timere non novit. Transmittit infantes. infans christus ad caelum. Offert nova xenia patri. primitias fructuum exhibet genitori. Ostendit futuram fecundissimam messem. dum in semine tantam exhibet ubertatem. Derisit se. derisit hostilis immanitas. quae putavit turbare posse consilium dei. gloriam christi. salutem necessariam mundi. sed contulit infantibus multis martyrium. dum infantem querit occidere christum. Prestat hostis dum nocet. beneficium tribuit dum occidit. Invideret enim eorum gloriae si amaret. sed aliae sunt terrestres pugnae. aliae caelestes victoriae. In prelio christi. moriendo vivitur. cadendo. surgitur. Victoria. per interitum comparatur.

Pag. 388 — Unde supra de innocentum.

Fratres karissimi. Ait spiritus sanctus per salomonem. invidia inquit diaboli mors intravit in orbem terrarum. Certum est dilectissimi quod ab initio diabolus sit magister zeli et invidiae. (unde) manifestum est. quoniam omnis homo invidus et zelotiphus. diaboli est discipulus. Unde apparet multos qui invident et zelantur. quia diabolum imitantur. sicut scriptum est imitantur autem illum. qui sunt ex parte illius. Pars autem domini. israhel est. spiritalis est sanctus. de quo dictum est. pars domini israhel. hereditas eius. In hac hereditate iam ut diximus. invidus et hominis adversarius inimicus. partem non habens. gentilem introducit in regnum. hoc est herodem tyrannum ex gentibus natum. ad exterminandum dei populum. et vexandam immanem turbam infantum. et ad fundendum sanguinem parvulorum innocentum. Adversus quem nunc interpellantem audivimus. in presenti spiritum sanctum canentem. atque dicentem. vindica sanguinem famulorum tuorum qui effusus est. intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Introivit valde. et manet in manu dei usque ad diem

domini reservatum. idest. in die iudicii ulciscendum. An ignorat caritas vestra in iohannis apocalipsin ubi dicit. vidi animas occisorum sub ara dei. propter verbum dei. et testimonium ihesu. clamantium et dicentium. usque quo non iudicas et vindicas sanguinem nostrum de his qui in terris sunt. Vindica sanguinem nostrum. a tua caritate nullo modo separatum. Sicut in presenti lectione ait. quis nos separabit a caritate christi? tribulatio. an angustia? an fames? Vindica sanguinem innocentum. ab ubere matrum separatum. et tuae caritati conexum. Vindica matrum labores. partus. gemitus. et dolores. fletus. lamentus. et ululatus. ubi nullus fuit consolator. Sicut evangelica lectio demonstrans ait. vox in rama audita est. fletus et ululatus magnus. rachel plorans filios suos. et noluit consolari quia non sunt. Et vere quia non fuerunt de saeculo. qui nativitate. et aetatae sodales erant christo. quem ammodum evangelista ait. « misit « quidem herodes rex. et occidit omnes infantes re« gionis a bhimatu et infra. secundum tempus quod « exquisierat a magis. » Et quid cognoverat a magis? nisi christum verum regem israhel. saecundum carnem natum. audiens herodes magnum sibi computavit periculum. quia se regnare iniuste cognoscebat super dei populum. Intellegebat enim se refuga. et alienigena. non posse permanere in israhel gente sancta. Audiens regem natum non a populo factum. sed a deo patre destinatum. quia rex nasci debet. non fieri. dicente ipso domino christo. ego vero in hoc natus sum et ad hoc veni. Cuius nativitate gaudentes et exultantes. per ipsum deo patri gratias referamus. cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 444 — Unde supra sermo venerabilis bede presbiteri.

Hic sermo qui in Bibliotheca Laurent. *(Tomo I. col.* 300, *et* Supplement. I. *coll.* 270, 313, *et* 350) *anonymus dicitur, et in hoc Codice Bedae tribuitur, uti foetus Augustini ab Angelo Mai in sua* Nova Patrum Bibliotheca *editus fuit.*

Pag. 500 — Item unde supra de epiphania.

Nomen ex greca lingua translatum. hoc est epyphania. manifestationem interpretes dixere latini. cum maiestatem suam christus aperuit. et quibusdam signorum miraculis publicavit. Sed hodierna die aecclesia per orbem diffusa totum. sive quod stella pre caeteris fulgens. divitibus magis parvum non parvi regis monstravit hospitium. sive quod hodie christus primum fecisse dicitur signum. quando aquas repente commutavit in vinum. sive quod a iohanne isto die creditur baptizatus. et patris consona voce inter ipsa fluenta iordanis. dei filius revelatur. evangelista dicente. « Quia confe« stim ut de aqua conscendit. facta est vox de cae« lo dicens. hic est filius meus dilectus. in quo mi« chi bene complacui. hunc audite. » His ergo rerum manifestis indiciis. hodie publicata creditur potentia salvatoris. sed illud potius vernacula fides obtinuit. quod hodie gentibus syderea faces viam ad christum in nocte monstravit. eumque in suis civibus prmitivus oriens cum muneribus adoravit. sicut evangelista refert. « Ecce magi ab oriente « venerunt dicentes. ubi est qui natus est rex iu« daeorum? vidimus enim stellam eius in oriente. et « venimus adorare eum. » Sed donatistae ab oriente divisi. a lumine separati. atque in occiduis partibus taenebrosi. magos fideles incusant. putantes eos deum arte non religione quaesisse. Quasi vero tanta terrarum spatia peragrarent. aut munera pretiosa deferrent. aut genibus positis adorarent quem videbant inter angustos parietes artatum. et pannis adopertum. nisi coelestem agnoscerent regem. et divinam in puero intellegerent maiestatem. Nam astroligi inter sydera tremuli. atque ipsa rabie curiositatis astrosi. nescierunt umquam in carne futurum deum. Et cum ab initio saeculi tractent sydera mundi. ignoraverunt archana dei. quia conditor caeli. non potest astrorum numeris indagari. At cum ante hominem facta sint sydera. totusque ille sinus aetherius ante nato germine ut aureum pratum stellato decore floruerit. posteriorem hominem factis anterioribus liquet. quasi priora facta sint fata. et postea sint in homines de caelo iactata. cum fatum nec ante hominem. nec post hominem esse posset. sed ab ipso conceptu debeat inchoari. At cum ante exordium generis humani per totam caeli regionem astra diffusa biduo refulserint. quid astrologe homini per stellam applicas fatum. cum ipsius hominis post sydera docetur initium? sed dicam fratres dicam. unde istis magis

provenit. ut per stellam natum regem cognoscerent iudeorum. quem congruis attestati sunt muneribus. offerentes aurum. ut regi magno. tus. ut deo. murram. corpusculo pro salute saeculi morituro. Et impleta est prophetia dicens. omnes a saba venient. ferentes aurum tus et murram. offerentibus salutare domini nuntiabunt. Referant ergo qua ratione stellam observaverint magi. cuius sint itinera clara secuti. Balaam ariolus quem ad maledicendum filios israhel rex assumpserat balac. cum terribiliter a deo urgueretur imperiis ut benediceret potius quam malediceret populo transeunti. inter multa iudaeis felicia quae invitus vates fundebat oracula, christi domini idem ariolus. sic prenuntiavit adventum. «Orietur stella ex iacob. et « exurget homo ex israhel. et confringet omnes « duces alienigenarum. et erunt omnes fines terrae « possessio eius.» Hic ergo balaam inter magos atque divinos illius temporis. peritior habebatur. cuius presagionem non ex arte set ex caelesti insinuatione conceptam magi suis libris insertam ad memoriam posteris tradiderunt. Huius igitur oraculi. conscia mens magorum est. ubi ultra caetera astra regium sydus emicuit. et iudeam terram radiis fulgentibus illustravit. Confestim magus signo aspectu. cucurrit. nec devotos stella famula christi deseruit. sed eos usque ad tugurium mariae ubi christus latebat adduxit. Cur igitur donatistarum superba inscientia. et temeritas imperita. cur quod ignoras accusas? Cur laceras magos non falsidicos. sed devotos. quos vides regem caeli cum muneribus adorasse prostratos. sed scio non te artem exhorrere. sed fidem. nec astrologos respuisse. sed religionem orientalium expavescis. Licet etiam si altissimum regem arte aliqua magi non pia devotione quaesissent. laudandi essent potius non culpandi. Quia non sunt illud sydus gentilicio cultu (venerati). sed dominum syderis (venerantur). Stellam igitur magus vidit. et festinus dominum orbis cum muneribus adoravit. Tu vero nec stella curris. et cum te a magis fidelibus dividis. in tenebris excecatus offendis. Ingreditur ad christum magus. et tu a christo factus es alienus. Cum illo adorat totus mundus. et tu remansisti foras totius orbis lumine separatus. Ecce adorat oriens. ecce sub septentrione et austro. atque sub extremis solis occiduo gentes positae. pari fidae et veluti consanguinea religione. unum dominum venerantur. Ubi te infelix error abscondis? quamdiu inter alienos limites delitescis? undique te catholicus possessor excludit. quia qui universos obtinuit terrae fines. cunctos de suo iure amputat invasores. Hinc te corinthus. hinc galata. exinde expellit ephesius. Smirna. pergamus. thiatire. sardis. filadelfia. atque laudicia detestantur. quorum fidaei. deus per iohannem apostolum perhibet testimonium. Hinc te colosenses. et thesalus arguet. atque universa orientalis plaga persequitur. Unde magus caepit. et tamquam legatus fidaei. provinciae suae. novum foedus cum christo percussit. Quid tibi cum illo? quid cum persa? quid cum armenia? ethiopibus egyptiisque commune est? brittannia toto orbe divisa. nobis est religione coniuncta. finibus non fide discreta. Hispanus te gallus. italusque fastidiunt. qui colla tui archipiratae gladiis spiritalibus secuerunt. Quid patriarcharum. prophetarum. apostolorumque terras caelestes enumerem. ubi fides ingenita et divinis et angelicis est alloquiis confirmata? Ita ne vero non erubescis vivere. qui meruisti a sanctorum heredibus exerrare? Et ne universos commemorem. ignorant te extrema caeli. et circulus nescit oceani. cunctaeque nationes et gentes intra mundi podium (polidum) limitae refutant. Africa vos nec tota quidem novit. sed modice errantes in arvis. mox ut vidit. exclusit. ac de suis vos prediis legibus divinis eiecit. Nam principium africae finisque si vultis audire. a finibus egypti. urbisque alexandriae ubi fretonio civitas sita est. et montibus quos incolae catabammon appellant. inde sumit exhordium. Hinc per ethiopica deserta circumiens. finem habet ab occidente ubi disterminant. Europa. hoc est. fauces gaditani freti. unde oceanus brachium tyreni maris fundit. novissimus autem et ulterior sinus africae est. mons athlans. et insulae. quas fortunatas vocant. Ergo africa ab oriente habet egyptum. A septentrione. mare libicum. Ab occasu. syrtes maiores. A meridie. ethiopicum oceanum. Videtis ne o stulti omniumque rerum ignari. etiam in africa quam lato limine regnat ecclesia. ubique diffusa? et ubi vos regio concludat angusta? sed o quotiens veritate victi. quotiens conversi? quotiens estis christo mentiti? Et ideo extincta est paulatim progenies vestra. et in brevi cespite. aruit fulminata. Numquid tu o heretice. in hieru-

salem christi sanguinem veneraris? aut crucem? Numquid in bethleem adoras cum mundo. gerulum corporis christi praesepe? Numquid tu apud nazareth excolis mariae sedem? ubi nuntiavit angelus nasciturum de virgine dominum salvatorem? Cur te a parentela infantiae martyralis abscidis? Ita ne vero perit ibi nomen christianum? ubi initia facta sunt martyrum? et intra tuas angustas incidit fides christiana dispendium? cum tibi christus dicat. ego totum emi. pro toto mundo et sanguinem fudi. Non novi partem. sed requiro de omnibus unitatem. quia possessio mea. non potest habere consortem. Ac ne potestate romana te causaris damna latitudinis incidisse. recole. recole. aut si non recolis. lege quotiens vel quanti ipsi romani principes. contra catholicam ecclesiam gladium cruentum extulerint. nec tamen fidem veram crudelitas seva vincebat. sed quanto magis persecutor germina pia secabat. tanto amplius hereditas christi sub ferro crescebat. quoniam deum homo superare non poterat. Nec prophetia evacuari potuit quae predixit. aecclesiam per terminos terrae diffundi. Audi antiquum de hodiernae diei festivitate presagium. Reges tharsis et insulae. munera offerent. reges arabum et saba dona adducent. et adorabunt eum omnes reges terrae. omnes gentes servient illi. Numquid. tu cum istis adoras. qui foris cum omnibus giras? Audis munus predictum. antequam fuisset oblatum. Omnes a saba venient. ferentes aurum. tus. et murram offerunt. tibi salutare dominum nuntiabant. Require nunc de qua heresi possit impleri quod dictum est. Dominabitur a mari. usque ad mare. et a flumine. usque ad terminos orbis terrae. Coram illo decident aethiopes. et inimici eius terram lingent. Considera de qua aecclesia possit intellegi. quod christo cantetur in psalmis. disperge gentes quae bella volunt. venient laegati ex aegypto. aethiopia praeveniet manus eius deo. Regna terrae cantate et psallite domino. Iam te o heretice agnosce desertum. agnosce ab insulis. et nationibus separatum. agnosce a passione christi divisum. non potes iam crescere. non potes ad mundi terminos pervenire. quem intellegis seculum in momento transire. Quando quaeso incipies insulas optinere? quando valebis extrema maria circuire? cum iam aecclesia regnante. non habeas qua possis exire. sed habeat gallia numediam. habeat italia bizacenum. aliud est mundum saltibus circuire. aliud christum in toto orbe de taerris civicis adorare. Denique sic in propheta legimus scriptum. et adorabunt eum unus quisque de loco suo. omnes insulae gentium. Audis de loco suo. cur te in solo gemis solitarium alieno? disce. disce fidem universitatis colere. et numquam cogeris peregrinus errare. Esto amicus orbis. particeps unitatis. genus aecclesiae ubique regnantis. et nusquam eris advena. sed omnis terra erit tibi civitas genuina. Subice colla caelesti iugo. et nunc agnoscis in uno sicut scriptum est. invocent omnes nomen dei. et serviant illi sub iugo uno. a finibus fluminum. aethiopia offerent numera sua deo. Tu servis in alio iugo. alter hereticus servit in suo. catholicus vero in toto mundo. sub uno deo uno servit in iugo. et ideo nescit errare. Sed cur vos fratres diutius defatigo. cum veritas habeatur in plano. frustra hunc audet caelebrare diem. qui cum toto mundo fidem non vult habere communem.

Pag. 537 — Item unde supra sermo origenis.

Cum autem duodecim esset annorum ihesus. remansit in hierusalem. parentes eius ignorantes. quaerunt eum sollicite et non inveniunt. . . . . . . Quia igitur salvator creatoris est filius. in commune patrem filiumque laudemus. cuius lex. cuius et templum est. « Puer autem crescebat. et confortabatur. et replebatur spiritu. » Hoc hominum natura non recipit. ut ante duodecim annos sapientia compleatur. Aliud est ergo partem habere sapientiae. aliud sapientia esse completum. « Et gratia dei erat super eum. » Non quando venit ad adolescentiam. non quando manifestae docebat. sed adhuc cum esset parvulus. habebat gratiam dei. Et quomodo in illo mirabilia fuerant. ita et pueritia mirabilis fuit. ut dei sapientia compleretur. « Ibant itaque parentes eius iuxta consuetudinem . . . .

Pag. 617 — Dominica IIII. post epyphania.

Sequentia sancti evangelii secundum matheum.

In illo tempore. Cum descendisset ihesus de monte secutae sunt eum turbae multae. et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. et reliqua.

Sermo Origenis.

Hic sermo conflatur ex duabus Omeliis Origenis editis a Combefisio Tom. I. pag. 727, et Tom. II. pag. 66.

Pag. 650 — Item in purificatione sancte Marie.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Sic namque fratres olim per prophetam. . . . . .
Est pars Sermonis CXXVIII. Divi Augustini, a postremis verbis n. 2. usque ad finem n. 6.

Pag. 711 — Dominica in sexagesima.

Sermo beati Augustini episcopi.

Occurrit inter Sermones a Caillau editos pag. 13.

Pag. 722 — Unde supra expositio Epiphanii episcopi.

Quomodo prosequitur dilectissimi evangelii lectio. ita et nostra parvitas pro exiguitate virium nostrarum prosequi et metiri debemus domini nostri diffusam misericordiam. quam adinveniens in terris. diversis modis exhibuit incredulis iudaeis. Multis quidem signis et virtutibus vocavit eos ad credulitatem vitae aeternae. sed quia exclusit eos malitia ipsorum. semper eis in parabolis est locutus. ut illi intellegerent quibus datum est nosse mysteria regni caelorum. Ab illis autem sicut ipse dominus ait. tolletur regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Quibus post diversas parabolas. novissime hanc eis parabolam proposuit dicens. simile est regnum caelorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo. et misit servos suos. ut vocarent invitatos ad nuptias. et nolebant venire. Dominus noster parabolam quam proposuit carnaliter. spiritaliter intellegenda est. nam etsi zelo et incredulitate repleti erant pharisei. tamen intellexerunt quod de ipsis diceret. et ideo cogitabant eum interficere. Si ergo iudaei cum essent nequitia repleti. et voto non bono intellexerunt. multo magis nos per fidem et timorem et credulitatem. et gratiam sapientiae. et desiderium vitae aeternae. debemus intellegere. ut intellegentes. declinemus a malo. et faciamus quod est bonum. Hominem regem quem dixit fecisse nuptias filio suo. ipse est deus pater domini nostri. quem in superiori parabola ostendit. quod ad cultores vineae misisset servos suos. novissime unicum filium suum. quem et ipsum occiderunt. A quibus omnia ablata sunt et vinea. et regnum. quod est filius dei. et lapidem quem reprobaverunt aedificantes iudaei. Ergo hic homo et rex. idest pater domini nostri qui fecit nuptias filio suo. hoc est per spiritum sanctum christo iunxit sanctam aecclesiam. quia synagogam tamquam fornicariam meretricem proiecit. Haec nuptiae integritatis. non corruptionis sunt. Nam de carnale et corruptione. carnale et corruptum nascitur. Et quod nascitur de spiritu sancto. spiritale et sanctum est. Haec nuptiae virginales sunt. virgo est christus. virgo est sancta aecclesia. quae per spiritum sanctum in baptismum per universum mundum. filios sanctos et spiritales sancta parturit. ecclesia quae per universum mundum filios generat. et semper virgo est. Misit itaque servos suos. vocare invitatos ad nuptias. Olim enim invitabantur iudaei ad nuptias christi et ecclesiae. et missi sunt prophetae ut eos invitarent. et noluerunt. sed abierunt post desideria cordis sui mali. Et iterum atque iterum missi. sed in terrenis desideriis occupati. indignos se ipsi fecerunt. Alii vero tenentes servos eius contumelia affectos. occiderunt. qui eos invitabant ad vitam aeternam. et restituerunt eis mala pro bonis. Et modo sacerdotes invitant populum ad vitam aeternam. idest ad sanctum baptismum. vel ad servitium dei et ad regna caelorum. sed ipsi se repellunt. dum saecularibus desideriis et vitiis occupati. regna caelorum fastidiunt sed in adventu domini. simul cum iudaeis malis. sibi reputabunt. quia dilexerunt potius tenebras. quam lucem. et noluerunt intellegere. ut bene agerent. Postquam ergo non meruerunt venire ad nuptias. misit alios servos dicens. nuptiae quidem paratae sunt. qui autem invitati erant. non fuerunt digni. Ite potius ad exitus viarum. et quos inveneritis. vocate ad nuptias. Repulsis enim et perditis iudeis. missi sunt alii servi. idest. apostoli. ut omnes gentes ad nuptias christi et aecclesiae invitarent. Ideo ad exitus viarum. quia gentes

per diversas vias errabant. deum quaerendo per idola. Missi itaque apostoli per universum mundum. omnes gentes convocaverunt ad credulitatem filii dei. et repletae sunt nuptiae discumbentium. idest. regnum caelorum. «Intravit autem rex ut « videret discumbentes. et vidit ibi hominem. non « vestitum veste nuptiali. et ait ad eum. amice « quomodo huc intrasti non habens vestem nuptia- « lem? At ille obmutuit.» Homo iste. figuram tenet omnium hominum peccatorum. qui peccando vestem nuptialem perdiderunt. Vestis nuptialis. baptismum est. in quo singuli quique venientes ad baptismum. acceperunt stolam incorruptionis et inmortalitatis. et signum filii dei quem non custodientes. perdiderunt. Multi quidem baptismum accipiunt. sed postmodum conversatione vivent gentili. Nam haec vestis nuptialis. grandi labore et sanctitate custoditur. quia diabolus hostis est animae nostrae. et cotidie scindere et sordidare eam festinat. Hanc vestem nuptialem primus iuda perdidit. cum apostolatum amisit. Accepit et simon. sed non custodivit. Acceperunt et multi. sed perdiderunt christum negando in temptationibus. et cotidie qui peccat. baptismi vestem perdit. Vestem nuptialem perdiderunt omnes heretici. exerrando a fide. In resurrectione ergo. cum omnes sancti invitati fuerint ad premia regni caelorum. volentes et peccatores esse in convivio sanctorum. sed excludentur quia non habent partem cum meritis sanctorum. Et non solum quia excludentur. sed ligatis manibus et pedibus. praecipitantur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Unde dilectissimi nobis. si intelleximus parabolam domini nostri. timentes et metuentes iudicium futurum. custodiamus stolam fidei candidam. et invisibilem. et faciamus fructus iustitiae et sanctitatis. ut fiducia nobis sit in resurrectione ingredi cum veste nuptiali. Ne tunc nos peniteat. quando iam non est tempus penitendi. Cum viderimus sanctos epulari in sinu patriarchae abrae. et peccatores mitti in penam. ubi erit fletus et stridor dentium. quia multi sunt vocati. sed pauci electi. Servemus ergo sanctam fidem. sanctae viventes. ut cum paucis electis. in requiem mereamur introire. quam cum multitudine peccatorum puniri.

Pag. 764 — Unde supra sermo Severiani episcopi.

Christus in corpore nostro manens. quod omnes non suscitavit mortuos. omnes non sanavit egrotos. credamus non hoc potestati defuisse. sed tempori. Si tunc orbem totum toto virtutis suae fulgore radiasset. et sustulisset tempus fidei. et nihil secundi adventus sui reservasset ad gloriam. Tunc vero sic virtutum suarum temperavit insignia. ut et divinitatis suae manifestaret indicium. et credendi documentum plenissimum largiretur. et excusationem callidae infidelitatis auferret. sicut hodie centurio cuius evangelista meminit. fide sua presentiaque monstravit. «Centurionis ait cuiusdam servus male « habens moriebatur. qui illi erat pretiosus.» Centurio hic. romanus erat. sed plus erat hic ipse fructu centesimo christianus. et deo magis militavit iste. quam saeculo. et in humano bello fortis. fortior divinae pacis custodia permanebat. Cuius servus male habens moriebatur. qui illi erat pretiosus. Servus erat qui pretio taxabatur. Quaeramus ergo quis iste est servus. qui illi erat pretiosus. Si dominatur anima. corpus servit. et homini nil corpore pretiosius. Hinc servus centurionis istius infirmabatur ad mortem. Ergo centurio rogabat. ut christus soli mortali corpori largiendo vitam perpetim subveniret. « Cum audisset inquit de ihesu. « misit ad eum seniores iudeorum. » Gentilis iudeos ad christum mittit. et in lege positis. qui sine lege erat. legis demonstrat auctorem. Nemo ergo miretur si gentilis. hoc est christianus. aut vocat. aut ducit. aut perducit ad christum. « Misit ad eum « seniores iudeorum. rogans ut veniret et salvaret « servum eius. At illi cum venissent. rogabant eum « dicentes. dignum est ut hoc illi prestes. diligit « enim gentem nostram. et synagogam ipse aedifi- « cavit nobis. » Iudaei rogant pro gentili. qui pro se non rogant. et agunt satis pro salute alieni servi. qui pro salute suorum nil agunt filiorum. Aiunt. « dignus est ut hoc illi prestes. » Si dignus est qui audit. credit. mittit ad ihesum. ad christum qui venit. videt. non credit quam probatur indignus. « Diligit enim gentem nostram. » Ille diligit gentem vestram. quam sic christo supplicem facit. sed vos odistis eam quam sic christo reddidistis contumacem. Aut quomodo christianus non diligit gen-

tem vestram? qui dum christum fatetur ex gente. quicquid gente (vestrum) est. caelestem tollit et extollit ad gloriam. Diligit enim gentem nostram. et sinagogam ipse aedificavit nobis. Audistis quia semper diruta est sinagoga. et iacet in cementis. nec caelestem surgit in fabricam. nisi eam in aecclesiae culmen christianus fabricator instruxerit. « Ihesus inquit ibat cum illis. » sed illi non ibant cum ihesu. cum quo mente non ibant. Nec cum illo erant. qui coniuncti corpore. et corde videbantur disiuncti. Et cum iam non longe esset. a quo? a gentili. quantum iudei sese disiungebant christo. christus tantum gentilibus iungebatur. Et cum non longe esset. misit ad eum centurio amicos. qui ante miserat iudeos. nunc amicos mittit ut illos dicendo indicet inimicos. Probat hoc apostolus cum dicit. inimici propter vos. Iudei cum credidissent gentes invident. quicquid erat legis et gratiae perdiderunt. Misit ad eum amicos. Audi ad apostolos dominum dicentem. iam non dicam vos servos. sed amicos. Sicut fides servos suos promovet ad amicos. ita perfidia filios in penam redigit servitutis. « Misit ad eum amicos dicens. domine. noli te vexare. » Quare? quia non sum dignus ut intres sub tectum meum. Videtis quia christus ducebat magis iudaeos. quam duceretur a iudaeis. ut audissent esse penes centurionem divinam reverentiam. penes gentilem legis cultum. penes militem stipendium gratiae. penes romanum fidei doctrinam. In frigore pagano. christianum calorem. in terreno pectore. caeleste secretum. et notitiam totam dominationis supernae. in totam saeculi servitutem. Domine. noli te vexare. hoc est dicere. deus quid te vexas humano corpore? quid te conficis labore terreno. et viae longitudine te fatigas? quid peregrinaris locis? qui es ubique totus. atque intra te totum tenes. et possides creaturam. « Domine. noli te vexare. non sum dignus ut intres sub tectum meum. » Fratres. quod est tectum? quod hominem aut dignum facit. aut reddit indignum. quod divinum invitet. aut repellat accessum. Fratres hoc tectum corpus est quod teget animam. quod aperit spiritum. quod cordis domicilium velat. quod libertatem mentis a caelesti visione secludit. Sub hoc ergo tecto. centurio indignum dicit intrare christum. hoc est in corpus humanum divinam succedere maiestatem. « Non sum dignus ut intres sub tectum meum. » Sed deus qui quod humanum est cum vult facit esse divinum. et quod nostrae carnis est. cum dignatur. suum commutat in spiritum. Nec habitare carne. nec tectum nostri corporis dedignatur intrare. Propter quod inquit. et me ipsum indignum arbitratus sum venire ad te. Est hoc utrumque devotio. qui et ad se deum venire indignum ducit. et se accedere ed eum scit esse non dignum. Quis intrat ad iudicem non vocatus? Quis non iussus ingrediatur ad regem? quanto magis ad deum non venit non vocatus. Quos vocavit inquit. eos et iustificavit. Centurio ergo non refugit adventum domini. christi praesentiam non recusat. sed ait. ut vocantis sit gratia. non sit temeritas praesumentis. Nam deus quid possit. humano suggerit et informat exemplo dicendo. « nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. et dico huic vade. et vadit. et alio veni. et venit. et servo meo dico fac hoc. et facit. » Hoc est. si ego sum sub potestate constitutus. imperio verbi solo facio mihi parere subiectos. quomodo tu qui nullius subiaces et cuius omnia subiacent potestati. verbo non potes iubere curam. sanitatem mittere. mandare virtuti. aut verbo reficere non potes quod fecisti verbo? dixit inquit et facta sunt. mandavit et creata sunt. aut aliquid ex aliquo reparare non sufficis. cuncta ex nihilo qui parasti? dic ergo verbum. et sanabitur puer meus. Implevit illud quod propheta de deo caecinit. misit verbum suum et sanavit eos. et eripuit eos de corruptela eorum. Fratres centurio ista dicendo non sum dignus ut intres sub tectum meum. christiani populi gerit figuram. qui christi praesentiam corporalem se iudicat non mereri. sed solo verbi nuntio. auditu fidei tantum. totas domini audit. credit. recipit in sua sanitate virtutes. Nam quod dicit. dico huic vade et vadit. et alii veni et venit. et servo meo fac hoc et facit. Iudeorum repulsionem vocationem gentium. christiani populi obedientiam. sic demonstrat. Dico huic. hoc est iudaeo qui non credidit. vade. et vadit. et alii. hoc est gentili quia credidit veni. et venit. et servo meo hoc est christiano fac hoc. et facit. Oremus fratres. ut mereamur christiani non nomine esse. sed fide. ut et quae iubentur non audiamus tantum. sed faciamus audita. Quia sicut devoti servi est fecisse iussa. contumacis est non fecisse. Dic ergo verbum.

et sanabitur puer meus. Quo audito inquit ihesus miratus est. Creator mirabilium miratur. aurium conditor. quasi qui audita nesciat. sic stupet audita. Sed dum gentilem sic credidisse miratur. incredulitatem corripit iudeorum. Denique sequaentibus se turbis dicit. In morte manentes. arguit sic iudeos. Numquam in israhel tantam fidem inveni. Verum est fratres. fides sola vivit. et viget in gentibus. Signa et virtutes fide lassante. nihil proficiunt in iudaeis.

Pag. 778 — FERIA VI. ANTE QUADRAGESIMA.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum. et odies inimicum tuum. et reliqua.

OMELIA ORIGENIS.

Edita supra pag. 131, in Florilegio *Codicis CIII.*

EX CODICE CVII.

SERMONES VARII.

Pag. 51 — SERMO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Sanctificavit nobis istum diem . . . .
(*Vid. Cod. CVI. pag. 231.*)

Pag. 127 — LECTIO SANCTI EVANGELII SAECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. Erat ioseph et maria mater ihesu. mirantes super his quae dicebantur de illo.

TRACTATUS EX COMMENTARIO ORIGENIS. EX EADEM LECTIONE.

Congregemus in unum ea quae in ortu ihesu dicta scriptaque sunt de eo. et tunc scire poterimus singula queque digna essae miraculo. Quamobrem mirabatur et pater. sic enim appellatus est ioseph. quia nutricius fuit. Mirabatur et mater super omnibus quae dicebantur de eo. Quaenam ergo sunt. quae de parvulo ihesu fama disperserat. Pastores erant in regione illa vigilantes. et observantes custodias noctis super gregem suum. Venit angelus sub ipsa hora nativitatis ihesu. et ait ad eos. Annuntio vobis gaudium magnum. ite et invenietis infantem involutum in pannis. et positum in presepae. Necdum angelus verba finierat. et ecce multitudo coelestis exercitus laudare caepit et benedicere dominum. Cum hoc pastores trepidi perspexissent. et angelus recessisset ab eis. dixerunt ad se invicem. Eamus in bethleem. et videamus hoc factum. quod dominus ostendit nobis. Venerunt et invenerunt parvulum. tam illi quam parentes quae facta fuerant mirabantur super hoc. Et de symeone scribitur quod rumorem auxerit. et miraculi vel magna pars fuerit. Tenuit enim puerum in brachiis suis et ait. nunc dimittis domine servum tuum in pace. saecundum verbum tuum. quia viderunt oculi mei salutare tuum. Fastigium et ut ita dicam culmen super his quae iactabantur de ihesu. et pater et mater illius mirabantur. sermo symeonis fuit. Non enim sufficit ei tenere parvulum. et ea quae de semetipso scripta sunt proloqui. sed benedixit patri illius et matri. Et de ipso quoque prophetavit dicens. Ecce hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in israhel. et in signum cui contradicetur. Tuam quoque ipsius animam pertransiet gladius. ut revelentur de multis cordibus cogitationes. Quid sibi vult hoc quod ait. ecce iste positus est in ruinam. et in resurrectionem multorum in israhel. huic quid simile in evangelio saecundum iohannem scriptum repperi. In iudicium ego in mundum istum veni. ut qui non vident videant. et qui vident ceci fiant. Quomodo ergo in iudicium venit. ut non videntes de nationibus viderent. et qui prius videbant de israhel. ceci fierent? sic venit in ruinam et resurrectionem multorum. In adventu enim domini salvatoris. qui prius steterant. corruerunt. et qui ceciderant. surrexerunt. Una haec est interpretatio de eo quod dictum est. ecce iste positus est in ruinam. et in resurrectionem multorum in israhel. Est autem et altius quid intellegendum. adversus eos vel maxime qui contra conditorem latrant. et hinc inde de veteri testamento quae non intellegunt testimonia congregantes simplicium corda decipiunt. Aiunt enim ecce deus legis et prophetarum. videte qualis sit. Ego inquit occidam. et ego vivificabo. percutiam. et sanabo. et non est qui eripiat de manibus meis. Audiunt occidam. et non audiunt vivificabo. Audiunt percutiam. et audire contempnunt et ego sanabo. Istiusmodi occasionibus creatorem calumniantur. Igitur antequam interpreter quem sensum habeant. ego interficiam et vivificabo. percutiam et sanabo. Opponam eis testimonium evangelii. dicamque adversus haereticos. Innumerabiles quippe hereses

sunt. qui evangelium secundum lucam recipiunt. si propterea cruentus et in tantum iudex et crudelis est conditor. quia dicit. Ego interficiam. et vivificabo. percutiam et sanabo. Manifestissimum est et ihesum ipsius esse filium. Eadem siquidem de eo scripta sunt. Ecce hic positus est in ruinam. et in resurrectionem multorum in israhel. Non in resurrectionem tantum. sed in ruinam. Si malum est interficere. malum sit et in ruinam venire. Quid respondebunt? utrumne recedent a cultu eius. an querent aliquam interpretationem. et ad tropologiam confugient. ut quod in ruinam venerit. benignitatem magis. quam austeritatem sonet. Et quomodo iustum erit. quando quid in evangelio tale repperitur. ad allegorias et novas intellegentias confugere. Quando vero inveniri instrumento. statim accusare et nullam explanationem quamvis probabilis sit recipere. Sed et hoc quod sequitur. in iudicium ego veni in mundum istum. ut non videntes. videant. et qui vident caeci fiant. quamvis querant ut edisserant. implere non poterunt. Ego vero qui opto esse aecclesiasticus. et non heresarchico. sed christi vocabulo nuncupari. et habere nomen quod benedicetur super terram. et cupio tam opere quam sensu. et esse et dici christianus. equalem et inveniri et in nova lege quaero rationem. Loquitur deus. ego interficiam. Libenter ab eo interficiar. Quando enim vactus homo in me est. et vivit adhuc quasi homo. cupio et occidat in me deus veterem hominem. et vivificet me ex mortuis. Primus enim ait homo de terra terrenus. saecundus homo de caelo coelestis. Saecundum hunc sensum intellegitur et illud. In iudicium ego veni in mundum istum. ut qui non vident videant. et qui vident caeci fiant. Habemus in nobis omnes homines et aspectum. et cecitatem. Adam. et videbat. et non videbat. Ei quoque ante quam aperirentur oculi eius. vidisse describitur. Vidit inquit mulier lignum quia bonum erat ad comedendum. et tollens de fructu ligni. et comedit. et dedit viro suo. et comederunt. Igitur non erant ceci. sed videbant. Deinde sequitur. et aperti sunt couli eorum. Ergo caeci fuerant. nec videbant. quorum oculi postea sunt aperti. Sed qui bene ante viderant. postquam mandatum domini praetergressi sunt. caeperunt videre male. et aspectum obaedientiae sub repente delicto postea perdiderunt. Ego sic intellego et illud quod dicit dominus. Quis fecit surdum et mutum. videntem et cecum. nonne ego dominus deus. Est nobis oculus corporis. qui terrena ita conspicimus oculis. saecundum sensum carnis. Cui habemus alium contrarium meliorem. et divina sapientem. Qui quia cecus in nobis erat. venit ihesus ut faceret eum videre. Et qui non videbant. viderent. qui autem videbant ceci fierent. Iuxta hunc sensum. et hoc quod nunc habemus in manibus intellegendum est. Ecce iste positus est in ruinam. et in resurrectionem multorum in israhel. Habeo aliquid in me quod male stat. et peccati superbia erigit. hoc cadat quod sub reatu est. Quod si ceciderit. id quod ante corruerat. surgens stabit. Interior homo meus quondam iacebat elisus. et exterior stabat erectus. Antequam crederem in ihesum. bonum in me iacebat. malum stabat. Postquam ille venit. tunc quod in me malum fuit. corruit. Et expletum est. Semper mortificationem ihesu in corpore vestro circumferentes. Et illud. Mortificate membra vestra quae sunt super terram. fornicationem. immunditiam. luxuriam. idolatriam veneficia et caetera. Horum omnium. utilis ruina facta est. Et de hac ruina dicitur. ubicumque fuerit cadaver illuc congregabuntur aquilae. Cadaver quippe a casu nomen accepit. Bona est haec ruina. ad quam primus venit ihesus. Nec potest facere resurrectionem. nisi ruina precesserit. Venit autem destruere quod in me malum fuit. ut illo destructo. et mortificato. consurgat in me et vivificetur id quod bonum est. ut consequamur in eo regnum coelorum. Lucas dixit. Spiritus sanctus superveniet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Propter hoc et quod natum fuerit. sanctum vocabitur filius dei. Et qui manifestae nobis tradidit quoniam virginis filius fuit ihesus. nec de humano conceptus est semine. iste patrem eius ioseph testatus est dicens. Erat pater illius et mater. ammirantes. super his quae dicebantur de eo. Quae igitur causa estitit. ut eum qui pater non fuit. patrem esse memoraret. Qui simplici expositione contentus est. dicit. Honoravit eum spiritus sanctus patris vocabulo. quia nutrierat salvatorem. Qui autem altius aliquid inquirit. potest dicere quoniam generationis ordo a david ad ioseph usque deducitur. ne videretur frustra ioseph nominari. quia pater non fuerat salvatoris. Ut

generationis haberet locum. pater appellatus est domini. Ammirabantur igitur pater illius et mater. super his quae dicebantur de eo. tam ab angelo quam a multitudine coelestis exercitus. nec non et a pastoribus. Omnia quippe haec audientes vehementissime mirabantur. Deinde scriptura ait. benedixit eis symeon. et dixit ad mariam matrem eius. Ecce iste positus est in ruinam. et in resurrectionem multorum in israhel. et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Quomodo salvator in ruinam et resurrectionem multorum venerit. contemplandum est. Potest dicere in ruinam eum venisse infidelium. et in resurrectionem credentium. Qui verus interpres est. dicere nequaquam potest eum cadere. qui ante non steterit. Da michi igitur qui fuerit ille qui steterit. in cuius ruina salvator advenerit nec non et eum qui consurgat. Nam utique ille consurgit. qui ante corruerat. Videndum est itaque. ne forte salvator non aliis atque aliis. in ruinam venerit. et in resurrectionem. Sed eisdem. et in ruinam. et in resurrectionem venerit. In iudicium ait ego veni. ut qui non vident. videant. et qui videbant ceci fiant. Est enim in nobis aliud quod videbat prius. et postea videre desivit. et aliud quod non videbat et postea caepit videre. Verbi gratia. Nolo videre illis oculis. quibus antea videbam. sed quí michi postea reserati sunt. Quoniam post inobedientiam. et adam. et evae oculi sunt aperti. De quibus superiore sermone tractavimus. Nunc autem interpretandum est. quid sibi velit hoc quod ait. ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in israhel. Me oportet primum cadere. et cum cecidero. postea bene surgere. ne salvator causa michi fuerit malae ruine. Sed propterea me cadere fecit. ut consurgam. Et multum michi ruina utilior fuerit. quam illud tempus quo videbar stare. Stabam enim peccato. tempore quo peccato vivebam. et quia peccato stabam. prima michi utilitas fuit ut caderem. et peccato morerer· Denique et sancti prophetae quando augustius aliquid contemplabantur. cadebant in faciem suam. Propterea autem cadebant. ut peccata per ruinam plenius purgarentur. Hoc ipsum et salvator sibi primum concedit. ut corruas. Ethnicus eras. cadat in te ethnicus. Diligebas scorta. primum in te scortator intereat. Peccator eras. cadat in te peccator. ut possis dehinc surgere et dicere. si commortui sumus. et convivemus. et si conformes facti sumus mortis. conformes et resurrectionis erimus. Iste igitur in ruinam et in resurrectionem multorum positus est in israhel. hoc est in illis qui plena possunt aciae et ratione conspicere. Et in signum cui contradicetur. Omnibus quae narrat historia de salvatore. contradicitur. Virgo mater est. signum est cui contradicitur. Marcionite contradicunt huic signo. et aiunt poenitus. eum de muliere non esse generatum. Hebionitae contradicunt huic signo dicentes. ex viro et muliere ita natum esse. ut nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum. et hoc signum est cui contradicitur. Alii enim eum dicunt venisse de coelis. Alii talem quale nos corpus habuisse. ut per similitudinem corporis. etiam nostra corpora redimeret a peccatis. et daret nobis spem resurrectionis. Resurrexit a mortuis. et hoc signum est cui contradicitur. Quomodo resurrexerit. utrum ipse. et talis qualis mortuus est. an certe in meliori substantia corpus surrexerit. et est infinita contentio. Aliis dicentibus figuram clavorum thomae monstravit in manibus suis. Aliis e regione tractantibus. Si idem corpus habuit. quomodo clausis ingressus est hostiis et stetit? Vides igitur ut argumentis variis etiam resurrectioni eius quaestio concitetur. et sit signum cui contradicitur. Ergo et hoc quod prophetarum ore praedictum est. puto signum esse cui contradicitur. Sunt enim plures heretici. qui asserunt eum a prophetis poenitus non fuisse praedictum. Et quid necesse est retexere multa? omnia quae de eo narrat historia. signum est cui contradicitur. Non contradicunt hi qui credunt in eum. Nos quippe omnia scimus vera esse. quae scripta sunt. sed quia apud incredulos universa quae de eo scripta sunt. signum sit cui contradicitur. Dein symeon ait. et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nulla docet historia beatam mariam ex hac vita. gladii occisione migrasse. Presertim cum non anima. sedcorpus (ferro) soleat interfici. Unde restat intellegi. gladium illum de quo et dicitur. et gladius est in labiis earum. hoc est. dolorem dominice passionis. eius animam pertransisse. Quae et si christum ut pote dei filium sponte propria mori. mortemque ipsam non dubitavit esse devicturum. ut sua tamen carne procreatum. non sine doloris affectu

potuit videre crucifigi. Nam et ferrum quod animam ioseph pertransisse canitur. nullum melius quam dura tribulatio mentis intellegitur. Ut revelentur ex multorum cordibus cogitationes. Cogitationes erant malae in hominibus. quae propterea revelatae sunt. ut prolatae in medium perderentur. Et interfectae. atque aemortuae. esse desinerent et occidi eorum velle. qui pro nobis mortuus est. Quamdiu enim absconditae erant cogitationes nec prolatae in medium. inpossibile erat eas paenitus interfici. Unde et nos si peccaverimus. debemus dicere. peccatum meum notum feci tibi. et iniquitatem meam non abscondi. Dixi annuntiabo iniustitias meas domino. Si enim hoc fecerimus. et revelaverimus peccata nostra. non solum deo. sed et his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis. delebuntur peccata nostra ab eo qui ait. Ecce delebo ut nubem iniquitates tuas. et sicut caliginem peccata tua. Post symeonis prophaetiam quia necesse erat ut mulieres etiam salvarentur. Venit prophetissa mulier de qua scribitur. Et erat anna prophetissa. filia fanuhel de tribu aser. Quam pulcher ordo. Non venit ante virum mulier. sed prius venit symeon qui apphrehendit infantem et tenuit in brachiis suis. Dein mulier. cuius non sunt quidem verba digesta. sed dictum est generaliter quod confessa sit domino. et locuta de eo omnibus qui expectabant redemptionem hierusalem. Et iuste sancta mulier spiritum prophetandi meruit accipere. quia longa castitate. longisque ieiuniis. ad hoc culmen ascenderit. Videte mulieres testimonium annae. et imitamini illud. Si quando vobis evenerit ut perdatis viros. considerate quid de ea scriptum sit. Septem annos vixit a virginitate sua cum viro. et reliqua. Propterea prophaetes fuit. neque enim quolibet fortuito spiritus sanctus habitavit in ea. Bonum est et primum. si qua potest virginitatis gratiam possidere. Si autem hoc non potuerit. sed evenerit ei ut perdat virum. vidua perseveret. Quod quidem non solum post mortem viri. sed etiam cum ille vivit debet habere in animo. et dicat hoc. voveo atque promitto. si michi humanum aliquid quod non opto contigerit. nichil faciam. quam incontaminata. et vidua perseverem. Et ut perfecerunt omnia saecundum legem domini. reversi sunt in galileam in civitatem suam nazareth. Pretermisit hoc loco lucas. quae a matheo satis exposita noverit. Deum videlicet postea ne ab herode necandus inveniretur. egyptum a parentibus esse delatum. Defunctoque herode. sic demum galileam reversum. nazareth civitatem suam inhabitare caepisse. Solent enim evangelistae similae omittere quedam. quae vel ab aliis commemorata viderent. vel ab aliis commemoranda. in spiritu providerint. ut continuata suae narrationis seriae. quasi nulla pretermisisse videantur. Quae tamen alterius evangelistae considerata scriptura quo loco transilita fuerint. diligens lector inveniat. Puer autem crescebat et confortabatur. plenus sapientia. et gratia dei erat in illo. Notanda discretio verborum. quia dominus ihesus christus in eo quod puer erat. idest. habitum humane fragilitatis induerat. crescere et confortari habebat. In eo etiam quod verbum dei. et deus eternus erat. nec confortari indigebat. nec habebat augeri. Unde rectissime plenus sapientia perhibetur et gratia. Sapientia quidem. quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Gratia autem. quia eidem mediatori dei et hominum. homini ihesu christo. magna gratia donata est. Ut quo homo esse caepisset. perfectus esset et deus. Cui simile est quod iohannes scripsit eum plenum gratia et veritate. Eandem ipse divinitatis et excellentiam veritatis. quam lucas sapientiae nomine commendat. Qua vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Pag. 181 — Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Editus supra pag. 172 in Florilegio *Codicis CVI.*

Pag. 237.

Audivimus dilectissimi quod saulus dum christianos persequeretur caelesti radio illustratus. divinae correptionis audivit vocem dicentem sibi. Saule Saule quid me persequeris? Mortuum existimas expugnare. sed disce quis de caelo te vocat. cessa ab errore. et transfer erroris modum. Persequeris incognitum. disce eum qui a te persequitur. non hominem expugnas. sed adversus deum moves arma. Proice litteras quae tibi adversus meos datae sunt discipulos. Ipse enim meorum prece-

ptorum per proprios eris apices praedicator. et epistolas relinquens persecutionis. incessanter tuis piis relationibus aecclesiastice disputationis efficieris propagator. et optimus unitatis vociferator. Cessa namque persequi. quem eris praedicaturus. transfer modum. et transfero tibi vocabulum. Nunc saulum te voco. illius enim zelatus es intellegentiam. et sicut ille david persequebatur. ita et tu eum qui ex david saecundum carnem natus est expugnas. Cessa itaque expugnare communem creatorem. et efficere cum hiis qui pro eo expugnantur. Sicut robustissimum athletam. ungam te ad luctanima. et sicut fortissimum militem armabo te ad ea quae contra me sunt praelia. Respue litteras quae portas adversus me. et sume eam quae a me tibi datur spiritualem armaturam. Circumdabo te scuto fidei. et super ponam tibi loricam. et operiam te galea salutis. et his armis circumseptus. invictissimus efficieris ab eo qui te desuper vocabit militem. Cessa iam cessa praelians. et transferre ad meos milites. Durum enim tibi est contra stimulum calcitrare. Invictissimus quippe est is qui a te expugnatur. Efficere itaque armator eius qui vincit assiduae. et suscipe salutare ac victoriosissimum eius tropheum. quod excitavit adversus mortem. Crucifixo vis praeliari. sed disce per crucis dispensationem salutiferam correptionem. Ita enim piscabatur caelesti lumine. et efficitur a salvatore vinctus. qui salvatoris discipulos vinctos ducere anhaelabat. Directus inquit est alligare viros et et mulieres. Utramque naturam expugnans. sed subito vinctus est catena caelestium coruscationum. Et sic militari custodia tradebatur cecitati. Redarguit enim eius inique intuentes aspectus. et transmutatus est mente. atque interioribus oculis contemplans caelestem illuminatorem. ita protinus respuit exteriorum oculorum operationem. Redarguit enim eius cursum per cecitatem. et dissolutum manibus vinctum cecitate monstravit. Horum verborum auditor efficitur. qui post haec factus est discipulus. Quis es inquit domine? Terret me admiratio vocis. si enim mortuum expugnare existimo. et hunc intellego de caelo me advocantem. congruum considerabam tui congruum cursum. Cesso itaque prelians. non enim deo resistere nitor. Cognosco enim tui dominii dignitatem. et dominum te voco. didici enim quam caelestis est vocatio. et obedio vocanti me. Et inquit ad eum. Ego sum ihesus quem tu persequeris. Disce ihesu operationem. alligavi eum qui inique aspiciebat cecitate prestolari meam medicinam. Ihesus enim sum. et conveniens habeo vocabulum et operationem. et animas medeor et corpora. Nequaquam offendas ad lapidem offensionis. sed agnosce spiritualem petram. Directus es damascum. sed captus es dominicis retibus. Talia dominus ad servum quem caelestis vocatio apostolum consecrat. et sic dirigitur ad eum domini discipulus. qui redditurus ei erat oculorum intuitum. ut efficeretur eorum qui ab eo primitus persequebantur concertator. et predicator divinitatis demonstraretur.

Pag. 266 — FERIA IIII. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Cum ieiunatis. nolite fieri sicut ypocrite tristes. Et reliqua.

OMELIA ORIGENIS. EX COMMENTARIO SUPER MATHEUM.

Edita supra pag. 128 in Florilegio *Codicis CIII, et pag. 148, in* Florilegio *Codicis CV.*

Pag. 277 — FERIA VI. LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum. et odies inimicum tuum. et reliqua.

OMELIA ORIGENIS DE EADEM LECTIONE.

Edita supra pag. 131, in Florilegio *Codicis CIII.*

EX CODICE CVIII.

SERMO

Pag. 497 — DOMINICA II. POST OCTAVAM PENTECOSTES.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. Cum turbae irruerent ad ihesum ut audirent verbum dei. et ipse stabat secus stagnum genesareth. et vidit duas naves stantes secus stagnum. piscatores autem descenderant et lavabant retia. Et reliqua.

TRANCTATUS SANCTI AMBROSII EPISCOPI DE EADEM LECTIONE.

Sicut ex lectione evangelica fratres audistis. ihesus stans secus stagnum genesareth. secus idem stagnum stantes duas naves vidit. Piscatores autem ut evangelista secutus adiunxit descenderant et lavabant retia. Duas naves. duas congregationes ostendit populorum . . . .

Reliqua concordant cum sermone eiusdem sancti Ambrosii edito supra pag. 436 in Florilegio *Codicis CIV.*

EX CODICE CIX.

Sermones varii et Hymni

Pag. 55 — Sermo sancti Augustini Episcopi.

Filioli mei audite nos. et liberate vos... Nam iste beatissimus petrus piscator. cum vivebat non dico curator. sed infimus obsonator. modo genibus provolutus eum adorat imperator. O duo luminaria...

Edidit Mai Patrum Nova Bibliotheca *Tom. I. pag. 101.*

Pag. 74 — Sermo sancti augustini episcopi.

Videte fratres karissimi omnipotentis dei divinum mysterium...

Edidit Caillau pag. 69.

Pag. 76 — Sermo sancti augustini episcopi.

Prestet nobis fratres karissimi. et beatus paulus.....

Edidit Caillau pag. 72, et Mai Patr. Nov. Bibl. *pag. 214.*

Pag. 78 — Sermo sancti augustini episcopi.

Hodie dilectissimi nobis lectio de actibus apostolorum...

Edidit Migne inter Opp. *Augustini tom. V. col. 2098.*

Pag. 81 — Sermo sancti augustini episcopi.

Sanctae scripturae semper docent nos et ammonent...

Edidit Caillau pag. 70.

Pag. 82 — Sermo sancti augustini episcopi.

Apostolus autem paulus fratres karissimi. primo saulus...

Edidit Caillau pag. 71.

Pag. 87 — Sermo sancti augustini episcopi.

Licet audenter dicere fratres karissimi de paulo apostolo...

Edidit Caillau pag. 71.

Pag. 91 — Sermo sancti....

Audivimus dilectissimi Quod sulus dum christianos...

Editus supra pag. 182. in Florilegio *Cod.* CVII.

Pag. 94 — Sermo sancti gregorii nazzanzeni episcopi.

Si penitus effugere maculas fratres dilectissimi voluerimus...

Edidit Caillau pag. 74.

Pag. 96 — Sermo sancti Ylarii episcopi.

Ipsius quoque apostoli studii opera. et in athenis. et macedoniae. et frigiae. et galatiae. Ceteraeque ecclesiae lux fidei orta est. Ab oriente enim cursor veritatis incipiens. in occidente quievit. Audi eum dicentem. quemammodum ab hierusalem et in circuitu. usque ad illiricum repleverim evangelium christi. O cursorium salutis mundi. O studium. medicamentum vitae. per orbem terrarum seminantem. Paulus caelesti fonte. fideles orbis terrarum rigans. Luminator splendidissimus. celorum illuminans mentes. Paulus erroris exterminator. Plantator veritatis. pietatis nutritor. fidei suppositor. aedificium animarum, aecclesiarum architectus. Paulus agricola virginitatis. iustitiae artifex. Caritatis et unitatis medicamentum. Acquisitor divitias mentis inopiae. Constructor personis

industriae christianorum. imaginum pictor. fictor philosophiae. Caelestium virorum moderator. ad christi meatum praeceptor. Gubernator navigantium. in caelum machinator ad deum ascensionis. quis enumerabit istius temptationibus stillantia cotidiana miracula? In perversitatibus animositas. In tribulationibus aequanimitas. In periculis frequentibus diffessus. In philippis virgis ceditur. et in carcere ponitur. et affigitur ligno pedibus. In listris lapidatur. in iconio et tesalonica. Ab iniquis persequitur. in efeso feris datur. et in damasco per sportam a muro deponitur. et mortem fugit. In hierusalem adsistitur. ceditur. ligatur. insidiatur. In cesarea clauditur. et criminatur. Dirigitur periculo. navigans in italiam. in romam veniens. Sub nerone iudicatur. et occisus finitur. cursum consummans et fidem servans. Beatifico terram occultantem tuum pulverem apostole. Beatifico locum conservantem caelestem thesaurum. vas electionis. Utinam me quis sisteret sepulchro beati apostoli. et oscularer sanctum caput. quod amputatum est pro christo. Aspicerem membrorum illorum pulverem. per quorum spiritum gratia operatur iustitiam. Membra quae mortificata sunt peccato. quae concrucifixa sunt christo. Oculorum illorum tectionem qui sub coruscatione gloriae christi excecati sunt. et iterum in beneficium hominum illuminati sunt. qui semper sicut prata compunctionis fundebant lacrimas. Aurium illius volebam videre lypsanum. que archanum auditum susceperunt. Os eius quod salutis rigavit verba quibus terribiliter metuenda diabolo tonabantur. Linguam quae demones cedens eiciebat. et sanabat homines. per quam christus loquebatur. per quam vulnera animarum nostrarum medicabat. Manus volebam osculari. quae sepius ligatae sunt propter christum. Quae a carcere scribebant epistolas. Quae operabantur et fratrum indigentiae replebantur. Pectus in quo posita est iustitiae lorica. Cor in quo christus praesidebat. et flumina mittebat. aquae salientis in vitam aeternam. Quod urens in scandalizantibus et anxians super fidelium infirmitates, et omnium aecclesiarum sollicitudines capiens. Desiderabam videre quod denamilia propter deum suscepit supplicia dorsum. Quod ad voluntatem mortificatum. uterum connutritorem voluntariae pestilentiae. Utinam mihi quis monstraret pedes. qui pennis velociores cucurrerunt orbem terrarum. qui ligno alligati sunt propter praedicationem. in itinere veterascente hunc egregium praedicatorem. et videre volebam. et osculare membra. Sanctificationem vero propinguantibus praestat. infirmitatem secludit. demones persequens abicit. et christum misericordem accedentibus facit. Ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 109 — Lectio sancti evangelii secundum Matheum.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Nisi abundaverit iustitia vestra... Et reliqua.

Omelia venerabilis Bede presbiteri de eadem lectione.

Evangelii textus commemorat superius. qualiter dominus...

Edita supra pag. 107. in Florilegio *Codicis CII. Quae diximus de hac homilia in pag. 473. huius secundi Tomi, ad homiliam praecedentem pertinent.*

Pag. 144 — Sermo sancti Epyphanii episcopi.

Homo quidam erat dives. et habebat vilicum. et hic diffamatus erat aput ipsum. Dominus enim noster ideo dignatus est...

Editus supra pag. 110. in Florilegio *Codicis* CII.

Pag. 146 — Sermo sancti Augustini episcopi.

In vilico quem dominus eiciebat...

Editus supra pag. 111. in Florilegio *Codicis* CII.

Pag. 147 — Dominica post octavam apostolorum.

Lectio Sancti evangelii secundum Lucam.

In illo tempore. Quidam legis peritus surrexit temptans ihesum... Et reliqua.

Ex commentario Bede eresbiteri. de eadem lectione

Ecce quidam legis peritus surrexit temptans ihesum dicens. Magister quid faciendo vitam ae-

ternam possidebo? Legis peritus qui de vita aeterna dominum temptans interrogat...

Editus supra pag. 111. in Florilegio *Codicis.* CII.

Pag. 157 — Sermo sancti Epiphanii episcopi.

Audivit vestra dilectio. evangelio canente in presenti lectione. hominem qui inciderat in latrones. Ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum. Qui surrexit aut iacebat prius. aut sedebat. sed quantum parvitas nostra advertit. hic legis doctor sine fide iacebat in lege. Nam ipse prodidit eum evangelista dicens. Surrexit temptans eum. Surgere enim non corpore. sed animo dixit surrexit quidem ut staret. Non enim sine causa prodidit eum evangelista. quod ex interrogatione ipsius legis doctorem advertere possumus dicens. « Magister quid « faciendo vitam aeternam possidebo? » Hoc est quod ait dominus ad cain. Si recte offeras et non recte dividas. peccasti. Bene quidem et recte interrogat. sed non recte dividet. Sed dicit aliquis. quomodo? quia magistrum vocat non dominum. hominem enim confitetur. non deum. Ideo ait evangelista. Surrexit temptans eum. « Dixitque ei domi« nus. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? « At ille respondens dixit. Diliges dominum deum « tuum. ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. « et ex omnibus viribus tuis. et ex omni mente « tua. et proximum tuum sicut te ipsum. » Videtis ergo quia recte offert. et non recte dividet. Dixit quidem quod legerat. sed non implevit quod scriptum erat. Si enim diligeret dominum ex toto corde. et ex tota anima. et ex tota mente. in praesenti habebat dominum quem diligeret. et non vocasset eum magistrum. sed dominum. Ideo dominus interrogat. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ut ex suis responsis iustificaretur. aut condemnaretur. Denique ait dominus. « Recte re« spondisti. hoc fac et vives. » Laudavit dominus responsum. quem ipse ante in veteri testamento. per sanctum moysen. tradiderat in tabulis lapideis. non tamen laudavit factum sed ait. hoc fac et vives. Vivere enim dixit dominus in vita aeterna. Ille autem volens iustificare se. quia se putabat non ante deum. sed ante hominem stare dicens. « Et « quid est meus proximus? » Nemo enim proximus homini quam deus. qui et intrinsecus et extrinsecus novit. et omnia potest curare. Sed quia ut supra diximus. hic legis peritus doctor et non factor erat. Et volens iustificare se tamquam qui non haberet proximum. certe vel ipsum quem magistrum vocabat. proximum sibi cognovisset. Sed quod praevideo dicere. etiam tacere non possum. Omnis incredulus vel temptator. nec deum nec hominem proximum habet. Unde suscipiens ihesus dixit ad verbum eius. sicut in presenti audivit vestra dilectio. « Homo quidam descendebat ab hie« rusalem in hierico. et incidit in latrones. qui « etiam expoliaverunt eum. et plagis impositis. « abierunt semivivo relicto. Accidit autem ut sa« cerdos quidam descenderet eadem via. et viso « illo praeteriit. Similiter et laevites cum esset se« cus locum et videret eum pertransiit. Samarita« nus autem quidam iter faciens. venit secus eum. « misericordia commotus est. et appropians. alli« gavit vulnera eius infundens oleum et vinum. et « imponens illum in iumentum suum. duxit in « stabulum et curam eius egit. Et altera die pro« tulit duos denarios. et dedit stabulario et ait « curam illius habe. et quod supererogaveris. ego « cum rediero reddam tibi. Et ait dominus ad le« gis doctorem. Quis horum trium videtur tibi « proximus fuisse. illi qui incidit in latrones? « Respondit legis doctor. qui fecit misericordiam ». O legis doctor quomodo usque nunc proximum non habebas? Aut forsitan numquam feceras misericordiam. et ideo ignorabas quis esset proximus tibi. Videtis ergo dilectissimi nobis. quia dominus noster ipse est dei virtus et dei sapientia. sola interrogatione domini. ex suis responsis convictus est legis doctor. Tamen inspirante deo de homine qui incidit in latrones. vel samaritano qui fecit misericordiam. breviter disseremus. Hominem quem dominus in parabola ostendere dignatur. Quem alium esse advertimus? Nisi adam quem ipse in principio suis manibus plasmaverat ad vitam aeternam. qui incautus sua voluntate per mulierem. incidit in latrones idest in daemones. Ideo ait. « Homo quidam descendebat. » Non invitus. sed voluntate descendit de caelestibus ad terrena sive inferna. Ideo incidit in latrones. idest in angelos apostatas quos ipse dominus prodit in evangelio dicens. Omnes qui ante me venerunt. fures fuerunt et latrones. Qui etiam expoliaverunt eum. quid expoliaverunt? Animam qui per praevaricationem

decidit in mortem. et amisit vitam aeternam. Expoliaverunt eum spiritum vitae. et factus est homo nudus in animam viventem. Unde per ipsum nos omnes morimur. Dicente apostolo. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit. et per peccatum mors. et ita in omnes homines pertransivit. in quo omnes peccaverunt. Ergo ad omne hominum genus pertinet haec parabola. Omnes ergo peccaverunt. et indigent gloriam dei. « Accidit au« tem ut sacerdos descenderet eadem via. » Sacerdos dei legem annuntiat. Descendit quidem lex in hunc mundum. per sanctum moysen. sed nullam sanitatem contulit homini. idest generi humano. qui vitiis et peccatis vulneratus tenebatur. a latronibus qui sunt daemones. similiter et laevita qui typum ostendit prophetarum. cum videret eum pertransiit. Lex enim cognitio peccati peccata arguit. indulgentiam non largitur. Ergo vidit eum peccatorem. et pertransiit. quia sanitas homini semivivo gratiae reservabatur. Sed quid tamdiu protrahitur sermo? tandem ex toto corde. ex tota anima. ex totis visceribus. et tota mente suscipiamus quendam samaritanum iter facientem. Ergo samaritanus iter faciens. et videns eum misericordia motus est. Hoc de sacerdote et laevita non est dictum. quia sunt misericordia moti. Lex enim non habet misericordiam. sed iudicium et vindictam. Itaque iam veniamus ad nostrum samaritanum. Hic samaritanus. dominus noster est. ad quem iudaei blasphemantes dixerunt. Tu samaritanus es et daemonium habes. et cum respondisset dicens. Ego daemonium non habeo. Samaritanum se esse non negavit. Samaritanus enim custos interpraetatur. Ipse est ergo dominus noster. qui descendit de caelo custodire et salvare animas nostras. De quo propheta ante praedixerat. Ecce non dormitabit. neque obdormiet qui custodit israhel. Israhel enim. homo deum videns. Omnis itaque homo qui desiderat deum videre. a custode domino custoditur. « Et appropians. alli« gavit vulnera eius. infundens oleum et vinum. » Et hoc debemus advertere. quia propter vulnera nostra ex causa de caelestibus. ad terrena descendebat. deferens secum ligaturas. et oleum et vinum. Anima enim nostra. vitiis atque peccatis dissoluta ac dirrupta. et seminecis erat. Dicente propheta. Dissipata sunt ossa nostra. secus infernum. Ergo per gratiam misericordiae. appropinquavit animae nostrae ex fide. desiderantibus caelestem misericordiam. Alligavit in baptismo et perduxit ad sanitatem. per remissionem peccatorum. vulnera nostra. infundens oleum et vinum. Oleum chrismatis spiritus sancti. per quem omnes tumores et dolores animae deposuit. Vinum. calice passionis suae. nostras animas conpungere. et laetificare dignatus est. « Post haec inposuit (eum) in iumentum suum. « et duxit ad stabulum. » Iumentum samaritani. idest domini nostri corpus est christi. quod attraxit ex virgine. in quo omnia nostra suscepit peccata. et affixit illa cruci. Stabulum vero est ecclesia. ubi nos per suam passionem reportare et congregare dignatus est. et cura spiritali. omnia sanat vulnera nostra. Post haec alia die. idest post resurrectionem. protulit duos denarios. et dedit stabulario ut curam illius haberet. Stabularius. doctor est aecclesiae. qui iussu dei. populo spiritali exhibet curam. Duo denarii quos accepit. idest duo testamenta. patris et filii unam deitatem. unam potestatem exprimunt figuratam. Omnis enim denarius. sui regis exprimit monetam. deinde ait ad stabularium. hoc est. doctorem aecclesiae. et quod supererogaveris. ego in redeundo reddam tibi. O felices doctores catholici qui bene norunt vulnera animarum languentium curare. qui tam idoneum habent ipsum dominum fideiussorem. dicentem. Ego cum rediero reddam tibi. idest cum venerit in maiestate sua. reddens singulis secundum opera eorum. Et huic stabulario quod super duo testamenta erogaverit. idest doctrinam et fructus spiritus sancti. omnibus doctoribus sanctis redditurum se ipse dominus pollicetur. Et adiecit dominus dicens ad legis doctorem. « Quis horum trium videtur tibi proxi« mus fuisse illi qui incidit in latrones? Et respon« dens legis doctor ait. Qui fecit misericordiam. » Tandem cognovit legis doctor. quis esset proximus sibi. Nisi ergo nobis venisset samaritanus. idest. dominus noster. nos adhuc vulnerati et semivivi iacebamus in peccatis nostris. Ad quem iterum ait dominus dicens. « Vade et tu fac similiter. » Unde dilectissimi quia legis doctor hoc noluit audire. Nos qui credidimus in salvatorem. audiamus et faciamus misericordiam. ut possimus ab ipso consequi misericordiam. Nam beati misericordes. quia ipsis miserebitur deus. Nunc et in omnia saecula saeculorum. Amen.

Pag. 184 — Unde supra.

Licet ingentia facta tenuis sermo non explicet. et natura frigidioris ingenii. flammas martyrum narrare non possit. Devotionem tamen nostram erga cultum martyrii demonstrantes. ab ipso per quem efficiuntur martires depraecamur. Ut divini ignis in nos virtute succensa. loqui sacerdotem doceat. qui laevitam docuit triumphare. Beatus namque laurentius. dum in urbe roma archidiaconatus officio fungeretur. et idem in minori adhuc esset aecclesiastico ordine constitutus. ad principalem palmam martyrii pro vitae virtute pervenit. non querens requiem post laborem. non gaudium eligens post sudorem. Sed craticulam cathedrae preferens. ardere magis voluit quam sedere. Noverat enim ab apostolo esse praeceptum. qui bene ministraverit. bonum gradum sibi acquiret. Acquiret plane non tam in praesenti saeculo. quam in futuro. nec ut hic tantum sedeat. ubi scribae et pharisei reprobantur. sed illic potius. ubi per evangelium dominus repromittit dicens. Sedebitis et vos super duodecim sedes. iudicantes duodecim tribus israhel. Istam sedem. Istam cathedram. Istam ammirabilem requiem. laurentius expectabat. Ideoque patienter et fortiter illata supplicia perferebat. Superiori viae boni desiderio suppositis ignibus non cedebat. Dum enim ardet christi adhesit desiderio. persecutoris poena non ardet. Quantum autem in eum amor fidei crescit. in tantum supplicii flamma frigescit. Torquetur quidem persecutoris incendio. sed ex amore succenditur divino. Salvatoris ignis. materialem tyranni restinguit ardorem. Quamvis enim in favillam membra solvantur. fidaei tamen fortitudo non solvitur. Corporis licet sustineat detrimentum. sed lucrum aeternae salutis acquirit. dicente apostolo. Non sunt condignae passiones huius temporis ad superventuram gloriam quae revelabitur in nobis. Sed videamus fratres karissimi quibus meritis ad istam beatus laurentius pervenerit dignitatem. Non enim casu quodam hoc accidit. nec personarum acceptor deus largitur illi hoc quod aliis forte subtraxerit. sed iustae dispensationis iudicio. remunerat laborantem. et vicem quodammodo restituit operanti. Nam ut beati laurentii multa praeteream. hoc fratres quam eximium. quam putatis esse mirabile. quod nec speravit in incerto divitiarum. sed divitias suas et thesauros aecclesiae. pauperes simul et debiles estimabat. confidenter dicens tyranno. Has solas divitias. hos veros thesauros. in pauperibus aecclesiam possidere. Et re vera fratres. isti sunt thesauri nostri per quos non solum multa conquirimus. sed ipsum maiestatis dominum facimus debitorem. Sicut ipse dicit. Quamdiu uni ex minimis meis fecistis. mihi fecistis. Esurivi enim. et in aesuriente cibatus sum. Sitivi. et in sitiente potatus sum. Et idcirco fratres. si ad culmen martyrii cupimus pervenire. omni praesentis vitae ambitione deposita. istis bonorum operum gradibus laurentium subsequamur. Sicut enim passione sua inluminavit mundum. eo lumine quo ipse accensus est. ita flammis quibus exustus est. omnium christianorum ad fidem corda succendit. Quis autem nolit pro christo ardere cum laurentio. ut possit a christo cum laurentio coronari qui dum persecutoris flammas vicit. ostendit nobis per ignem fidei gehennae incendia superare. et amore christi domini diem iudicii timere. cuius diei ne tunc uratur incendio cum examinationis tempus advenerit. Ante propheta clamat et dicit. ure renes meos et cor meum. Ure renes. ne nutriant voluptatem. Ure cor. ne cogitet vanitatem. habes enim salutarem ignem. et universis luminibus clariorem. illum de quo (dominus) dixit in aevangelio. Ignem veni mittere in terram. et quem volo ut accendatur. Imple(ta) christe tua voluntas est. Ecce enim hoc accensi igne. Cleopas cum socio suo dicunt. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. cum aperiret nobis scripturas. Hoc accensi igne tres pueri ut (et) inter penarum flammas camino estuante deambulabant. et igneos globos pedibus inlesi conculcabant. Unde et beatus laurentius non minori est gloria praedicandus. illi enim inter penarum flammas deambulabant. hic in ipso supplicii sui igne discumbit. Illi vestigiis pedum conculcant incendia. hic ferventem craticulam laterum (regiratione) suorum devotius restinguit. Illi ad postremum stantes in pena elevatis tantum manibus orabant. hic prostratus in pena. toto christum corpore depraecatur.

Pag. 186 — Unde supra.

Post Apostolorum victoriam. laetus laurentius

adgressus est pugnam. et consecutus est coronam. Erat enim in aecclesia praeditus officio laevitarum cum ei passionis gloriosum tempus advenit. Cumque ab eo sacrilegus iudex opes aecclesiae inquireret deferendas. statim beatus laurentius pauperes iussit adduci. quorum manus collocato in coelo thesauro. crebris transmissionibus adimplebat. Ille vero insaniae suae ira commotus in auxilium saevitiae suae flammas advocat. et commenta perquirit. atque diversis penis affectum. ignibus beatum martirem praecepit concremari. Torquetur. tunditur. exuritur. et distinctis membris crescit ad paenam. Quid agis? quid laboras? quid extuas iudex? primum si potes animum qui ardet extingue. et tunc demum martiris corpus incende. Quid carnem persequeris confitentis? Puni si potes. fortitudinem toleranti prestas. et nescis. Consulis et ignoras. Nam deposita sarcina corporis martir noster expeditior volat ad caelum. Qui dum carne paulatim adsumitur. animi vires augentur. Amminiculum ergo martiri prestas. namque optat deponere carnem. quam se novit cum mortalibus habere communem. Legimus autem fratres karissimi. quod vasa figuli probat fornax. Vere iste in se christi fabricam custodivit. qui super fornacis incendia securus occubuit. Ardebat caro eius. sed vigilabat interior spiritus eius. Vas illud sanctum quod hauserat de fonte secretum. etiam in igne gestabat. nam dum se coctum ex una parte corporis praevidisset. et aliam validam festinabat. cupiens videlicet per arma iustitiae dextra levaque probari. Sic ait. girate me et comedite quia coctum est. Magna virtus fidei fratres. sed intrinsecus forma karitatis ardebat. qui sic de incendio suo inlato ridebat. Nam attaminare non potuit persecutor. quod dominicae mensae fuerat consecratum. Et ieiuna remansit impietas. quia christi fidem eorum abnegaverat vanitas. Gloriosum autem extremum cum fide direxit spiritum. quem passio atque victoria levavit ad ihesum christum dominum nostrum.

Pag. 193 — Sancti iohannis chrisostomi.

Iterum nos sancta et superlaudabilis dei genitrix in spiritale convivium vocat. Iterum perfectam eius memoriam sicut habundantissimam mensam proponit. Et iterum inconsumptibilem eius thesaurum indigentibus nobis aperiet. Iterum ad dicendum invitat. et dicit domina Iterum fidelibus debitor pauperculus. Ego duo minuta ponere in sacrum gazophilacium. Praecedat vero verbi praecipuus david enim iste. qui super omnia deum benedictum glorificans in saecula. Sic inquit. generatio et generatio laudabant opera tua. et sancti tui benedicent te. Gloriam regni tui dicent. et potentiam tuam loquentur. ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam et gloriam magnificentiae regni tui. Haec enim praescita sapientia per generationes. et generationes. in animas sanctas transiens. et amicos dei et prophetas aedificans. Secundum salomonis scripturam divina virtute praenuntiata concedit. Et in nobis per adorandam eius condescensionem facta beneficia. praescire filiis hominum donavit. Quatenus per multorum testimonium et in unum convenientium preferrent veritatis praedicationem. perficiant auditum suscipientium inrefragabilem pietatis condescensionem. Unde multiphariae multisque modis. iuxta paulum offerentium sanctorum descriptio. Aspiciens in altitudinem divini misterii. plures et variae disposuerunt per ordinem. Unusquisque de salutiferae dispensationis executione sicut divinus spiritus divisit propria unicuique ut voluit. Quidam enim deo docente miracula pronuntiavit. quidam vero salutiferam passionem presignavit. et quidam vivificam sepulturam predicavit. Quidam salutiferam resurrectionem pronuntiavit. et alius quidem bethleem amplectebat. sicuti caelestis benedictionis initium suscipiens. Alius quoquae genuit matrem salutare dei nostri. Significative praecognoscens. in spiritu sancto per sensibilia edocuit. Sicut aesaias unanimiter. utpote. per existentem montem previdens sanctam et dei susceptrícem virginem haec inquit. Et erit in novissimis diebus manifestus mons domus domini. et domus dei super summa montium. Et exaltabitur super colles. et venient ad eum omnes gentes. et ibunt ad eum omnes gentes et dicent. venite ascendamus in montem domini et in domum dei iacob. et annuntiabit nobis viam suam. et ambulabimus in ea. Et nunc domus iacob. venite ambulemus in lumine domini. eduxit enim populum suum domum israhel. quoniam repleta est terra eorum opinione tamquam alienigenarum. Haec enim ergo nos propter humanitatis conde-

scensionem saecundum predestinatum tempus proficere volens omnium dominus. et provisor. quatenus quae lapsa est per transgressionem natura... beatae in paradyso habitationis et divinae karitatis ad meliorem provocationem statum per propriam ascensionem. et saecundum subsistentiam unitionis reciperet. ut erat prefinitum ab initio. superlaudabilem et immaculatum invenit virginis beatum thalamum. dignum deo habitaculum. et oportunum ergasterium ad dispensationis ministerium.

In hoc enim primitus et per veritatem habitans deo decenter. sicut ipse solus scit quod ex deo. deus verbum. ineffabilem carnis ad deitatem unitionem operatus. continuo condescensione exorienti amictus humana forma. sedentibus in tenebris et umbra mortis. sol iustitiae exortus est. Et quis testis quae et nobis famosissimae virginis manifesti montis assertio. divina et prophetica quaternitas. David et abbacuc et micheas et danihel. David quidem dicit. mons in quo voluit deus habitare. in eo. Abbacuc vero. deus a libano veniet et sanctus de monte umbroso et condenso. Danihel autem. videmus quoque. lapis de monte praecisus est sine manibus. Et micheas. ea ipsa dicta isaiae quia consequenter utens verbo prophetico. manifeste et superexistentem omnibus praecipue. divinum montem primitus et per ordinem. et quam in ipsis gentibus profectionem a principio magni proclamabant constituit. Ita postmodum quae ad alterutrum secundum pietatis invitationem. in aecclesiasticam saecundum fidem dei iacob domum introduxit. Sicut inquit egregius paulus. cuius domus sumus nos. Et alibi. Vos templum dei estis vivi. sicut dixit deus. inhabitabo in eis. et ambulabo inter eos. et ero illorum deus. et ipsi erunt mihi populus. Pro quid enim symbola montium et collium quibus superlocari divinum montem praenuntiavit? Spiritiferus monstravit omnino procedens sermo cum propitiatione melioris. Nunc autem tuente spiritali laudatione clamemus. Cantate domino canticum novum quoniam mirabilia fecit. Et quoniam in archangelo verbo sanctificatae sunt. inmaculatae et virginales aures. et susceperunt intus animatum et sanctum virginitatis thalamum naturam et non arbitrium. Castitatis dominum. et gloria domini repletum est sanctum tabernaculum. velociter in iudeam carpebat iter deo. Sponsata et vitae susceptrix virgo. non sponte in hoc moto. sed ab eo qui intus precipuus gubernator. sicut navicula directa. Verum enim auctorem per prophetica dicta. musicus vero dudum praeymniferans david. saecundum alterutram coniunctionem. Quae iuxta sterilem helisabeth. et deiferam virginem dicentur. ut inhabitet gloria in terra nostra. misericordia et veritas obviaverunt sibi. iustitia. et pax complexe sunt se. Veritas de terra orta est. et iustitia de caelo prospexit. Exigebat debitum prophetiae per opera manifestae deponi ad credulitatem. hinc caelestis habitator et super caelestem imperialis missus debitam. occasionem et ad perficienda cogentem tribuit quae loquebatur adolescentulae. Zachariae sacerdotis domui citius coniungi. ad congaudendum helisabeth in conceptu. Quod et ceteras puerperas ad eius propinquitatem agere descripsit. divinitus evangelista lucas inquiens. audierunt cognati eius. quoniam magnificavit deus misericordiam suam cum ea. et congaudebant ei. Sic enim legis amicitiae mos est. commune fieri legentibus se. Post enim terribilem declarationem quod in ea venerabilis misterii. sic quomodo inquit. Ecce helisabeth cognata tua. et ipsa concepit filium in senectute sua. et hic mensis saextus est illi quae vocatur sterilis. quoniam non erit inpossibile apud deum omne verbum.

Propter hoc vero. sicut ad equalem quia in ea miraculum. quae erga sterilem filium creationis edocens. velociter transmigravit in montem sicut passer. quatenus aliquid consideret quae non speravit suscipere. id quod esset super spem. Exurgens autem maria in diebus illis. inquit divina scriptura. habiit in montana cum festinatione et intravit in domum zachariae et salutavit haelisabet. Sed non latuit sacram vetulam. talis sacratissimae novitatis adventus. Divina vero existebant quae perficiebantur. Sic enim in imbrem gignentem nubem consuevit. sic ex divina aedificatoris sapientia. ore destinari fulgore et tonitruanti voce adnuntiari ubertas. expectantibus pluviam. Multo magis quae tegit divinum et sanctum spiritum. splendidissimam caelestem et vitam ministravit ex pluviae nube. Praevenit nuntians sacrum coniugium. et laudabilia et digna dicta. ad regalem adventum. Praesonabant ut non inconsiderabilis et sine ratione speraretur esse divina susce-

ptio. unde renovata sicut ita aquila senex. Et exurgens in magno gaudio. in atrio preobviavit sanctum ingressum. precurrentes quidem ulnas habens. declinatum vero et omni reverentia ornatum vultum ferens. Sic salutationem reddebat. quae supereminebat omnium regina. ut ergo sacrae dignitas est. apacifera pacis. et secundum hos divinum et sanctum osculum honorata est spiritus conrepleta. Sicut testatur. veluti divina inspiratione a sanctificatione dei per hora et tactus currente. quippe sacrae eloquium vetulae. et qui intus infans gratiarum actionum emanabat voces. Benedicta tu a domino qui fecit caelum et terram. Benedicta tu in mulieribus. quae veram et supercaelestem nobis benedictionem attulisti. Benedicta tu in mulieribus. quae opprobrium feminarum in bonitatem transmutasti. Benedicta tu in mulieribus. quae nutristi nutrientem nos. qui conversionem nobis in amicitiam deo affectasti. quae portasti redemptionem superornatam. quae attulisti generi humano creatorem pium. Benedictus fructus ventris tui. novus adam dominus. et deus adae. Benedictus novus fructus ventris tui. Qui innovat nos ad electorum hereditatem pape mirabilis. ubi nunc patres nostri vident quod totus mundus non vidit. Quid de hac muliere dicam. ornata et deum caelestem sicut hominem gignente? Innovantur naturae. et quae non sunt facta fient. Et quid mirum? deus vult fieri. quod non erat. ut nos efficiamur qui plasmati sumus. cum ampliore gloria.

Vere benedicta tu in mulieribus. et benedictus fructus ventris tui. propter hoc regalibus te laudibus salomonis alloquor bona in mulieribus. Quae est ista quae descendit a nazareth. sicut virgula aromatum murrae et turis. ex omni pulvere pigmentarii? Quae est ista bona in mulieribus quae incumbit nobis ut lux bona. ut luna. electa ut sol? Quae est ista bona et nova in mulieribus. quae incorrupte incorruptionem suscepit? Quae est ista bona. et inpolluta in mulieribus. quae lumen omnium in utero portavit pro quo in odorem unguenti tui currimus? Flavisti enim vivificum odorem mundo. Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me? mater domini dei patrum nostrorum. unde ad terrenos caelestis adventus? unde ad egenos regalis condescensio? unde ad pusillum zachariae tabernaculum. quo deus susceptus est habetur tabernaculum simile? Unde mihi hoc aspicere in deo gratuita tua facie. et audire vocem caelestis repletam laetitiae. Confirmasti vero in nobis exiguis sacrum aeloquium quod inquit vox laetitiae et salutis in tabernaculis iustorum. Tu enim existis exultatio. et ex te procedit salus. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis. exultavit infans in gaudio in utero meo. Non sustineo infantis exultationem. Cognovit enim plasma plasmatorem. et festinat et ipsum ad adorandum. Cognovit natura dominatorem. et supervolari cogitur naturae terminos. suscepit virtutem praematuram. et astat naturae praematurus. Clamat per me. unde nobis hoc. ut veniat mater domini nostri ad nos? Veni ergo quidem ingredere bona et benedicta inter mulieres. et sanctifica servilia tuae ingressionis. Veni ingredere si invenimus gratiam in oculis tuis. et benedictio tuae ascensionis. Veni ingredere lucidissima. et illustra nos inluminatione tua. Veni ingredere sanctificata. et auditam nobis fac vocem tuam. Quoniam vox tua suavis. et facies tua speciosa. Favus distillans labia tua sponsa. inde sponsata. mel et lac sub lingua tua. Revertere. revertere sunamitis. quae sub lucidam pacem suscepisti et pacis exordium genuisti. Revertere quae in pacifico et in sacro templo nutrita. et pacis divitem concepisti. Revertere revertere sunamitis. et videbimus in te quae multi prophetae et reges desideraverunt videre. Revertere revertere pacis splendor. et pacis amica et videbimus in te. quae desiderant angeli aspicere. Revertere sunamitis et videbimus in te quoniam venter tuus metat triticum. Circumsepta in liliis. conplacebunt enim tibi propter quod in te panem verissimae vite sicut lilia odoris. Sanctas et caelestes virtutes. et divina prophetica predicta. beata quae credisti. quoniam erit perfectio. quae locuta sunt tibi a domino. Beata tu super omnes generationes. quae fide indubitanter honorante dei promissionem credidisti. Beata tu quae credidisti non duplici animo. sed ex toto animo omnipotenti deo. Beata tu quae credidisti. sine dubio qui nutu solo per potestatem faciens omnia. sine inpedimento et reaedificans. Beata tu quae cognovisti sapienter. quoniam natura servit creatori. ut voluerit. et non creator ad naturam. Propter hoc praetioso responso quae

nuntiata sunt super honorasti inquiens. Ecce ancilla domini fiat mihi saecundum verbum tuum.

Et quomodo beatior? tu semper laudabilis super omnes. quae in nullo neglexisti ad ea quae dicta sunt tibi a domino. Quae non trepidasti ad ea quae propter hominem tibi dicta sunt. quae non iniuriasti superbe nuntiatorem ineffabilium. sed interrogans venerabiliter. quae initium quod super naturam. et discens diligenter. inclinata es sensibiliter dicens. ecce ancilla domini. fiat mihi secundum verbum tuum. Certe superasti sicut oportuit summum montem altitudine abraham qui post in ysaac promissionem. in ismahel translatare. benedictionem poposcens. propter incredulitatem. Certe superexaltata es et inquam. propter incredulitatem in divina promissione riserat sara. Certe superlevata es. et moysi fastigii culmen. Qui postquam in aegipto et in rubro mari et in deserto dei prodigia in carnis datione petitionis defractus. et qui prae manus omnia habet. pollicentem. dationem. in verbo aquae contradictionis. furore diffidentiae disrumpens. coram facie populi. Gedeon quantum superascendisti. quae in deo fides. qui sicut illum istoria testatur non neglexit. et semel et bis temptare deum. Per propriam pusillam fidem· et ut plures relinquam. eum Zachariam et novissimum omnium ad medium deducam. cuius tantum superexcelsa extitisti. Qui neque quae secundum naturam in incertum consensit. Et haec in ipsis sanctorum secretis. tu vero et quae super naturam consensisti fideliter. et superna mente suscepisti cum gaudio. decenter vero pronuntiavit et hoc cum aliis salomon inquiens. Veni a libano sponsa. veni a libano. ingrediens et egrediens ab initio fidaei. Venisti ad fidem per electionem divinam. et initium sanctum de populo fidaei israhel. fieri initium fidaei populo pio. et fidaei curiosae honoranti deum. Tu sancta summitate deo placitae fidei. tu portio sancta. et benedicta. de domo ismahel. quorum spiritus non est creditus cum deo. Sicut scriptum est. beatus populus qui te adquisivit. speculum rectum quae in deo fidaei. propter hoc ibunt in te sanctum montem dei gentes multae. et vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Beatificantes. conlaudantes te. et benedicentes. Multi vero prophetae fecerunt miracula. et multae filiae fecerunt virtutes. Tu autem superelevata es. et superasti omnes. Cognovisti dilectissima insuperabilem montem dei. Intellexisti quomodo persistit omnis fortissime summitatis. quae inhabitum montium parabolice praedicata est ab aesaia propheta. Sed quid ad haec gratia plena. sursum rapiens mentem? et auctori gloriae gratiam preponens dixit. Magnificat anima mea dominum. et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae.

Haec quae sic vere existunt divina. quae sic vere existunt sapientiora. quae sic vere existunt salutaria. pia. dilecta. iusta. bona. advocans qui ex israhel. Veluti. quis pater amator. propheta dicebat. Et nunc domus iacob. venite eamus in lumine domini. deduxit enim populum suum domum israhel. quoniam repleta est terra eorum fama ut alienigenarum. Venite inquit in lumine domini eamus. christum lumen pronuntians. qui ante saecula consempiternus ex deo patre ortus est. Qui in novissimis temporibus ex virgine sancta per carnem inluxit in mundo. qui in tenebris apparuit. et a tenebris non est compraehensus. Ipse enim est vita. et lux fidelium. Sicut in evangelio inquit. Ego sum lux mundi. Et adhortans iudaeos saecundum similitudinem prophetae. sicut omnium curator dicebat. Dum lumen habetis credite in lucem. ut filii lucis efficiamini. Exurgamus quippe dilectissimi et nos quidem ad gratiarum actiones. et fidaei nostrae ulnis amplectamur gloriosum initium. ut efficiamur massa sancta. Sicut scriptum est. quod si delibatio sancta est. et massa. et omnes comproficiscentes matri domini. comproficiscamur et nos. eamus ad splendorem coram lumine eius. Qui enim diligit eam. diligit vitam. et qui vigilaverit ad eam. replebitur laetitia. Qui tenuerit eam. hereditabit gloriam. ubi enim ierit benedicet dominus. Et qui diligunt eam. diligunt deum. propter quod cum gabrihel have gratia plena. clamemus. cum caelesti militia. Gloria in excelsis deo. Laudantes cum pastoribus· mirabiliter gignentem miremur. cum magis adoremus. cum prophetis. symeon et anna laudemus. cum helisabeth clamemus. benedicta tu in mulieribus. et benedictus fructus ventris tui. Caelum dei regale. lucidissimus thalamus. sanctum aedificatum templum. splendens thronus cherubim regis gloriae. thesaurus indefinitae vitae. Paradisus quae non periit voluptatis. illustratus thalamus

sponsi aecclesiae habitaculum divinae sapientiae. diversorium iustitiae. susceptorium indestructi gaudii. antrum inaeffabilem pietatis. tabernaculum innumerabilis misericordiae. ergasterium omnium medicinae. sanctus et manifestus mons divinae apparitionis. cubiculum sine ruina bonarum. applicatorium sine turbine tranquillitatis. gloriam virginitatis. Exultatio matrum. firmamentum fidelium. totius mundi laetitia. imperialis purpura divinae incarnationis. indeficiens fons. quod non minuet dona paratum. adiutorium indigentibus. quae non confundit spes. divitiae salutis christianorum quae ad deum fixa auctoritate. Quis non inpetrabit rationabiliter depraecans omnipotentiae tuae sancta dei genitrix? Quis erubuit iustae obsecrans te gratia plaena virgo? Quis tribulatus est piae sperans in te? Omnes tua beneficia praedicamus. Ianua salutis nostrae. sanctum initium inmaculatae nostrae fidei. refugium tribulantium. desperantium spes et salus. Audisti terribilem mysterium. honorasti fideliter fidelia. et peperisti omnium fidem et spem et salutem. Ihesum Christum dominum nostrum. Ipsi gloria. fortitudo. et magnificentia. magnitudo. cum patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Pag. 205 — Item versos in sancte marie.

Laudibus eximiis resonent nunc organa mentis.
Orbis ubique tonet Laudibus eximiis.
Festivitas caelebris hec est super aethera sanctis.
Caetibus angelicis Festivitas caelebris.
Rex pius ut decuit matrem super astra locavit.
Et dominam statuit. Rex pius ut decuit.
Haec domuit vitium proavorum germine cretum.
Cum genuit dominum. Haec domuit vitium.
Spina rosam genuit gens aspera mollia fudit.
Quae miseranda ruit. Spina rosam genuit.
Stella maria maris genitrix pomposa tonantis.
Sis pia tu miseris. Stella maria maris.
Corpore virgineo genuisti gaudia mundo.
Nunc super astra manens. Corpore virgineo.
Fac praecibus placidum semper beatissima natum.
Et famulis dominum. Fac praecibus placidum.
En tua festa micant plebs undique te praece pulsat.
Da sibi nil noceant. En tua festa micant.
Nil tibi quod deceat mundus valet asmate ferre.
Mens hominum cogitat. Nil tibi quod deceat.
Tu tamen esto pia meritis succurre polosa.
Crimina nos lacerant. Tu tamen esto pia.
Filius ecce tuus quem non capit ordine mundus.
Quem colit orbis ovans. Filius ecce tuus.
Dat tibi quaeque cupis. pietas clarissima prolis.
Nilque negans dominus. Dat tibi quaeque cupis.
Dic miserere tuis semper placidissima nate.
Sanguine quos laveras. Dic miserere tuis.
Gloria lausque patri virtus genitae quoque prolis.
Spiritui pariter. Gloria lausque patri.
Amen.

Pag. 262 — Sermo sancti iohannis constantinopolitani episcopi.

Ommnium quidem martirum sollemnitates...
Editus supra pag. 82, in Florilegio *Codicis C.*

Pag. 320 — Feria VI. Sermo Sancti leonis papae.

Scio quidem dilectissimi... Quod uni horum fecistis. mihi fecistis. Septimum enim mensem ab initio mysticum propter septiformem spiritum. et ipsum sui ordinis numero consecratum. continentiae fructibus deputantes. Quarta et sexta sabbati. sollemniter ieiunemus. Sabbato autem apud beatissimum petrum apostolum. vigilías celebremus Cuius nobis et orationes suffragabuntur et merita... in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 322 — Sermo Sancti (*alia manu*: iohannis chrisostomi. De misericordia.)

Tria sunt quae in misericordiae opere optanda sunt Christiano...
Editus inter Opera *Sancti Iohannis Chrysostomi. Basileae 1539. Tomo V. pag. 588.*

Pag. 325 — Unde supra.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore Factum est in una dierum. et ihesus sedebat docens. Et erant pharisaei sedentes et legis doctores...

OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI.

Factum est in una dierum et ipse sedebat docens... stupentia corda convertunt. Sequitur. Videntes autem turbae timuerunt. et glorificaverunt deum qui tantam potestatem dedit hominibus. Scribis namque et pharisaeis blasphemantibus. et dicta vel gesta domini calumniari volentibus. viles turbae proruperunt in laudem et ammirationem divinorum operum. Ammiratio istarum turbarum. significat ammirationem illorum. qui videntes conversionem sceleratorum hominum. ammirantur. et quasi divinam virtutem et potentiam glorificare videntur. In eo enim quod turbae glorificaverunt deum dicentes. benedictus deus qui dedit potestatem talem hominibus. significant ammirationem illorum. qui dum vident per officia sacerdotum vincula peccatorum dissolvi. ammirantur. Ille enim peccata dimittit. qui hominibus potestatem dimittendi peccata tribuit. Illi autem ammirabantur. qui purum hominem eum credebant. Ideoque non ipsum sed deum glorificabant. Nos vero qui perfecte eum deum credimus. non ammiremur. sed glorificemus. ut in futuro seculo bonorum fructus colligere cum gaudio et exultatione possimus. Prestante domino nostro qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 419 — DOMINICA II. POST SANCTI MARTINI.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Cum videritis abhominationem desolationis....

EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBYTERI. DE EADEMLECTIONE.

Cum ergo videritis.... et stellae cadent. si caelum in quo ista sunt terraque non fuerit? Caeli enim qui nunc sunt et terra. eodem verbo repositi sunt igni reservati in diem iudicii. et perditionis hominum impiorum. Aperte enim beatus petrus ostendit his verbis. quia non alii caeli igne perituri sunt. quam illi qui prius perierunt. idest ista inania et nebulosa spatia ventosi aeris. in quibus aves et nubila discurrunt. Illuc enim perveniet ignis. quo pervenit aqua. idest tantum ignis valebit. quantum aqua super omnes montes excrevit. quindecim scilicet cubitis. Tantum quippe caelum et terra ardebit. quantum malitia coinquinari potuit. Sed querendum est. quare dominus dicit. caelum et terra transibunt. cum ecclesiastes dicat. generatio praeterit. et generatio advenit. terra autem in aeternum stat. Si terra in aeternum stat. ergo et caelum. et si caelum et terra in eternum stant. quomodo transibunt? Sed sciendum est. quia transibunt per meliorationem et renovationem. iuxta illud iohannis. erit caelum novum et terra nova. Sed non transibunt per abolitionem. transibunt quippe per imaginationem et speciem quam nunc habent. quod manifestat apostolus cum dicit. praeterit enim figura huius mundi. Et psalmista. Mutabis ea et mutabuntur. sed non transibunt per essentiam quam nunc retinent. Rursus quaerendum est quare dominus dicat. Caelum et terra transibunt. verba autem mea non praeteribunt. cum in rerum naturis. nichil durabilius sit caelo et terra. et nichil velocius. quam sermo transit. Verba enim quousque inperfecta sunt. verba non sunt. cum vero perfectae formata fuerint. omnino iam non sunt. quia nec perfici nisi transeundo possunt. Sed sciendum est. quia dominus verba. non sonos. non voces. neque litteras appellat. sed ipsas res et sententias quae verbis exsplicantur. et est sensus. Verba autem mea non preteribunt. Idest ipsae res et sententiae non prius transibunt. quam opere compleantur. quas explicat meus sermo qui transit.

Pag. 431 — EX COMMENTARIO BEATI HIERONIMI PRESBYTERI. (*alia manu*: Tractatus S. Ambrosii episcopi).

Et praedicabitur evangelium per omnes civitates. Idest civitates iudeae. notus enim in iudea deus...

Editus inter Opera *S. Ambrosii, Tomo II, edit. Migne, col. 1900.*

Pag. 446 — III. KAL. DECEMBRIS. VIGILIA SANCTI ANDREAE APOSTOLI.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.

In illo tempore. Voluit ihesus exire in galileam et invenit philippum et dicit ei. sequere me. Erat

autem philippus a bethsaida civitate andreae et petri et reliqua.

OMELIA VENERABILIS BEDE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE. (*In margine*..... Tractatus iohannis os aurei).

Audivimus ex lectione evangelica fratres karissimi. benignam redemptoris nostri gratiam... *Edita apud Bedam Tomo V. Edit. Migne, col. 264.*

Pag. 465 — VERSUS DE APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

Spiritus alme veni perflato dindima nostra.
Ad nostrum votum. spiritus alme veni.

Editi inter Opera *S. Petri Damiani Ed, Migne Tomo II. col. 946.*

ITEM ALIOS VERSUS UNDE SUPRA.

Continet hoc corpus. christus quos lumina pandit.
Sal mundi pariter. esset sacra dei.

Editi ibi col. 945.

Pag. 468.

Angelici cunei primatem pangimus ecce.
Qui meruit sceptrum post dominum superum.
Zabulus ille ruit cum complice namque caterva.
Propter quod tumuit sede poli caruit.
Gloria coelestis decorat te numinis inquam.
Saeve maligne ferox haud tua facta beant.
Lapsus ab aethre soli versaris more catelli.
Insidians. homini qui tua sceptra tulit.
En michahel celebris gratatur mente serena.
Propter quod retinet sacra tropea pie.
Instar erat laticis cristalli qui modo vibrat.
Nam quia non cecidit amplius emicuit.
Degit et extorris sceleris degetque per aevum.
Praeditus hinc extat stemmate lucicomo
Clarius unde micat radiis titanis in alto.
Non minus ast arvis fulget honore dei.
Quis valeat digne tot fari signa verenda.
Terrigenis tribuit quae pietate dei.
Clymata per cosmi reverenti laude beatur.
Tuta manent quoniam per sua praesidia.
Gloria christe tibi cunctorum forma bonorum.
Quo sine cunta proba de fore quis dubitat.
Fons bonitatis opem superis concedis et imis.
Sic summis haerens infima quo vegetes.
Frena manu retines quibus omnia rite gubernas.
Disponis. moderas. et regis orbis amans.
Sanguine quipppe pias praetioso nostra piacla
Copula sic pacis. nos superosque tenet.
Arceat ergo pius michahel nostri miseratus.
Te duce molimen. demonis horrificum.
Vota precesque tuis nostras litet auribus oro.
Demere sicque iube. crimina nostra pie.
Nosceris esse pius demptor scelerum probus atque
Cernua quo circa colla tibi damus en.
Pastor opime tuum recolentes cerne ministrum.
Hic suffragator quaeso gregis veniat.

Pag. 470 — INCIPIT SERMO SANCTI LEONIS PAPE DE IEIUNIO MENSIS SEPTIMI. FERIA IIII.

Omnis dilectissimi divinorum eruditio preceptorum... et exauditio precum. et remissio peccatorum. Incessabiliter enim divino egemus auxilio. et haec est humane devotionis insuperabilis fortitudo. ut illum protectorem semper habeamus. sine quo fortes esse non possumus. Quod ergo et sanctificationi corporum. et reparationi prosit animarum. quarta et sexta sabbati ieiunemus. Sabbato vero etiam vigilias celaebremus apud beatissimum apostolum petrum. ut piarum ovium deprecationibus gloriosissimi pastoris patrocinetur oratio. per dominum nostrum ihesum Christum regnantem cum patre et spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Pag. 477 — UNDE SUPRA. SERMO B. IOHANNIS AEPISCOPI.

Qui sanctorum merita religiosa caritate miratur...

Inter Opera *S. Iohannis Chrisostomi Edit. Basil. 1539. Tomo III. pag. 608.*

Pag. 483 — IN DEDICATIO ECCLESIAE. SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI.

Beatus apostolus sermonem divinum sub appellatione commemorat montium. pro stabilitate virtutum. ac sublimitate meritorum. Ut intellegamus quanta eos veneratione debeamus excolere In qui-

bus videmus aecclesiae fundamenta consistere. Ideo ergo magnanimitas invicta nomen sortita est fundamenti. quia sicut fundamentum in primo aedificii loco ponitur. ita per eos primitus christiana religio (initium) sumpsit. per illos fides novella surrexit. et quasi supra molem solidam. vasta firmitate consedit. Quae cum ita sint. iniuriam deo facit intra parietes ecclesiae. qui non digno honore veneratur aecclesiae fundatores. per illos enim est salus confirmata credentium. Videamus quomodo per illos. quia veritatem quam annuntiaverant predicando. confirmaverunt moriendo. Rebus non sermonibus declarantes. quam sit bonum illud. in spe certum. in retributione gloriosum. in possessione iocundum. pro quo lux neglegitur. gladius non timetur. anima incuntanter afficitur. Agnoscamus ornamenta matris nostrae quante sint gloriae. quae inter ipsa primordia. tantis est ornata testibus. quae per sacrum sanguinem predicata. quae illo genere dilatata est quo redempta. Ait autem sermo divinus. Diligit dominus portas syon. super omnia tabernacula iacob. In iacob. iudaica plebs. in sion. intellegitur christiana. Diligit dominus portas sion. idest respuit synagogam. et preelegit ecclesiam. Scire autem debemus. quae et quanta sit. inter utramque distantia. Sinagoga. est nationis unius congregatio. aecclesia. est universarum gentium multitudo. Illic tabernacula in iudeis. hic fundamenta sunt christianis. Et ideo umbra intellegitur in tabernaculis. virtutum vero soliditas. in montium fundamentis. Et quia in sacra lectione evangelista descripsit. Jhesus autem deambulabat in templo in porticum salomonis. Adverte quia illic exterius hic de foris ambulabat christus. nec sedem ponit. sed deambulat. nec intus ingreditur. cuius interiora perpetuae habitaturus intravit. Sicut ipse dicit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus. Illius autem templi quod magnifice a sapientissimo salomone legitur fuisse constructum. Illius inquam templi machinam. super bases argenteas et eminentes columnas. ac super capitella aurea recumbebat. hic vero bases. prophetae. columnae. apostoli. caput autem aureum. christus est. Hic inquam columnae. merita sanctorum sacerdotum. qui nutantem mundi statum. orationibus sustinent. Sicut per beatum iob de deo ac de sanctis. divinus sermo testatur dicens. sub quo curvantur qui portant orbem. Hi ergo supplices. humilitatem subnixi atque prostrati. onus totius orbis portant humeris sanctitatis. Illic lapidibus expolitis compaginata et unita erat iunctura parietum. Hic in vobis edificium spirituale. concordie vinculo. fidei sacramento. et caritate. conectit animos. Diligit ergo dominus portas sion super omnia tabernacula iacob. Videamus quomodo sion plus diligit quam iacob. hoc utique genere. quia ecclesiam novellam auctor et reparator inseruit. Sinagogae ariditatem offensus dereliquit. Ita dei vel iustitia dispensante vel gratia. ut cum illius infructuosam ficum succiderit. huius oleam fecundaret. ut cum illa conversa in spinas aruisset. haec vino salutari irrigata pinguesceret. Tunc autem in spinas conversa est. quando spineum sertum capiti redemptoris imposuit. Cum autem illa unius populi mater esset. haec mundi illo sanguine maculas diluit. quo se infelix sinagoga maculavit. et cum illa in limo profundi amictu sordente ceciderit. haec de fonte lavacri dealbata conscendit. Cum illa filios miserit in necem patris armatos. haec patri optulit adoptandos. Et ideo de aecclesiae felicitate propheta commemorat. quia plures filii desertae (magis) quam eius quae habet virum. Idest litterae importabilem legem. in cervice superba dura(m) potestate(m) damnantem. Illa (quae) virum habet antiquum nomen matris ammisit. Haec sponsum habens accrescente sobolem novum (sobole nomen matris) semper acquirit. Virgo haec permanet. et parere non desistit populos. deo renascentibus integra. et deo maritante foecunda. Illa suos vernaculos impietate dispersit. Haec etiam alienos gremio materno sacra regente ratione concludit. Illa vitam suam quae christus est etiam in resurrectione denegavit. Haec eum a mortuis resurgentem pio amoris affectu complectitur. Illa redimentem dominum persecuta est. Haec confessa ac secuta moriente(m). Librum repudii illa suscepit. huius thalamum et regnum ista promeruit. Nec mirum si preparari caelo discit. cui magister venit e caelo. illius desideriis amica nubes manna mellifluum dulci imbre roravit. in huius cibum deus ipse descendit. Pro illa taurorum et yrcorum cruor funditur. pro hac dei filius immolatur. Qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Pag. 482 — IN NATALI SANCTI ALEXII CONFESSORIS.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATHEUM.

In illo tempore. Dixit symon petrus ad ihesum. domine. ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Et reliqua.

OMELIA VENERABILIS ADELBERTI EPISCOPI ET MARTIRIS.

Audiens a domino petrus. Quia dives difficile intraret...... qua per caritatem sibi in invicem serviunt. ostendit. Huius rei et in nobis fratres karissimi.... nos exaudire dignetur. Qui trinus in personis. et unus in substantia. vivit et regnat deus. in saecula saeculorum. Amen.

Priorem partem huius homiliae, usque ad verba in invicem serviunt. ostendit, *invenies editam inter* Opera *Bedae Edit. Basileae 1563, tom. VII. col. 462, 463, 464. lin. 35; posteriorem vero apud* Bollandum *tom. IV. Iulii, pag. 257. ex hoc Codice Casinensi CIX. excusam. Confer etiam* Patrol. Lat. *Migne, tom. CXXXVII. col. 893, inter* Opp. *Sancti Adalberti Episcopi Pragensis et Martyris.*

S. THOMAE AQUINATIS

PROPRIA MANU SCRIPTA

EPISTOLA

AD BERNARDUM ABBATEM CASINENSEM

(EX CODICE LXXXII. pag. 320).

Ubi primum, praeter omnium opinionem, Codicem 82. excutientes in Epistolam offendimus Sancti Thomae propria manu exaratam, ab ejus evulgatione continuo curanda animum nostrum prohibendum duximus, ne Secundi Voluminis *Bibliothecae* nostrae *Casinensis Florilegii* jura detrimenta caperent. En satis diutinae expectationi (nam de Epistolae hujus inventione jam rumor increbuerat) factum; en tandem luce donatum tanti Doctoris originale monumentum, nullo pretio, nullaque aestimatione impar. Habes hîc adnexum arte crhomolitographica ejus exemplar ad unguem perductum, ut cuique proprio ingenio de scripturae authenticitate judicium ferendi copia sit. Dolendum plane quod studio voluminis aequiparandi folia, ferrum eorum momorderit ora, et nonnulla verba dire absumpserit. Et, si quid est nobis in veterum scripturarum secernenda ratione usus, primo oculorum intuitu characterum forma hujus Epistolae originalem manum illico prodidit, nihilque quod de conducti scriptoris opera nobis suspicandi facultatem praeberet. Manus excurrentis inaequalitas ob importunitatem voluminis, quiddam tumultuarii et impoliti in inopinata sententiarum, ut ita dicam, eruptione, in forma vocum et sermonis, scripturae mendae, abrasiones cogitantem Doctorem et temporis angustia pressum luculenter praedicant. Sed sententiae nostrae in re tanti momenti non ita indulsimus, ut alienae suffragium declinaremus. Imo animum arrectum et ora quocumque vertimus, firmioris judicii aliquem expetentes, vel mentem nostram castigaturum, vel omnino ratam habiturum. Nec diu haesimus expectantes; cum nullus extiterit, qui clarissimum virum Uccellium in Thomae investigandis scriptis sedulitate et ingenio antecellat, nullus qui de eorum authenticitate sententiam ferendi potiori jure polleat. Qui ut primum in

exemplar hujus Epistolae photographica methodo depromptum a nobis missum injecit oculos, ac si rem manu tetigisset, in eo characterum specimine Thomam ipsum conscribentem laetus deprehendit. Quod ut nobis per epistolas retulit, rem indubiam habuimus (1). Quae vero hujus Epistolae conscribendae occasio, quaeque causa illius in Codicis margine coniiciendae Thomae fuerit, liquido adparet.

Cum enim Casinensis Abbatiae praefecturam gereret Bernardus Ayglerius (1263-1282) (2), circa Dei praescientiam inter monachos acris quaestio oborta est. Manu volventes Codicem signatum 82. *Moralium Sancti Gregorii Papae*, in illam inciderunt sententiam declarantem haec verba Iob: *Qui sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subvertit fundamentum eorum* (3). Hinc Dei praescientia, quae falli nequit; illinc contingentes eventus, qui prohiberi possunt: duplici premebantur cuspide: ad mysterii undas haerebant. In diversas discesserunt sententias; incaluere animi, et partium studio eos pervadente, colliduntur. Bernardus, quem Urbanus IV. in sua Bulla, ei Casinensem provinciam demandans, *scientia praeditum* (4), et Trithemius *ingenio subtilem, consilio promptum, scientia solidum* appellant (5), muneri non defuit; sed eius auctoritas videtur nobis aestui disceptantium fuisse impar.

(1) Vide ad calcem huius prologi.

(2) De Bernardo nostro haec habet Gattula *Hist. Abbat. Casin.* Tom. II. pag. 481: « Bernardus Cassinensis Abbas hoc nomine primus, natione Gallus ex Provincia fuit, atque ob egregias virtutes e Monacho, et aedituo monasterii Savinianensis, et Alexandri IV. cappellano Abbas celeberrimi monasterii Lirinensis an. 1256 evasit, teste Vincentio Salerno in Historia S. insulae Lirinensis p. II. p. 169. Abbas deinde Cassinensis inauguratus est ab Urbano IV. an. 1263. bulla sua data, *apud Urbem veterem IV. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno secundo....* Pluribus legationibus laudatissime functus... Caroli Andegavensis cum Ayglerio Fratre archiepiscopo Neapolitano ad Gregorium X.... In Galliam quoque a sede apostolica missus est ad gravia ibi negotia pertractanda, ut ipsemet fatetur in prologo ad expositionem S. Regulae et Speculi Monachorum. Quanam erga pauperes charitate arderet, satis ostendit Bernardus, auctis Monachorum, et Nosocomii Cassinensis redditibus, novoque constructo apud S. Germanum... Mirum etiam in modum Bernardi pietas effulsit, cum Angelo Abbati monasterii S. Laurentii de Aversa, ejusque Nepoti Jacobo ecclesiam S. Petronillae de Plumbarola concessit, in qua parthenonem construerent... Ecclesiae populoque S. Pauli de Cervario concessit, ut novam in ejusdem Sancti honorem construerent loco prioris jam jam collabentis, ubique illa esset sita, coemeterium aedificarent, in quo sacellum S. Mauri remaneret, in eoque a Clericis S. Pauli divina officia recitarentur. Spondet, se primum ecclesiae lapidem propriis manibus positurum. Sub ejus regimine Cataldus Pelliparius coenobio Cassinensi obtulit ecclesiam, et nosocomium, quod apud S. Germanum construxerat, Ecclesiam S. Liberatoris picturis, atque pavimento tessellato ornavit... Plurimum pro coenobii Cassinensis recuperandis bonis adlaborasse testatur Thomas ejus successor... Mirum quantum Cassinates Bernardo debeant, ob impeditas bonorum coenobii alienationes, ejusque jura sarta, tectaque servata... obque duo summis laboribus concinnata Regesta, quibus omnes ejus jurisdictiones continentur ». Supremum diem obiit Bernardus Casini, ibique sepultus secundo nonas Aprilis, die Sabbati, X indictione, anno 1282. — (3) Iob. XXII. 16. — (4) Vide Gattulam ibi pag. 482.

(5) « Bernardus Abbas monasterii Casinensis ordinis divi patris Benedicti vir in divinis scripturis studiosus et eruditus, et saecularium literarum non ignarus, ingenio praestans, et vita praeclarus, ac regularis observantiae cultor, et propagator insignis. » Tritemius de *Script. Eccl.* pag. 319, edit. Francofurti 1601. et in lib. II. eiusdem *De viris illustribus ordinis S. Benedicti* edito ad calcem *Regulae S. Benedicti cum doctissimis et piissimis commentariis Ioannis de Turrecremata*, Coloniae Agrippinae 1575: « Bernardus Abbas Cassinensis, in scripturis sanctis studiosus et eruditus regularis disciplinae zelosus amator, ingenio subtilis, consilio promptus, sententia solidus, eloquio apertus et compositus ».

Dum haec Casini geruntur, Bernardus S. Thomam a Gregorio X. ad Lugdunense concilium accitum in Galliam profecturum, Aquini, vel adversa valetudine correptum, vel suos invisendi gratia, substitisse cognovit. Et ratus se nunquam opportuniorem occasionem fore nactum, Sanctum Doctorem per epistolam rogat ut Casinum regredi velit, publica monachorum concione Gregorii mentem declarare, eorum animos in fide nutantes iudicii sui robore sustinere, instaurare pacem. Thomas, cui nihil erat antiquius, quam beato Benedicto filiali pietate et Bernardo Abbati ob accepta beneficia devictum se benevolentiae officiis praebere, nuntium alacri animo accepit, et Casinensi Abbati morem gerere instituit. Sed eo ipso in epistola monente, *prolixitas divini officii et ieiunii prolongatio*, quo monasterium minus adiret, impedivit. Aliud forte gravius impedimentum silentio praeteriit, protritas nempe vires, ab vitae suae supremo die non procul absens, quo in Fossenovae monasterio proxime ineunte mense Martio e vita excessurus erat. Quapropter Bernardi desiderium quam citius explere et Pontificis iussis obtemperare vehementer cupiens, mentem et calamum in ipsum Codicis marginem extemplo vertit; et quod viva voce de Dei praescientia convocatis monachis sibi explanandum erat, scripto tradit, non praesentibus modo, sed et posteris quoque profuturum. Nihil in his sententiis, quod in ceteris doctoris scriptis non occurat de divinae scientiae mysterio, et quod omnium Patrum consensus non obfirmet. Aeternam Dei scientiam infallibilem adstruit, licet liberrime humani actus futuri per varias locorum et temporis rationes evolvantur, et humanam libertatem ab omni necessitatis vinculo, quod infallibilis Dei praescientia videtur injicere, resolutam ostendit. Sub incompta forma Angelici Doctoris mens cubat ingens; et quod multa verborum luxurie ab aliis dicendum foret, Thomas fugaci vocis excitat imperio: in ungue patet leo. Bernardo se de re iterum dicturum pollicetur, si adhuc Casinensium male suasum ingenium postularet. Ac tandem ei diutinam valetudinem adprecatus, fratrem Rainaldum, quem itineris comitem se suaque curaturum sibi adiunxerat, ei commendat. Licet nullam haec epistola diem habeat, facile tamen de mense conjicies; nam anno 1274, quo Doctor Galliam petiturus obiit, Paschatis festo die 1 Aprilis recurrente, indubium est quadragesimale jejunium, quod Doctor annuit, iniisse mense Februario, in quo epistola data fuit. Ne Codicem in posterum exemplaturis via pateretur Doctoris commentarium male invehendi in textum, aliena manus monitum S. Thomae epistolae praefixit hisce verbis: *Quod est extra non scribatur*.

Pudet me jam longa aetate memoria deletam quaestionem excitare a doctissimis viris agitatam de *monachatu* Sancti Thomae in Casinensi Monasterio commorantis. Sed eiusdem epistolae nonnulla verba eo me vertunt, veritatis studio magis obtemperantem, quam domesticae gloriae inconsulta libidine abreptum. Apud nos fama nunquam intercisa ad haec usque tempora tulit, Doctorem Aquinatem antequam Praedicatorum familiam adiret, Casinensem monachum S. Benedicti regulae se devovisse. De qua re Codex 47 nostrae Bibliothecae monet; in margine enim folii 95 manus, quam Mabillonius saeculo decimo quarto

adiudicat, haec habet: « Apud Fossam novam natale Sancti Thomasii Confessoris viri eruditissimi qui oriundus de Aquino primo Casinensis Monachus factus, postmodum de Ordine Beati Dominici frater praedicator effectus. Sua multiplici et fructuosa doctrina illuminavit valde Ecclesiam sanctam Dei. » Idem legebatur in Codice membranaceo Bibliothecae Sancti Martini prope Panormum (1). Quod testimonium, domestici forte scriptoris, obfirmant Thomae aequalis et sodalis Frater Guilielmus de Thoco, qui eum puerum quinquennem Deo *oblatum* a parentibus praedicat (2); Ptolomaeus Lucensis eius discipulus ita in Abbatia Montis Casini eum enutritum monet, ac S. Benedicti discipuli Maurus et Placidus (3). Oblatum Deo apud Casinenses S. Antoninus narrat (4). Quamnam vero vim haec parentum oblatio ea tempestate in pueris obtinuerit, ut per eam inde monachi fierent, satis dictum ab aliis. Hic tamen monere placet, Thomam ita oblatum Deo in Casinensi Monasterio fuisse, ac Benedicti discipuli Maurus et Placidus, qui, licet pueri, monachi inde evaserunt. Bartholomaeus de Capua, Logotheta et Protonotarius Regni Siciliae, de Thomae vita testis accitus in Canonizationis processu, sub iuramenti religione prodidit Thomam a patre *monachatum*, ut ei ad Casinensis Abbatiae munus via pateret (5). Quod consilium Thomae matris mente repositum prophetico detexisse intuitu quidam eremita dicitur (6). Quid mirum si pervetu-

(1) *Relazione della nuova Libreria del Gregoriano Monastero di S. Martino delle Scale*, pag. 44. in Tom. XII operis cui titulus: *Opuscoli di autori Siciliani*. Panormi 1771.

(2) « Deinde parentes eius puerum faciunt cum omni diligentia enutriri, ut puerum mirabilem quem prophetia promiserat et gratia tam manifesta monstrabat. Quem sic enutritum libenter Deo offerunt, et quinquennem ad monasterium praedictum Montis Casini per nutricem cum bona societate transmittunt, in quo instrueretur sanctis moribus, divinis illuminationibus praeparandus. » Guilielm. de Thoco *Vita D. Thom.* cap. 1. n. 5, apud Bolland. *Act. SS.* Mart. tom. I. pag. 660.

(3) « Hic *(Thomas)* nutritus in sua pueritia in Abbatia Montis Casini, qui sunt Monachi nigri, et secundum morem nobilium illius patriae, ut patet de B. Mauro et Placido, ibidem in sua pueritia in loycalibus et naturalibus optime profecit. » Fr. Ptolom. Lucens. *Histor.* lib. XXII. cap. 20.

(4) « Completo aetatis suae quinquennio, parentes eius puerum Deo offerunt; et cum decenti comitatu, tamquam alterum Samuelem ad Heli, ad Monasterium Montis Casini, ex ordine S. Benedicti, mittunt, moribus et litteris imbuendum: ne tam praeclarum vitae speculum conversatio saecularis aliqualiter inficeret cum mundanis. » S. Antonin. *Chron.* par. III. tit. XXIII. cap. VII. §. 1.

(5) « Et audivit dici dictus testis (Magnificus Dominus Bartholomaeus de Capua, Logotheta et Protonotarius Regni Siciliae) ab eodem Fr. Johanne de Cajatia, et ab ipso Fr. Johanne de S. Juliano, et ex quodam communi praeloquio, quod Pater dicti Fratris Thomae, origine nobilis atque potens, *monachavit* dictum Fratrem Thomam puerum, disponens eum Abbatiae praeficere Casinensi ». Bolland. Mart. Tom. I. pag. 711.

(6) « De quo Doctore futuro mirabili ut praesciretur divinitus, quantum luminis natus mundo splendorem effunderet, praemonstratur de matris utero nasciturus, antequam mater eius sciret, quod in utero suo esset in veritate conceptus. Cum enim mater eius Domina Theodora, tam morum quam genitorum claritate conspicua, esset in castro Rocchae Siccae in confinio regni Siciliae et Campaniae, venit ad eam in spiritu vir, Bonus nomine, melior vita et religione, qui diu in monte dictae Rocchae cum pluribus aliis eremiticam duxerat vitam; qui Sanctus reputabatur ab hominibus regionis illius, et dixit: Gaude Domina, quia es praegnans, et paries filium, quem vocabis Thomam: et tu et vir tuus cogitabitis eum facere monachum in monasterio Montis Casini, in quo corpus B. Benedicti quiescit, habentes spem ad magnos ipsius monasterii reditus pervenire, per ipsius filii vestri apicem et praelaturam: sed Deus de ipso aliter ordinabit, quia erit Frater Ordinis Praedi-

stis et Thomae aequalibus testimoniis eius *monachatu* obfirmato, non solum apud Benedictinos sed etiam apud Praedicatores de eo firmissima invaluerit opinio? Nec mihi praetereundum est numquam de hac re inter Benedicti et Dominici alumnos decertatum fuisse: tota intra Praedicatorum moenia disputationis ratio iamdiu agitata fuit. Nam Frater Hiacynthus Serry Ordinis Praedicatorum, a Cardinali Norisio accepto exemplari Commentarii probantis Thomam monachum Benedictinum, quod Angelus de Nuce in frequenti eruditorum conventu coram Sueviae Regina Christina recitavit, ita in eius sententiam abiit, ut librum de hac re ediderit multa eruditione refertum (1). Id a cl. Jo. Francisco Bernardo de Rubeis eiusdem Ordinis Praedicatorum, viro doctrina spectatissimo, egre latum fuit; qui typis vulgata dissertatione (2) consodalem suum, ac si proprii Ordinis honorem iniquus appetiisset, nisus est refellere. Nostrum non erit sententiam ferre: cuique conflictantium libros adeundi est copia; quisque causam alteri adiudicet.

Nobis vero extra disputationis aleam de hac re historiae monumenta demisse perscrutantibus, maximi momenti haec S. Thomae Epistola visa est. Nam ea testimonia, quae supra attulimus, nova ipsius Doctoris sententia, veritatis luce suffunduntur. In ea quippe voces et sensus hominem declarant Casinensi Abbati obsequentissimum et fraterno quodam vinculo contentum. Manus quidem est Doctoris Angelici, Ordinis Praedicatorum luminis; mens Casinensis monachi. In hac aetas illa, haud temporis diuturnitate detrita, adhuc sculpta manet, qua S. Benedictus insontis pueritiae altor antiquus, eum quinquennem in ulnas excepit, scientia excolendum, moribus informandum, ad primos divinae sapientiae radios eius frontem obiecit, ocellos reclusit, et ultra pubertatis fines deductum, moribus et artibus florentem, Doctorem maximum evasurum dimisit. Quisnam ambiget, tunc temporis senis et pueri (biblicis utar verbis) animam conglutinatam fuisse? Nec admiratio lectorem nimia detineat haerentem, me adfirmasse iuvenem Thomam a Casinensibus scientia excultum discessisse: Ptolomaeum Lucensem iterum testem adhibebo, illum apud Benedictinos in logicalibus et naturalibus disciplinis optime profecisse docentem. Eius *monachatum* oppugnantes vix decennem puerum eum Casinum reliquisse censent: sed nisi Deum ipsum adeas, scientiam in pue-

catorum, tantae claritatis in scientia et sanctitatis in vita, quod in mundo sibi similis suo tempore non poterit inveniri. Cui respondit praedicta Domina: Non sum digna parere talem filium, faciat Deus suae placitum voluntatis. Quod totum ut prophetice dictum fuerat, est veraciter adimpletum. Nam statim secuta est apparens matris foecunditas; natae prolis iucunditas, cum impositione praedicti nominis, sicut continebat praedicta series visionis, ut non dubitaretur cuncta impleri in puero, quae praedicta fuerant in promisso ». Bolland. ibi pag. 659.

(1) *De monachatu Benedictino D. Thomae Aquinatis apud Casinenses, antequam ad Dominicanum Praedicatorum Ordinem se transferret, Historica disquisitio.* Lugduni, apud Fratres Bruyset, 1724.

(2) *De Fabula Monachatus Benedictini D. Thomae Aquinatis. Responsio ad historicam disquisitionem De Monachatu Benedictino D. Thomae Aquinatis apud Casinenses, antequam ad Dominicanum Praedicatorum Ordinem se transferret.* Venetiis, 1724, Typis Andreae Mercurii.

*

rum mire demittentem, haud tantae comparandae doctrinae tempus invenies. An vero Thomas earum disciplinarum magistrum Casinensem audiens, usque ad *monachatum* tyro extiterit, cuique in hac originali epistola forte introspicere est.

Bernardi Abbatis Casinensis S. Doctor *se devotum filium semper et ubique promptum ad obedientiam* dicit. Licet haec verba cuique, humilitatis et humanitatis causa, bene quadrent; nobis tamen aliquid monastici redolent, quod Thomam Bernardo intra sui pectoris septa devictum monet. Sed Benedicti filius, omnium reiecta verborum ambage, ac si primaevae aetatis coram Casinensi Abbate extemplo ei subiisset imago, ineluctabili amoris actus imperio, luculenter erumpit. Nam ejus accepta epistola, haec sanctus Doctor propria manu verba describit: *Nec absque divina dispensatione hoc gestum credo, ut me proficiscentem in Galliam vestrae litterae comprehenderent Aquino, ubi* SANCTISSIMI PATRIS...... BENEDICTI *beatus Maurus ejus discipulus ab eo transmissus in Galliam recipere meruit litteras et sacra exenia.* Cur divino consilio se in eamdem loci, temporis, et actus rationem ac S. Maurus, primus S. Benedicti discipulus, devenisse sentit? Ne ullum fugiat scitu opportuna, Lector haec habeat.

Coloniae Monasticae in Galliam deducendae Mauro provincia commissa, S. Benedictus eum, Aquini adhuc consistentem, epistola et sacris muneribus in itinere consequutus est. Ita dulcissimo discipulo, quem septennem puerum a parente Tertullo Romano Patritio Deo oblatum et a se jam senescente abreptum ingemit, vale, et forte supremum, mittere instituit (1): Thomas eamdem temporis, loci et actus rationem ac Maurus, nactus est, idque divina providentia factum censet. Non quidem iter in Galliam, non Aquini moram Thomam inter se et Maurum quemdam cognationis nexum instituendum impulisse dicam; in haec eadem multi dein offendissent, quin divinam mentem propius eventus moderantem agnoscere opus foret. Tota vis congruentiae in eo tantum sistere videtur, quod S. Thomas aeque ac Maurus eodem parentum consilio Beato Benedicto oblati, Casinensis Abbatis litteris recrearentur eodem loco, quo divinae gloriae provehendae gratia, Galliam forent petituri. In oblatione, in communi *monachatu* tota illationis ratio; quam si demas, Doctorem Angelicum,

(1) « Incipit epistola eius ad discipulum suum maurum casinensem diaconum. et prepositum. Accipe dilectissime extrema institutoris tui dona. que et longum nostrum testentur amorem. et tibi ac commilitonibus tuis. contra omnium perpetim munimen prebeant impedimenta malorum. Post expletam enim totam trinam vicenorum decursionem annorum ex quo monasterialem adisti perfectionem; in gaudium domini tui es introducendus. ut nobis dominus hesterno die postquam a nobis digressus es; ostendere est dignatus. Predico etiam tibi moram vos in eundo esse passuros. ac cum difficultate habilem locum inventuros. pro his et deo ordinante perficientur. et inimicus humani generis molimine calliditatis sue in vos concitabit. Nusquam tamen benignitas misericordis dei vobis deerit; si potius differendo licet ac desiderium animi vestri in longum experiendo; aliorsus quam sperabitis; aptissimam largiri dignabitur metationem. Iamque valeas felix in profectione; felicior futurus in perfectione. » (Ex codice 257, iterum edita, pag. 72.) Si epistolam Divi Thomae prae manibus habuisset Theodericus Ruinartus in sua *Apologia Missionis Sancti Mauri Monachorum Benedictinorum in Galliis Apostoli, (Appendice prima Tomi primi Annalium Benedictinorum*, pag. 629), argumenta quibus B. Mauri missionem probat, firmissimo Angelici Doctoris testimonio confirmasset.

quod minime fieri potest, male disserentem oportet insimules. Is, quod ab hac veritate necessario eruitur, haud respuit; immo toto complectitur animo, et Benedictum parentem appellat dulcibus verbis SANCTISSIMI PATRIS... BENEDICTI, quae monachum benedictinum profecto attingere nemo non videt. Quod luce meridiana non coecutientis oculis declarat vox illa abrasa, quae PATRIS nomen proxime sequitur. Quid nisi vox NOSTRI in vacuam sedem restituendum censes? Quis illam apertae abrasionis vi expulit? Vitio nobis ne vertat lector, si Casinensem monachum, minus aeque ferentem consodalem Thomam ad Dominicanos discessisse, vocem illam ferro abradentem deprehendamus. Res ipsa id postulare videtur. Admirationem vero habet quod cl. de Rubeis confratrem Serry tam acriter aggressus sit. Non de ingenti laude Dominicanis ab Aquinate Doctore parta, Casinensibus transferenda agebatur; sed de ejus *monachatu* antequam perillustri S. Dominici sodalitio nomen daret. Numquid laicus Thomas plus decoris quam monachus Ordini, quem adibat, foret allaturus? Iuvat igitur nos ex hac epistola talem virum intelligere S. Benedicto monachum adhaesisse.

Sed magis nos recreat eum corpore plus quam animo ab his ingenii sui incunabulis discessisse. Si doctorum virorum infrequentia, vel disciplinae monasticae dissoluta domus ad alium Ordinem Thomam divertissent, Casinatum memoriam oblivione obrutam, non filiali pietate virescentem ejus litterae nobis tulissent. Imo Thomam inter et Bernardum Casinensem talia deinceps benevolentiae et amicitiae mutua studia intercesserunt, ut quandoque beneficiis alerentur. Id et aliud optimae notae monumentum firmat, quod, licet iam in lucem prodierit, forte tamen non omnibus exploratum, hîc denuo proferre nimium non erit. Bernardus enim anno 1270 fratri Thomae et fratri Troyano, quos amicos carissimos appellat, copiam et locum dedit in civitate S. Germani domum et ecclesiam excitandi. Magnis laudibus Bernardus S. Dominicum eiusque Ordinem prosequitur, spirituali necessitudine S. Benedicti coniunctum dicit in suis literis (1). Thomas igitur talem intra sui pectoris fines fraternae consuetudinis initae apud Casinenses memoriam detulit, ut per hanc in benedictinam arborem dominicana germina inseruisse videretur.

Nec uberioris sapientiae segetis sibi comparandae causa Thomas Casinensi Abbatiae terga

(1) « Universis christi fidelibus presentes licteras inspecturis. Bernardus dei gratia Casinensis humilis abbas et Conventus Casinensis salutem in domino sempiternam. Licet beatissimus pater noster Benedictus principaliter fuerit Monastice legis lator et pater specularis omnium Monachorum; in sue tamen fundamentis doctrine necnon et conversationis exemplis omnium religionum edificia sua iaciunt fundamenta, et specialiter ordo a beato institutus Dominico; qui etsi ad predicandum populis sit principaliter institutus; Monasticum tamen nec habitum deserit nec conversationis insignia derelinquit, qui et munere paupertatis prepollens mundi amatores libera voce castigat et contra incredulorum versutias sacre pagine iaculis cuius est assiduus perscrutator, arcu predicationis corda sagictat eorum; ipsos ad fructum penitentie compungendo. Hunc igitur ordinem universali aecclesie necessarium, nobis non disparem nec a religionis nostre semitis deviantem, nobis libenter astringimus. nobis et unimus. non tantum vinculo caritatis set etiam loci propinquitatis honore. Hinc est quod nos prefato predicatorum ordini ob honorem dei et venerabili viri fratris Thomasii de Aquino. ac Religiosi viri fratris Troiani de eodem predicatorum ordine karissimorum amicorum nostrorum promerente dilectione. edificandi domum et Ecclesiam in Civi-

vertit. Qui primus in hunc montem veritatis lumen invexit (1), ignorantiae tenebris eum obvolvi numquam passus est. Aetate illa qua Doctor Angelicus bonis moribus imbuebatur forte non omnibus aeque compertum Erasmum monachum magna doctrinae fama floruisse Casini. Qualis hic vir extiterit, quantique haberetur apud doctos, litterae ei missae ab Universitate Neapolitana apprime declarant. Nam Dominicanis et Franciscanis a Friderico II. anno 1239 ab docendi munere abire jussis, et regno depulsis (2), his verbis Doctores et scholares Erasmum magistrum arcessunt: « Honestissimo et peritissimo viro Magistro Herasmo Mona-« cho casinensi scientie theologice professori. Universitas doctorum et scolarium neapolitani « studii salutem et optate felicitatis augmentum. Postquam fratres qui nos pane divine men-« se reficiebant Neapoli recesserunt. clausus est nobis puteus aque vive quoniam sacre scri-« pturae non est qui nobis modo aperiat misticum intellectum. denegata est nobis scientia-« rum scientia. que corporum nobis erat edificatio virtuosa. et animarum refectio salutaris. « In defectu igitur theologice facultatis tanto nostrum studium sensit gravius decrementum; « quanto inter scientias ceteras. scientia theologica dignitatem optinet altiorem. Ecce modo « parvuli petunt panem. set qui eis possit frangere non occurrit. Sitientes querunt sitim re-« stringere; nec est qui eis auriat aquas de fontibus salvatoris. Ceterum quia nos novimus « virum peritissimum in scientia supradicta. Rogamus honestatem vestram quatenus cum « doctrina vestra defectui Neapolitani studii succurratis. quia hoc persone vestre cedet ad « laudem et anime vestre proficiet ad salutem. (Ex Cod. 342 p. 439). En magistrum haud imparem tanto Doctori. Cujus magisterium nos plane suadet Thomam antequam germanos fines pervaderet Albertum Magnum Coloniae auditurum, jam italico fonte hausisse tantum doctrinae ut quem bovis tarditate consodales irridentes notabant, orbem mugitibus completurus a Magistro praediceretur.

tate nostra Sancti Germani, conventui fratrum predicatorum convenientem, in loco quem ibidem habere poterunt. salvo Monasterio nostro censu annuo in quo esset onerata possessio quam dante domino acquirent ibidem, liberam concedimus facultatem. et ad concessionis huiusmodi perpetuam firmitatem; presens littera sigillorum nostrorum munimine roboratur, Datum in Monasterio nostro Cassinensi. anno domini M.° CC.° LXX.° XXVII.° die decembris XIII.° Indictionis Apostolica sede vacante (Ex *Registro I. Bernardi Abbatis*, ad an. 1270, fol. 63 a tergo).

(1) Dantes id firmat illis verbis de S. Benedicto et de Casinensi Monte:

« Ed io son quel che vi portai prima
« Lo nome di colui che 'n terra addusse
« La verità che tanto ci sublima. »

PARAD. XXII.

(2) « Eo tempore (*mense Iunii 1239*) subscripta capitula edita sunt in regno. que pro parte inperiali observari iubentur: In primis ut fratres Predicatores et Minores, qui sunt oriundi de terris infidelium Lombardie, expellantur de regno; et ab aliis habeatur cautela, quod non offendant imperatorem. Idem fiat de aliis personis religiosis. » Ex *Chronica* Ryccardi de Sancto Germano ad ann. 1239. « Mense Novembris (an. 1240) fratres Predicatores et Minores omnes de regno exeunt, imperatore mandante, duobus tantum relictis, qui sint de regno nativi, in singulis quibusque illorum domibus ad custodiam earundem. » Ibi. ad an. 1240.

An vero Thoma, Erasmum Magistrum Neapolim commigrantem fuerit sequutus, id nos omnino latet. At de eius a Casinatibus discessu iudicium proferre videtur. Richardus a S. Germano Imperialis Notarius, quem cl. Serry perperam monachum Casinensem dicit, in suo Chronico haec habet: « Mense Aprilis (an. 1239) monasterium Casinense imperatore mandan-« te, servientibus et aliis ad custodiam necessariis communitur, quibusdam monachis ex eo » exclusis... Eodem mense (Iunii) iterum alii qui remanserant monachi de monasterio ex-« clusis morari aput Vallem luci provisum est, paucis admodum in monasterio remanenti-« bus... Eodem mense Iulii tertia fit exclusio monachorum de monasterio Casinensi, quorum « quidam aput Vallem luci, quidam aput Sanctum Petrum monasterii, et quidam moram « facere in parentum domibus elegerunt; et in ipso monasterio non nisi octo tantum monachi « ad celebrandum in eo divina officia remanserunt, quorum nomina sunt hec: frater Ryccar-« dus de Septem fratribus vicedecanus, frater Seniorectus, frater Robbertus de Ota, frater « Iohannes Cazolus, frater Guilielmus de Pignataro, frater Iohannes de Marocta et frater « Mattheus de Miniano ». Si inter monachos a Friderico in Abbatia relictos et inter receptos in monasterium Vallis lucis Thomae nomen desideratur, conjici potest, Thomam tunc temporis ad consanguineos rediisse. Sed quidquid hactenus de Thomae ab Casinatibus discessu dictum est, non nisi probabili coniecturarum argumentis confirmari potuit, quia de eius *monachatu* mentes haerebant potius, quam sibi persuaderent. At ipsiusmet Aquinatis testimonio, sex abhinc saeculis in hac epistola delitescenti, res tota clarescit. Is qui iam longa aetate Praedicatorum sodalitio nomen dederat, et adhuc se Benedicti monachum profitetur, aperte monet, se a priori vivendi disciplina non tranquilla animi optione descivisse, sed vi quadam abstractum, et in aliam fuisse traductum. Et ita a natura comparati sumus, ut cum in huiusmodi vitae casus incidimus, vel consuetudine, vel libertatis studio prohibiti, veterem, ut ita dicam, hominem exuere non valeamus. Nec profecto Aquinatem a Casinensium consuetudine amotum dicimus viribus infensis, quae hominem exterius oppugnant et animi virtute facile propelluntur, vel aliquando conditionibus componi possunt. Vis quae sanctissimum iuvenem conflictasse videtur, tota intus fuit: circa fas et nefas ei decertandum erat. Cum ea pacisci iniquum est: victoriam inter et cladem nihil reliquum. Friderico II. monachos in exilium agenti vel obsistere posset, vel cum eo conditione aliqua componi. At cum parentibus, eum acriter ad capessendum abbatiale imperium impellentibus, Thomam paciscentem cogitari nequit. De animae salute agebatur, quam ab omni honorum libidine insontem Deo sacramenti religione voverat. Vel parentes in meliorem mentem redigendi forent, vel Thomae, ad dignitates viam intercludendi causa iam inita vivendi ratione apud Casinates discedendum erat, ne parentum iniuria quod in salutem animae instituerat, in eius perniciem verteretur.

Thomas abiit. Usque dum monachus Casini moratus est, nihil in eum moliti parentes, utpote qui ad Abbatiae praefecturam viam stratam adhuc conspicerent. Sed ubi de capessendo

Praedicatorum instituto actum fuit, a concepta spe dejecti, nihil intentatum reliquere, ne filius, honorum formidine ab Casinensibus extorris factus, ad Praedicatores confugeret. Rei domesticae augendae consilium, si Praefectura Casinensis in filium transiret, adeo diluculo parentum mente alte insederat, ut id mater eo pregnans jam aestuans agitaret. Ita parentum ambitio ortum antevenit viri aliquando Neapolitanam sedem et quidquid honoris speciem portenderet despecturi! Ea tempestate Casinenses Abbates multis florebant opibus, per agros et oppida late imperitabant. Ad Regni neapolitani ostium ab edita sede vigilias agebant, ita ut in eorum amicitia de principatu contendentibus maxima praesidia forent. Nihil quod Aquinenses fines a Casinensibus distingueret, nam ab Casini montis radice tria vix millia abest civitas, maxima Thomae parentibus videbatur industria, filio in Abbatem adlecto, Casinensibus rebus proprias opportune instruere. Hac mente puerum filium Casini montem subire jusserunt; sed oblatum puerum, Ecclesiae lumen evasurum, Deus excepit, munus abiecit ambitione foedatum. En duplicis, ut ita dicam, hominis originem in uno Thoma consistentis, Benedicti nempe et Dominici filii. His insidiis circumventus Thomas, ne quod in domesticis consiliis actum deliberatumque erat, de se fieri posset, ad Praedicatorum Ordinem transiit, qui natu recens, juvenili quodam virtutum robore abunde pollebat; et pietate magis quam iis rebus, quae maxime mortalibus cupiendae videntur, alliciebat animos. Tunc parentes Thomam maledictis afficere, multi et feroces instare, ut a proposito discederet; ei veste dominicana abscissa, in arcem detrudunt. Ibi tanta imperii lubido obsedentium animos invaserat, ut sanctissimum juvenem corruptelarum illecebris blandirentur, et cupidinibus pravis ad inertiam et voluptates corporis pessum darent. Thomas infracto stetit animo, et ad Praedicatores evasit. Ne dicas eo in tantum vecordiae processisse eius persecutores, ut a sancto religionis proposito averterent. Iam Deo dicaverant, S. Benedicto oblatum. In id unum nitebantur, ut ad Dominici Ordinem ei iter corrumperent, qui eorum cupiditatibus minus favebat.

Ob igitur Thomae constantiam, eis ingenia et conatus male cesserunt: sed ab incoepto haud detenti sunt, quia adhuc in filio, jam in Praedicatorum Ordinem adscito, quod eis usui foret, agnoscebant. Quid hoc, nisi monastica professio? Inde factum, ut Casinensi Abbate e vivis sublato, eorum filius sufficeretur ab Innocentio IV enixe postulassent (1). Qua fronte Pontificem adivissent rogaturi de electione in Casinensem Abbatem hominis, illius monasterii omnino hospitis? Quam acriter, quam diu parentes divexarent Thomam, satis inde patet; et facile conjicies ejus constantiae labefactandae infensius forent indicturi bellum, si in Monasterio Casinensi substitisset. Quin imo in majus discrimen Thomae virtus venisset;

(1) Thom. Cantipratan. Brabant. lib. 1. *Exemplorum* cap. 20, §. 10; Paul. Langius, *Chron. Citizense* ad an. 1263; Ptolom. Lucens. *Hist. Eccles.* lib. 22, cap. 29; Leand. Albert. lib. 3. *de Viris illustr.* in vita Alberti M. apud Serry op. cit. pag. 42. Innocentius IV ab anno 1241 ad 1254 Pontificatum gessit; in cuius temporis intercapedine Stephanus II. de Curbario e vivis sublatus fuit anno 1251, et forte post eius obitum parentes, ut ei sufficeretur Thomas, apud Pontificem egerunt.

nam monachi cum eius parentibus coniuraturi forent, utpote qui in viro patriciae gentis nobilissimo et ingenio incredibili, si Abbatem adlegissent, quod maxime eorum interesset, nacti forent. Tanta obsidione pressus Thomas nihil reliqui habebat praeter fugam, si ab consilio honores vitandi discedere noluisset.

Habe igitur Thomam vere monachum, et a Casinensium consuetudine avulsum a diuturna parentum coniuratione, in id eum compellentium, quod vehementer aversabatur, ne suprema animi sui salus in discrimen adduceretur. In hanc mentem epistola Angelici Doctoris nos adduxit, quae forte coget aliquem in apertam veritatem de eius *monachatu*, quam Casinenses profitentur, descendere. Nolumus tamen ab aliquo male accipi, quae a nobis dicta sunt, minus aequa laudis cupidine compulsi, ut in aliena irrumpere videamur. Caeterum a majoribus nostris accepimus, Ordinem S. Benedicti nunquam a se filios, sapientia claros, ab stirpe avulsos ingemuisse, vel foeda emarcuisse sterilitate, ut ei alienam sobolem supponeremus.

Qualiscumque tandem sententia sit, quae cuique de hac re arrideat, id unum pro certo erui potest ex hac Divi Thomae epistola, Aquinensem Solem e Casinensi monte ortum duxisse, primosque doctrinae suae radios effudisse, Ecclesiam illustraturos, profligaturos errores; et iam ad occasum vergentem Aquini, universo peragrato orbe, vespertinum in eumdem montem remisisse radium, Divi Benedicti sepulchrum sapientiae et charitatis purpurea perfudisse luce, velut abeuntis filii in longinqua Caelorum supremum vale ossibus ac cineri parentis dulcissimi ex corde missum (1).

(1) Ex testimoniis, quae in processu canonizationis Divi Thomae occurrunt, patet, commentaria in *Cantica Canticorum* cum in Abbatia Fossae-novae proxime moriturus decumberet, ore potius quam scripto eum protulisse. Ita ut quae de Scientiae Dei mysterio Bernardo et Cassinensibus monachis per epistolam inscripsit, velut novissima ab ipsa Thomae manu exarata censemus.

LITTERAE A CL. VIRO PRESBYTERO

PETRO ANTONIO UCCELLIO

LUDOVICO TOSTI DATAE DE AUTOGRAPHA SCRIPTURA HUJUS S. THOMAE EPISTOLAE

I.

Roma li 24 Marzo 74

Illustrissimo e Rmo Padre Abate

Con infinito piacere ho inteso da Monsignor Bartolini (1) *che Ella ha avuto la fortuna di trovare una lettera autografa di S. Tomaso d' Aquino, e che pensa di farla riporre, come merita, in un reliquiario. Io mi congratulo immensamente della fortuna che Ella ebbe, ed insieme questo Archicenobio; ma nello stesso tempo, sapendo per prova quando fui a Monte Cassino quanta bontà e gentilezza la distingue, mi permetterei pregarla e supplicarla, prima di far porre in cornice la sullodata lettera, a farne tirare almeno due fotografie; una per me ed una per la biblioteca Vaticana. Dissi, una per me; poichè, come V. Paternità Rma conosce, essendomi io occupato lungamente degli autografi di S. Tomaso, qualunque autografo di questo Santo è diventato un oggetto di passione, tanto che se avessi danari, verrei subito espressamente a Monte Cassino per vedere questa lettera. Ma evvi di più. Essa mi può essere utile per giudicare qualche altro autografo dubbioso. Certamente Ella non ignora che il S. D. avea due maniere di scrittura; una calligrafica e l' altra tachigrafica. Le sue opere sono scritte nella più gran parte con scrittura tachigrafica, come si può vedere anche dal Cod. autografo conservato nella R. biblioteca di Napoli, non però in maniera che non vi compaia qualche luogo colla scrittura anche calligrafica. Così avviene anche nel ms. di Bergamo da me pubblicato, e così si vede pure nel cod. della Vaticana, il quale fu ad essa donato per opera mia da Monsig. Salzano, due anni sono. Il vedere adunque, almeno in fotografia, questa lettera può servire non poco a precisare e completare i miei studii. Mi figuro che questa lettera sarà in carattere calligrafico, e che quanto alla sostanza appoggerà la tesi sostenuta dal compianto Ab. De Vera. Dissi in secondo luogo, che ne avrei bramata un altra copia per la biblioteca Vaticana, perchè oltre al supporre che farà piacere a Sua Santità, alla quale sarà certamente sottoposta, io sono incaricato di procurare tutte le fotografie che si può delle scritture di S. Tomaso, per unirle al volume, che, come sopra accennai, alla medesima pervenne felicemente due anni sono, donato a Sua Santità dal sopra indicato Monsig. Salzano, dietro richiesta*

(1) Vir apprime clarus, morum integritate, Ecclesiae antiquitatum peritia, et de Romana Sede adeo meritus, ut nuper in S. R. E. Cardinalium Collegium adlectus sit.

di Sua Santità medesima, istigata da me in modo indiretto. A questo scopo sono anche abilitato a fare le spese occorrenti. Io spero adunque grandemente, che V. Paternità Rma vorrà compiacersi di felicitare me e la biblioteca Vaticana con una tanto preziosa fotografia: quindi gliene anticipo le più sentite grazie, e raccomandandomi alle sue sante orazioni, mi do l'onore di raffermarmi della Paternità Vostra Rma.

devotissimo obblmo servo
Sacerdote Pietro Antonio Uccelli.

P. S. Mi dimenticava di dirle, che il Rmo P. Fr. Leone Sallua la inchina molto, e si rallegra grandemente della preziosissima scoperta.

II.

Roma li 28 Marzo 74

Chiarissimo e Rmo P. Abate

Comincerò dal ringraziarla infinitamente per l'umanissima lettera che Ella, Rmo P. Ab. ebbe la degnazione di inviarmi. Ho letto con infinito piacere i dettagli dello scritto Tomistico, che ha avuto la compiacenza di fornirmi. Sono curiosi davvero. Una lettera sul margine di un manoscritto! Due supposizioni sole mi sembrano a farsi. Una che l'Ab. Bernardo abbia inviato il Codice di S. Gregorio a S. Tomaso per sentirne il parere intorno al passo indicato, e S. Tomaso vi avesse scritto sopra a dirittura la risposta, facendo economia di carta, come era solito; l'altra che qualche monaco avesse sul codice gregoriano trascritta la lettera di S. Tomaso come un commentario di una dichiarazione. Comunque sia la cosa, ne attendo da Lei la spiegazione più plausibile ed insieme la publicazione della lettera stessa, di cui la prego grandemente fino da questo momento a favorirmene una copia. Del resto lettere somiglianti a questa, che V. P. Rma mi descrive, io ravviso anche in parecchi opuscoli del S. D. i quali non sono che risposte scientifiche a consultazioni indirizzategli da autorevoli personaggi. Se Ella sarà compiacente di mandarmi un piccolo saggio della scrittura di essa lettera, io lo confronterò coll'autografo che sta in Vaticano, dove la scrittura calligrafica è di tre o quattro pagine in principio del Cod. e quindi fornisce maggiori elementi per giudicare. Sarei molto contento di poterla trovare autografa. Quanto al segreto, Ella può stare sicuro che sarà scrupolosamente osservato, e non parlerò fino a tanto che Ella non mi aprirà la bocca. Che S. Tomaso avesse il presagio della vicina sua morte risulta da varii documenti anche contemporanei, che io ho citati in un mio lavoro stampato nella Scienza e Fede *relativamente ai versi di Dante, che lo dice morto di veleno. Dopo pubblicato quel mio lavoro, appunto nella biblioteca di Monte Cassino ho trovato un libretto che sosteneva la medesima tesi, e che ho copiato per favore loro. Se si trattasse di scrittura tachigrafica, sarebbe facile giudicare se la lettera sia autografa, poichè è così marcata, che è facile discernere; ma trattandosi di scrittura comune o calligrafica, è facile confonderla ed ingannarsi; però secondo i dati che Ella si compiace fornirmi ci sarebbe motivo a crederla originale. L'inesattezza nell'ortografia, qualche cancellatura sem-*

pre, l' ineguaglianza della scrittura sono abituali a S. Tomaso. Comunque sia la cosa, vedremo. Se si risolvesse di andare in Napoli o venire a Roma, potrebbe portare con se il Codice e far con sicurezza i necessari confronti. Al mio facsimile *di Napoli non bisogna troppo fidarsi, perchè non è dell' estrema esattezza, essendo stato fatto a mano, e non come avrei desiderato. Non so se a Monte Cassino vi sarà una copia dell'* Amico Cattolico *di Milano dove sta un esattissimo* facsimile *del nostro codice tomistico bergamasco. Se ne avessi una copia, mi darei l' onore di offrirla; ma sventuratamente non l' ho. Il Can. d' Amelio la possiede. Ella potrebbe forse domandarla, e vedere. In queste cose V. P. Rma sa che non si può procedere che per via di confronti, e per essi decidere.*

Mi è cara quest' occasione per augurarle felicissime le SS. feste e raffermarmi, nè per semplice complimento, di V. Paternità Reverendissima

devmo obblmo servo
Pietro Antonio Uccelli

P. S. Riapro la lettera, permettendomi di ricordarle che il Cod. di Napoli fu scritto da S. Tomaso quando era giovanissimo; quel di Bergamo, (*il* Contra gentes) *quand' era più maturo, quel del Vaticano (in 3. delle sentenze) ancora quand' era giovine. La sua mano è più grossa, e la scrittura un poco più grande nel Cod. di Bergamo. A me sembra che anche S. Tomaso fosse miope, e mi parve di conoscerlo oltre la scrittura, anche dal ritratto conservato a Monte Cassino, e che vedrei volentieri riprodotto in fotografia, tanto più che lo credo autentico.*

III.

Roma 1 Aprile 74

Illustrissimo e Rmo P. Ab.

Mi affretto a ringraziarla infinitamente per le due fotografie che si è compiaciuto inviarmi. In esse io non esito a riconoscervi la mano di S. Tomaso e le trovo assai somiglianti all' autografo di Napoli, e più ancora a quello di Bergamo; poichè, come ebbi l' onore di dirle nell' ultima mia, l' autografo di Napoli appartiene a S. Tomaso giovanissimo, quello di Bergamo appartiene a lui quando era più avanzato in età. Non così però trovo la mano di S. Tomaso nelle parole, quod est extra non scribatur. *Io le reputo posteriori e nelle lettere* r *e nella finale del* scribatur *vi troverei una differenza marcatissima. Ella poi Rmo P. ab. potrà rilevarla meglio dal colore dell' inchiostro e diversitá della penna. Dunque;* Macte animo esto, *publichi la lettera con una bella dissertazione da pari suo e si compiaccia di mandarne una copia anche a me poveretto.*

Frattanto mi compiaccio dirle che anch' io ho fatto una nuova scoperta di cose di S. Tomaso; e questa sarebbe, alcuni importanti frammenti inediti delle lezioni dell' officio del SSmo Sacramento, i quali prima aveva trovati in alcuni lezionarii coevi delle basiliche di Roma, ed ora ho trovati più copiosi ancora in un breviario di Bamberga. Monsig. Salzano si è incaricato di publicarli in-

sieme ed altre cose inedite di S. Tomaso che gli ho consegnate. Se V. P. Rma ha qualche influenza su quel prelato, mi permetterei pregarla di adoperarla, perchè li pubblichi con impegno e presto.

Raccomandandomi alle sue sante orazioni, ed augurandomi l'occasione di poterle dimostrare, più che a parole, con qualche fatto la mia più sentita gratitudine, mi raffermo di V. Paternità Rma

devmo obblmo servo
PIETRO ANTONIO UCCELLI

P. S. Stia pur sicuro che non si parlerà, fino a tanto che non sarà fatta da V. P. l'apertura della bocca.

S. THOMAE AQUINATIS

PROPRIA MANU SCRIPTA

EPISTOLA

AD BERNARDUM ABBATEM CASINENSEM

...verendo in christo patri domino Bernardo dei gratia ...nerabili abbati casinensi , frater Thomas ... aquino suus devotus filius. se ... et ubique ad obedientiam promtum octaveram pater venerande quod convocatis ...s qui ex verbis. Illustris doctoris ...egorii scandalum patiuntur satis...cerem viva voce Set hoc proli...tas divini officii et ieiunii ...ongatio impedivit, et forte fructuo... erit ut qd scripture mandatur; non ...um presentibus prodesse valeat. set ...turis. nec absque divina dispen...one hoc gestum credo ut me pro...centem in galliam vestre littere conprehen...ent ...quino ubi sanctissimi patris ....nedicti. beatus Maurus eius discipulus ... eo transmissus in galliam recipere meruit ...tteras et sacra exenia tanti patris Ut ... dubitantibus plenius satisfiat inserenda sunt presentibus verba beati gregorii que ingnorantibus dubitationem ingerunt et errorem. Sciendum inquid quod ...enignitas dei peccatoribus spatium penitentis largitur set quia accepta tempora non ad fructum penitetie ad usum vero iniquitatis convertunt quod ad divina misericordia mereri poterant amictunt quamvis omnipotens deus illud tempus uniuscuiusque ad mortem presciat quo vita eius terminatur nec alio in tempore quisquam mori potuit nisi ipso quo moritur. nam si ezechie anni

additi ... vitam quindecim memorantur tempus vite crevit... illo tempore quo mori ipse merebatur. nam divina dispositio eius tempus tunc prescivit quo hunc post modum ex presenti vita subtraxit. In quibus ...bis satis lucide doctor lucifluus duplicem uniuscuiusque hominis considerationem habendam determinat. unam quidem secundum se. aliam vero secundum quod ad divinam prescientiam conparatur. secundum se quidem ...o consideratus in his. scilicet. que circa eum accidunt necexitati non subiacet set possibile est aliqua circa ipsum contigere que nullatenus sortiuntur effectum. quod exprexe premictit de peccatoribus dicens *quia accepta tempora non ad fructum penitentie, ad usum vero iniquitatis convertunt quod a divina misericordia mereri poterant amictunt.* Si ergo mereri poterant non ex necessitate amittunt. Unde ea que contra hominem accidunt non ex necessitate eveniunt. eadem enim ratio est de morte et de quibuscumque aliis que homo agit aut patitur. omnia enim divine ...videntie supponuntur. Si vero consideretur homo divine prescientie conparatus ea que agit vel paitur quamdam necessitatem incurrunt; non quidem absolutam ut omnino secundum se considerata nôn possint ut dictum est aliter evenire set conditionalem quia. scilicet. hec condicionalis est necessaria; si deus aliquid prescit hoc erit. Non enim possunt ista duo simul stare aliquid esse a deo prescitum et illud non esse. quia sic dei prescientia falleretur. est autem omnino inpossibile ut falsitatem veritas patiatur. et hoc significant verba sequentia beati gregorii cum subdit *quamvis omnipotens deus illud tempus uniuscuiusque ad mortem presciat quo vita eius terminatur. nec alio in tempore quisquam mori potuit nisi ipso quo moritur*. scilicet. quo a deo prescitus est mori. non enim possunt ista duo simul esse quod deus presciat aliquem mori quodam tempore; et ipse alio tempore, moriatur, alioquin dei scientia falleretur; secundum se autem consideratus homo potuit alio tempore mori quis enim dubitat eum potuixe prius transfigi gladio, igne comburi, aut precipicio aut laqueo vitam finire? Hanc et distinctionem sapiunt eius verba

sequentia subdit enim. *Nam si ezechie anni additi ad vitam. XV^{cim} memorantur. tempus vite crevit ab illo tempore quo mori ipse merebatur* stultum autem est dicere quod aliquis mereatur id quod inpossibile est evenire. ipse ergo secundum se consideratus poterat tempore illo mori set divine scientie comparatus non poterant hec simul esse, ut ipse uno tempore moreretur et alio tempore deus eum presciret moriturum. et . . . .

. . . .

doctoris exprimiunt quasi oculata fide dubitantium animis ingeramus, considerare oportet differentiam divine cognitionis et humane quia enim homo subiacet mutacioni et tempori, in quo prius et posterius locum habent succexive cognoscit res quedam prius et quedam posterius, et inde est quod preterita memoramur videmus presentia et prenosticamur futura. Set deus sicut liber est ab omni motu secundum illud malachie Ego dominus et non tumor ita omnem temporis succexionem excedit, nec in eo ivete preteritum ... futurum, set presentialiter omnia futura et ...terita ei; assunt sicut ipse moysi famulo ...o dicit ego sum qui sum. Eo ergo modo ... eterno prescivit hunc tali tempore moriturum ... modo nostro loquimur tum tu eius modo dice dum ... t videt eum mori quomodo ego ...deo petrum sedere dum sedet. Mani...tum est autem quod ex hoc quod video aliquem ...e nullam ingeritur ei necessitas sessionis ...npossibile est hec duo simul esse vera quod videam aliquem sedentem. et ipse non ...at. et similiter non est possibile quod deus presciat ...quid esse futurum et illud non sit ... propter hoc futura ex necessitate ...eniunt Hec sunt pater karissime pre vestre ...oni obediens ad errantium reductionem scripsi que si eis non sufficiunt ...ta rescribere vobis obediens non ...nam Valeat paternitas ...a diu. Frater Raynaldus commendat se vobis.

S. THOMÆ AQVINATIS

PROPRIA MANV SCRIPTA

EPISTOLA

AD BERNARDVM ABBATEM CASINENSEM

Lit. Cas.



u temp...

funda

; Cuius tempus

a nobis

procul

i. quaesiti

st. quia

dicit.

praescientiam

tempus

tractari

ocens

olerumq;

entiam.

men nisi eo

ac uita

In hac uita subsistat.

ut multis boni operis

adiutor existat; Vel

rursum malus longius

differatur in uita.

ut prauus adhuc opera

augeat. Ex quorum

temptatione purgatius

iustus uiuat. uel

bonus citius subtrahatur.

ne si hic diu uixerit eius

innocentiam malitia

corrumpat; Sciendum

tamen quia benignitas

dei est. peccatoribus spatium

tempora non ad fletum penitentie ad usum iniquitatis conuertunt ... ad diuina mala

[illegible] ... poterit non impositum ... ezechie annos addit

mereb[illegible] ... diuina dispositio ... hac premodum expressa uita subtrahi. In quibus

[illegible] ... ad diuinam [illegible] ... sic se habet

[illegible] ... nulla [illegible] ... de peccatoribus dicens [illegible]

quantum ad diuina mutari possunt a mictur; ... ergo

exnecessitate eueniunt ... ad aut ... ad diuine ... ordinatione [illegible]

... ut ... necessitate ... absolutam ut ... non possunt ut diuine ... ordinatione [illegible]

In tantum post quisquam
mori poterit nisi ipso
quo moritur; Nam si
ezechię anni additi
ad uitam quindecim
memorantur; tempus
quidem uitę creuit
ab illo termino quo mori
ipse merebatur; Nam
diuina dispositio eius tempus
post illum praesciuit quo
hunc postmodum ex praesenti
uita subtraxit;
Cum ergo ita sit quid est
quod dicitur quia in...

consuetu
cidit; ...
dicitur
subuer...
au... eo fu...
dum co...
adstrue...
& cuncta
fugimu...
tatur
te uia...
& quat...
gonis l...
menar...
quia li...



peregrinus a summis.
fundamentum in infi-
mis posuit. qui satiatio-
nem cordis in terrena
delectatione conloca-
vit. Unde et in eius stir-
pe Enoch qui dedicatio
interpretatur primus
nascitur. In electorum
vero progenie Enoch
septimus fuisse memo-
ratur. quia videlicet
reprobi in hac vita
quae ante est semetip-
sos aedificando dedicant.
electi vero aedificationis
suae dedicationem in fine
temporis. id est in septi-
mo expectant. Videas
namque plurimos
temporalia sola cogi-
tare. honores quaere-
gione dedicant. At vero
electi nil praesentis gloriae
quaerere. libenter inopiam
sustinere. mala mundi
aequanimiter perpeti.
ut possint in fine coronari.
Electis ergo Enoch in septi-
mo generatione nascitur.
quia sui dedicationem
gaudii. retributionis
gloriae sequuntur. Et quia
cotidiano temporis
lapsu. ipsa praesentis vitae
mortalitas decurrit.
atque dedicatione repro-
borum eosdem reprobos
subtrahendo desiccat.
recte de iniquis dicitur.
Et fluvius subvertit
fundamentum eorum.
Id est ipse cursus muta-
bilitatis. structuram in eis

S. THOMAE AQUINATIS

EADEM EPISTOLA

LUCIDIORI FORMA EXPLANATA

(Re)verendo (1) in Christo Patri, Domino Bernardo, Dei gratia (ve)nerabili Abbati Casinensi, Frater Thomas (de) Aquino, suus devotus filius, se (semper) et ubique ad obedientiam promptum.

Optaveram, Pater venerande, quod convocatis (Fratribu)s, qui ex verbis illustris doctoris (Gr)egorii scandalum patiuntur, satis(fac)erem viva voce; sed hoc proli(xi)tas divini officii et ieiunii (prol)ongatio impedivit, et forte fructuosum erit, ut quod scripturae mandatur, non (sol)um praesentibus prodesse valeat, sed (fu)turis. Nec absque divina dispen(sati)one hoc gestum credo, ut me pro(ficis)centem in Galliam vestrae litterae comprehen(der)ent Aquini; ubi Sanctissimi Patris (nostri Be)nedicti Beatus Maurus, eius discipulus, (ab) eo transmissus in Galliam, recipere meruit (li)tteras et sacra exenia tanti Patris. Ut (autem) dubitantibus plenius satisfiat, inserenda sunt praesentibus verba Beati Gregorii, quae ignorantibus dubitationem ingerunt et errorem: *Sciendum*, inquit, *quod (b)enignitas Dei peccatoribus spatium poenitentiae largitur; sed quia accepta tempora non ad fructum poenitentiae, ad usum vero iniquitatis convertunt, quod a divina misericordia mereri pote-*

(1) Quae in Originali desiderantur, et a nobis rationabili iudicio suffecta sunt, ne originalis textus aliquid in lectorem dubitationis ingerat, parenthesi occlusimus.

rant, amittunt; quamvis omnipotens Deus illud tempus uniuscuiusque ad mortem praesciat, quo vita eius terminatur; nec alio in tempore quisquam mori potuit, nisi ipso quo moritur. Nam si Ezechiae anni additi (ad) vitam quindecim memorantur, tempus vitae crevit (ab) illo tempore, quo mori ipse merebatur: nam divina dispositio eius tempus tunc praescivit, quo hunc postmodum ex praesenti vita subtraxit. In quibus (ver)bis satis lucide doctor lucifluus duplicem uniuscuiusque hominis considerationem habendam determinat: unam quidem secundum se, aliam vero secundum quod ad divinam praescientiam comparatur. Secundum se quidem (hom)o consideratus, in his, scilicet, quae circa eum accidunt, necessitati non subiacet; sed possibile est aliqua circa ipsum contingere, quae nullatenus sortiuntur effectum, quod expresse praemittit de peccatoribus, dicens: *quia accepta tempora non ad fructum poenitentiae, ad usum vero iniquitatis convertunt, quod a divina misericordia mereri poterant, amittunt.* Si ergo mereri poterant, non ex necessitate amittunt. Unde ea quae contra hominem accidunt, non ex necessitate eveniunt; eadem enim ratio est de morte, et de quibuscumque aliis quae homo agit aut patitur; omnia enim divinae (pro)videntiae supponuntur. Si vero consideretur homo divinae praescientiae comparatus, ea quae agit vel patitur, quamdam necessitatem incurrunt; non quidem absolutam, ut omnino, secundum se considerata, non possint, ut dictum est, aliter evenire, sed conditionalem; quia scilicet haec conditionalis est necessaria. Si Deus aliquid praescit, hoc erit. Non enim possunt ista duo simul stare, aliquid esse a Deo praescitum, et illud non esse; quia sic Dei praescientia falleretur. Est autem omnino impossibile, ut falsitatem veritas patiatur; et hoc significant verba sequentia beati Gregorii, quum subdit: *quamvis omnipotens Deus illud tempus uniuscuiusque ad mortem praesciat, quo vita eius terminatur; nec alio in tempore quisquam mori potuit, nisi ipso quo moritur,* scilicet, quo a Deo praescitus est mori. Non enim possunt ista duo simul esse, quod Deus praesciat aliquem mori quodam

tempore, et ipse alio tempore moriatur; alioquin Dei scientia falleretur. Secundum se autem consideratus homo, potuit alio tempore mori. Quis enim dubitat eum potuisse prius transfigi gladio, igne comburi, aut praecipitio aut laqueo vitam finire? Hanc et distinctionem sapiunt eius verba sequentia: subdit enim, *Nam si Ezechiae anni additi ad vitam quindecim memorantur, tempus vitae crevit ab illo tempore, quo mori ipse merebatur*. Stultum autem est dicere, quod aliquis mereatur id quod impossibile est evenire. Ipse ergo, secundum se consideratus, poterat tempore illo mori; sed divinae scientiae comparatus, non poterant haec simul esse: ut ipse uno tempore moreretur, et alio tempore Deus eum praesciret moriturum, et . . . .

. . . .

doctoris exprimunt, quasi oculata fide dubitantium animis ingeramus, considerare oportet differentiam divinae cognitionis et humanae. Quia enim homo subiacet mutationi et tempori, in quo prius et posterius locum habent, successive cognoscit res, quasdam prius et quasdam posterius; et inde est, quod praeterita memoramur, videmus praesentia, et prognosticamur futura. Sed Deus, sicut liber est ab omni motu, secundum illud Malachiae: *Ego Dominus, et non mutor*; ita omnem temporis successionem excedit, nec in eo inveniuntur praeteritum (et) futurum; sed praesentialiter omnia futura et praeterita ei adsunt; sicut ipse Moysi famulo (su)o dicit: *Ego sum qui sum*. Eo ergo modo (ab) aeterno praescivit hunc tali tempore moriturum, (ut) modo nostro loquimur; cum tamen eius modo dicendum (esse)t, videt eum mori, quomodo ego (vi)deo Petrum sedere, dum sedet. Mani(fes)tum est autem, quod ex hoc, quod video aliquem (seder)e, nulla ingeritur ei necessitas sessionis. (I)mpossibile est haec duo simul esse vera, quod videam aliquem sedentem, et ipse non sedeat; et similiter non est possibile quod Deus praesciat (ali)quid esse futurum, et illud non sit; (nec tamen) propter hoc futura ex necessitate (ev)eniunt. Haec sunt, Pater charissime, quae, vestrae (iussi)oni

obediens, ad errantium reductionem scripsi; quae si eis non sufficiunt (dic)ta, rescribere vobis obediens non (desi)nam. Valeat Paternitas vestra diu. Frater Raynaldus commendat se vobis.

VITA S. JANUARII

EPISCOPI ET MARTYRIS

VITA S. JANUARII EPISCOPI ET MARTYRIS

EX CODICE GRAECO MANUSCRIPTO SAECULI FERME MEDII XV.

Nicolaus Carminius Falconius praesbyter Neapolitanus, hinc Episcopus Martyranus, et postea Archiepiscopus Sanctae Severinae, apud Patrem Hilarionem a S. Petro, ex discalceata familia Redemptionis Captivorum, virum oculorum lumine orbatum, sed bona fama, integerrimae vitae praemio, Neapoli florentem, nactus est anno 1708 veterem Codicem graecum, papyraceum, cuius tegumentum membranaceum mendacem titulum: *Concilium Tridentinum* exhibebat. Hunc Codicem, quem Pater Hilarion casu olim a famulo Iohannis Baptistae Massacii praesbyteri familiarissimi sui Roma acceperat, Falconius, attento animo versans, laetus perspexit in eo contineri non Concilii Tridentini decreta, sed vitam Beati Ianuarii Episcopi Beneventani, illumque esse exemplar pervetusti Codicis archetypi Ancillarum Dei, Asceterii Beati Marcellini Neapoleos, a Gregorio monacho Basiliano, Callixti Papae III. anno primo, scilicet anno Incarnationis Domini 1455 transcriptum. Codex vero primigenius, scriptus a quodam Emmanuele monacho monasterii Gazarensis apud Neapolim, qui narrationem suam eruit ex antiquo Codice manuscripto, a Stephano eiusdem civitatis Episcopo accepto, a Falconio adiudicatur anno Christi quingentesimo, tempore regis Theodorici, Patricio Hypatioque Coss. vel saltem octavo Saeculo; quia inter additamenta, quae in fine Codicis occurrunt, anni 685 Vesuviana eruptio narratur.

Ubi vero primum vulgata fuit huius Codicis notitia, in duplicem aciem eruditi disiuncti; hinc inde disceptatum fuit de eius authenticitate. Pro qua, inter caeteros, steterunt, uti Falconius testatur, (1) duo ex Ordine S. Benedicti, Abbas Sancti Severini, D. Severinus Laudatus, et D. Erasmus Gattula, tabularii Casinensis praefectus; ad quem misit pretiosum et unicum ecgraphum, quod in nostra Bibliotheca asservatum est. Iuvat hîc referre Falconii sententiam, et CL. virorum testimonia, quae hunc aureum libellum veracem asserunt: «... Non eam sinistram opinionem mei habuit Reverendissimus Abbas hujus Benedictinae Familiae S. Severini, doctissimus P. Benedictus Laudatus: dum de eo ita mihi retulit, idem V.C.Amenta, Romae adhuc moranti:

Admodum Reverende mi Domine, et Domine observandissime.

« Accepi eruditissimas tuas, quibus doctissime his respondes, et quae objicit P. Laudatus: quo cum, suo loco et tempore spero, me tuas partes facturum fore: Is tamen quam doctissimos labores tuos commendat in Historia gloriosi nostri Sancti Januarii, tam sordidissima tuorum adversariorum scripta vituperat. Socero Domini Constantini Grimaldi commendavi te. Neapoli V.nonas Martias 1714. Jurisc.Nicolaus Amenta.

(1) Nic. Carminii Falconii Presbyteri: hinc Episcopi Martyrani, tum Archiepiscopi S. Severinae. Prosphoneticon ad eruditos. Adversus opposita ad M. S. Codicem monachi Emmanuelis. et ad eiusdem acta graeca. quae ipse vulgavit, S. Januarii Martyris et Episcopi Beneventani. Neapoli, 1758.

« Non eam denique opinionem de me, deque Codice habuit Reverendissimus Abbas P. D. Erasmus Gattula V.C. nobilis Cajetanus, monachus Cassinas, Protonotarius Apostolicus, et Casinatis Archivi Custos: Carissimus nempe ille eruditus Mabillonio, et Ruinartio, caeterisque VV.CCL. Congregationis S. Mauri Parisiis; dum per utriusque Juris Doctorem Marcellum Guglielmellum, Codicis a me Ecgraphum flagitavit autenticum; (a) ut in suorum Archivo servaret. Ei enim, nedum protinus concessi exemplar, verum etiam optime collatum, grandi charactere, et autenticatum, Casinum transmittendum curavi: quod consummato viro gratissimum fuit ».

Graecum manuscriptum; nulla a nobis mutatione invecta, uti ad Gattulae manus pervenit, praelo submittimus una cum notis et castigationibus a Falconio in margine designatis. Et facta a nobis collatione inter exemplar a Falconio datum et illa, quae, ad illustrandam vitam a se conscriptam Sancti Januarii, membratim et sine graeco prologo edenda censuit, omnes quae occurrerunt variantes lectiones sedulo studio a nobis recensitae sunt.

Graeci autem textus versionem latinam, quam damus, Falconiano Codici Casinum misso adnexam invenimus; et notatu dignum est, translatorem nonnunquam, omisso nostro textu, alium secutum fuisse. Inter versionem vero quam damus et Falconianam quidquid differentiae alicuius momenti nacti sumus, inter notas amandavimus.

Igitur hunc Codicem, quem alio assutum invenimus, nempe Cod. XLVII, plurimi fecimus, utpote qui praeter vitam S. Januarii, Neapolitanorum Praesulum seriem, Consulum chronologiam, Neapolitanam historiam, magna suffundit luce. Cum non levis momenti experti sumus officium nostrum inveniendi et vulgandi, quae in nostris manuscri-

(a) Hic Ecgraphi missi, fuit tenor. *Libellum hunc cum vetusto Codice M.S. antiquitatem prae se ferente duorum et amplius seculorum, et graecis characteribus capitalibus rubris exarato; a quo summa fide exscriptus est contuli: optimeque invicem consentiunt; demptis Notis marginalibus ab erudito viro adjectis. Neapoli die 21 mensis Julii MDCCXIV.* Matthaeus Ægyptius J. C.

Exemplum hoc vitae Beati Januarii Episcopi, conlatum cum M.S. Codice probatae antiquitatis, bis centum et amplius annorum, ex quo sincere excriptum est; ad unguem convenire cum suo exemplari, exceptis notis marginalibus, optima fide ajo. Neapoli die 21 mensis Julii 1714. Marcus Mundius J. C.

Exemplar hoc e vetusto consumtoque Codice capitalibus literis scripto, antiquitatem, propter scribendi rationem, Chartam, aliaque clarissima documenta, medii ferme saeculi XV. prae se ferente fideliter descriptum est. Neapoli die 27 Julii 1714. Franciscus - Balthasar Porcellius J. C.

Ex M.S. Codice graeco ad speciem vetusto, literis maioribus rubrisque exarato (quod nunc apud R. P. Hilarionem a Sancto Petro Familiae excalceatorum Redemptionis Captivorum Sanctae Mariae de Mercede servatur) exceptis notis ad marginem a Reverendo D. Nicolao Falconio excogitatis, fideliter descripsi. Ita testor juratus: Castus - Æmilius Marmi - Palagi *Clericus Florentinus. Neap. a Christo nato MDCCXIV. III. nonas Augusti.*

Testifico, e faccio fede Io Domenico Cavallo di Napoli, Regio, e Apostolico Notaro, descritto nell' almo Collegio, come la sopradetta Testificatione è stata fatta, e sottoscritta di proprie, e vere mani delli suddetti Signori Andrea Matone, Matteo Egitio, Marco Mundi Francesco - Balthassar Porcelli; *e* Casto Emilio Marmi Palagi, *et in fidem etc. Locus ⁂ signi. D. Cavallo.*

Quae leguntur in praedicto Prosphoneticon (pag. 3) cum Codice nostro contulimus, addentes testimonium Andreae Matone, quod indicatur a D. Cavallo et a Falconio fuit praetermissum: *Attesto jo sottoscritto, che questa copia da me collazionata col suo manoscritto originale in foglio di carta bambacina (il quale, come jo stimo, perchè è molto consumato, e perche ha molte altre gravi osservazioni di antichità, ben potè essere copiato 264 anni avanti) per intiero, e fedelmente é stata copiata da quello: eccetto che le note nella margine, le quali non sono nel detto originale, le quali cose in fede della verità io sottoscrivo di mia propria mano. Napoli li 8 Luglio 1714.*

Dottore in Medicina e Filosofia e Professore ordinario di lingua Greca in questa Regia Università di Napoli. Andrea Matone.

ptis monumenta antiquitatis cultoribus opem ferre possint, neminem censemus existere, qui nos ignaviae nota inurat, si de authenticitate huius vitae iudicium eruditis ferendum totum committamus.

Nobis satis erit lectorum mentem excitare nonnullis notulis ad ea loca appositis, in quae eius critices acies vertenda opportunum nobis videbatur. Non ita tamen ieiune manuscripti lectionem prosecuti sumus, ut de rerum veritate nullam ediceremus sententiam. Quae nobis supposititia visa, sunt, et fabulosa commenta, vel ab ipso Emmanuele, vel ab aliis, in textum obtrusa, cursivo charactere notavimus. Nec in hoc iudicium dissoluto arbitrio itum fuit a nobis, qui ab Eminentissimi Cardinalis Bartolini, emunctae naris viri, diu inter Sacrae Congregationis Rituum negotia versati, et in secernendis vera a falsis Sanctorum monumentis maxima pollentis peritia et auctoritate manu fuimus deducti.

VITA S. JANUARII E. M.

EX CODICE GR. MS. SAECULI FERME MEDII XV.

Vita, et martyrium Sacrosancti Martyris Januarii, scripta a quodam Emanuele Monacho, anno VIII. Theodorici Regis Italiae. Ejus exemplar Graecum Presbytero Nicolao Carminio Falconio tradidit P. Hilarion Monachus Redemptionis Captivorum; cui et quidem forte fortuna illud Roma transmisit V. C. Joan. Baptista Massacius. Titulum non habet is M.S., verum ita prorsus initium habet, interprete eodem Nicolao Carminio Falconio:

Ἀπέγραψεν ὁ γρηγόριος ὁ τῶν τοῦ πατρὸς ἡμῶν βασιλείου, ἐξ ἀρχαίου τοῦ κωδικίου ἀρχετύπου τῶν ἀγκιλλῶν τοῦ Θεοῦ ἀσκητηρίου μακαρίου τοῦ μαρχελλίνου τῆς νεάπολεως, ἐπὶ καλλίστου τρίτου τοῦ πάπα ἔτη α'.

Exscripsit Gregorius Monachus Patris nostri Basilii, ex pervetusto Codice primigenio Ancillarum Dei Asceterii B. Marcellini Neapoleos, Callixti Papae III. anno I.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Quae inferius in margine adnotantur; vel ambigue leguntur in originali; vel corrupta, et a me corriguntur; vel destructa sunt, et supplentur.

PRESBYTER NICOLAUS CARMINIUS FALCONIUS.

Ἐπειδήπερ δοκεῖ σοι, Πάτερ ὅσιε, διακεντεῖν τὴν ἀνανδρίαν μου πρὸς τὸ γράφειν τὰ ἐλλειπομένα ἐν ταῖς τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Ιανουαρίου πράξεσιν, ἄμεινον ὑπείληφα πειθαρχεῖν σοι, καὶ τιθέναι πᾶσαν ἐν αὐτῷ κατ' ἀνδρείαν τὴν ἐπιμελίαν 1) μου, ἢ ἀντιπαλαίων ἀμελεῖν τὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν καὶ τὸν τοσούτου τοῦ μάρτυρος ἔπαινον ὀρθίως προσβλεπόμενα, πολλάκις εἶπες φαύλῳ μονάχῳ μοι. Σὺ οὖν Κύριξ 2) καρδιογνῶστα πάντων, γνωστά τε ὅτι ἰδοὺ ἐνώπιόν σου οὐ ψεύδομαι ἐγὼ, ἀλλὰ δὴ ἅπαντά τινα ἀρχαῖοι ἔγραψαν περὶ πεπληροφορημένων ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ τῶν πράξεων, τὰ αὐτὰ ὡς ἐν βραχεῖ, μακαρίῳ ἐπισκόπῳ μου καὶ πᾶσι πιστοῖς τε καὶ ὑστεραίοις ἱστορέω· σύ μοι ὑπὸ τοσούτῳ τῷ πράγματι ἱδροῦντι μοι, ἐπικούρει φιλανθρωπίᾳ σου ὁ Θεός· οὐδὲν γὰρ εἰ μὴ ἀρχομένου σου καὶ προάγοντός σου ποιεῖν, ἤτε πειράζειν δύνασθαί με, τὸ μὲν ἀληθές ἐστι· καὶ διὰ ἐκείνου, ἐν οὗ τῇ εὐλογίᾳ ταῦτα γράφεται, παρίστασό μοι συγχωρῶν, καὶ ἀεί σοι ἔστω δόξα ἐξ ὁποσουδήποτε τούτου τοῦ πόνου μου.

Ἐν τοῖς καιροῖς Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως καὶ ὑπατίᾳ Κοϊήτου καὶ βολδυμιανοῦ κα' μηνὸς ἀπριλλίου, μακάριος ὁ Ιανουάριος ἐγενήθη ἐν Νεαπόλει τῆς καμπανίας ἐκ Ποπλίου τοῦ στεφάνου Ιανουαρίου τῆς πόλεως ἄρχοντος καὶ Θεονωρίας Ἀμάτης, μετὰ τὴν συγγένειαν a) καὶ εὐπορίαν πολυφάτοιν· ἀπὸ γὰρ τῆς Ιανουαρίας γενεᾶς ῥωμαίας ἐν τῇ Νεαπόλει διὰ τοὺς ὑπάτους καὶ δημάρχους καὶ ἄρχοντας συνεχῶς συμπεφυκυίας, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀμάτης λατίνης κατέβαινον. ἦσαν δὲ χριστιανοὶ, σεβόμενοι καὶ ἐλεήμονοι· ὅθεν καὶ ὁ αὐτῶν υἱὸς χριστιανὸς καὶ εὐσε-

1) Leg. ἐπιμέλειαν.
2) L. κύριε.
a) Falconiana editio habet: εὐγένιαν

PROOEMIUM

Correctiones sive additiones Falconii numeris arabicis, notas vero nostras, tam in textu graeco, quam in versione latina, litteris indicavimus.

EDITORES CASINENSES.

Quandoquidem tibi, sancte Pater, visum est meam inertiam ad ea scribendum excitare, quae sacrosancti Martyris et Episcopi Januarii Actis desunt; obedire praeceptis tuis, meamque pro virili diligentiam omnem, ad id agendum, impendere duxi satius, quam reluctanter obnitendo, ea omissa facere, quae ad Dei gloriam, tantique martyris laudem, recta tendere, atque pertinere, pluries misello mihi Monacho insinuasti. Tu ergo Domine, qui nosti corda omnium, quique nosti quoniam ecce ego coram te non mentior, sed me quaecumque certissimae fidei ab antiquis de ejus vita scripta reperi, eadem per compendium, veluti beato Episcopo meo, cunctisque fidelibus tradere, et posteris commendare; tu, inquam, tanta rerum mole fatiganti mihi, tua clementia, opeque Deus succurre; nil enim, nisi te auspice, te duce, me quidquam facere, aut aggredi posse compertum est. Quin meritis illius, pro cujus laude haec scribuntur, adesto mihi propitius, tibique semper sit gloria ex quantulocumque isthoc labore meo.

Temporibus Aureliani Imperatoris (A) Quieto, et Boldumiano Coss. (B) XI. Kal. Majas, natus est Neapoli Campaniae beatissimus Januarius ex Pub. Stephano Januario Civitatis Praetore, et Theonoria Amata, genere et opibus celeberrimis. Ab Januaria namque romana gente, Neapoli inter supremas tribunitias, principesque familias assidue recensita; et ab Amata latina originem ducebant. Fuerunt hi Christiani, religiosi, et eleemosynarii; quamobrem et eorum filius christianus fuit, et pius; eo quod primogenitus fuit, magno solamini,

(A) Ann. Chr. 270-275.
(B) Quietus et Veldumianus an. Ch. 272, Veldumianus usque ad Kalendas Julii.

βῆς, καὶ ὅτι ἦν πρωτότοκος, μεγάλη ἡ παραμυθία καὶ τὸ βουκόλημα τοῖν αὐτοῦ γεννητόροιν. μεῖζον δὲ τὸ ἐπίβλημα τοῦ ἑορτάσματος. ὁ αὐτοῦ βαπτισμός, ἐν ᾧ ὠνομάσθη πόπλιος φαῦστος ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦ ἁγίου εὐφοιβείου, καὶ ἑβδημέρᾳ ἡ εἰλαπίνη τοῖς Ιησοῦ πτωχοῖς ἐχαρίσθη· τὴν ἀδελφὴν μόνον ἔσχηκε τῷ ὀνόματι Ἀγαθὴν (b), γαμεθείσην βρ. Ἀκακίων.

Αὐτὸς δὲ βρέφος ἔτι καὶ θηλαμινὸς ἡσυχαίτατος, κάλλεός τε τοῦ μεγανορτάτου, μετὰ c) μελλούσης τῆς ἀρετῆς ἔδειξε d), ἐν αὐτοῦ τῷ ἄκρῳ, πάντων τῷ θαυμασμῷ ἐξάλμενος ἐκ τῶν εἰλυμάτων, ἀνεφάνη περιχαίρειν αἷς μικραῖς ταῖς χερσὶν προΐεσθαι χαλκὸν τοῖς πτωχοῖς· ἀλλὰ γὰρ αὐτὸς ἡγιασμένος ἐκ τῆς μητέρος κοιλίας, αὐτῆς ἔτι μασδὸν τεθήλακε. τριετὴς ὢν ἀνεπιστήμμων τοῦ παρακαλεῖν, ταπεινῶς καὶ κοσμίως ἐν αὐτοῦ οἴκου e) τῷ ἱερῷ γονατιζόμενος πρὸ τῆς παρθένου εἰκόνος, σὺν Ιησοῦ τῷ παιδὶ θαμὰ συμπαιστής, ὕστερον τουτέων ἦν αὐτοῦ τὸ παίγνιον ἐν τῷ ἱερῷ. τετραετὴς ὡσεὶ ὤν, ἐλεημοσυνῶν τὴν μερίμνην ἠρώτησε τοὺς αὐτοῦ γεννητόρας· κατὰ f) ὃν ἐλεημοσύνην Ιησοῦ τῷ παιδὶ ἔδωκε· ὃς αὐτῷ ὑπέσχετο· ἴσον σοι φαῦστε δώσω· ἐκεῖνο δὲ ἐκ τῆς κοιλίας καὶ βρέφους, τοῦτο καὶ ὁ παῖς καὶ ὁ μείζων ἔσχε· πρὸ γὰρ αὐτοῦ οὐκ ἐδύναντο συμβαίνεσθαι οἱ λόγοι g) ἢ ἄχρηστοι· ἐν δὲ τῇ κοιλίᾳ ἐβασάνιζε τὴν μητέρα, ὁ παῖς ἔκλαιε ἀπαρακλήτως, ὁ μείζων δὲ ἐρευθεὶ καὶ τῇ λύπῃ τοίως τὰ τῶν λαλούντων στόματα ἔκλαιε 3)· τούτου δὲ ἀντίον, φθεγγόμενοι τὰ πνευματικά, αὐτὸν παρεμυθοῦντο, οὕτως ὡς καὶ ἐν κοιλίᾳ οὐτῆς, αὐτοῦ μητέρος ταῦτα λεγούσης, σκιρτάοι τὸ βρέφος, ταύτης τὰς ἀρετὰς, μάλιστα δὲ εὐχὰς γυμνασμένης· μητροδίδακτος περὶ τῆς πίστεως ὀρθοδόξης, τῆς ἀγέλας καθηχουμένων νεοφύτων τε τῶν παίδων φύλαξ ἐπιφανεὶς, τοὺς μὲν ἐδίδασκε, τοὺς δὲ ηὔξατο φυλακὴν τοῦ νόμου· αὐτούς τε ἐνεχθεὶς ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ κοιμητη-

ac solatio ejus fuit parentibus. Verum major festivitatis accessio ejus fuit baptismus, in quo ab Civitatis Episcopo S. Euphebio (C), Pub. Faustus dictus est; et septiduum epulum Jesu pauperibus elargitum. Sororem tantum habuit nomine Agatham, quae vivo Patre (D) cum nobilissimo Bruto Acaciorum nupta est.

At ipse infans adhuc, et a lacte nondum amotus, quiete maxima, eximiaque pulchritudine ornatus, magnum futurae virtutis specimen exhibuit, ubi in domo sua (E) *summa omnium admiratione ex involucris erumpens, in aere suis manulis pauperibus erogando, perfundi gaudio visus est. Porro ipse ex utero matris sanctificatus, ejusdem etiam uberibus est lactatus. Triennium agens, orandi inscius, humiliter ac devotule in suae domus sacello, anteque Virginis imaginem genuflexus, cum Jesu puero saepe lusit; quamobrem post ea tempora, in sacello, ejus fuit ludus. Quatrimulus fere a parentibus suis eleemosynarum distributionem obtinuit: quo in munere stipem Jesu puero meruit erogasse, qui tamen ipsi promisit: Vicem tibi Fauste rependam. Quod autem ex utero, et ab incunabulis, id quoque et puer, et adolescentulus fecit coram eo namque colloquia ut inutilia haberi minime poterant, quippe qui in utero matrem torquebat, puer insolabiliter flebat, adolescentulus vero rubore, tristitiaque ora taliter loquentium obturabat. Contra vero, spiritualia loquentes eum consolabantur, ita ut etiam in utero matris suae, ipsa id testante, gestiret infans, quum ea virtutum exercitio praesertim oratione teneretur.* A matre de fide *orthodoxa* edoctus, Catechumenorum, Neophytorumque gregis puerorum custodiam agens, hos quidem erudiebat, illos autem ad legis observantiam adjurabat; eosque ab Ecclesiis, et Coemeteriis suam domum inductos, obsoniis, aliisque edu-

b) Edit. Falc. addit. τὴν τῷ φατάτῳ, βιοῦντος τοῦ πατρός.

c) Ex edit. Falc. μέγα legendum.

d) Edit. Falc. ἔδειξε· ὅτε.

e) In Edit. Falc. desideratur οἴκου.

f) Edit. Falc. habet: καὶ κατὰ ὅν.

g) Forte supplendum αἰσχροὶ.

3) L. ἔκλειε.

(C) De anno quo sedit S. Euphebius in Sede Neapolitana vide Parascandolo: Memorie Storiche-Critiche-Diplomatiche della Chiesa di Napoli. *Tom. 1. pag. 27.*

(D) Verba: vivo Patre, *in nostro MS. graeco desiderantur; unde patet auctorem hujus versionis prae manibus habuisse aliud exemplar.*

(E) Τὸ ἄκρον *arx, castellum*

ρίων εἰς οἶκον οὗ ἐξεδημαγώγει h) πρὸς τὸν βίον τοῖς παροψήμασι καὶ ἄλλοις ἐδέσμασι καὶ δώροις. ἀεὶ μακαρτάτης τῆς παρθένου ἦν ὁ ἐράστετος· αὐτῇ γὰρ ἐν νηστείᾳ τὰ σάββατα ἱέρωσε· μάλιστα δὲ ὁ δωδεκαετὴς ὅτε ἀπὸ ἀῤῥοστήματος δεῖνος ἔσωσε αὐτόν. τῇ γὰρ χειρὶ, αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ ἐπιτιθημένῃ τούτοις ῥήμασι· φαῦστέ μου, ἐμοῦ τε τοῦ j) υἱοῦ ὦ θεοφιλὴ, ἰδοὺ ἐγώ σε ἐφοράω· εὐματίε, ἔσο k) σόος· καὶ ἀνέσωσε αὐτὸν, καὶ εὐσέβειαν εἰς ἑαυτὴν θαυμασίως ηὔξηται· διὸ τοίνυν ὁ θαμινὸς πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς θεοτόκου ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἐν ᾧ εἶτα αἰώνιον τὴν ἀγνείαν ἐξεθίασε l). ἔνθεν τῇ πίστει καὶ εὐσεβείᾳ ἁγίου ἐπισκόπου τοῦ καΐου μαρίου μαρκιανοῦ m) δίδοται, καὶ βελτίστοις ἀνθρωπίνων τῶν διδαγμάτων τοῖς διδασκάλοις.

Πρωθήβης ἔτι, τοῦ πάθους Σωτῆρος ἡμῶν ὁ ἐράστετος, ὤνησε μεγίστην τὴν εὐσέβειαν εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἔλεον εἰς τοὺς μάρτυρας τούτων γὰρ τὰ σώματα καὶ ἐπρίετο ἀπὸ τῶν δημίων· καὶ ταῦτα κοπιατὴς ὡς τοβίας ἔθαπτε τοῖς φιλήμασιν. ἔτι δὲ τοῖς σιδηροδεσμώταις οὐ μόνον ἔνεγκε τὰ βρώματα, ἀλλὰ δὲ πρὸς πᾶσαν τὴν κακοπάθειαν αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἀνετίθη. ἀεὶ ὡσεὶ ἱστάμενος ἐν τῷ αὐτοῦ οἴκου προστάδι, παρὰ τῷ πατρὶ θεοφιλεστάτως ἐβοήθησε n) ἐπικαταλελημμένοις καὶ πτωχοῖς. καθ᾽ ἑκάστην τοῦ προσαββάτου ἐκ βρέφους πρῶτον οὐ τὸ ἐθήλαξε γάλα, ἔπειτα δὲ ὁμοίως ἐν τετράδι ρίγιον ἐνήστευσε, τὸ μόνον βρώματος ἐκ πείσας τῆς μητέρος βρώσκων ἐν τῇ ἐσχατιῇ, σάκκῳ, καὶ εὐχῇ· ἀλλὰ δὴ οἷ ὠνήθη τοῦ τὴν εἰκόνα 4) σταυροθέντος Κυρίου διὰ τὸν βίον ἐγγὺς γλυφθέντος· εἰς ἣν ἀνηρτημμένην θαμινοτέρῳ τῷ θαλάμῳ καὶ ἀντιθετωτέρῳ τῷ τοίχῳ, οὕτως ἐλεῶς ἔβλεπε ὁ παλίνοστος, ὡς ποτὲ ἐν ταύτῳ ὁ περιληπτὸς ἐκ πολλοῦ τοῦ ἔρωτος ἐῤῥωμενεστάτως μυχθίζοι τὸ μαρτύριον περὶ τοσούτου τοῦ ἔρωτος. ὅτε δὲ χαλκὸς

liis et muneribus alliciebat ad vitam. *Beatissimae Virgini semper fuit addictissimus, quippe qui ei Sabbata in jejunio consecravit, praecipue vero duodennis, quum ab valetudine quadam eum liberavit, manu enim capiti ejus imposita his verbis: Fauste mi, meique Filii amantissime, en ego te visitatum huc veni; esto animo forti, esto incolumis, et salutem ei restituit, et pietatem in seipsam mirabiliter auxit. Quamobrem deinceps fuit assiduus ad sacellum Sanctae Mariae a Principio, in quo subinde perpetuam Deo castitatem vovit.* Exhinc fidei, pietatique Sancti Episcopi C. Marii Marciani (F) commissus, optimis humanarum litterarum magistris traditur.

Adhuc adolescentulus Passioni Servatoris nostri affectissimus, maximam pietatem in Deum, et miserationem in martyres est lucratus. Horum enim corpora vel redimebat a carnificibus, eademque, ut Tobias, Fossoris functus officium, humabat exosculata, praeterquam quod detentis in vinculis, nedum cibaria ferebat, verum enimvero ad omnem malorum patientiam eorum animos extollebat. In vestibulo domus suae moram ferē semper ducens, oppressis ac pauperibus apud patrem pientissime opem tulit, *singulis quibusque prosabbatis, primo lac non suxit, exhinc etiam quarta die rigide jejunavit aliquid cibi tantum ex obedientia matris edens, in solitudine, cilicio, et oratione Crucifixi Domini imaginem ad vitam prope exsculpti sibi comparavit; quam frequentiori cubiculo, parietique magis adversitori suspensam, ita misericorditer ex ambitu* (G) *intuebatur, ut aliquoties in eo absorptus ac extaticus, nimio amoris incendio, martyrium pro tanto amore validissimo ingemisceret.* Si quando aes in crumena, quod elargiretur

h) Edit. Falconiana: ἐκδημάγωγε.
i) In Edit. Falc. ἀπὸ τοῦ.
j) Edit. Falc. τοῦ praetermittit.
k) Legendum ex Edit. Falc. ἔστω.
l) Edit. Falc. ἐκθειάσε.
m) Edit. Falc. μαρτιανοῦ.
n) Edit. Falc. ἐβεβοηθήκει.
4) L. τὴν εἰκόνα τοῦ.

(F) Hic Episcopus C. Marius Marcianus in Serie Neapolitanorum Antistitum a Parascandolo confecta desideratur. De Episcopis Neapolitanis Marciano, Cosma et Calepodio confer Muratori Rer. Ital. Script. *Tom. I. par. II. not. 8 ad* Chron. Joannis Diaconi; *et ipsum Parascandolo* loc. cit. *Tom. I. pag. 28, not. 1.*
(G) Frequentissime.

ἐκ βαλλαντίου 5) o), ὅς δωρέοιτο τοῖς πτωχοῖς ἐκ τῶν δώρων ἴσως οὐκ ἀπέχρη, εἰ περὶ τῆς ἐλεημοσύνης διὰ τὸν Ιησοῦν ἀγονιστὴν; αὐτὸν λίσσοιντο, θαμὰ ὁ κατωφερὴς αὐτῶν τοῖς ποσὶ καὶ γονατίζων, ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις πρὸς ἐλεημοσύνην τὰ φιλήματα ἐπήγνυε· ἀλλὰ μὲν καὶ πολλάκις αὐτοῖς αὐτοῦ ἱμάτια ἔδωκε.

Ἐκ τῆς νόσου ἣν εἶπον ἄνουσος, καὶ ἀπὸ τῶν σπουδῶν ὁ ἐλεύθερος οὐχ ὅσον στοιχειώδων, ἔτι δὲ μειζόνων p) εἰδησίων, 6) ἀνὰ μεγίστην τὴν ψυχὴν σπουδαῖος τοὺς εὐαγγελιστὰς καὶ ἱερὰ τὰ βιβλία, κληρικοῦται, τοῦ πατρὸς ἀνεθελήτου οὗτος γὰρ ἐβούλετο ἢ μὴ δὴ ἱεράοιτο, ἢ εἰ, τὸ ἑλληνιστὶ γεγῆμαι· ἀλλὰ δὲ ἄλλως παραμυθεὶς ἀπὸ q) μαρτιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ἀπέστη ἀπὸ τῆς πεἰρας. ἐκεῖνο δὲ εἶτα παντελῶς οὐ δεῖ λείπειν, ὅτι ἅθαμα ἐκέλευε τοῖς δούλοις καὶ ταῖς θεραπίναις, ὧν τὸ πλῆθος οἴκοθεν εἶχε. ἀλλὰ γὰρ δὲ ὅτε πρὸς ταῦτα ἡ βία αὐτὸν ὠθέοι, οὐ κυρίως, μὴ δὲ φιλίως, ὡς δὲ δουλικῶς ταπεινοτάτως ἐλίσσετο· ἐξενοδόχησε καὶ ἐνοσοκόμησε οἶκον αὐτοῦ r)· ὅποι ὁ πολυμέριμνος ἅμα τῇ μητέρι ὁ νοσηματικῶν δοῦλος· τῷ γὰρ πατέρι οὐχ ὑπῆρχε διὰ μεγίστην τὴν φροντίδα· ὃς 7) ὁ θηρατικὸς αὐτοὺς διὰ πόλιν καὶ ἔξω, ὀσφαυτικὸς οἰκόνδε οὗ ἢ τοῖς νώτοις ἢ τοῖς βραχίουσι περὶ τῆς ἑκάστου ἡλικίας ἦγε· πρὸς αὐτὸ ἰατροὺς ἐμισθώσατο, καὶ φαρμακοθήκην τὸ οἴκημα ἐποίησε· ἐν εὐχῇ εἰς ἣν ὁ παῖς ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐποιήθη, ἡμέρινὸς νυκτιός τε παννύχιος· ἐγενήθη γὰρ ὁ εὐχόμενος, χερσὶν εἰς τὸν s) οὐρανὸν αἰρθείταις· μάλιστα δὲ ὑπὸ κανόνος ἁγίου τοῦ ἐπισκόπου γαΐου μαρίου μαρτιανοῦ· ἀπὸ γὰρ τούτου ἐν βραχεῖ καὶ ῥαδίως ἀποτελοῦται πρὸς μέγιστον ἐκεῖνο τὸ τῆς διαποιήσεως χωρίον καὶ καλοῦται τὸ τῆς εὐχῆς εἴσοπτρον· τὸ τοῦ ὕπνου μικρὸν ὃ τῷ σώματι ἐδίδω ὑπὸ ψιάθου καὶ γῆς καὶ λιθωδέου πρὸς κεφαλαίου, ὁ ἀνεθέλητος ἀπέφερε τῇ εὐχῇ· ἐν τῷ τῶν ἱματίων κόσμῳ οὕτως ἐβουλήθη εἶναι

pauperibus *fortasse ex largitionibus non suppeteret; de Eleemosina vero per Jesum Agonisten adjuraretur, saepe pronus eorum pedibus genuflexus, oscula et haec et altera et pluries repetita ad eleemosynas figebat; quinimo* pluries *quoque* suas eisdem vestes partitus est.

A valetudine, quam diximus, evasus, et a studiis nedum elementariorum, verum etiam majorum scientiarum peracutum ingenium feriatus, *Evangelistas,* sacros*que* libros studens, clero adscribitur, patre invito; *hic enim volebat, vel ne sacerdos fieret, vel si fieret, ut graecarum saltem nuptiarum usum sequeretur.* Attamen aliter a Martiano Episcopo admonitus, destitit ab inceptis. Illud post haec omnino non omittendum, servis scilicet et ancillis quorum turba domi sese offerebat raro imperasse. Etenim vero si ad id maxime vis urgeret, non heriliter, non amice, sed uti servum decet, eos humillime exorasse. In xenodochium, atque valetudinarium suam domum erexit, mira ubi sollicitudine una cum matre valetudinariis inserviendo; patri namque per summam muneris non licebat. *Ut Venaticus eos per Civitatem, forasque olfaciens, domum vel suis humeris, vel brachiis pro cujusque aetate advectavit.* Ad id medicos conduxit, et in pharmacothecam suum cubiculum excitavit. In oratione, ad quam puer a matre efformatus fuit, interdiu, noctuque ad summum mane persistere moris fuit; *natus est enim orans, manibus in Coelum erectis*; praesertim vero sub regimine sancti Episcopi C. Marii Marciani; ab eo namque ad summam illam perfectionis sedem fuit brevi, ac facile evectus, *speculumque appellatus orationis.* Parum somni quod corpori sub strato, et terra, et lapideo pulvinari indulgebat, orationi surripiebat invitus. In vestium ornatu, adeo tenuis, et despectus esse voluit, ut pauperculus videretur.

5) L. ἐν βαλλαντίῳ.
o) Edit. Falc. ἐκ βαλλαντίῳ.
p) Edit. Falc. τῶν εἰδησίων.
6) L. εἰδήσεων.
q) Edit. Falc. ἀπὸ τοῦ μαρτιανου ἐπισκόπου.
r) Edit Falc.loco αὐτοῦ legit οὐ.
7) L. ὡς.
s) Edit. Falc. τὸν.

ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος, ὥς τε δικάζοιτο t) ὁ πενιχραλέος.

Δωδεκαέτης ὢν, μέλλοντος αὐτοῦ τοῦ μαρτυρίου ἀπὸ χριστοῦ κυρίου ἠξιώθη τῆς ὁράσεως, καὶ αὐτοῦ ἀσφαλείας ἀπὸ μακαρτάτης τῆς παρθένου· ὅθεν οὕτως ὁ παράμυθος ἐδενεῖτο 8), ὡς ἡ ψυχὴ γλίσκρως ἐν τῷ σώματι δικάζοιτο ἐνέζεσθαι. ὃ δὲ τοίως ἀπέβη. συνοδεύσας τὸν μαρτιανὸν πρὸς ἐν μέσῳ τὸ κοιμητήριον, εἶδε ἐν βαθυτάτῃ τῇ ἐκστάσει βασιλέα τῶν οὐρανῶν χαρέντα ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἣν ὡς παράδεισον λειρίων, ῥόδων τε καὶ ἴων τὸν τεθηλότα ἐδόκει ἐπείδειν, καὶ ἄγγελον ἕνα, πρῶτον ἐκ φυλάκων αὐτοῦ, ὃς ἦν ὁ σεράφ, ἐκεῖθεν συλλέγοντα, μόνον τὰ ῥόδα καὶ προσφέροντα τῷ κυρίῳ· ὧν δὲ ἀπὸ τοῦ ἡδομένου κυρίου δεχθέντων, ταῦτα εἶπε τῷ μάρτυρι· ταῦτα μοι δώσεις φιλητές μου εὐ 9) ψυγῆς σου, κάπευτα 10) δὲ ἐν τόπῳ τούτῳ χρονίως τὸ σῶμά σου ἠρεμήσει· καὶ τούτοις ἡ ὅρασις ἠφανίσθη· ὁ δὲ ἄγγελος αὐτῷ ἀπεκάλυψε τὸ μυστήριον· τὰ τοῦ μάρτυρος ῥόδα μᾶλλον ἐν αὐτῷ Θεὸν τιμάεσθαι, ἢ τὰ τοῦ ἁγνοῦ, ὁμολογητοῦ, καὶ ἐπισκόπου διαδήματα. ὁδεύων ἀεὶ τοῖς πιστοῖς καὶ ἀπίστοις ἐκήρυσσε συμφερόντως· τοῖς γὰρ ἀμφοτέροις μέγιστον. τὸ κέντρον προῆγε πρὸς τὸ εὐβιοῦν, θεήμασιν ὁ ἀποδεικνὺς ὃ ἐδίδασκε καὶ ἔργοις. ἀλλὰ μὲν αἰσχρόν ἐστι νῦν παραλείπειν δύω· δηλονότι ὅτι πολλοὺς τοὺς ἀγγέλους πολλάκις εἴχειν 11) βοηθοὺς ἔδοξαν, καὶ τὸν παῖδα ἐνήγειρεν ὁ πενταδεκαέτης, ἀφανῶς μὲν ἀπὸ τῶν ἱεράντων 12), μόνῃ τῇ προσευχῇ κυριακῇ κρόβδην ἀναγνωσθείσῃ ἐπεπίθει 13) δὲ οὗτος ὁ μονογενὴς εὐγενεστάτῳ τῷ περικοῦντι u) αὐτὸν υἱὸς ἐξ οἴκου τῆς στοᾶς. διότι ἐπὶ τῇ τροφῷ καὶ πατρὶ ἐσπλαγχνίσθη, καὶ οὐ μόνον προέθρεξεν, ἐκεῖνον ἔσωσε. τῷ Θεῷ ἐν v) ἐκκλησίᾳ τὸ ψάλλειν ὁ κληρωθεὶς ἀδιαλείπτως ἐθάμισεν· ὁ δὲ κληρικὸς καὶ τὸ μὴν παιδάριον, οὐ πωπουε 14)

Duodecimum annum agens, futuri sui Martyrii a Christo Domino visionem meruit, et ejusdem a Beatissima Virgine certitudinem; quapropter ita solatus versabatur, ut anima vix amplius insedere corpori videretur; quod autem sic evenit. Comitatus Marcianum ad Coemeterium, quod medium dicebatur, vidit in altissima extasi Coelorum Regem gaudentem super anima sua, quam ut paradisum liliis, ac rosis, violisque vernantem videre videbatur, et Angelum unum e custodibus suis principem, erat enim is Seraph, illinc legentem dumtaxat rosas et Domino offerentem; quibus laetabunde a Domino acceptis, haec ab eo martyr responsa tulit: Dilecte mi, haec mihi dabis ex anima tua, ac postea hoc in loco diu tuum corpus jacebit: hisque dictis, visio evanuit. Angelus vero ipsi mysterium explicavit, rosas martyrii pluris in eo facturum Dominum, quam Virginis, Confessoris, et Episcopi diademata Suis in itineribus fideli semper utiliter evangelizabat ac infideli, utrisque enim maximum ad bene vivendum stimulum inhibebat, miraculis, quae docebat, et operibus comprobans. *Verumtamen turpe nunc sit duo omittere, plures scilicet Angelos multoties visum esse vigiles habuisse, et puerum resuscitasse, cum quintumdecimum annum ipse ageret, occulte siquidem ab astantibus, solaque latenter Oratione Dominica recitata. Ceciderat is unius nobilissimi vicini sui Filius e domus porticu; quapropter nutricis ejus, patrisque misericordia motus nedum accurrit, servavit.* Deo psallere in Ecclesia nunquam Clericus omisit, et Clericus quin puellulus quotidie ad sacra mysteria, Corpore Christi muniri non intermisit. Post assiduas tandem stationes per Campaniam, ac Agonistarum Martyrum

t) Edit. Falc. δοκάζοιτο.
8) L. ἐδινεῖτο.
9) Locus corruptus; fortasse legendus: ἐκ ψυχῆς.
10) L. καὶ ἔπειτα, vel si placet κἄπειτα.
11) ἔχειν.
12) Videtur ἱστάντων.
13) Videtur ἐπεπίφει.
u) Edit. Falc. περιοικοῦντι.
v) Edit. Falc. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
14) Legendum: οὐπώποτε pro: οὐδεπώποτε.

διέλιπε x) τῆς τοῦ σώματος 15) χριστοῦ, καθ᾽ ἡμέραν ἐν ἱεροῖς τοῖς μυστηρίοις μεταλαβεῖν τροφῆς. δήποτε δὲ μετὰ τὸ συνεχῶς ἰέναι διὰ τῆς καμπανίας καὶ ἀγωνιστὰς τοὺς μάρτυρας ἐπισκέπτεσθαι, ὁ εἰκοσικαιδυοέτης ἱεροῦται, ἀνεγείρει τὸν νεκρὸν, καὶ ἄλλον ὁ εἰκοσικαιπενταέτης, καὶ πολλοστῶς ὁ τριακοντούτης ὤν, προϊμένῃ τριμηναίῃ τῇ διακόπῃ, ἐν τῇ τῆς πεντεκοστῆς ἡμέρᾳ ἱερᾶται· τὴν δὲ πρώτην λειτουργίαν, θαῦμα, ὅσῃ τῇ παρασκευῇ προηκύρωσε.

Αὕτη ἡ πολιτεία διότι ἦν ἡ συμμαχὶς ῥωμαίων τῇ βασιλείᾳ οὐκ ἐγίνωσκεν ὠμοτάτας τὰς τῶν αὐτοκρατόρων λύσσας· ἐντεῦθέν ἐστιν ἵνα οὖσα κατὰ μεγάλην τὴν μερίδα τῶν χριστιανῶν οἴκημα, οὐ δὲ στεῖρα πολλῶν τῶν εἰδωλολάτρων τε καὶ ἰουδαίων, ὡς πόλις ἐλευθέρα τριμερέος ἐγγὺς θεοσεβείας κυβερνῷτο· ἐνταῦθα τοίνυν πολλῇ τῇ δυνάμει ὁ ἀβίαστος καὶ πυρώδης ὁ νεὸς εἰληφὼς τοῦ ἁγίου πνεύματος, πολλὰ ὁ Ἰανουάριος ἤνεγκε κατὰ αὐτοὺς ἐπιστρέφειν.

Ὁ μέγας ἦν φιλόσοφος, ὁ δὴ θαυμαστὸς ὁ θεολόγος y)· ὁ μὲν ἐκ τούτων γινώσκεσθαι δίναται 16). τὸν κλήμεντα ῥωμαίων ἐπίσκοπον, ἡρμὰν, ἰγνάτιον, διονύσιον ἀθηνῶν ἐπίσκοπον, ἀριστείδην, κουδράτον z), παπίαν, διονύσιον κορινθίων ἐπίσκοπον, μελίτωνα, θεόφιλον τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ ἐπίσκοπον ἔξαι αὐτῷ αἰτιωτάτους. ἰουστῖνον ἔτι, εἰρηναῖον, πάνταινον, κλήμεντα τῆς ἀλεξανδρείας βρεσβύτερον, μινούκιον φήλικα, τερτυλλιανὸν, ὠριγένην, τρύφωνα, ἱππόλυτον πόρτου ἐπίσκοπον aa), διονύσιον ἀλεξανδρείας, γρηγόριον νεοκαισαρείας, βικτωρῖνον, ἀρνώβιον φιλέαν· καὶ μὴ ᾧ μακρίων, ἄλλους πολλοὺς ὧν ἔργα ἡμῶν 17) ἐπισκοπείῳ ἐδωρήσατο. πολλὰ τοίνυν ἔτι bb) νῦν ἄγνωστα κατὰ ἀπίστων, αἱρετικῶν τε ἔγραψε· μάλιστα δὲ κατὰ τῶν νωβατιανῶν περὶ τῆς 18) ... ανοίας, καὶ κατὰ παυλοῦ τοῦ Σαμοσατέος περὶ ἐν-

x) Edit. Falc. διέλιπον.

15) Forte add. καὶ αἵματος.

y) Edit. Falc. θαύμαστὸς θεολόγος.

16) L. δύναται.

z) Edit. Falc. κουαδράτον.

aa) Edit. Falc. addit: Ἀθηνάγοραν, καὶ Μεθώδιον· ὁμοίως Κυπριανὸν, Κορνήλιον Ῥωμαίων ἐπίσκοπον.

17) Forte ὑμῶν.

bb) Edit. Falc. ἑώς.

18) L. μετανοίας.

lustrationes, vigesimosecundo aetatis anno sacris initiatur, *mortuumque resuscitat, uti et alium vigesimoquinto*, ac tandem *praemisso trimestri interpellato iejunio*, trigesimo aetatis suae anno *in Pentecostes die* presbyteratu finitur; *et primum Sacrum mirum quanta praeparatione praemunivit.*

Haec tunc Respublica, quoniam foederata erat Romano Imperio (H), exardescentes in Christianos, Caesarum saevitias minime sentiebat. Hinc est, ut magna ex parte Christum amplexa (I), at vero multorum idololatrarum, ac Judaeorum non vacua; instar Civitatis liberae potius religionis, quam alias regeretur (J). Hic igitur multa vi, indefessus, igneusque, novus Sancti Spiritus acceptor, multa in eis convertendis Januarius pertulit.

Magnus fuit Philosophus, at vero mirus Theologus; quod quidem ex eo sit intelligere Clementem Romanum Pontificem, Hermam, Ignatium, Dyonisium Athenarum Episcopum, Aristidem, Quadratum, Papiam, Dyonisium Corinthiorum Episcopum, Melitonem, Theophilum Antiochenum Episcopum habuisse familiarissimos; Justinum praeterea, Irenaeum, Pantaenum, Clementem Alexandrinum Presbyterum, Minucium Felicem, Tertullianum, Origenem, Triphonem, Hippolytum Portus Episcopum (K), *Athenagoram, et Methodium; similiter Cyprianum, Cornelium Romanum Pontificem, Dionysium Alexandrinum, Gregorium Neocaesariensem, Victorinum, Arnobium, Phileam, et ne sim longior, multos alios, quorum volumina nostro Episcopio donavit. Multa igitur hucusque incognita con-*

(H) Vide Petrum Giannone: Istoria Civile del Regno di Napoli, *Tom. 1, pag. 18. edit. Neap. 1778.*

(I) Versio Falconiana habet: Christianorum domicilium.

(J) Editio Falconii habet: Sub tripartita prope religione regeretur.

(K) Auctor versionis nostrae nomina Athenagorae, Metodii, Cypriani, Cornelii *ex alio Codice supplevit.*

σωμάτου τοῦ Θεοῦ. ὁμοίως ἔγραψε περὶ Θείων τῶν ἐπιθέτων, περὶ βασιλείας Θεοῦ, καὶ περὶ τῶν ἁγίων θεολογίας. ἀλλὰ μὲν ἐκεῖνο ἐγγὺς θελετικὸν 19), ὁ περὶ τῆς ἀληθέος πίστεως συνέγραψεν· ἔργον μὲν τῶν ὑποθέσεων, καὶ ἀληθείας τε καὶ παιδείας θαμβῆς ὁ ἄριστον, καὶ πολλὰς πολλοῖς μάγγυστιν 20) ἐπιστολάς· καὶ ἃ αὐτὸς ἐπειδήκει ἁγίων τὰ μαρτύρια. θαμινὸς δὲ ὡς γέγραπται ἐκ τῆς ἀγάπης εἰς καμπάνιαν πρὸς τὸ τοῖς μάρτυσιν παραμυθεῖσθαι ὁ τοὺς περιπεσόντας ἐπισχόμενος, ἀπίστους δὲ μετελτὼν ἧζαιτο 21)· νῦν δὲ καὶ πρὸς τοὺς πικεντίνους, ἱρπίνους τε καὶ σαμνίτας εἰς νουκήριαν σάληρνον, ἀβελλῖνον, ἐκοτουτικὸν, βενεβεντὸν, καὶ βέναφρον κἀτι δὴ μέχρι ῥώμης, ἐν ῇ cc) ἀεὶ μεγίστῳ τῷ κέρατι 22) ὑῶν 23) ψυχῶν· ὅτε δὲ ἵστη ἐν νεαπόλει, συνεχῶς πρὸς τὸ κοιμητήριον εἶ· ἐκ τοῦ τῆς προφητείας πνεύματος ὃ ἔσχε, γείτονα τὴν ἀνάπαυσιν καὶ εἰρήνην τῆς ἐκκλησίας προείρηκε, καὶ Ιταλίας τὰ κακὰ, καὶ πατρίδος αὐτοῦ ὡσεὶ τὴν ἐρήμοσιν· ἔσεσθαι δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς περὶ ταύτης ηὔχοιτο ἀεὶ ἀναβιῶν καὶ βιῶν· περὶ ἑαυτοῦ πιστεύω ἔλεγε ταῦτα, ἀλλὰ μὴν, ὅτι αὐτοῦ προφητειῶν φθέγγομαι, ὁ τόπος ᾗ καὶ ἄλλο ὑπερβῆναι· τὰ κατὰ πολλὰ ἱερὰ πρὸς τὸ ἱερὸν ἁγίου πέτρου ἐν θυσιαστηρίῳ, καθ' ἡμέραν ἤρχετο εὔχεσθαι. ἐνθένδε τὸ dd) βέσβιος ὄρος βέλτιστα ὁρᾶται τοῦτο ee) τοίνυν αὐτὸς πάλαι προσορῶν ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας ἔδωκε ταύτας τὰς φωνάς· ὦ βέσβιε φεῦ πόσα τὰ πήματα, τοὺς φόβους τε καὶ τοὺς λοίγους ἐνίσσεις τῇ Νεαπόλει· ἀλλὰ μὴν θαρρέω τῷ Θεῷ μου ἕνεκά σου, οὐ τεθνήξεσθαί με ἐν νεαπόλει· καὶ ἐνταῦθα οὗ αὐτοῦ ff) προστασίαν ὑπέσχετο ταύτῃ τῇ πόλει, αὐτὸν περιστάντες ἐπίστευσαν προφητεύσαι ἢ οὐ τεθνήξεσθαι διὰ τοῦ βεσβίου, ἢ μὲν οὐ τεθνήξεσθαι ἐν τῇ νεαπόλει.

'Εν αὐτῷ τῷ καιρῷ Στέφανος ὁ αὐτοῦ πατὴρ

tra infideles, haereticosque conscripsit; praesertim vero de Poenitentia contra Novatianos, et de Incarnatione Dei contra Paulum Samosatenum; scripsit enim de Divinis Adjunctis, de Regnò Dei, atque de Sanctorum Theologia. Verum illud prope divinum quod de vera fide conscripsit opus, acumine et veritate argumentorum e reconditiori eruditione amplissimum, et quod plures Epistolas multis martyribus, et quibus ipse interfuerat Sanctorum martyria, ex charitate, ut dictum est, frequens in Campaniam ad martyres solandum, labentes erigens, infideles invadens erumpebat. Porro nunc etiam ad Picentinos Hirpinosque, et Samnites, ut Nuceriam, Salernum, et Abellinum, ut Equotuticum et Beneventum ac Venafrum itabat. Quin imo Romam usque, ubi majus semper persecutionis effervescebat (L) incendium et maximo siquidem semper lucro animarum; quum vero Neapoli morabatur, assidue itabat ad Coemeterium. Requiem, pacemque Ecclesiae propinquam, spiritu prophetiae, quo polluit praedixit, et Italiae mala, ac Patriae suae prope desolationem (M). *Adfore tamen in Coelis, qui pro ea oraret semper reviviscens, et vivens de se credimus haec dixisse. Quoniam vero de ejus prophetiis sermo hic est habitus, locus sit et alia subnectere. Inter caetera sanctuaria, sacellum ad aram Divi Petri quotidie oraturus veniebat, unde Vesuvius Mons perspicue videtur. Hunc igitur olim ipse intuens, has ex imo pectore voces protulit: O Vesuvi, heu quot damna, et timores, et exitia minitaris Neapoli. Attamen Deo meo confido, me tua ex causa non moriturum Neapoli, et hic, ubi suum huic urbi patrocinium promisit, qui aderant credidere eum prophetizantem, aut per Vesuvium se non occubiturum, aut sane non moriturum eum Neapoli.*

Moritur eodem tempore, *et quidem christianis-*

19) L. θεαστικὸν.

20) L. μάρτυσιν.

21) L. ἥταιτο.

cc) Edit. Falc. addit: τὸ μεῖζον ἦν πῦρ τοῦ διωγμοῦ· καὶ μὴν ἀεὶ...

22) L. κέρδει.

23) τῶν.

dd) Edit. Falc. ὁ.

ee) Edit. Falc. τοῦτον.

ff) Edit. Falc. τὴν.

(L) Verba: ubi maius semper persecutionis effervescebat, *desiderantur in nostro textu graeco.*

(M) Cf. Giannone loc. cit. *pag. 91.*

χριστιανωτάτως θνήσκει· ὁ δὲ Ιανουάριος μετὰ τὰ δάκρυα καὶ εὐσεβέστατα αὐτοῦ τὰ ταρχέατα· πλουσίους αὐτοῦ τοὺς ἀγροὺς ὄντας κατὰ νεάπολιν, ποτιόλους καὶ μισηνὸν τοὺς αὐτοῦ βαθυπλούτους τὸ μηδὲν ὁ τιθέμενος, αὐτοὺς ἀνεθελήτοις Τ. βολυμνίῳ καὶ Γ. λαιλίῳ τοῖς πατραδέλφοις, τοῦ τῇ αἰτίᾳ μαρτιανοῦ εἰς τὸ διήμερον κατὰ τὴν μερίδα gg) τοῖς χριστοῦ πτωχοῖς ἐδώρησε, τῇ μὲν μητέρος φερνῇ τῇ σοῇ καὶ ἀδελφῆς τῷ διατιθεμένῳ. Κατ' αὐτὸν καιρὸν ἀνεβεβήκει εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ θεόδοτος ἐπίσκοπος βενεβενταίων. ὅθεν ἡ ἐκκλησία ἐκείνη χρονίως ἡ πατροστερὴς ὃν οἳ προτιθεῖτο ἀορίστη, θεόθεν Ιανουάριον, καὶ διὰ αὐτοῦ τὴν φήμην, ἐπόθησαν, καὶ διὰ τούτου, αὐτὸν ἐκάλεσαν τὸν ἐπίσκοπον. ὁ δὲ φαῦστος ταπεινοτάτως περιδεὴς, αὐτοῦ ἔκλειε τὰ οὔατα, ἐθαύμαζεν, ἐθάμβεεν· αὐτοὺς παρεμυθεῖτο τὸν ἄξιον λέγειν. τούτοις δὲ στασίμοις, αὐτῶν τοῖς ποσὶν ἐ ἐστόρεσεν ὁ δακρυώδης, ἵν' ἂν ἀφ' οὗ τόσῳ τῷ δεσμῷ, ὡς ἔφη, θαῦμα ἀνομαίου τὸ ἀξίωμα διαστρέφωσιν. ἀλλὰ δὴ τί πολλά; σόῳ καὶ ἀπράκτῳ τῷ πράγματι, ἐπιμξία hh) χωρίζεται Ιανουαρίου παραιτουμένου. μὴ δὲ ὁ ii) βλακείᾳ δίδωται τόπος, τὴν Θεονώριαν οἱ περίλυποι ὁρκίζουσιν· ἢ ὅτι παρ' αὐτὸν ἀδύναται τοῦτο, μέλεται ἐκ τῆς μαρτιανοῦ πείσας, ἐκεῖνο υἱὸν αὐτῆς τὴν ἐπισκοπὴν νουθετεῖσθαι. πρὸς ταῦτα αὐτίκα ὁ Ιανουάριος τὸ τῆς ἀξίας σάγμα δέχεται, μεγίστῃ τῶν βενεβενταίων παραμυθίᾳ καὶ βουκολήματι.

Ὁ δὲ μὲν διαπλεκτισμὸς ἐγένετο, μεταξὺ τῶν νσηρικῶν 24) νεαπολιτῶν καὶ βενεβενταίων· πολυθρήνων μὲν ἡμετέρων λεγόντων χείριστον εἶναι τοσούτου τοῦ εὐπατρίδος σερεῖσθαι 25)· ἐκείνῳ δὲ μάλιστα τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ἴσως περὶ jj) μαρκιανοῦ ἡ τῆς νεαπόλεως ἐκκλησία, αὐτοῦ δέειτο kk)· τούτους δὲ θορύβους ὁ μαρκιανὸς παύει, μυῶν τοῦ τῷ βουλήματι Θεοῦ ἀντιστᾶναι, κακὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα. ἐν τούτῳ ὁ νέος ἄρχων Τ. καίσιος Θεόδωρος, καὶ

gg) Edit. Falc. τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ἀεὶ ἐπεποθέκει τὴν κοινωνίαν, καὶ κατὰ τὴν μερίδα...

hh) Edit. Falc. ἐπιμιξία.

ii) Edit. Falc. inserit: τῇ.

24) L. κληρικῶν.

25) L. στερεῖσθαι.

jj) Edit. Falc. addit: τοῦ.

kk) Edit. Falc. δέοιτο.

sime, Stephanus ejus pater. At Januarius post lacrymas, pientissimaque ejus parentalia, luculenta illa praedia Neapolitana, Puteolana, et Misenatica opes suas ingentes assis pendens, earum vel renuentibus T. Volumnio, et C. Laelio suis Patruis, Martiani auctoritate, intra biduum partim Ecclesiae, cujus semper anhelarat communitatem (N), partim Christi pauperibus fecit compendium, dote siquidem matris intacta, ac Sororio legato. Coelum per idem quoque tempus ascenderat Theodotus Beneventanus Episcopus (O), quapropter Ecclesia illa, diusculum orbata Patre, quem suae cathedrae eveheret fluctuans, divino admonitu, Januarium, ut pro ejus fama conscivit, eoque nomine, eum sibi Episcopum advocavit. Porro Januarius his humillime tremebundus *suas sibi aures continebat*, admirabatur, stupebat, de digno eos eligendo hortabatur, obfirmatis attamen illis ipsorum pedibus lacrymans provolutus ajebat, ut a se miram tanto oneri impari diverterent dignitatem. Quid plura? Januario renuente, reque integra, congressus solvitur. Ne vero socordiae locus esset, Theonoriam tristes adeunt, exorantque. Haec vero cum nec id ab eo obtinere valeat, de Episcopatu cogitat ex Marciani obedientia suum Filium admonendum. Ad haec Januarius prompte, maximo Beneventanorum gaudio ac solamine, dignitatis onus amplectitur.

Contentio tamen hinc Beneventanos inter Neapolitanosque Clericos orta est. Quaerentibus quidem nostris, et lacrymose dicentibus: inconsultum nimis fore consilium, tanto Patritio, eo praesertim tempore, quo forsan pro Marciano Neapolitana Ecclesia, ejus opera indigeret orbari. Has vero turbas Marcianus sedat, eorum menti suggerens, quod voluntati divinae resistere nefas esset. His novus Arcon T. Opius Theodorus, et senatus Pa-

(N) Iterum auctor hujus versionis ex alio Codice haec adiecit: partim Ecclesiae, cuius semper anhelarat communitatem.

(O) Cf. Ughelli: Italia Sacra, *Tom. VIII, col. 16, edit. Venet. 1721.*

βουλή, εὐπατρίδαι ll) τε καὶ δῆμος ἐρυοριῶντες 26) ὑποστρέφουσι· μάλιστα δὲ κατὰ τὴν μνήμην, ὅτι πρὸ παρθενίας αὐτοῦ τῆς εὐχῆς, ἔτι ἀπὸ τοῦ στεφάνου, ἄλλων τε, ἀλεξάμενοι, πρὸς τὴν ἀρχίαν περὶ τοῦ πατρὸς, αὐτὸν οὐκ ἐδύναυτο ἐκβοᾶν· ἀλλὰ μὴν εἰ ὑπῆρξεν ἐπικάζειν, ὁ Θεὸς ἐκεῖνον ἐδώρησε μετὰ μαρτύριον, καὶ ἄρχοντα καὶ ἐπίσκοπον τῇ βουλῇ τε καὶ δήμῳ νεαπολιτῶν τοσούτου βελτιόνος, πόσου μακαρτέρως.

Μὴ δὲ πολυχρονέω, εἰς ῥώμην ὁ Ιανουάριος συνοδοιπόρων βενεβενταίων τρεχθεὶς, ὑπὸ μαρκελλίνου ἀρχιερέως, ἐπίσκοπος, τρισὶν ἡμέραις ὕστερον, ὀγδόῃ πρὸ mm) τῶν τοῦ Ιανουαρίου καλανδῶν ἱεροῦται. τελευταῖον δὲ ἐπὶ nn) τἄλλο διήμερον αὐτόθι ἔστησε ἐκ τῶν χριστιανῶν καὶ ἀρχιερέως τῶν δεήσεων· αὐτὸν δὲ περὶ τῆς ὁδοῦ ἀππίας ἀναστρεφθέντα ὁ λαὸς ὁ διακεχυμενώτερος εἰς βενεβεντὸν, αὐτοῦ γὰρ τὴν ἄφιξιν πολλοὶ κατ' ὄναρ εἶδον ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, ἐκδέχεται, ταύταις ταῖς φωναῖς· ὡς ἀννὰ, εὐλογεόμενος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡς ἀννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

Αὐτίκα δέ γε Ιανουάριος ἐκείνης τῆς ἀγέλης δέχεται ἐγρηγορικὴν τὴν φυλακὴν καὶ κυβέρνησιν· εἰ δὲ μὲν ποίως εἶπον ἦν πρώτη ἡ τοῦ πρεσβυτέρου δίαιτα φηκτὸν 27) ποίη ἦν δευτέρα τοῦ ἐπισκόπου· οὐ γὰρ μόνον αὐτοῦ τῷ λαῷ τὸν πατέρα ἐπάρεσχεν, ἀλλὰ δὲ θαμινῶς oo) ἀδελφὸν, θαμινωτέρως 28) τὸν φίλον, θαμινωτάτως 29) τὸν δοῦλον. αὐτὸν εἶδοις νυμφίον χήραις, πατέρα ὀρφανοῖς, οἰκονόμον πτωχοῖς, διάκονον δούλοις, διδάσκαλον εὐήθησιν, ἀπόστολον ἀπίστοις, διορθωτὴν ἁμαρτωλοῖς ἐν εὐσεβείᾳ. τὸ δὲ ἐν βραχεῖ, ὡς σὺν ἁγίῳ παύλῳ λέγειν, πᾶσι πάντα, ὡς πάντως χριστῷ τινὰς κερδαίνειν, γέγονε. τί νῦν μυρία τοιούτων μέμνημει 30) τοὺς κωφοὺς, ἀνέους, ἄφρονας, ἀσθενεῖς, ψυφλοὺς 31), χωλοὺς, ὕδροπας, ὁμοίους τε; τί θα-

tritii, populusque rubore suffusi recedunt, recordatione praesertim, quod ante Januarii virginitatis votum, vel a Stephano aliisque adiuti, eum ad Archiam pro patre subeundam evocare non poterant. Verum si conjectari licuerit, post martyrium, et Arcontem eum, et Episcopum eo melius quo beatius Ordo, Populusque Neapolitanus a Domino meruerunt.

Ne vero diutius morer, Januarius Beneventanis comitantibus Romam profectus, a Marcellino Pontifice triduo post, VIII. nempe Kalendas Januarias, Episcopus consecratur. Tandem cum aliud biduum ad Christianorum, Pontificisque preces, ibi exegisset, via Appia, qua venerat, reversum, laetissima occursa plebs, *plures enim ejus adventum in somnis ab Angelis praescivere*, Beneventum excipit *his vocibus*: *Hosanna benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.*

Statim hinc Januarius evigilantissimam illius gregis custodiam atque regimen suscipit. Ast quale dictum est fuit anterioris vitae Presbyteri institutum, mirum quale fuerit posterioris, Episcopi. Non tam enim plebi suae patrem se exhibuit, sed frequenter fratrem, amicum saepius, frequentissime servum. Eum erat cernere, sponsum viduis, patrem pupillis, pauperibus oeconomum, ministrum servis, magistrum ignaris, infidelibus apostolum, censorem denique peccatoribus pientissimum. Tandem, ut compendio me cum divo Paulo expediam, omnia omnibus olim factus est, ut omnino Christo aliquos lucraretur. Quid ego nunc sexcenta istiusmodi memorem, surdos et helingues, et deturbatos mente, et aegros, et caecos, et claudos,

ll) Edit. Falc. εὐπατρίδες.
26) L. ἐρυθριῶντες.
mm) Fdit. Falc. πρὸ omittit.
nn) Edit. Falc. ἐπεὶ.
27) τηκτὸν.
oo) Edit. Falc. τὸν.
28) θαμινοτέρως.
29) θαμινοτάτως.
30) μέμνημαι.
31) τυφλοὺς.

νόντας ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγειρθέντας 32); ἀπόχρη λέγειν ὅτι τὸν λοιμὸν καὶ λοιγὸν τῆς ἁμαρτίας ὑποθείσῃ τῇ τῆς ἀρετῆς καὶ ἁγιωσύνης ῥώμῃ ἀπώλεσεν ἀπὸ τῶν κληρικῶν καὶ λαϊκῶν αὐτοῦ τῆς ποίμνης.

Ὅτε ταῦτα ὁ Ἰανουάριος ἐν βενεβέντῳ πράττει, ἀπὸ βασιλέων διοκλητιανοῦ καὶ μαξιμιανοῦ ἐν νικομηδείᾳ, πάντων εἰς χριστιανοὺς ἀνθρακιότατος ὁ διωγμὸς καινίζεται. μεγάλῃ οὖν τῇ μανίᾳ πανταχόσε βασιλικὰ τὰ γράμματα ἥπλωτο, καὶ ἀνεκουστικῆς τῆς σφαγῆς τὰ πρῶτα, ἐπισκόπων ἄρχουσιν, ἐκκλησίαι ἐδαφίζονταί τε καὶ θεῖαι αἱ βίβλοι κασακαίονται 33)· τότε δὲ μετ᾽ ὀλίγου θεονώτια 34) καὶ σώσιος, ὃν νῦν λέξω, προσῆλθον εἰς βενεβεντόν. καὶ μὲν μήτηρ αὐτοῦ ἐκεῖ σὺν αὐτῷ ᾤκησε, σώσιος δὲ εἰς ἑβδομάδα πρὸς αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν ἀναστρέφεται. ἐν δὲ μὲν καμπανίᾳ μανικώτατος κν. δρακόντιος λαβιηνὸς ὑπατικὴν τὴν ἀρχὴν τότε ὑπάτευε. ὃς αὐτίκα αὐτοῦ τῷ πόθῳ, θαῦμα ἀποκρινόμενα τὰ γράμματα ἐν μεγίστῃ τῇ τοῦ φόβου ὄψει δημοσιόει· ὅθεν τοίως τῆς ἁγιοκτονίας ἄρχεται, ὡς τὸ κοιμητήριον ὅ ἐστιν ἐν νώλῃ ἐδυνάσθη πλήθειν ὡσεὶ, ἀποθανόντων τε καὶ αἵματος. ὁ δὲ Ἰανουάριος τὸ πλοιάριον αὐτοῦ ναυκληρέων, τοσούτου τὰς τοῦ διωγμοῦ μανίας ὁ οὐατόεις, ὁ παντόπτης, ὁ ἐγρήγορος ὅτε 35) ἄφοβος ὁ ἐπίσκοπος οὐκ ἔφυγεν ἀλλὰ μὲν σὺν αὐτοῦ τοῖς προβάτοις, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ διδάσκων τὸν θυρεὸν πίστεως, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος ἀναλαβόντες ἐλυβῶς 36) καὶ ἐπιῤῥήδην καὶ ἀνδρείως, καὶ πιστῶς βασάνους ἀνέμεινε· μὴ νῦν λέγω ὅτι ἵνα οἱ ἐχθροὶ, περὶ τούτου ἀθυμέοιεν, ἀπήντησαν τοῖς κινδύνοις· τὸ δὲ μὲν ἀληθές ἐστιν ὅτι πολλοὶ αὐτῶν μαρτύριον ἐνδόξως ἐποίησαν· οὐ δὲ μὴν ὁ χριστιανισμὸς ἔφθοινε pp) τούτοις, ἀλλὰ μείζονι ἀρίθμῳ τὰ ἔθνη ἐν τῷ Θεῷ ἐπίστευσε qq). ὁμοίως γὰρ κατὰ τὴν τοῦ σαββάτου τοῦ πάσχα πολλοὺς ἐβάπτισεν, ἐν οἷς ἦν ὁ μάρκος αὐρήλιος Ἰανουάριος

32) Cor. ἐγερθέντας.
33) κατακαίονται.
34) θεονώρια.
35) ὅ,ε.
36) ἐχυρῶς.
pp) Edit. Falc. ἔφθινε.
qq) Edit. Falc. ἐπίστευσαν.

hydropicos, et similes, quid et mortuos vitae denuo restitutos? sufficiat dixisse, luem, venenumque peccati, virtutis, sanctimoniaeque suffecto robore, ab Clericis, ab laicis suis ovibus transfugasse.

Dum haec per Januarium Beneventi geruntur, Nicomediae ab Imperatoribus Diocletiano, et Maximiano omnium teterrima in Christianos persequutio instauratur. Magno igitur furore ubique proposita sunt Imperialia edicta, et inaudita hominum clades instituta est, praecipue Episcoporum. Porro tum quoque Ecclesiae solo aequantur, et divini libri ignibus sunt combusti. Mater autem Januarii Theonoria, tunc paulo post cum Sosio mox dicendo, Beneventum perrexit; ibique ea siquidem cum filio domicilium fixit; Sosius vero post hebdomadam, ad sua Ecclesiam remigravit. In Campania siquidem insanissimus Cn. Dracontius Labienus tunc consulare imperium obtinebat; qui protinus edicta haec, mirum feroci suo ingenio obsecundantia, magno terroris apparatu promulgat; talemque Sanctorum caedem aggreditur, ut Caemeterium quod Nolae visitur, Martyrum ejectis corporibus, fusoque sanguine propemodum exundavit. Januarius vero naviculae suae consulens, tantae tempestatis procellas, auritus, oculatus, vigilantissimus Praesul, ac imperterritus non effugit; quinimo cum suis omnibus, quos opere, et verbo informabat, scuto fidei, galeaque salutis, gladio praeterea spiritus arrepto, munite, palam, praesentissimo animo, fiduciaque praegrandi tormenta expectavit; ne dicam quod periculis, ut hinc animum inimici desponderent, ferme obviam occurrerunt. Verum tamen est ex eis plurimos gloriose martyrium pertulisse. Hinc tamen Christiana pietas tam abfuit, ut diminutionem aliquam pateretur, ut pro eis majori calculo, multae gentes Christi fidem amplexae sint. Pariter enim per Sabbati Paschae diem multos baptismo regeneravit, in quorum nu-

τὸ βρέφος τότε γεγονὼς, περὶ οὗ δὲ ἐπροφήτευσε φαῦστος ἔσεσθαι δεῖν ἐπίσκοπον ἑαυτοῦ τῆς πόλεως, ἐν τῷ δὲ τῆς εἰρήνης καὶ 37) καιρῷ ὡς ἀληθεινῶς ὑπῆρχε.

Τοῦ οὖν διωγμοῦ τοίως μαινόλου Ιανουάριος ἐν τῷ τῆς γενέσεως κυρίου προεορτίῳ ἐκ τῶν πεντεκαίδεκα κληρικῶν ὧν χειροτόνησεν, ἦσαν βέλτιστοι θεοφιλός αὐτοῦ ὁ διάδοχος καὶ πλάτων πρεσβύτεροι, μάξιμος καὶ φῆστος διάκονοι. ἐκέλευσε δὲ ὑπὲρ ἄλλων ἐπορκιστὰς, πλώτιον καὶ θεόδουλον ἀναγνώστας τε, δησιδέριον καὶ μοδεράτον, νομοκήρυκας ἔτι, κατηχιστὰς, κοπιῶντας· ηὔξησε βρομοφόρους πρὸς τοὺς δεσμώτας, καὶ οὐκ ἄνευ αὐτοῦ τῶν ἐπιστολῶν, ἄλλους τε ἐργάτους. ὥστε τούτοις Ιανουάριος εἰς τὸ μέγιστον φῶς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν αὔξειν.

Μνήμων δὲ αὐτοῦ τῶν περιόδων, ὅτε τὸν χρόνον εἶχε, πρὸς τοὺς φίλους δεσμώτας θαμὰ διώδευε κατὰ τὴν πᾶσαν πόλιν τῆς καμπανίας, ἐκ τῆς τῶν κινδύνων ἀδελφικῆς φροντίδος· ὅθεν πολλοὺς ὁσημέραι ἐβάπτισεν, μυρίους δὲ οὓς παρεκάλεσεν καὶ ἀνέπαυσεν ἐκύρου μάρτυρας ἐν τῇ πίστει. εἰς μισηνὸν δὲ πρὸς ούτοῦ ἀνεψιὸν κοΐντον σώσιον Ιανουάριον, ὡς ὁ κληρικὸς θαμὰ ὁ πρεσβύτερος, οὕτως εἶ ὁ ἐπίσκοπος· δεῦρο γὰρ καὶ ἤρχετο, ὅτεν ἐσχάτως πρὸς ῥώμην εἶσε rr)· ὁ ἔτι φαύστῳ ἀπέκρινε σώσιος, ὃς τῆς τοῦ μισηνοῦ ἐκκλησίας ἦν ὁ διάκονος, καὶ οὕτως ἐν αὐτοῦ διακονίᾳ κατὰ διωγμοῦ ὁ θαυμάσιος ἦν, ὡς ὁ Ιανουάριος ἔτι τοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ, μάλιστα δὲ ss) διακόνοις, ἐκεῖνον εἰς μίμησιν διδοίη· ὅθεν ἐξ αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ἀναγορεύοντος ἅπαξ τὸ εὐαγγέλιον, ἀνιστᾶναι γλῶσσαν ὡσεὶ πυρὸς, εἶδε μόνος ὁ λειτουργῶν Ιανουάριος· διότι αὐτίκα μεθ᾽ ἅγια tt) μυστήρια τῷ τοῦ μαρτυρίου στεφάνῳ ούτὸν ἐστεψόμενον ἐπροφήτευσεν. ἐν ἄλλοις ἐπιπαροῦσι, δύο ἦσαν· εὐφήμιος, ὃς καὶ εἶτα μάρτυρ, καὶ Θεοδόσιος πρὸς ῥώμην ἰών· ὁ μὲν μισηνοῦ, ὁ δὲ ἐπίσκοπος θεσσαλονικῶν· ὁ δὲ Ιανουάριος μετέπειτα ὁ καταδείδων τὰς τιμὰς, ὁ ἀποταξάμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καλανδῶν τοῦ μαΐου ἀπέρχετε uu) πρὸς τὴν

37) Forte superfluum.
rr) Edit Falc. εἶ.
ss) Edit. Falc. δὲ non habet.
tt) Edit. Falc. τὰ.
uu) Edit. Falc. ἀπέρχεται.

mero etiam M. Aurelius Januarius fuit, tunc siquidem infans, de quo tamen Faustus prophetavit, fore ut pacis tempore suae Civitatis Episcopus crearetur, quam tandem veritatem eventus docuit.

(Ita (P) ergo persecutione furente, Januarius, in Dominici Natalis vigilia; quindecim clericos ordinavit. Quorum praecipui fuere, Theophilus ejus successor (Q), ac Platon Presbyteri; et Diaconi Maximus atque Festus. Instituit praeterea, prae aliis, Plotium et Theodulum Exorcistas, et Lectores Desiderium et Moderatum: Legisque Praecones, Catechistas et Fossores. Adjecit his; qui cibaria in vinculis detentis, et non sine suis epistolis, advectarent; aliosque operarios. Ita tamen ut his operibus, Januarius, ad maximum fulgorem, Dei gloriam excitavit).

Suorum tamen itinerum haud immemor, cum tempus ei licebat ex fratrum periculo mire sollicitatus, per singulas Civitates Campaniae ad amicos vinctos volitabat. Multos hinc christianae fidei adjecit, plurimosque similiter, quos in eadem fide martyres confirmabat, consolatus est, refocillavitque. Misenum vero ad patruelem Q. Sosium Januarium, ut et Clericus, frequenter Presbyter, sic itabat Episcopus. Porro huc etiam venit, quum ultimo Romam perrexit, uti vicissim ab illo ei rependi solebat. Misenatis Ecclesiae is erat Diaconus; itaque sub persequutione in suo ministerio mirabilis visus est, ut eum Januarius etiam suis Clericis, Diaconis praesertim praeponeret ad exemplar; quamobrem cum ex ejus capite, evangelium olim legentis flammam veluti ignis, liturgon exurgere solus cerneret Januarius, illico post divina mysteria, Sosium martyrio coronandum fore praedixit. Ibi prae aliis duo aderant Episcopi, Euphemius Miseni, qui et postea martyr, et Theodosius, qui Thessalonica Romam petebat. Januarius vero post haec honoris vetitus, vale dicto fratribus kalendis Maji Cumas proficiscitur, ibi, reversum jam Maxentium, Puteolis vero Maximum Episcopos, charosque suos complexus, Neapolim tandem venit, ubi tunc Cosmas Episcopalem Ca-

(P) Verba inter parentheses, desiderata in nostra versione, edidimus ex Falconio.
(Q) Cf. Ughelli loc. cit. *col. 14.*

κύμην· ἐπεὶ 38) δὲ ἀναστρεφθέντα τὸν μαξέντιον κατεφίλησεν καὶ τὸν μάξιμον ἐν ποτιόλοις, ὄντας ἐπισκόπους τε καὶ φίλους αὐτοῦ· τελευταῖον ἦλθεν εἰς νεάπολιν, οὗ τότε ἦν ἐπίσκοπος κοσμᾶς· πάντες ἐπὶ καινῇ vv) αὐτοῦ ἀφίξει· μάλιστα οἱ νένητες 39) ἐχαίρησαν· αὐτὸς δὲ ἐν ταυθοῖ ἐν διγμέρᾳ νοσοκομεῖόν τε καὶ ξενοδοχεῖον αὐτοῦ ἐπισκεψάμενος, ὁμοίως διὰ τὴν τῆς ὑπερβολικῆς ἀγάπης αὐτοῦ τῶν προσηκόντων, καὶ ἀδελφῆς τε καὶ τῶν πάντων ἀηδίαν ἀπεχώρησεν xx) εἰς βενεβεντὸν, συνοδοιπόρων yy) δὲ ὅμως πολλῶν εἰς τὴν ἐπικουρίαν, καὶ μάχην, ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐγειρθέντων 40)· δεῦρο εἰσερχομένῳ εἶπον, ὅτι δώδεκα ἦσαν ἐν δεσμοῖς περὶ χριστοῦ, πέντε μὲν κληρικοὶ, ἕπτα δὲ λαϊκοί· ὁ δὲ ἅγιος ὑπερηγαλλίασε λέγων· οὗτοί εἰσι στέφανός μου· αὐτίκα οὖν ἦλθε πρὸς αὐτοὺς καὶ εὗρεν ἐκείνους τοὺς ἀνδρείους καὶ φαιδροὺς, μάλιστα δὲ ἐν αὐτοῦ τῇ ὁράσει· διότι παρέλειπε τὰ πείθανα πρὸς τὸ πάθος, καὶ αὐτοῖς συνέχαιρε μεγίστου δωρήματος τοῦ Θεοῦ. οἱ δὲ μετ᾽ ὀλίγον εἰς νώλην πρὸς ἄρχοντα καμπανίας ἐκβάλλονται· ὁ Ιανουάριος ἀκολουθεῖ περὶ τοῦ αὐτῶν zz) ὁ φροντιστικώτερος καὶ συνήθως μετ᾽ αὐτοῦ, πολλοὶ βενεβενταίων, τί δὲ πολλά; περιφανεῖ τῷ μαρτυρίῳ μετὰ δεσμοὺς καὶ πολλὰς μεγάλας τε τὰς βασάνους κοσμέονται ἐν τῇ νώλῃ δέκα πρὸ a) καλανδῶν δεκεμβρίων, καὶ ὑπὸ Ιανουαρίου, νύκτωρ ἐτάφησαν ἐν τοῖς ὕμνοις καὶ ψαλμοῖς. μεταξὺ τούτων πολλὰ τὰ ὀδύρματα περὶ σωσίου πρὸς ὑπατικὸν ἐποιήθη, ὅθεν συλλέφθη πρὸ ιε᾽ καλανδῶν μαΐου, καὶ ὁ στερεὸς τῇ πίστει, μυρίας πληγὰς ἀνδρείως ὑπέμεινε, καὶ εἶτα φρίζῳ τῷ δεσμωτηρίῳ παραδίδοται· ὁμοίως καὶ ἐν δευτέρᾳ τοῦ Ιουνίου b) ἡμέρᾳ, περὶ ταύτης τῆς ἀδικίας ὀδυνώμενοι καὶ ἀνακράζοντες τρεῖς ποτιόλων πολῖται χριστιανοὶ, ὁ μὲν διάκονος γ. οὐαλέριος πρόκυλος, ὁ δὲ μάρκος αὐρήλιος εὐτυχὴς καὶ σῆξτος ἀκούτιος σαλου-

thedram obtinebat (R). Novus ejus adventus omnes laetitia perfudit, praesertim pauperes; ipse vero cum hic quoque vix biduum exegisset, Nosocomio suo, Xenodochioque perviso, amoris nimii charitatem abhorrens, propinquorum nempe ac sororis, caeterorumque aliorum, comitibus pluribus, quos ad martyres, vel ad martyrium erat hortatus, Beneventum reversus est. Ubi huc venit, statim ei relatum est, duodecim e suis, quinque Clericos, septem vero laicos, pro Christo carceribus mancipatos. His auditis valde laetatus est, cumque dixisset: Corona mea hi sunt, illico ad eos accessit. Porro nedum fortibus eis, verum hilaribus etiam inventis, praesertim eo viso, hortamenta ad passionem missa faciens, de maximo Dei dono, iisdem gratulatus est. Paulo hi post Nolam ad Consularem Campaniae transmittuntur; sequitur Januarius de eorum corona sollicitissimus, et cum eo de more multi Beneventani. Quid plura? post carceres, multosque atrocissimos cruciatus, Nolae X. Kal. Decembris illustri martyrio decorantur, et ab Januario cum hymnis, et psalmis noctu sepulti sunt. Ingentes interea criminationes de Sosio ad Consularem perductae sunt. Quamobrem XV. Kalen. Majas comprehenditur, cumque in fide stabilis innumera ferme verbera viriliter pertulisset, horrendo tandem carceri coarctatur. Porro IV. Non. Junias (S) cum tres Puteolani cives christiani, omnesque vicissim amici Sosii, Diaconus nempe C. Valerius Proculus, laicique M. Aurelius Eutyches, et Sex. Acutius Salutaris, dolore ex tanta injuria correpti, in vociferationes prorupissent, idem ipsi quoque supplicium perpessi, in eundem, quo illi, carcere contruduntur. Statim ac Januarius haec rescivit, Puteolos proficiscitur, beatosque martyres visitat, ac solatur. Eoque dehinc impetu percitus est, ut ea-

38) F. ἐκεῖ.
vv) Edit. Falc. τῇ.
39) L. πένητες.
xx) Edit. Falc. ἀνεχώρησεν.
yy) Edit. Falc. συνοδοπόρων.
40) L. ἐγερθέντων.
zz) Edit. Fatc. addit: στεφάνου.
a) Edit. Falc. πρὸ δέκα.
b) Edit. Falc. τοῦ Ιουνίου praetermittit.

(R) Cosmas Episcopus Neapolitanus rejicitur a Paraseandolo.

(S) Versio nostra respondet textui graeco a nobis edito. In editione vero Falconii legitur: sequenti die, *scilicet XIV Kalendas Maji.*

τάρης λαϊκοί· πάντες φιλόφιλοι τοῦ σωσίου, τὴν c) αὐτὴν τὴν κόλασιν πάσχουσι, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ τὸ δεσμωτήριον σὺν ἐκείνῳ βάλλονται· αὐτίκα δὲ καὶ ταῦτα ἀγγέλλεται Ιανουαρίῳ, αὐτὸς εἰς ποτιόλους ἔρχεται καὶ μακαρίους τοὺς μάρτυρας ἐπισκέπτει καὶ παρακαλεῖ· οὕτω δὲ ὕστερον ἐτύχη, ὡς ἐπιῤῥήδην ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἀριστὸν 41), αὐτοῦ τε εὐαγγέλιον ἀναιθρεύειν 42)· ἀπίστων μὲν πάντων ἀναισθήτων καὶ ῥαιβροντήτων 43)· ὃ δὲ ἐν τρίτῃ τῇ ἡμέρᾳ ποιήσαντα, ὅτε πιστεύουσιν ὀτ 44) τοῦ δρακοντίου ὑπηρέται συλλαμβάνειν, εὐθέως οἱ ἄγγελοι διακονοῦντες ἀναρπάζουσιν Ιανουάριον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ οὕτως ἐξέφυγε τὰς χεῖρας αὐτῶν.

Αὐτοῦ δὴ μὴν ἡ δύναμις ἦν ὁ δίορος εἰς τοὺς δαίμονας· τὰ γὰρ κατὰ λοιπὰ, τότε μυρίους ἐνεργουμένους ἠλευθέροτεν 45)· ἔτι δὲ ἄπειρα τὰ τῶν αὐτῶν εἴδωλα ἀπεγαίωσε προσευχῇ τῇ ἀορατῇ, κατὰ κρήνας, καπηλεῖα, ἀγόραν, κύκλον, ἀμφιθέατρον καὶ θερμά.

Ἐν τούτοις δρακοντίου τὴν ἀρχὴν τελήσαντος ἐν μηνὶ αὐγούστου, τῆς καμπανίας ἀνεῤῥήθη ὑπατικὸς ὁ αὖλος τιμόθεος σευηριανὸς τὸ ἀγείον 46) θηρίον· οὐδένα τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὠμότερον εὑρίσκω. ὃς ἐπισκεψάμενος τὰς τῆς χώρας πόλεις τε καὶ κώμας, προσῆλθεν εἰς νώλην. ἐκεῖ ὀργιζόμενος ὁ ἄρχων ἐκέλευσεν Ιανουάριον συλληφθῆναι· ὅτι δορυφόροι ἀπέκρινον αὐτὸν πεντάκις μὲν πρὸς τὰ τῶν ποτιόλων δεσμωτήρια ἐλθόντα, νηποινὶ σώσιον αὐτοῦ τε ἑταίρους ἐν τῇ τοῦ χριστιανισμοῦ πλανῇ μᾶλλον κεκυρωκέναι· καὶ ἀπὸ ταυμάτου, ἤτε μαγικῶν τεχνῶν ἤτε ἄλλοθεν, ἀεὶ τὰς αὐτῶν χεῖρας ἐξεφευγέναι. θεόθεν οὖν ἐν τῇ ζ′ σεπτεμβρίου μηνός, θεόθεν 47) μετέπειτα ἔδωκε θεῖα τὰ μυστήρια, πάντας παρεκάλεσε καὶ εὐλόγησεν· εἰρήνην καὶ κοινονίαν 48) πᾶσιν ἐδωρήσατο, ἀπάπην d) κοί-

c) Edit. Falc. τὴν non habet.
41) L. χριστὸν.
42) L. ἀναγορεύειν.
43) L. ἐμβροντήτων.
44) L. οἱ.
45) ἠλευθέρωσεν.
46) L. ἀγρίον.
47) Forte replicatum.
48) L. κοινωνίαν.
d) Edit. Falc. ἀγάπην.

dem in Civitate palam Christum, ejusque legem proclamaret; stupente siquidem, ac attonito cuncto populo non credentium, quod vel tertium (T) aggressus, dum a Dragontianis creditur comprehensus, mox ab eorum oculis rapitur *ab Angelis ministrantibus*, atque ita eorundem manus evadit.

Flagellum in daemones ejus fuit potestas; prae reliquis enim quam plurimos tunc energumenos liberavit; quin imo innumera circa fontes, tabernas, et forum, circum praeterea Amphiteatrum ac Thermas eorundem idolorum, invisa oratiuncula terra stravit.

Dracontius interea mense Augusto officio fungitur, et A. Timotheus Severianus ferale animal Campaniae Consularis renuntiatur, immaniorem hominem invenire non ausim. Is dum civitates et castra sui ministerii inviseret, Nolam venit. Ibi lictoribus Januarium insimulantibus, quinquies iam Puteolanos carceres insultantem, Sosiumque, ac ejus Socios in Christianam superstitionem penitius detorquentem, impune semper sive casu, sive magicis artibus, aut quomodolibet suas manus effugisse, iratissimus Consularis eum capi jussit. Septembris igitur VII. Idus, Deo ita permittente, Januarius post refectam divinis mysteriis plebem suam, solamine, benedictione, pace, et communione omnibus impertita, mutuam charitatem omnibus commendavit. Cunctis ergo, praeterque morem,

(*T*) *Clarius* tertia die.

νην πάλιν ἀνέμνησεν αὐτούς· πολυθρήνων δέ, παρὰ τὸ εἰωθός, πάντων, μάλιστα δὲ τῆς μητρός, μετὰ θαύματα εἰς ποτιόλους ἦλθεν· ὁ δὲ μουτανὸς καὶ ἀπολλώνιος οἱ πρεσβύτεροι, καὶ ὁ ῥεσπίκιος ὁ διάκονος αὐτῷ ἀπειθαινικῶς 49) συνηκολούθησαν· εἰς ποτιόλους εἰσερχόμενος, τῇ αὐτῇ e) ἡμέρᾳ ἐπισκέπτει τοὺς μάρτυρας. ἐσχάτως δὲ f) εὐθὺς πάλιν τὸν τῷ σωσίῳ συλλαλοῦντα, οἱ κλητῆρες, οἱ πρὸ τριῶν ἡμερῶν διὰ τούτου ματαίως ἤεισαν πρὸς βενεβεντόν, πανταχόθεν εἰλαβῶς 50) δὲ πρὸς 51) δ' εἰδῶν σεπτεμβρίου περικυκλοῦσιν. αὐτὸν δὲ οἱ πρεσβύτεροι καὶ ὁ διάκονος οἱ συνοδοιπόροι, ἀφέντες περιτρόμως ἔφυγον εἰς νεάπολιν· ἐκεῖνοι δὲ ἔλεξαν Ιανουαρίῳ, ὅτι τιμόθεος κελεύει αὐτὸν παρακαλεῖν σφίσι· καὶ διόπερ ὅτι ὡς ταχύτερον πρὸς ὑπατικὸν θέλῃ ἰέναι, σφεῖς ἵσταντο περιμένοντες αὐτόν. τότε αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Ιανουάριος ταχέως σὺν αὐτοῖς ὁ φαιδρότατος ὁδέρει 52) πρὸς νώλην. ὁ δὲ μὲν τιμόθεος αὐτὸν ἀγλαοτίσι 53)· μετὰ δὲ τὰς τῶν ῥημάτων τε καὶ θελκτηρίων τέξνας 54) τὴν ἐλπίδα ὅλως ἀπελπίζων, φανερῶς πόλεμον ἀναγορεύει Ιανουαρίῳ· ἀλλὰ δὴ αὐτῷ βλασφημοῦντι εἰς τὸν Θεόν, βαρέως ὁ Ιανουάριος ἐπιτιμᾷ· ἐκ τούτων τιμοθέος 55) τοῦ κατενεχθέντος ἐκ τῆς ὀργῆς τε καὶ μανίας, Ιανουάριος δεσμωτηρίῳ παραδίδοται, καὶ τριταῖον τὸ πῦρ ὑποτίθεσθαι ἐν τῇ καμίνῳ κελεύεται, πρὸς τὸ ὁλοκαυτόειν Ιανουάριον.

Ὅταν ἐν τῇ νώλῃ ταῦτα ἐπράσσεται, τοὺς Ιανουαρίου πατραδέλφους, περὶ τούτων πρόφυγες οἱ κληρικοὶ προεξαγγέλλουσιν· ὑστεραίᾳ δὲ οἱ τῶν νωλανῶν πιστοί· διόπερ ἐκεῖνοι εὐθὺς ἔρχονται ἐκεῖσε, καὶ πολλοῖς χρήμασιν τὸν τοῦ δεσμωτηρίου φύλακα χρηματιζόμενοι, Ιανουαρίῳ λαλοῦσιν. τί εὐθυμέονται g) ποιεῖσθαι, καί τινι τῇ τέχνῃ βούλονται πραΰειν h) τιμόθεον, προηγεσαμένους, μακάριος ὁ ἐπίσκοπος διὰ

49) L. ἀπειθαρχικῶς.
e) Edit. Falc. αὐτῇ τῇ.
f) Edit. Falc. addit: ἕωθεν.
50) L. εὐλαβῶς.
51) L. πρὸ
52) L. ὁδεύει.
53) L. ἀγλαοτίει.
54) L. τέχνας.
55) L. τιμοθέου.
g) Edit. Falc. ἐνθυμέονται.
h) Edit. Falc. πραΰνειν.

matre praecipue in multas lachrymas erumpentibus; post miracula multa Puteolos properavit. Et Montanus eum, et Apollonius Presbyteri, et Respicius Diaconus, licet contra jussi, praefracto animo comitari se obfirmarunt. Puteolos ingressus eadem die Martyres adiit. Tandem dum summo mane (U) iterum cum Sosio loqueretur, ab apparitoribus, qui frustra Beneventum hac de causa triduo ante petierant, IV. Idus Septembris, reverenter quidem undique circumcingitur. Presbyteri vero, Comites, ac Diaconus, Neapolim relicto, eo tremebunde fugerunt. Cum illi Januario dixerunt ab Timotheo accersi jussu per ipsos, eaque de causa, quantocius proficisci lubuerit eum se praestolari; Januarius subito laetabundus cum eis, eademque hora, Nolam arrepto itinere proficiscitur. Eum sane honorificentissime Timotheus excepit; at cum post verborum, illecebrarumque aucupia sua spe dejici videretur, aperte Januario bellum indixit. Cumque in Deum blasphemias jaceret, ab Januario graviter increpatur. Quamobrem Timotheo ira, furoreque dilato, ut Faustus carceri mancipetur; triduusque ignis camino supponatur edicitur, ut penitus ibi Januarius exuratur.

Dum haec Nolae agebantur, Neapoli de his Januarii Patrui, primo per profugos Clericos, postera die per Nolanae Ecclesiae Christianos certiores facti, eo statim percurrunt. Magna illi auri vi carceris custode expugnato, Januarium alloquuntur; quid faciendum putent, quave arte Timotheum mulceri velint, proponunt. At eos Beatissimus Praesul per Deum viventem in saecula,

